Class 281.4 Book Au45mi
General Theological Seminary Library
CHELSEA SQUARE, NEW YORK

Digitized by the Internet Archive
in 2025

https://archive.org/details/bwb_C0-ATP-850

MISCELLANEA AGOSTINIANA

TESTI E STUDI

PUBBLICATI A CURA

DELL'ORDINE EREMITANO DI S. AGOSTINO

NEL XV CENTENARIO

DALLA MORTE DEL SANTO DOTTORE

VOLUME I

SANCTI AUGUSTINI SERMONES

POST MAURINOS REPERTI

ROMA

TIPOGRAFIA POLIGLOTTA VATICANA

—

MDCCCCXXX

SANCTI AUGUSTINI

SERMONES

POST MAURINOS REPERTI

PROBATAE DUMTAXAT AUCTORITATIS

NUNC PRIMUM DISQUISITI

IN UNUM COLLECTI

ET CODICUM FIDE INSTAURATI

STUDIO AC DILIGENTIA

D. GERMANI MORIN O. S. B.

GENERAL THEOLOGICAL SEMINARY LIBRARY NEW YORK

ROMAE

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

MDCCCCXXX

281.4
Au45m
95076

IMPRIMI POTEST.

Romae, die 28 Augusti 1930.

Fr. EUSTASIUS ESTEBAN
Prior Generalis Ordinis Eremitarum S. Augustini

IMPRIMATUR.

† Fr. AUGUSTINUS ZAMPINI, Ord. Er. S. Augustini, Ep. Porphyreonen.,
Vicarius generalis Civitatis Vaticanae.

CATHOLIC SEMINARY
LIBRARY
NEW YORK

PRAEFATIO.

Ut de plus sexcentis sermonibus, qui iure an iniuria magni Augustini nomine inscripti post Maurinos in lucem prodierunt, firmum iudicium aliquando facerem, abhinc annis quinque et viginti [1] constanter animo cum agitassem, ecce demum summam mihi oblatam occasionem propositum peragendi, instante millesimo quingentesimo anniversario diei, qua beatissimus vir e vita migravit, libris suis atque tractatibus in sancta Dei plebe numquam moriturus. Quae res eo magis necessaria videbatur, quo nemo hucusque probatae critices subsidiis suffultum se ostenderat, qui opus perquam arduum adgrederetur, nemo, quem iis etiam contionibus uti non pigeret, quae prae ceteris Doctoris hipponiensis ingenium produnt, sententiarumque gravitate maximi aestimandae sunt.

Neque quicquam aliud mihi agendum primum proposueram, nisi ut de singulis sermonibus breviter cognoscerem: quibusnam uti vere Augustinianis fides adhibenda, quid in unoquoque illorum maioris momenti inesset; eorum etiam, qui reiciendi essent, origo, si res postularet, inquirenda, pretium ponderandum. De nova autem editione instituenda minime cogitabam: immo ut tantum opus ad effectum adducerem, prae-

[1] Vide quae in studio Lovaniensi olim disputavi « De la besogne pour les jeunes »: *Revue d'hist. ecclés.* t. VI (1905), p. 334-335.

terquam quod aliis studiis impeditus eram, nullam omnino opem usquam cernebam, qua mihi soli atque omnibus paene auxiliis destituto sumptus necessarii suppeterent bibliothecis perlustrandis, codicibus denuo excutiendis, describendis, conferendis.

Tum divina, puto, providentia contigit, ut per venerandum amicum prof. Attilium Profumo id, quod agere destinaveram, Reverendissimo P. Antonio Casamassa in notitiam veniret, viro comi aeque ac docto, in Collegio internationali S. Monnicae de Urbe Patrologiae professori, Ordinisque Eremitarum sancti Augustini oeconomo generali. Is vicissim suum suique Ordinis consilium mihi aperuit, ob elapsum saeculum XV ab obitu beatissimi patris Augustini libellorum seriem edendi, quae MISCELLANEA AUGUSTINIANA inscribenda esset; simulque suo ac Reverendissimi Prioris Generalis nomine paratum se professus est, novam collectionem Sermonum Augustini uti distinctum volumen admittere, pollicitus etiam quicquid posset se conlaturum, ut res digne et feliciter conficeretur. Quid multa? Promittenti fidem habui, condicionem accepi, neque facti piget: incredibile est enim, quo studio, quantave diligentia ac liberalitate vir plane eximius in totius operis exsecutione mihi adiutor adstiterit. Quod igitur benedictinus hanc editionem curare utcunque connisus sum, morem servavi a maioribus traditum, quo « Familia Benedictina illud fere privilegium non immerito sibi arrogat, ut per suos praecipue alumnos tanti Doctoris opera recognoscantur, illustrentur, edantur »[1]; Ordini vero Eremitarum sancti Augustini hoc decus erit, ut tandiu exoptatum Maurinae editionis complementum ad exitum perductum, et praestanti dignaque Auctore forma in lucem emissum sit.

[1] Octavius Fraja Frangipane Pio papae VII: Migne 46, 940.

*
* *

Age nunc de legibus, quas huic συλλογῇ efformandae mihi praestitui, videamus. Ubi primum omnium meminisse oportet, eos tantummodo in eam receptos esse sermones, qui post Maurinos, ergo post annum MDCLXXXIII in hodiernum vulgati sunt, quosque diligentissima disquisitione instituta fidem habere mihi exploratum est.

Nomina autem eorum, qui ediderunt, iuxta ordinem temporum haec sunt:

1. Michael Denis, sermones XXV, Vindobonae 1792.

2. Franciscus Fontani, sermones IV: *Novae eruditorum deliciae* t. 3, Florentiae 1793; denuo ap. Migne 47, 1113-1140.

3. Octavius Fraja Frangipane, sermones X, Romae 1819.

4. Armandus Benjamin Caillau et B. Saint-Yves: sermones CCLXIX, Paris. 1836 et 1842.

5. Felix Ravaisson, sermones II: *Rapport sur les bibliothèques des départements de l'Ouest*, Paris 1841; denuo ap. Migne 47, 1153-1156.

6. Ang. Mai, sermones IV: *Spicilegium Romanum* t. 8, p. 715-725, Romae 1842; denuo ap. Migne 47, 1141-1148. Deinde sermones plus CC in *Nova Patrum Bibliotheca* t. I, Romae 1852.

7. Iac. Paul. Migne, sermones II: Patr. lat. 47, 1151-1153, Paris. 1849.

8. Franciscus Liverani, sermones X: *Spicilegium Liberianum*, p. 11-33, Florentiae 1863.

9. Henric. Bordier, sermonum fragmenta VI: *Restitution d'un manuscrit du sixième siècle... contenant des lettres et sermons de s. Augustin* (Etudes... sur des papyrus du VI^{e} siècle, p. 115-148), Genève 1866.

10. Editores *Bibliothecae Casinensis*, sermones circ. XLVI: *Florileg.* t. I. II. III., Mont. Casin. an. 1873 sqq.

11. Germanus Morin, sermones XVII: *Revue Bénédictine* passim, ann. 1890-1929; sermones XXXIV ex codice Guelferbytano, Campoduni et Monaci 1917.

12. Andreas Wilmart, sermones XIII et amplius: in diversis ephemeridibus, ann. 1912-1930.

In totum igitur novi sermones Augustini, ut minimum sequamur, sexcenti et quadraginta post Maurinos vulgati sunt.

Ex iis porro, quae hic numeris 2. 5. 7. 9. signantur, nihil omnino in collectione nostra invenies, quippe cum nullus in eis sermo reperiatur, qui tantillum habeat auctoritatis. Ex fontibus quoque 4. 8. 10. paucissima recepi: sermones itaque denuo hic editi, numero centum octo et triginta, fere omnes ex num. 1. 3. 6. 11. 12. collecti sunt. Neque tamen singuli tantidem profecto aestimandi: alii enim sani et integri optima traditione ad nos devenerunt, uti plerumque ex ipsa inscriptione apparet; in aliis detruncata membra, depravatas periodos merito suspicamur. Sed quid? Quandiu libri manu scripti deerunt, quorum ope vitia huiusmodi curentur, melius sane interea visum est, etiam fragmenta colligere, ne pereant: ideoque nullos scienter sermones excludi, praeter eos, quos Augustini nomini perperam addictos esse iustus quisque rerum aestimator mecum consenserit.

Et reliquos quidem omnes huc etiam in appendicem conicere, praeposterum fore existimavi: exinde enim volumen increvisset enorme. Ne quid tamen deesset, et quasi ex libidine delectum fecissem arguerer, commodissimum esse statui, universorum indicem in fine libri texere; in quo etiam causas proferam, quare hic atque ille a me exclusus sit. De iis autem, quos vere Augustinianos esse agnovi, praecipua argumenta

in adnotationibus unicuique subiunctis plerumque reperies. Ceterum de indiciis, quibus authentici sermones discernuntur, multa dicere supervacaneum censui: longinqui enim temporis usu mihi compertum est, illis eos minime indigere, qui arguto ac sapienti acumine praediti sunt; nihil porro proficere, in quibus subtile iudicium atque, ut ita dicam, sensus hic singularis censoriae critices desideratur.

Quod singulos ferme sermones iuxta ordinem temporum quo primum prodierunt, disposui, addito etiam numero quo a principio unusquisque signatus est, id sane proposito meo consentanee, quo facilius ad editiones anteriores data occasione lector recurrat. Si quid vero incommodi ex hac dispositione oriatur, remedium in promptu est: indices enim multiplices in extrema libri parte positos oculo percurrere sufficiet, ut quaesitus sermo sine negotio reperiatur. Nec nullam ob aliam causam divisiones servavi, quibus priores editores sermones a se vulgatos distinxere, eosdemque numeros singulis praefixi: ita fiet, ut, qui forte laudandi vel comparandi essent, loci commodius perquirantur. Ab hac regula non deflexi, nisi ubi editores longiores portiones indivisas reliquissent, uti saepius evenit in contionibus quas emisit Frangipane, aut sensus aliud requireret, quod nonnunquam in Wilmartianis editionibus animadverti.

Sed haec hactenus: si qua secus omnino dicenda sint, in fronte singularum partium seu orationum edisseram. Ceterum ego idem illud repeto, quod de diversis Anecdotorum Maredsol. voluminibus praemonuisse me memini, non hoc mihi propositum esse, ut cunctas ipse quaestiones pertractem, quae ad editos textus referuntur, sed ut fontes novos aperiam, qui penitius quaerentibus emolumento aliquando esse possint.

*
* *

Iam superest, ut eis gratias agam, sine quorum ope et subsidio rem numquam inchoare potuissem, nedum perficere. Antonio Casamassa eiusque inclito Ordini quantum debitor sim, supra exposui, nec satis umquam gratiam referam: at multi alii fautores mihi adstiterunt, et in hac temporum iniquitate, quo mihi ulterius vivere ac litterarum studiis incumbere liceret, multimodis adiuvere. Quos inter primum locum obtinet, cui etiam inter omnes nostra aetate eruditionis atque doctrinae magistros primas deferre aequum est, modo eheu demortuus Adolphus de Harnack: non solum enim apud Imperii Germanici potestates me, ubi res posceret, tuendum suscepit, sed ex aerario Societatis a Wilhelmo Imperatore nuncupatae, quae scientiarum studiis promovendis instituta est, id demum mihi providit, quo vita carere non debeat. Subvenere insuper viri eximii, qui innumeris post bellum studiosis praesto fuerunt, Fridericus Schmidt-Ott, Status minister, ac domus pontificiae antistes Georgius Schreiber, in Universitate Monasteriensi professor. Quid de alio S. Theologiae magistro dicam Engelberto Krebs, qui me voluit Universitati suae Friburgensi honoris causa adgregari, mihique nobilis illius feminae (cuius nomen Deus scit) vere christianam benevolentiam conciliavit? Quid de Gisberto Beyerhaus Bonnensi, de legationis consiliario Terdenge, qui nullum locum rebus meis favendi praetermiserunt? Sed neque silentio praeterire fas est, ex Ordine etiam Benedictino manum mihi porrectam esse, inprimis a Revmo Domino Ildephonso Herwegen, qui sapienti suo regimine Rhenanum monasterium ad Lacum toto orbe christiano insigne reddidit; ab Abbate et conventu almae Domus Bonifatianae quae est

ad Monachos, qui tecto receptum ampla et divite bibliotheca ab anno iam MDCCCXCII, cum adhuc viveret praecipuus ille nostra aetate Augustini cognitor et amator Odilo Rottmanner, libere uti indulserunt. Denique non possum, quin hoc loco Moniales quoque Eichstetenses O. S. B. laudibus prosequar, quae plerisque his Augustini contionibus describendis operam et studium navaverunt. Hi omnes, ut vides, natione Germani: his omnibus acceptum refero, quod, sicuti anno MDCCCCXVII thesauros in codice Guelferbytano latentes sanctiorum litterarum studiosis exhibui, ita nunc opus compleam, atque homo Gallus inter Germanos positus AURELII AUGUSTINI EPISCOPI CATHOLICAE ECCLESIAE HIPPONIENSIS CIVITATIS PROVINCIAE AFRICANAE [1] sermones post Maurinorum editionem repertos in ipsa Romana Urbe omni qua decet maiestate et amplitudine emittam.

Fruere, lector, et bene vale. Alii tibi in his saecularibus festis longissimas aeque ac doctissimas commentationes *de Augustino* eiusque operibus contexuerint: ego quidem satius habui, *ipsum* tibi exhibere *Augustinum*, ex parte hactenus fere incognitum, at semper magnum, semper iis, quae de eo dici queant, longe et multum antecellentem.

Scribebam Monaci Bavarorum die XXVIII Augusti, anno MDCCCCXXX.

GERMANUS MORIN

[1] Inscriptio profecto antiqua, quae legitur in capite codicis Casinensis XV.

I.

EX SERMONIBUS
A MICHAELE DENIS EDITIS

Michael Denis (1729-1800), ex Iesuita caesareae bibliothecae custos primarius, volumen ingens anno 1792 Vindobonae in lucem edidit, quod inscribitur: *Sancti Aurelii Augustini Hipponensis episcopi sermones inediti admixtis quibusdam dubiis*, primam videlicet post Maurinos collectionem, cuius rationem haberi oporteat.

Hos sermones, numero viginti quinque, non sicut plerique alii ex diversis variae indolis atque aetatis codicibus eruit Denisius, sed, quod certo facilius, ex uno libro manuscripto, de quo *Tabulae codicum manu scriptorum... in bibliotheca palatina Vindobonensi asservatorum*, vol. I (Vindob. 1864), p. 113, cod. 651 [Rec. 10]; Denis II, CCCXXIX. Quem librum ex monasterio S. Severini Neapolitano, ubi eum Bernardus Montfaucon anno 1698 extare quidem in suo *Diario Italico* consignarat, [1] excutere autem plane neglexerat, Carolus VI. Imp. sibi a monachis benedictinis oblatum bibliothecae palatinae paulo post intulit. Hunc ego cum Vindobonae anno 1920 frustra perquisissem, ex iis eum libris fuisse comperi, quos Itali post bellum illud omnium atrocissimum vi et armis requisierant: nunc vero, quod vir doctus mihique amicissimus Ant. Casamassa Ord. Erem. S. Aug. comiter indicavit, in Bibliotheca Nationali Neapolitana inter codices latinos numero 14 signatus adservatur. [2]

Inter ea, quae in eo habentur, primum locum obtinent LVI Sermones Augustini nomine inscripti, quorum elenchum excripsit Denisius, cum in Praefatione editionis suae, tum in recensione codicum

[1] Cap. 21, p. 320: « Augustini sermones quidam et retractationes in codice XII saeculi ».

[2] Eius breviter meminit Emidio Martini in indice codicum mss. qui ex Austria Neapolim relati sunt: Atti della R. Accad. di Archeol., Lettere e Belle Arti di Napoli, N. S., IX (1924), p. 157-182; exemplar libri photographice redditum mihi providit Ant. Casamassa.

bibliothecae palatinae theologicorum, vol. II, col. 685-703. Porro in ea collectione sermones ineditos editis, at genuinos quoque subditiciis mixtos decurrere vir doctus statim animadvertit. Exempli gratia, Augustino iam antiquitus sed falso adscriptae sunt tres illae contiones de sacramentis neophytorum, quas a Sirmondo primum vulgatas, [1] a Maurinis vero in Appendicem tomi VI reiectas [2] minus ex sententia Maximo Taurinensi Bruno Bruni restituere maluit. [3] Sed neque ineditos XXV omnes indubios Augustini fetus esse contendit Denisius, uti ex inscriptione ipsa sui voluminis apparet: nam de primo iam, qui *de laude cerei* inscriptus est, iure ambigebat. Quod autem de septimo quoque et de vicesimo dubitavit, qui profecto certi sunt, decimum e contrario admisit, qui purus putus cento est ex Enarrationibus in psalmos 110, 149, 103 et 148 consarcinatus quis nesciat, viris etiam peritissimis omnes omnino errores, utpote qui homines sint, vitari non posse? Quin immo suggerendis aeque emendationibus seu biblicis versionibus rite existimandis ne minus felix fuerit editor pertimesco, ea reor ex causa, quod profanarum magis literarum quam christiani aevi scriptorum studio ab ineunte aetate se imbuerat. Qui tamen in hoc eo excusatius peccavit, quo uno tantum codice, eoque haud optimae notae, utebatur.

Ceterum quasi divinationem Denisius habuit, cum optaret alia sermonum suorum reperiri « *ἀντίγραφα*, e quibus vacillantia firmari, intrusa detegi, coniecturae suae aut everti aut approbari » possent. « Et fortasse, inquit, tomus alter Palatino nostro geminus alicubi cum umbris luctatur, qui... pariter *ἀνεκδότους* quosdam admixtos complectatur ». Re vera extabat, hodieque extat in tabulario casinensi codex iste geminus, numero XVII signatus, et tomo I *Bibliothecae Casinensis*, p. 215-223, non pessime descriptus; cuius exemplum arte photographica, ut aiunt, confectum cl. Antonius Casamassa mihi qua solet humanitate transmisit. Secundae illius partis titulos, quae a pag. 211 incipit, heic in seriem digerere visum est, e regione posito eorum, qui quondam Vindobonensi, iam Neapolitano codice conti-

[1] S. Aurelii Augustini Hipponensis episcopi sermones novi numero XL (Parisiis, 1631), Append., p. 448-469.

[2] Migne 40, 1207-1214.

[3] Migne 57, 771-782.

nentur, ordine, ut qua in parte uterque vel differant vel conveniant, protinus agnoscas. Ubi primum notandum est, sicuti in Vindobonensi, ita etiam in Casinensi codice aliter interdum inscribi sermones in indice capitulorum p. 3 sq., aliter in ipso corpore voluminis; priores inscriptiones hoc loco exscribam, posteriores singulis denuo infra edendis sermonibus praeponam.

Casin.		Vindob.
I.	DE LAUDE CEREI IN SABBATO SANCTO. *Deo et domino nostro.* Den. 1.	I.
II.	ITEM SERMO EIUSDEM DE PRINCIPIO GENESIS. *Multas divinas lectiones.* Den. 2.	II.
III.	DE DIE SANCTO PASCHE. *Post laborem noctis praeteritae.* Maur. 228.	III.
IIII.	DE SACRAMENTIS IN EADEM DIE. *Reddendi sermonis officium.* Den. 3.	IIII.
V.	IN EADEM DIE DE SACRAMENTIS. *Sicut veritas per apostolos.* Den. 4.	V.
VI.	IN EADEM DIE CONTRA ARRIANOS. *Audivimus evangelium, lecta est resurrectio.* Den. 5.	VI.
VII.	ITEM EIUSDEM UNDE SUPRA. *Sicut audistis praedicari.* Maur. 226.	VII.
VIII.	DE SACRAMENTIS ALTARIS AD NEOPHITOS. *Hoc quod videtis carissimi.* Den. 6.	VIII.
VIIII.	SERMO ALIUS IN EADEM DIE. *Omnis quidem sermo.* Pseudo-August., Migne 40, 1207; Maximi Taurin. M. 57, 771.	VIIII.
X.	DE MYSTERIO ET SANCTITATE BAPTISMATIS. *Promisimus primo tractatu.* Migne 40, 1209; 57, 775.	X.
XI.	DE UNCTIONE CAPITIS ET PEDIBUS LAVANDIS. *Huc usque de mysteriis.* Migne 40, 1211; 57, 777.	XI.
XII.	DE FESTIVITATE PASCHALI. *Dies paschae nos celebrare.* Den. 7.	XII.
XIII.	DE EADEM DIE AD SACRAMENTA ALTARIS. *Hoc quod videtis in altare dei.* Maur. 272.	XVI.
XIIII.	IN SECUNDA FERIA POST PASCHA. *Hodierno die iam ecce tertio.* Maur. 239.	XIII.
XV.	IN QUINTA FERIA POST PASCHA. *Et hodie resurrectio domini.* Maur. 245.	XV.
XVI.	IN OCTAVIS PASCHE. *Resurrectio Domini n. I. Christi secundum veritatem.* Maur. 247.	XVIIII.

Casin.		Vindob.
XVII.	IN QUARTA FERIA POST PASCHA. *Et hodie lectio recitata est.* Maur. 248.	XIIII.
XVIII.	DE EVANGELIO · SIMON IOHANNIS DILIGIS ME. *Omnia quae modo leguntur.* Den. 12.	XXVIIII.
XVIIII.	IN OCTAVIS PASCHE. *Sermo mihi ad vos modo nati.* Den. 8.	XVII.
XX.	DE ASCENSIONE DOMINI. *Sollemnitatem diei huius.* Maur. 265.	*deest.*
XXI.	DE LAUDE SEU DISTINCTIONE CONFESSIONIS. *Admoniti sumus et per spiritum.* Maur. 29.	XXI.
XXII.	DE PSALMO CENTESIMO XVII°. *Confitemini domino... Quod nos voce psalmi.* Den. 9.	XXII.
XXIII.	DE CONSOLATIONE CUIUSDAM EPISCOPI AD PLEBEM EIUS. *Vos quidem, fratres, consolatorem quaeritis.* Maur. 396.	*deest.*
XXIIII.	DE VERSU PSALMI CENTESIMI XL.MI *Emendavit me iustus.* Maur. 266.	XXV.
XXV.	DE RESPONSORIO PSALMI XXXVIII. *Exaudi deus orationem meam et deprecationem.* Den. 20.	XLVII.
XXVI.	SERMO IN NAT. S. GUDDENIS DE ORIGINALI PECCATO. *Inter cetera quae dicenda videbantur.* Maur. 294.	LI.
XXVII.	IN NAT. APOSTOLORUM PETRI ET PAULI. *Hodiernam nobis diem fecit.* Maur. 297.	XXX.
XXVIII.	DE EVANG. UBI DOCET QUID SIGNIFICETUR IN TURRE EDIFICANDA ET SUMPTIBUS PRAEPARANDIS. *Evangelium et verbum dei vivum.* Den. 17.	XXXVII.
XXVIIII.	IN NAT. SANCTI LAURENTII UBI REDARGUIT QUOSDAM QUI SEDITIONEM COMMOVERANT A SALTATU PROHIBITI. *Propter fastidium auditoris.* Denis. 13.	XXXI.
XXX.	DE EO QUOD IN EVANGELIO DOMINUS DICIT · SI QUIS VULT POST ME VENIRE ABNEGET SEMETIPSUM. *Beatorum sollemnitas martyrum.* Maur. 330.	XXXVIII.
XXXI.	DE EO QUOD DICIT APOSTOLUS · HUMANUM DICO PROPTER INFIRMITATEM CARNIS VESTRAE. *Praestitit dominus deus noster.* Den. 18.	XLIII.
XXXII.	DE EO QUOD DOMINUS IN EVANGELIO DICIT · SI MANSERITIS IN VERBO MEO VERE DISCIPULI MEI ERITIS ET COGNOSCETIS VERITATEM. *Novit caritas vestra omnes nos habere unum magistrum.* Maur. 134.	LV.
XXXIII.	DE EO QUOD APOSTOLUS AD GALATHAS DICIT · FRATRES SI PRAE-	*deest.*

Casin.		Vindob.
	OCCUPATUS FUERIT HOMO IN ALIQUO DELICTO · ET CETERA. *Recolite commemorantem epistolae.* Frangip. 5.	
XXXIIII.	DE VERSU PSALMI CXL QUINTI · LAUDABO DOMINUM IN VITA MEA · PSALLAM DEO MEO Q. *De verbis istius psalmi quem modo cantavimus.* Den. 23.	L.
XXXV.	DE RESPONSORIO PSALMI CXXX PRIMI · PARAVI LUCERNAM CHRISTO MEO · INIMICOS EIUS INDUAM CONFUSIONE. *Loquimur caritati vestrae in domo dei.* Den. 11.	XXVIII.
XXXVI.	DE RESPONSORIO PSALMI L PRIMI · SPERAVI IN MISERICORDIA DEI MEI IN AETERNUM ET IN SAECULUM SAECULI. *Primo respondeam fratri et collegae.* Den. 22.	XLVIIII.
XXXVII.	DE NATALE SANCTI CYPRIANI MARTYRIS. *Sermonem a nobis debitum auribus.* Maur. 309.	XXXII.
XXXVIII.	DE MARTYRIS SUPRADICTI NATALE. *Sancta sollempnitas beatissimi martyris.* Den. 14.	XXXIIII.
XXXVIIII.	DE SUPRADICTI MARTYRIS NATALE. *Psalmum cantavimus, Benedictus dominus.* Den. 15.	XXXV.
XL.	DE RESPONSORIO PSALMI XXX SECUNDI · EXULTATE IUSTI IN DOMINO. *In dei laude gaudere.* Den. 21.	XLVIII.
XLI.	DE EVANGELIO UBI DE DIVITE ET LAZARO MENDICO REFERT. *Christianorum fides quae ab impiis.* Den. 24.	LII.
XLII.	DE PROPRIO SUO NATALE. *Hodiernus dies, fratres, admonet me.* Frangip. 2; Migne 46, 961.	*deest.*
XLIII.	SERMO HABITUS IN NAT. MARTYRUM SCILITANORUM IN BASILICA NOVARUM UBI DICITUR · MULIEREM FORTEM QUIS INVENIET PROCUL. *Prestavit nobis qui diem istum.* Maur. 37.	»
XLIIII.	DE NAT. MACHABEORUM. *Si quis vestrum fr. dil. fortasse miratur.* Est Gaudentii Brixiani episcopi: Migne 20, 948.	»
XLV.	DE DECEM PLAGIS ET PRAECEPTIS QUAE DATA SUNT POPULO IUDEORUM. *Domino deo nostro cuius cultores.* Frangip. 1; Migne 46, 945.	»
XLVI.	ADMONITIO DE DIVERSIS SUPERSTITIONIBUS SEU RITIBUS PAGANORUM. *Rogo vos fr. car. et cum grandi humilitate.* Migne 40, 1169.	»

Reliqui tituli XLVII-LVIII industria partim paene deleti sunt; ceterum ex alio omnino fonte atque collectio Vindobonensis pars ista postrema desumpta, nec tantae profecto auctoritatis est.

Casin.		Vindob.
XLVII.	SERMO DE SANCTO IOHANNE BAPTISTA. *Sollemnis dies hodie fr. car. de nativitate.* Frangip. 7; Migne 46, 991.	*deest.*
XLVIII.	UNDE SUPRA. *Conceptio atque nativitas.* Maxim. Taur. serm. 62: Migne 57, 658.	»
XLIIII.	SERMO DE EVANGELIO IN OCTAVA APOSTOLORUM. *Evangelii lectio quam modo audivimus admonet humilitatem.* Maur. 75.	»
L.	DE MATHEO PUBLICANO. *Egressus est Iesus rursus ad mare.* Alia manu ac nigro colore inscriptus est « Sermo sancti Epyphanii episcopi »; cf. Rev. Bénéd. XXIV (1907), p. 354 et 338.	»
LI.	DE EO QUI INCIDIT IN LATRONES. *Et ecce unus accessit... Opportune post sermonem superiorem.* Eiusdem auctoris: Rev. Bénéd. ibid., p. 339, cap. XLVIII.	»
LII.	SERMO DE EVANGELIO · DOMINE NONNE BONUM SEMEN SEMINASTI IN AGRO TUO. *Tria sata farinae.* Maur. 111.	»
LIII.	DE EO QUI DIXIT DOMINO · DOMINE SEQUAR TE QUOCUMQUE IERIS. *De capitulo evangelii quod dominus.* Maur. 100.	»
LIIII.	DE EO QUOD DICIT · CONFITEOR TIBI DOMINE PATER CAELI ET TERRAE. *Sanctum evangelium cum legeretur.* Maur. 67.	»
LV.	DE EVANGELIO UBI DICITUR · VE PREGNANTIBUS ET NUTRIENTIBUS IN ILLIS DIEBUS. *Scire et intellegere debemus.* Append. Aug. serm. 75 (Caesar. Arelat.).	»
LVI.	DE EO QUOD DICIT · DE DIE AUTEM ILLA ET HORA NEMO SCIT. *Fratres quod audistis monentem scripturam.* Maur. 97, ultima pars tamen hic uberior.	»
LVII.	SERMO DE PLURIBUS MARTYRIBUS. *Martyrum nomen graecum est.* Frangip. 6; Migne 46, 988.	»
LVIII.	ITEM UNDE SUPRA. *Quotienscumque fr. car. sanctorum martyrum sollempnia.* Append. Aug. serm. 225 (Caesar. Arelat.).	»

Superest, ut collectionis Vindobonensis cum Casinensi comparationem vicissim instituam. Cum vero prioris titulos LVI in Patrologiae latinae t. 46, col. 814-817, cuique inspicere obvium sit, sermonum ordinem heic perscribere sufficiet, ut qui ex eis in Casinensi quoque codice legantur, qui desint, statim appareat.

Vindob.		Casin.
I.	Denis. 1: incertae auctoritatis.	I.
II.	Den. 2.	II.
III.	Maur. 228.	III.
IIII.	Den. 3.	IIII.
V.	Den. 4.	V.
VI.	Den. 5.	VI.
VII.	Maur. 226.	VII.
VIII.	Den. 6.	VIII.
VIIII-XI.	Pseudo-August.; Pseudo-Maxim.	VIIII-XI.
XII.	Den. 7.	XII.
XIII.	Maur. 239.	XIIII.
XIIII.	Maur. 248.	XVII.
XV.	Maur. 245.	XV.
XVI.	Maur. 272.	XIII.
XVII.	Den. 8.	XVIIII.
XVIII.	Maur. 230.	*deest.*
XVIIII.	Maur. 247.	XVI.
XX.	Maur. 261.	*deest.*
XXI.	Maur. 29.	XXI.
XXII.	Den. 9.	XXII.
XXIII.	ex Enarr. in Ps. 148.	*deest.*
XXIIII.	Den. 10; ex Enarrat. in Psalmos.	»
XXV.	Maur. 266.	XXIV.
XXVI.	Maur. 292.	*deest.*
XXVII.	Maur. 293.	»
XXVIII.	Den. 11.	XXXV.
XXVIIII.	Den. 12.	XVIII.
XXX.	Maur. 297.	XXVII.
XXXI.	Den. 13.	XXVIIII.
XXXII.	Maur. 309.	XXXVII.
XXXIII.	Maur. 312.	*deest.*
XXXIIII.	Den. 14.	XXXVIII.
XXXV.	Den. 15.	XXXVIIII.
XXXVI.	Den. 16.	*deest.*
XXXVII.	Den. 17.	XXVIII.
XXXVIII.	Maur. 330.	XXX.
XXXVIIII.	Maur. 153.	*deest.*
XL.	Maur. 154.	»

Vindob.		Casin.
XLI.	Maur. 155.	*deest.*
XLII.	Maur. 156.	»
XLIII.	Maur. 174.	»
XLIIII.	Den. 18.	XXXI.
XLV.	Maur. 169.	*deest.*
XLVI.	Den. 19.	»
XLVII.	Den. 20.	XXV.
XLVIII.	Den. 21.	XL.
XLVIIII.	Den. 22.	XXXVI.
L.	Den. 23.	XXXIIII.
LI.	Maur. 294.	XXVI.
LII.	Den. 24.	XLI.
LIII.	Maur. 131.	*deest.*
LIIII.	Maur. 163.	»
LV.	Maur. 134.	XXXII.
LVI.	Den. 25.	*deest.*

In summa, ex sex et quinquaginta sermonibus, quos Vindobonensis collectio complectitur, octo et triginta in Casinensi comparent; ex octo et quinquaginta, quae in Casinensi, octo pariter et triginta in Vindobonensi volumine habentur. Rursus ex XXV contionibus, quas ex hoc Denisius primum in lucem emisit, una tantum ac viginti in illo reperiuntur: desunt nempe 10. 16. 19 et 25ª. Qui tamen defectus ea re compensatur, quod Casinensis codex quinque secus fere incognitos sermones exhibet, ex iis nimirum, quos Frangipanius edidit, 5. 2. 1. 7 et 6ᵘᵐ. Insuper sermonum ordinem inscriptionesque, uti erant a principio, Casinensis liber maiori religione servavit; licet in ipso textu reddendo cum Vindobonensi plerumque consentiat.

Sermones Denisianos omnes hic denuo edendos curavi, exceptis primo ac decimo, qui Augustino indubitanter abiudicandi sunt.

II.

Denis, Serm. II, col. 4-9 (= *Den*); Migne 46, 821-826. Ex cod. olim Vindob. 651, nunc Neapolit. lat. 14, fol. 2^r-4^r (= *N*) primum editus; cuius textum, collato codice Casin. XVII, p. 213-217 (= *C*), passim emendavi. Genuinum eum esse singulae sententiae, singula fere verba proclamant. Quis alius, rogo, defensionem illam promserit adversus arrogantiam gentilium superbe quaerentium: *Ubi est deus tuus?* (n. 4). Qua quidem vix pulchrius aliquid apud ipsum Augustinum inveniri posse existimo; ut non possim quin mirer, virum quemdam ex nostris in eo litterarum genere adprime versatum splendidissimam contionem inter subditicias abstracto forte paulisper animo nuper retulisse.

SERMO SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI DE PRINCIPIO GENESIS, IN VIGILIIS PASCHAE.

Multas divinas lectiones audivimus, quarum prolixitati parem sermonem nec nos valemus, nec vos capitis, si valeamus. Quantum ergo dominus donat, loqui volumus caritati vestrae de ipso capite scripturarum, ubi, cum legeretur, audivimus, quia IN PRINCIPIO FECIT DEUS CAELUM ET TERRAM. Attendite et cogitate quis fecerit. Sed scio, non posse vos cogitare quis fecerit: cogitate quid fecerit, et laudate qui fecit. IN PRINCIPIO FECIT DEUS CAELUM ET TERRAM. Ecce quae facta sunt in promptu sunt, cernuntur, delectant. Opus patet, artifex latet; quia et unde videtur patet, et unde amatur latet. Quando ergo mundum videmus, et deum amamus, melius est utique, unde amamus, quam unde videmus. Oculis videmus, mente amamus. Ergo mentem oculis praeponamus, quia et melior est, quem de occulto amamus, quam opus eius, quod de aperto videmus. Quaeramus ergo, si placet, quando deus tantam molem fecit, quibus machinis fecit. Machina facientis verbum est iubentis. Quid miraris? Opus est omnipotentis. Si ergo quaeris qui fecit, deus fecit: si quaeris quid fecit, caelum et terram fecit: si quaeris per quid fecit, per Verbum fecit, quod non fecit. Verbum, per quod factum est caelum et terra, ipsum Verbum non est factum. Si enim factum est, per quid factum est? OMNIA PER IPSUM FACTA SUNT. Si quaecumque facta sunt per Verbum facta sunt, procul dubio Verbum

2 de principio genesis] *C in fronte;* in vig. paschae *N*, *C in fine* 4 valemus] *Denis verbum aliquod, ut puta* exhibere, proferre, *excidisse suspicatur, nimia vereor scrupulositate* 15 quando] qm *calami tractu superducto C*

7 *terram*] Gen. 1, 1. 21 *sunt*] Ioh. 1, 3.

factum non est, per quod omnia facta sunt. Denique narrator operum famulus dei Moyses: IN PRINCIPIO, inquit, FECIT DEUS CAELUM ET TERRAM. Fecit in principio caelum et terram. Per quid fecit? Per Verbum. Numquid et Verbum fecit? Non: sed quid? IN PRINCIPIO ERAT VERBUM. Iam erat, per quod fecit: ideo, quod non erat, fecit. Possumus intellegere, et recte intellegimus, in ipso unigenito Verbo factum esse caelum et terram. Per quod enim facta sunt, in ipso facta sunt. Potest hoc esse et intellegi principium, in quo fecit deus caelum et terram. Ipsum enim Verbum est et sapientia dei, cui dicitur: OMNIA IN SAPIENTIA FECISTI. Si in sapientia deus fecit omnia, et unigenitus eius Filius procul dubio est dei sapientia, non dubitemus in Filio facta esse, quae per Filium facta esse didicimus. Nam ipse Filius est profecto principium. Interrogantibus quippe Iudaeis et dicentibus, TU QUIS ES? respondit, PRINCIPIUM. Ecce IN PRINCIPIO FECIT DEUS CAELUM ET TERRAM.

Principium in Genesi et in evangelio Iohanneo.

2. Iam vero cetera, sive cum digeruntur et disponuntur, sive cum ornantur, sive cum ea quae facta non erant in caelo et in terra creantur, dicit deus, et fiunt. ET DIXIT DEUS, FIAT, ET FACTUM EST. Et sic per singula opera: dixit, et factum est. IPSE DIXIT, ET FACTA SUNT. Qua lingua dixit? Ut quis audiret, dixit? Non semper lacte nutriamur: erigite nobiscum mentes ad solidum cibum. Nemo deum cogitet sicut corpus, nemo deum cogitet sicut hominem, nemo deum cogitet sicut angelum; quamvis patribus sic apparere dignatus sit, non per ipsam substantiam suam, sed per subiectam sibi creaturam suam: non enim aliter humanis visibus invisibilis appareret. Quaeramus quid in nobis est melius, et inde conemur attingere quod est melius omnibus. Quod est in nobis melius, mens est; quod est omnibus melius, deus est. Rem meliorem quid quaeris re deteriore? In te corpus inferius est, quam mens; in rebus nihil melius, quam deus. Erige quod est in te melius, ut attingas, si potueris, ad eum qui est omnibus melius. Nam et ego, cum loquor, mentibus loquor. Visibiles quidem facies et ipse corpore visibilis cerno; sed, per id quod video, alloquor quod non video. Gero intus verbum corde conceptum, et volo in auribus tuis parere quod corde concepi; volo tibi dicere quod intus est, proferre ad te quod latet: quaero quomodo pervenire ad mentem tuam possit. Convenio

Sonus, interni verbi vehiculum.

3 fecit i. p. c. et terram] *NC; om. Den* 10 fecit deus *C* 11 quae] *Den;* qua *NC* 24 humanis] *om. C* 27 re] rem *C* 32 sq. *sic interpung. C; N vero ut Den*

4 *Verbum*] Ioh. 1, 1.
9 *fecisti*] Ps. 103, 24.
11 *est d. sapientia*] Cf. I Cor. 1, 24.
13 sq. *principium*] Ioh. 8, 35.
18 *facta sunt*] Ps. 32, 9; 148, 5.

primum, quasi ianuam mentis tuae, aures tuas; et quoniam invisibile est verbum, quod corde concepi, trahere ad te non possum, provideo illi quasi vehiculum sonum. Ecce verbum latet, sonus patet: impono latentem super patentem, et pervenio ad audientem; ac sic verbum exit a me, venit ad te, et non recessit a me. Si ergo licet magnis exigua comparare, infima summis, humana divinis, fecit hoc et deus. Verbum latebat apud Patrem: ut veniret ad nos, adsumpsit quasi vehiculum, carnem suscepit: ad nos processit, et a Patre non recessit; sed ante incarnationem suam, ante ipsum Adam patrem generis humani, ante caelum et terram et omnia quae in eis sunt, IN PRINCIPIO ERAT VERBUM, et IN PRINCIPIO FECIT DEUS CAELUM ET TERRAM.

3. Terram autem fecit deus, adhuc ante quam ornaretur, ante quam eius species nudaretur. INVISIBILIS ERAT ET INCOMPOSITA, ET TENEBRAE ERANT SUPER ABYSSUM. Tenebrae erant, ubi lux non erat: nondum enim lux facta erat. SPIRITUS DEI SUPERFEREBATUR SUPER AQUAS, et ipse opifex, nec a Patre et unigenito Verbo seiunctus. Nam ecce, si diligenter adtendamus, trinitas nobis insinuatur. Ubi enim dicitur, IN PRINCIPIO FECIT, usia intellegitur Patris et Filii: in principio Filio deus Pater. Restat Spiritus, ut trinitas impleatur: SPIRITUS DEI SUPERFEREBATUR SUPER AQUAS. Et dixit deus. Cui dixit deus? Antequam creatura fieret, erat qui audiret? Erat, inquit. Quaero, quis? Ipse Filius. Filio ergo dixit deus. Quo verbo locutus est Verbo? Si enim iam erat Filius, ut dubitat nemo christianus, utique hoc etiam erat. Filius Verbum erat, et Verbo Pater dicebat. Ergo inter deum et Verbum verba currebant? Absit: impedimenta, fratres, carnalis cogitationis auferte: invisibilia invisibiliter cogitate: non vobis versentur ante oculos mentis similitudines corporis. Transi quidquid in te cernitur: transcende quidquid in te etiam non cernitur; corpus enim cernitur, anima non cernitur, sed tamen mutatur. Modo vult, modo non vult: modo scit, modo nescit: modo meminit, modo obliviscitur: modo proficit, modo deficit. Non est hoc deus, non est deus ista natura, non est anima portio de substantia dei. Quicquid enim deus est, inmutabile bonum est, incorruptibile bonum est. Etsi invisibilis deus, invisibilis anima, sed tamen mutabilis anima, inmutabilis deus. Transcende ergo, non solum quod cernitur in te,

Initio Geneseos trinitas insinuata.

Deus, inmutabile bonum.

2 est] *NC; om. Den* 16 si] *C; om. NDen* 17 dicitur enim *C* 18 pater et filius *C* deus] dicitur *C* 21 inquid *C* 23 etiam] *Den;* est iam *NC*

3 *quasi vehiculum sonum*] Cf. not. ad Frangip. serm. 8, 2.

13-15 *aquas*] Gen. 1, 2.

18 *usia intellegitur*] Cf. De trinit. 5, c. 8, n. 9: « essentiam dico, quae *οὐσία* graece dicitur, quam usitatius substantiam vocamus ».

sed etiam illud quod mutatur in te. Totum transcende, te ipsum transcende.

4. Amator quidam invisibilis bonitatis, amator quidam invisibilis aeternitatis, ait in suspiriis suis et gemitibus amoris sui: FACTAE SUNT MIHI LACRIMAE MEAE PANIS DIE ET NOCTE, DUM DICITUR MIHI COTIDIE, UBI EST DEUS TUUS? Quomodo non fiant vere gemitus amanti lacrimae suae panis, ut eis quodammodo tamquam ex cibi voluptate vescatur, et libenter ploret, quam diu non videt quod amat, cum dicitur ei cotidie, UBI EST DEUS TUUS? Si dixero pagano, UBI EST DEUS TUUS? ostendet mihi idola. Si fregero idolum, ostendet montem, ostendet arborem, ostendet vilem de flumine lapidem: quod enim de multis lapidibus tulerit, et in loco honoratiore conlocaverit, et incurvatus adoraverit, hoc est deus ipsius. Ecce, inquit digitum intendens, ecce est deus meus. Cum irrisero lapidem, cum abstulero, cum fregero, cum proiecero, cum contempsero, intendit digitum ad solem, ad lunam, intendit ad quamlibet stellam: illam vocat Saturnum, illam Mercurium, illam Iovem, illam Venerem. Quicquid voluerit, quocumque digitum intenderit, respondet mihi: Ecce est deus meus. Et quia video solem, et frangere non possum, sidera non possum deicere, caelum non possum evertere, quasi superior sibi videtur visibilia demonstrando, et digitum extendendo ad quod voluerit, et dicendo, Ecce est deus meus. Et ad me se convertit dicens, UBI EST DEUS TUUS? Cum audio, UBI EST DEUS TUUS? quid oculis ostendam non habeo, mentes oblatrantes caecas invenio: oculis quos habet unde videat ego non habeo quod ostendam. Quem vere habeo quem ostendam, ille non habet oculos unde videat. Libet flere, tamquam in lacrimis pane vesci. Invisibilis est enim deus meus: ille qui mihi loquitur visibilia requirit, cum dicit, UBI EST DEUS TUUS? Ego autem, ut pervenirem ad deum meum, sicut dicit in ipso psalmo, HAEC MEDITATUS SUM, ET EFFUDI SUPER ME ANIMAM MEAM. Deus meus non est infra animam meam, sed est supra animam meam. Unde attingo ad id quod est supra animam meam, nisi effundam super me animam meam? Et tamen huic protervo, visibilia requirenti, visibilia demonstranti, de visibilibus exultanti, utcumque adiuvante deo meo respondere conabor. Hoc certe mihi dicis, UBI EST DEUS TUUS? Respondeo tibi, Ubi es ipse tu?

Gentiles oculos, unde deum videant, non habent.

9 mihi] *om. C* 13 est] *NC; om. Den* 17 quicquid] *NC;* quaero quid *Den: cf. infra p. 16, l. 5* 24 quem vere] *C;* cum vere *NDen* 30 sq. super... super] *NC;* supra *Den*

6 *tuus?*] Ps. 41, 4. Hic versus, uti omnes norunt, in vigiliis Paschae eundo ad fontem etiam nunc cantatur

29 *meam*] Ibid. 5.

Respondeo, inquam, puto quia non importune. Tu quaesisti ubi sit deus, ego vero ubi sit ipse interrogator meus. Dicturus est, Ecce ubi sum: vides me, tibi loquor. Et ego illi: Interrogatorem meum quaero: faciem eius video, corpus eius video, vocem eius audio, linguam eius inspicio; ipsum quaero, qui in me oculos intendit, qui linguam movet, qui vocem emittit, qui interrogando scire desiderat. Hoc totum, de quo loquor, anima est. Non ergo tecum diutius agam. Tu dicis, Ostende mihi deum tuum; ego dico, Ostende mihi animum tuum. Laboras, fatigaris, figeris, cum dico, Ostende mihi animum tuum: scio quia non potes. Quare non potes? Quia invisibilis est animus tuus. Et tamen melior est in te, quam corpus tuum; deus autem meus melior est, quam animus tuus. Quomodo ergo ostendam deum meum, cum mihi non ostendas animum tuum, quo meliorem ostendo deum meum? Ecce, si dicis mihi, Ex opere agnosce animum meum: quia oculos intendo ad videndum, aures ad audiendum, linguam moveo ad loquendum, vocem promo ad sonandum, ex hoc intellege et cognosce animum meum; vides quia ipsum non potes ostendere, sed me iubes eum ex operibus nosse. Ecce et ego ex operibus ostendam tibi deum meum. Nec pergo longius, nec mitto forte infidelitatem tuam ad ea quae non capis. Opera dei mei non sic commemoro: Fecit invisibilia, fecit visibilia, id est, CAELUM ET TERRAM, MARE ET OMNIA QUAE IN EIS SUNT. Non te mitto per multa: ad te ipsum redeo. Tu certe vivis: habes corpus, habes animum: visibile est corpus, invisibilis est animus: corpus habitaculum, animus habitator: corpus vehiculum, animus utens vehiculo: corpus quasi vehiculum quod regatur, animus auriga corporis tui. Ecce manifesti sunt sensus tui, tamquam ianuae in corpore tuo, per quas nuntietur aliquid interius habitanti animo tuo: oculi, aures, olfactus, gustus, tactus, membra disposita. Quid illud intus, unde cogitas, unde ista vivificas? Hoc totum, quod miraris in te, qui hoc fecit, ipse est deus meus.

Sicut animus, ita et deus ex operibus agnoscendus.

5. Ergo, fratres mei, si mentes vestras, si interiores homines vestros aliqua, ut potui, congrua conlocutione conveni, si ad eos qui intus morantur in domibus luteis, id est, ad animos vestros habitantes in corporibus vestris loquendo perveni, nolite de eis quae nostis divina conicere. Superat omnia deus, caelum et terram. Nolite vobis ante

2 deus] « *fortasse addendum* meus » *Den* 8. 9 animum tuum] *NDen; ex* animam tuam *corr. C* 9 cum dico] *om. C* quia] *om. C* 13 quo meliore *C* 20 fecit visibilia, id est] *om. C* 27 gustatus *C* 30 homines] *C;* animos *NDen: at vero nonnisi interiores animi esse possunt*

21 *sunt*] Ps. 145, 6. 32 *luteis*] Cf. Hiob 4, 19.

oculos ponere quasi fabrum aliquem magnum aliquid componentem, disponentem, machinantem, tornantem, vertentem; aut certe tamquam imperatorem in sella regia, lucida, ornata, sedentem, et iubendo creantem. Frangite idola in cordibus vestris: adtendite quod dictum est ad Moysen, cum dei nomen inquireret, EGO SUM QUI SUM. Quicquid aliud est in illius comparatione nec est. Nescit ulla ex parte mutari, quod veraciter est. Omne quicquid mutatur et fluitat, et quodam tempore inmutari non cessat, fuit et erit: non in eo comprehendis EST. Deus autem non habet fuit et erit. Quod autem fuit, iam non est: quod erit, nondum est; et quod sic venit ut transeat, ideo erit ut non sit. Cogitate, si potestis, EGO SUM QUI SUM. Nolite voluntatibus volvi, nolite voluntariis et temporalibus cogitationibus agitari. State ad EST, state ad ipsum EST. Quo itis? State, ut et vos esse possitis. Sed quando tenemus volaticam cogitationem, et ad id quod manet affigimus? quando possumus? Ergo misertus est deus; et ille QUI EST, et ille qui dixit, HOC DICES FILIIS ISRAHEL, QUI EST, MISIT ME AD VOS, dicto nomine substantiae suae dicit postea nomen misericordiae suae. Quod nomen substantiae eius? EGO SUM QUI SUM. DICES FILIIS ISRAHEL, QUI EST, MISIT ME AD VOS. Sed Moyses homo erat, et in his, quae in illius comparatione non sunt, erat: in terra erat, in carne erat; et in ipsa carne anima erat, natura mutabilis erat, sub sarcina fragilitatis humanae erat. Nam illud quod dictum est, EGO SUM QUI SUM, quando capiebat? Etenim per id, quod videbatur oculis eius, ad eum loquebatur qui non videbatur, et illo qui videbatur tamquam instrumento latens deus utebatur. Non enim quod videbat Moyses hoc erat totum deus; quia nec [tu] quod a me ipso quod homo sim sonat, hoc est totum verbum meum. Habeo in corde verbum quod non sonat: sonus transit, verbum manet. Ergo cum diceret deus ad hominem, invisibilis per id quod apparere dignatus est visibilis loqueretur, aeternus temporalia, incommutabilis fragilia, cum diceret, EGO SUM QUI SUM, et, DICES FILIIS ISRAHEL, QUI EST MISIT ME AD VOS,

Dei nomen substantiae et nomen misericordiae.

5 quicquid] *NC;* quaere quid *Den. cf. supra p. 14, l. 17* 6 in] *C; om. NDen* 7 fluitat, et] *NDen;* pluvia (*om.* et) *C* 8 inmutari] *C;* mutari *NDen* 14 affigimus?] *C;* affigere *NDen* 21 sq. humanae. non erat illud q. d. e. *C* 25 tu] *Den NC errore manifesto, ut puta pro* ita, id, *aut potius* vel 26 meum] *NC; om. Den*

5 *sum*] Exod. 3, 14.

7 *et fluitat*] August., Adnotationes in Hiob 38 (Migne 34, 872 D): « fluitet atque erret necesse est »; Fragmentum apud Eugippium CXXI, 137, l. 8: « passim fluitare maiora »; Enarr. in Ps. 145, n. 5: « fluitabat (anima) ».

14 *volaticam*] Haec vox passim ab Augustino usurpatur, ut de aliis taceam, in his quoque Denisii sermonibus, ut puta 16, 4: « caduca sunt, volatica sunt »; 23, 3: « felicitatem volaticam et vapoream ».

17 sqq. *nomen misericordiae*] Eadem fere leguntur Enarr. in Ps. 104, n. 4.

18 *ad vos*] Exod. 3, 14.

tamquam illo non valente comprehendere quid sit, EGO SUM QUI SUM, et, QUI EST MISIT ME AD VOS, aut forte, si ipse comprehendebat, nobis legendum erat, qui comprehendere non valemus, continuo post nomen substantiae dixit nomen misericordiae. Tamquam diceret Moysi: Quod dixi, EGO SUM QUI SUM, non capis; non stat cor tuum, non es immutabilis mecum, nec incommutabilis mens tua. Audisti quid sum: audi quid capias, audi quid speres. DIXIT ITERUM DEUS AD MOYSEN: EGO SUM DEUS ABRAHAM, ET DEUS ISAAC, ET DEUS IACOB. Non potes capere nomen substantiae meae: cape nomen misericordiae meae. Ego sum deus Abraham, et deus Isaac, et deus Iacob. Sed quod sum, aeternum est: Abraham, Isaac et Iacob quidem aeterni, immo non dico aeterni, sed ab illo facti aeterni. Denique sic etiam calumniantes Sadducaeos dominus ipse convicit, qui cum resurrectionem negarent, hinc illis dedit testimonium sanctae scripturae: LEGITE QUOD DIXIT DOMINUS IN RUBO AD MOYSEN: EGO SUM DEUS ABRAHAM, ET DEUS ISAAC, ET DEUS IACOB. NON EST DEUS MORTUORUM, SED VIVORUM: OMNES ENIM ILLI VIVUNT. Proinde et hic non addidit deus, cum dixisset Ego sum qui sum, HOC MIHI NOMEN EST IN AETERNUM. Hinc enim nemo dubitat quia, id quod est, ideo est, quia aeternum est; sed ubi ait, Ego sum deus Abraham et deus Isaac, et deus Iacob, ibi addidit HOC MIHI NOMEN EST IN AETERNUM. Tamquam diceret: Quid times de mortalitate generis humani? quid forte trepidas, ne, cum mortuus fueris, ultra non sis? HOC MIHI NOMEN EST IN AETERNUM. Aeternum nomen esse non posset deus Abraham, et deus Isaac, et deus Iacob, nisi in aeternum viverent Abraham, Isaac et Iacob. Conversi ad dominum *et oratio:* Virtus misericordiae eius confirmet in veritate sua cor nostrum, confirmet et tranquillet animas nostras; abundet super nos gratia eius, et misereatur nostri, et auferat scandala a nobis, et ab ecclesia sua, et ab omnibus carissimis nostris, faciatque nos placere sibi virtute sua et abundantia misericordiae suae super nos in aeternum. Per Iesum Christum filium suum dominum nostrum, qui cum eo vivit et regnat et cum Spiritu sancto in saecula saeculorum. Amen. EXPLICIT HOMILIA IN VIGILIIS PASCHAE.

Oratio ad complendum.

2 aut] et aut *C* 6 nec] et *C* 6 sq. quid] *trino loco C;* quod *NDen* 13 convicit] *C;* convincit *NDen* illis] *NC;* ille *Den* 15 ego sum] *bis C* 18 hinc] *C,* n *s. l. suppl. N;* hic *Den* 20 sq. hoc mihi-diceret *om. C* 22 forte] *C;* fortasse *NDen* 25 sqq. et oratio: Virtus *etc.*] *in C uno habentur*

8 *Iacob*] Exod. 3, 15. 6.
17 *vivunt*] Luc. 20, 37. 38; Mt. 22, 31. 32, Mc. 12, 26. 27.
18. 21 *in aeternum*] Exod. 3, 15.
25 sq. *Virtus misericordiae eius* etc.] Hanc precem, quae in *C* additur formulae consuetae « Conversi ad dominum », nusquam alibi repperi apud Augustinum; quam tamen ab eius dicendi modo aut parum aut omnino nihil distare fatendum est.

III.

Denis, Serm. III, col. 9-11 (= *Den*): denuo apud Migne 46, 827-828; ex eodem codice Neapolit. fol. 4^{v}-5^{r} (= *N*). Contuli cum cod. Casin. XVII, p. 219-220 (= *C*), qui quidem heic ab eo parum aut nihil differt. Brevis at vivida de eucharistiae sacramento ad infantes seu recens baptizatos oratio, quam incunctanter inter praestantiores s. Patris de hoc mysterio allocutiunculas computarim. Illud in ea praecipue notatione dignum, quod forma consecrationis in Africanis ecclesiis recepta a contionatore raro exemplo indicari videtur; multaque praeterea promuntur, quae fidem ecclesiae catholicae de reali, ut aiunt, Christi praesentia in eucharistia mirifice confirment.

DE SACRAMENTIS IN DIE PASCHAE.

Reddendi sermonis officium, et cura qua vos parturivimus, ut Christus formaretur in vobis, compellit nos admonere infantiam vestram, qui ex aqua et spiritu nunc renati cibum ac potum istum super hanc dominicam mensam nova luce conspicitis, et novella pietate percipitis, quid sibi velit tam magnum divinumque sacramentum, tam clarum et nobile medicamentum, tam mundum et facile sacrificium, quod nunc nec in una civitate terrena Ierusalem, nec in tabernaculo illo quod per Moysen, nec in templo illo quod per Salomonem fabricatum est, quae fuerunt umbrae futurorum, sed A SOLIS ORTU USQUE AD OCCASUM, sicut a prophetis praedictum est, immolatur, et secundum novi testamenti gratiam deo victima laudis offertur. Non adhuc de gregibus pecorum hostia cruenta conquiritur, non nunc ovis aut hircus divinis altaribus admovetur, sed sacrificium iam nostri temporis corpus et sanguis est ipsius sacerdotis. De illo quippe tanto ante praedictum est in psalmis, TU ES SACERDOS IN AETERNUM SECUNDUM ORDINEM MELCHISEDECH. Quod autem panem et vinum Melchisedech sacerdos dei excelsi protulerit, quando patrem nostrum Abraham benedixit, in libro Genesis legimus et tenemus.

Sacrificium nostri temporis quam magnum et nobile.

[1] *ita inscribitur sermo in CN;* de sacramento altaris ad infantes *Den* [4] ac] *corr. ex* hac *C;* et *NDen* [7] nunc] *C,* nec *s. l. 1ª m. addito;* nec *tantum NDen*

[1] *De sacramentis*] Apposite ad hanc inscriptionem Denisius verba adducit Augustini, serm. 228, n. 3: « Sermonem... debemus hodie infantibus de sacramento altaris ».

[3] *in vobis*] Cf. Gal. 4, 19.

[10] *futurorum*] Cf. Col. 2, 17; Hebr. 10, 1.

[10] *occasum*] Mal. 1, 11; cf. Ps. 112, 3.

[11] sq. *novi testamenti gratiam*] Cf. epistol. Augustini 140, in qua « de gratia novi testamenti » penitus disserit.

[16] *Melchisedech*] Ps. 109, 4.

[18] *Genesis*] 14, 18 sqq.

2. Christus ergo dominus noster, qui obtulit patiendo pro nobis quod nascendo accepit ex nobis, princeps sacerdotum factus in aeternum, sacrificandi dedit ordinem quem videtis, corporis utique et sanguinis sui. Nam percussum lancea corpus eius aquam et sanguinem emisit, quo peccata nostra dimisit. Huius gratiae memores, vestram ipsorum salutem operantes, quoniam deus est qui operatur in vobis, cum timore et tremore ad participationem huius altaris accedite. Hoc agnoscite in pane, quod pependit in cruce: hoc in calice, quod manavit ex latere. Nam et illa vetera sacrificia populi dei hoc unum venturum multiplici varietate figurabant. Ipse enim Christus et ovis est propter innocentiam simplicis animi, et hircus propter similitudinem carnis peccati. Et quicquid aliud multis et diversis modis in sacrificiis testamenti veteris praenuntiatum est, ad hoc unum pertinet quod novo testamento revelatum est.

Cum tremore ad altare accedendum.

3. Accipite itaque et edite corpus Christi, etiam ipsi in corpore Christi facti iam membra Christi; accipite et potate sanguinem Christi. Ne dissolvamini, manducate vinculum vestrum; ne vobis viles videamini, bibite pretium vestrum. Sicut in vos hoc convertitur, cum id manducatis et bibitis, sic et vos in corpus Christi convertimini, cum oboedienter et pie vivitis. Ipse namque sua iam propinquante passione, cum pascha faceret cum discipulis suis, acceptum panem benedixit, et ait: HOC EST CORPUS MEUM, QUOD PRO VOBIS TRADETUR. Similiter benedictum calicem dedit dicens: HIC EST SANGUIS MEUS NOVI TESTAMENTI, QUI PRO MULTIS EFFUNDETUR IN REMISSIONEM PECCATORUM. Hoc in evangelio vel legebatis vel audiebatis, sed hanc eucharistiam esse Filium nesciebatis: nunc vero aspersi corde in conscientia pura, et loti corpore aqua munda, ACCEDITE AD EUM, ET INLUMINAMINI, ET VULTUS VESTRI NON ERUBESCENT. Hoc enim si digne accipitis, quod pertinet ad testamentum novum, per quod aeternam hereditatem spe-

Sicut sacramentum in nos sic et nos in corpus Christi convertimur.

10 est et ovis *C* 18 in vos hoc] *C;* hoc in vos *NDen* 24 in remissione *C*

5 sq. *emisit... dimisit*] Huiusmodi consonantiis, uti omnes norunt, delectatur Aug.

6 *operantes*] Cf. Phil. 2, 12.

in vobis] Cf. ibid. 13.

22 *tradetur*] Haec formula consecrationis erat in liturgia hispaniensi, quidni et in africana? Sic profecto I Cor. 11, 24, legebat Cyprianus, ac deinde Vulgata, cum in graeco κλώμενον aut etiam nihil habeatur.

24 *peccatorum*] Haec vero ad verbum ex Mt. 26, 28.

25 sq. *hanc eucharistiam esse Filium*] Insolens quidem dicendi modus, at in quo codices ambo consentiunt.

26 *aspersi*] « lego *abstersi* » notat Denisius, sed perperam: locus enim ex Hebr. 10, 22, desumptus est, ubi tamen legitur: *aspersi corda a conscientia mala, et abluti corpus aqua munda.*

28 *erubescent*] Ps. 33, 6, iuxta versionem quam s. Doctor in Enarrat. interpretatur.

ratis, tenentes mandatum novum ut vos invicem diligatis, habetis in vobis vitam. Illam enim carnem sumitis, de qua dicit ipsa vita: PANIS QUEM EGO DEDERO, CARO MEA EST PRO SAECULI VITA; et, NISI QUIS MANDUCAVERIT CARNEM MEAM, ET BIBERIT SANGUINEM MEUM, NON HABEBIT IN SE VITAM.

4. Habentes ergo vitam in illo, in carne una eritis cum illo. Neque enim hoc sacramentum Christi corpus ita commendat, ut vos inde seiungat. Hoc namque apostolus in scriptura sancta praedictum esse commemorat: ERUNT DUO IN CARNE UNA. SACRAMENTUM HOC, inquid, MAGNUM EST; EGO AUTEM DICO IN CHRISTO ET IN ECCLESIA. Et alio loco de hac ipsa eucharistia dicit: UNUS PANIS, UNUM CORPUS MULTI SUMUS. Accipere ergo incipitis quod et esse coepistis, si non indigne accipiatis, ne iudicium vobis manducetis et bibatis. Sic enim dicit: QUICUMQUE MANDUCAVERIT PANEM AUT BIBERIT CALICEM DOMINI INDIGNE, REUS ERIT CORPORIS ET SANGUINIS DOMINI. PROBET AUTEM SE HOMO, ET SIC DE PANE EDAT, ET DE CALICE BIBAT; QUI ENIM MANDUCAT ET BIBIT INDIGNE, IUDICIUM SIBI MANDUCAT ET BIBIT.

5. Digne autem accipitis, si a malae doctrinae fermento caveatis, ut sitis azymi sinceritatis et veritatis; aut si fermentum illud caritatis teneatis, quod abscondit mulier in farinae mensuris tribus, donec fermentaretur totum. Haec enim mulier est sapientia dei, facta per virginem in carne mortali, quae in toto orbe terrarum, quem de tribus Noe filiis post diluvium reparavit, tamquam in mensuris tribus suum disseminat evangelium, donec fermentaretur totum. Hoc est illud totum, quod graece dicitur OLON, ubi custodientes vinculum pacis eritis secundum totum, quod CATHOLON vocatur, et unde catholica nominatur. EXPLICIT DE SACRAMENTIS IN DIE PASCHAE.

Unde catholica nominatur.

7 vos] *CN;* nos *Den* 15 se] ipsum *add. NDen* 16 pane] illo *add. NDen* 25 olón *CN* 26 catholón *CN* cattholica *C* nominatur] *ex* vocatur *s. l. corr. C*

1 *diligatis*] Cf. Ioh. 13, 34.

3 *saeculi vita*] Ita Ioh. 6, 52, apud Cyprianum et August. legitur; ita etiam in Graduali Romano, antiph. ad comm. dominicae XV post Pentec.

5 *vitam*] Animadvertere iuvat, fere Augustino peculiarem esse huiusmodi verborum complexionem pro Ioh. 6, 54.

10 *in ecclesia*] Eph., 5, 31. 32. Eximia sane doctrina de ea, quae per eucharistiam efficitur, mystica cum Christo unione.

11 *sumus*] I Cor. 10, 17.

17 *et bibit*] I Cor. 11, 27-29; ubi lectiones Augustini melius servavit cod. Casinensis.

19 *veritatis*] Cf. I Cor. 5, 8.

21 *totum*] Luc. 13, 21; cum ea, quae mox sequitur, allegorica huius versiculi interpretatione consonat August., serm. 111, n. 1.

26 *catholica*] « Videtur excidisse *ecclesia* » (Denis); sed lege sis venerabilis viri Odilonis Rottmanner de *Catholica* palmare opusculum Rev. Bénéd. XIV (1900), p. 1 sqq., denuo editum in libro qui inscribitur « Geistesfrüchte aus der Klosterzelle » Monaci, 1908, p. 74 sqq.

IV.

Denis, Serm. IV, col. 11 sq. (= *Den*); Migne 46, 828-829. Ex cod. Neapolit. fol. 5^{r}-5^{v} (= *N*) primum vulgatus, nunc vero ad codices Casin. XVII, p. 221 sq. (= *C*); Vatic. lat. 4951, fol. 121^{v}-122^{r} (= *R*); Monac. lat. 17059 (ol. Schaeftlarn. 59, saec. X in.), fol. 53 (= *M*) castigatus. Aliquando, fateor, in eo fui, ut eum inter dubios reicerem: displicebat nempe nimis exquisita et affectata oratio, displicebant multiplices interrogationes, verbaque sine intermissu paria paribus reddita. Ad extremum tamen Denisii iudicio stare visum, cum et nonnulla Augustini ingenium aperte prodant, et ea, quae offendunt, vel temporis ratione vel oratoris haud ita matura forsitan aetate explicari queant. Ceterum pluribus verbis solummodo id disserit orator, quae de Christo leone et agno in sermone 263, n. 1, et alibi passim habentur.

INCIPIT ALIUS EODEM DIE DE SACRAMENTIS.

Sicut veritas per apostolos sonuit, et in omnem terram exivit sonus eorum, atque in fines orbis terrae verba eorum, PASCHA NOSTRA IMMOLATUS EST CHRISTUS. De quo ante propheta praedixerat: SICUT OVIS AD IMMOLANDUM DUCTUS EST, ET UT AGNUS CORAM EO QUI SE TONDERET FUIT SINE VOCE, SIC NON APERUIT OS SUUM. Quis est iste? Nempe ille, de quo sequitur et dicit: IN HUMILITATE IUDICIUM EIUS SUBLATUM EST. GENERATIONEM IPSIUS QUIS ENARRABIT? Video exemplum tantae humilitatis in rege tantae potestatis. Nam iste sicut agnus coram tondente non aperiens os suum, ipse est leo de tribu Iuda. Quis est iste agnus et leo? Mortem pertulit ut agnus, consumpsit ut leo. Quis est iste agnus et leo? Mitis et fortis, amabilis et terribilis, innocens et potens, tacens iudicatus, fremens iudicaturus. Quis est iste agnus et leo? In passione agnus, in resurrectione leo. An potius et in passione agnus et leo, et in resurrectione agnus et leo? Agnum in passione videamus. Modo iam dictum est: SICUT AGNUS CORAM TONDENTE SE FUIT SINE VOCE, SIC NON APERUIT OS SUUM. Leonem in passione videamus. Iacob dixit: ASCENDISTI, RECUMBENS DORMISTI SICUT LEO. Agnum in resurrectione videa-

Christus agnus et leo.

1 *inscriptio ex CN;* Christus agnus et leo *Den;* incipit eiusdem de christi passione et resurrectione *M* 5 eo] R; *om. CNDen; M habet* coram tondente se, *et om.* fuit 11 *pertulit*] *CNDen;* tulit *R* 16 dictum] *CR;* dictus *NDen* 18 sicut] *CNDen;* ut *R*

3 *eorum*] Cf. Ps. 18, 5.
4 *Christus*] I Cor. 5, 7.
6 *suum*] Esai. 53, 7, uti fere ap. Augustinum; qui tamen in hoc haud semper sibi constat: cf. etiam paullo infra l. 16 sq.
8 *enarrabit?*] Ibid. 8.
10 *Iuda*] Cf. Apoc. 5, 5.
17 *suum*] Esai. 53, 7, paullo aliter ac supra l. 4 sqq.
18 *leo*] Gen. 49, 9.

mus. Apocalypsis, cum de gloria sempiterna virginum loqueretur: SEQUUNTUR, inquit, AGNUM, QUOCUMQUE IERIT. Leonem in resurrectione videamus. Eadem Apocalypsis dicit, quod supra iam posui: VICIT LEO DE TRIBU IUDA APERIRE LIBRUM. Quare agnus in passione? Quia mortem sine iniquitate suscepit. Quare leo in passione? Quia mortem occisus occidit. Quare agnus in resurrectione? Quia sempiterna est illi innocentia. Quare leo in resurrectione? Quia sempiterna est illi potentia.

2. Quis est iste agnus et leo? Quomodo quaeris quisnam sit? Si ante quid erat, IN PRINCIPIO ERAT VERBUM. Si ubi erat, ET VERBUM ERAT APUD DEUM. Si quale Verbum erat, ET DEUS ERAT VERBUM. Si quantae potentiae sit, OMNIA PER IPSUM FACTA SUNT. Si et ipse quid factus est, ET VERBUM CARO FACTUM EST. Si quemadmodum vel de patre sine matre, vel de matre sine patre natus sit, GENERATIONEM EIUS QUIS ENARRABIT? Ab aeterno genitus, gignenti coaeternus; Verbum permanens, caro factus: omnium temporum creator, oportuno tempore creatus: praeda mortis, praedator mortis: DEFORMIS POSITIONE PRAE FILIIS HOMINUM, SPECIOSUS FORMA PRAE FILIIS HOMINUM: INFIRMITATEM SCIENS FERRE, et auferre: excelsus facere humilia, humilis excelsa: deus hominis, et homo deus: et primogenitus, et creator primogenitorum: et unicus, et frater multorum: de substantia patris natus, et particeps factus adoptatorum: et dominus omnium, et servus plurimorum. Hic est agnus, qui tollit peccata mundi; hic est leo, qui vicit regna mundi. Quaerebamus quis est iste: quaeramus qui sunt, pro quibus mortuus est iste. Forte pro iustis et sanctis? Non hoc dicit apostolus, sed potius, quia CHRISTUS PRO IMPIIS MORTUUS EST: non utique ut impii permanerent, sed ut morte iusti impius iustificaretur, et effuso sanguine sine peccato peccati chirographum deleretur. EXPLICIT DE SACRAMENTIS IN DIE PASCHAE.

[9] ante] *R*, quaeris *sup. lin. addito* C; autem *NDen* [11] potentiae] patientiae *Migne oscitanter* [14] aeterno] *haud dubitanter emendavi ex* altero *quod apud omnes legitur* [15] factus] *M;* factum *RC;* factum est *NDen* oportuno] *NM; corr. ex* opport. *CR* [17] speciosus forma p. f. hominum] *M unus habet* [18] et auferre] *M; om. ceteri* [19] creator] et *add. R* [19 sq.] et unicus] *M;* et *om. ceteri* [20] multorum] *RM;* cunctorum *CNDen* [21] adoptivorum *M* [22] vicit] *CNR;* vincit *Den* [23] quaerebamus] *CNR;* quaerebam *Den;* quaerebatis *M* quaeramus] *NDen; om. CRM* [24] forte iusti et sancti *M*

[2] *ierit*] Apoc. 14, 4.
[4] *librum*] Apoc. 5, 5.
[9-12] Ioh. 1, 1. 3. 14.
[14] *enarrabit?*] Esai. 53, 8.
[18] *ferre*] Esai. 53, 3, ubi fere unus ex omnibus legit August. « deformis positio eius ».
[22] *peccata mundi*] Cf. Ioh. 1, 29.
[25] *mortuus est*] Rom. 5, 6.
[27] *deleretur*] Cf. Col. 2, 14.

V.

Denis, Serm. V, col. 12-17 (= *Den*); Migne 46, 830-834. Ex cod. Neapolit. fol. 5^{v}-7^{r} (= *N*), primum evulgatus, cui nunc accedit eiusdem fere originis cod. Casin. XVII, p. 221-225 (= *C*). Porro iste quoque genuinus, et inter praestantissimos Augustini de duplici natura in una Christi persona sermones computandus; in quo s. Episcopus, uti codicum inscriptione notatur, « futuros Nestorianos et Eutychianos » et praesensit et confutavit. Quod non omnia inter se apta et connexa, id forte notarii, qui contionatoris verba excepit, oscitantiae tribuendum, quidni et ipsi contionatori ex tempore disputanti. Clausulam quoque sermonis sine sapore esse fateor: sed si « poetis, ut quidam ait, furere concessum est », quanto magis eloquentissimis viris, si quando imbecillum aliquid ac sine nervis proferant, danda venia est?

SERMO AURELII AUGUSTINI IN DIE PRIMO SANCTI PASCHAE.

Audivimus evangelium: lecta est resurrectio domini nostri Iesu Christi. Resurrexit Christus, ergo mortuus est Christus. Resurrectio testis est mortis, mors autem Christi peremptio timoris. Non timeamus mori, mortuus est Christus pro nobis; cum spe vitae aeternae moriamur, resurrexit Christus ut resurgamus. Habemus in morte et resurrectione eius opus indictum, praemium promissum: opus indictum passio, praemium promissum resurrectio. Opus hoc martyres impleverunt: nos impleamus pietate, si non possumus passione. Non enim omnibus contingit pati pro Christo, et mori pro Christo; tamen ipsum mori omnibus contingit. Felices, quibus pro Christo factum est, quod necesse erat ut fieret: necessitas enim erat mori, sed non erat necessitas pro Christo mori. Omnibus ventura est mors, sed non omnibus pro Christo mors. Quibus contigit pro Christo mori, quodammodo illud, quod eis erogatum fuerat, reddiderunt. Erogaverat eis dominus, ut moreretur pro illis; reddiderunt illi moriendo pro illo. Sed unde redderet miser egenus,

Omnibus contingit mori, solis martyribus mori pro Christo.

1 *ita cod. C in fine sermonis;* alius in eodem die contra arrianos et apollinaristas, maxime vero contra futuros nestorianos et eutychianos *C in fronte sermonis, N in indice capitul.;* iterum de paschate *Den* 8 nos *om. C*

1 *sancti paschae*] Hanc inscriptionem praetuli, quod antiquitatem redoleat: cf. longam seriem tractatuum de dominica et singulis feriis « sancti Paschae » in codice Guelferbyt. 4096.

4 sqq. *Non timeamus mori... Opus hoc martyres* etc.] Cf. editum nuper ex praefato codice serm. 12, 3, in quo pariter de resurrectione disseritur: « O homines, quid timebatis mori?... Propter ipsius resurrectionis fidem sancti martyres mori non timuerunt ».

si non dedisset felix dominus? Itaque quod erogaverat martyribus Christus, dedit eis unde redderent Christo. Vox enim martyrum est: NISI QUIA DOMINUS ERAT IN NOBIS, FORTASSE VIVOS ABSORBUISSENT NOS: persecutores, inquit, fortasse vivos absorbuissent nos. Quid est, vivos? Scientes quia male faceremus, si Christum negaremus, tamen tam magnum malum vivi, id est, scientes faceremus; et sic absorbuissent nos vivos, non mortuos. Quid est, vivos? Scientes, non nescientes. Et qua virtute non fecerunt quod a persecutoribus facere cogebantur? Ipsi interrogentur, ipsi dicant. Ecce respondent: Nisi quia dominus erat in nobis. Ergo ipse dedit quod ei redderetur. Gratias illi: dives est, et, quod de illo scriptum est, PAUPER FACTUS EST, UT NOS DIVITES FACERET; paupertate eius ditati, vulneribus eius sanati, humilitate eius exaltati, morte eius vivificati.

Quomodo nos Christi paupertate ditati.

2. QUID RETRIBUAM DOMINO PRO OMNIBUS QUAE RETRIBUIT MIHI? martyr dicebat. Audite quod sequitur. Attendit enim, et quaesivit quid retribueret domino: et quid ait? CALICEM SALUTARIS ACCIPIAM. Hoc retribuam domino: calicem salutaris, calicem martyrii, calicem passionis, calicem Christi. Hoc est, calicem salutaris, quia salutare nostrum Christus. Ergo accipiam, inquit, calicem eius, et retribuam illi. De ipso calice dixit et ipse Patri ante passionem: PATER, SI FIERI POTEST, TRANSEAT A ME CALIX ISTE. Pati venerat, mori venerat; in potestate habebat mortem. Aut, si mentior, ipsum audite: POTESTATEM, inquit, HABEO PONENDI ANIMAM MEAM, ET POTESTATEM HABEO ITERUM SUMENDI EAM. NEMO TOLLIT EAM A ME, SED EGO PONO EAM A ME, ET ITERUM SUMO EAM. Audistis potestatem? Nemo tollit. Sine causa gloriantur Iudaei: peccatum inde habent, non potentiam. Christus, quia voluit, mortuus est; ipse dicit in psalmo, EGO DORMIVI, ET SOMNUM CEPI. Clamaverunt, CRUCIFIGE, CRUCIFIGE: tenuerunt, suspenderunt. Sic illi vivant, quia aliquid

Sine causa gloriantur Iudaei, quasi vicerint Christum.

15 martyr dicebat] *C;* dic. martyr *NDen, quae verba psalmi versiculo* Quid retribuam *antepon.* 19 accipiam, inquit] *C;* inquit accipiam *NDen* 28 vivant] *C; N quoque ni fallor;* iuvant *Den*

3 *nos*] Ps. 123, 1. 2. 3.

4 sq. *Quid est, vivos? Scientes quia male* etc.] Simili modo Aug. in Enarratione huius psalmi, n. 5: « Hi sunt qui vivi absorbentur, qui sciunt malum esse, et lingua consentiunt » etc.

11 *faceret*] II Cor. 8, 9.

13 *vivificati*] Licet textus eo loco nonnihil iniuriae forte passus sit, hanc saltem ultimam periodum omnino Augustinum referre emunctae naris lector statim agnoscet.

14 *mihi?*] Ps. 115, 12.

16 *accipiam*] Ibid. 13.

21 *iste*] Mt. 26, 39.

24 *eam*] Ioh. 10, 18. 17, perturbato verborum ordine, omninoque consentanee exemplis quae ex Augustino Sabaterius huc adducit.

27 *somnum cepi*] Ps. 3, 6.

28 *crucifige*] Lc. 23, 21 et al.

vivant] scripsi, ambos codd. secutus, et si difficile est hoc verbum, sicuti aliud, *iuvant*, quod habet Denisius, interpretari. Quid si heic

potuerunt. Ego dormivi. Et quid postea? Et somnum cepi. Vere somnus erat triduanus. Quid ergo postea? ET SURREXI, QUONIAM DOMINUS SUSCEPIT ME. Secundum formam servi loquitur, Dominus suscepit me; sicut et alio loco, NUMQUID QUI DORMIT NON ADICIET UT RESURGAT? Gloriantur Iudaei, quasi vicerint me. Numquid qui dormit non adiciet ut resurgat? Illi, ut occiderent, suspenderunt: sed Ego dormivi, quia quando volui animam posui, et quando volui surrexi.

3. Ergo ipse est calix, quem volebat transire, ad quem bibendum venerat. Quid est ergo, domine, quod dixisti, Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste? Dixisti discipulis, passurus et moriturus: TRISTIS EST ANIMA MEA USQUE AD MORTEM. Quaero ergo in his verbis verba illa tua, Potestatem habeo ponendi animam meam, et potestatem habeo iterum sumendi eam. Unde audio, Tristis est anima mea usque ad mortem? Nemo tollit eam: quare tristis es? Potestatem habes ponendi animam tuam: quare dicis, Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste? Respondet interroganti, et dicit tibi: Homo, in carne mea te suscepi: numquid ergo, si in carne mea te suscepi, in voce mea non te suscepi? Quando dico, Potestatem habeo ponendi animam meam, et potestatem habeo iterum sumendi eam, sicut factor me loquor; quando dico, Tristis est anima mea usque ad mortem, sicut factura te loquor. Gaude de me in te, agnosce te in me. Quando dico, Potestatem habeo ponendi animam meam, adiutorium tuum sum; quando dico, Tristis est anima mea usque ad mortem, speculum tuum sum.

Christus patiens, non solum in carne, sed in voce sua nos suscepit.

4. Non legistis quia mortuus est? Numquid negamus? Si negaverimus mortem, negamus et resurrectionem. Inde mortuus est, unde homo esse dignatus est: inde resurrexit, unde homo esse dignatus est; quia et nos homines et morituri sumus, et resurrecturi sumus. Numquid Verbum in illo mortuum est? numquid pati aliquid potuit, quod IN PRINCIPIO ERAT VERBUM, ET VERBUM ERAT APUD DEUM, ET DEUS ERAT VERBUM? Quid potest pati tale Verbum? Et oportebat tamen, ut moreretur pro nobis Verbum: et mori non poterat, et ut moreretur oportebat. In principio erat Verbum, et Verbum erat apud deum, et deus erat Verbum. Ubi sanguis? ubi mors? Numquid mors in Verbo? numquid sanguis in Verbo? Si nec mors in Verbo, nec sanguis in Verbo, ubi

2 surrexi] *C;* resurrexi *NDen* 14 *es?*] t *in fine deleta C;* est *NDen;* habes] *NDen;* habens *C* 16 dicet *C* 20 facturam *C* 21 in te]˙*C*; in me *NDen* 24 legisti *C*

antiquius exemplum habeamus verbi *iubare* (posterius gallice *faire iu*), ab inclamationibus *ἰού, ἰώ*, unde etiam verbum *iubilare* derivatum esse grammatici autumant?

3 *suscepit me*] Ps. 3, 6.
4 sq. *resurgat?*] Ps. 40, 9.
11 *mortem*] Mt. 26, 38.
30 *Verbum?*] Ioh. 1, 1.

pretium nostrum? Annon pretium nostrum sanguis est eius? Unde ergo daret hoc pretium, si maneret solum Verbum, nisi carnem assumeret Verbum? Carnem autem de anima humana viventem: ut, quoniam Verbum occidi non poterat, occideretur sola caro, quae de sua anima vivebat. Neque enim vel anima occidi poterat: quae anima divinitati adhaerendo unus spiritus erat, ipso domino dumtaxat eam se induente, non ipsa in illo credente, sicut de nobis scriptum est: QUI ADIUNGIT SE DOMINO, UNUS SPIRITUS EST. Nos enim, cum infideles essemus, indigni eramus, et a deo alieni; credendo autem adhaesimus deo. Illa autem anima adhaesione dei digna creata est, cum in personae divinae unitatem nova rudisque adsumta est. Qua unitate ac singularitate duorum spirituum inaequalium discedente caro mortua est, quae de ipsa duorum spirituum unitate novo modo novoque genere vivens, id est, geminam et admirabilem vitam habens, parvo tantummodo tempore derelicta est. Deus enim spiritus, et imago eius humanus spiritus, immortales sunt.

5. Sic ergo nos alloquitur quodammodo dominus deus noster, salvator noster, dicens: O homines, feci hominem rectum, et fecit se ipse perversum. A me recessistis, in vobis peristis: ego autem quaesiturus sum quod perierat. A me recessistis, inquit, vitam perdidistis: ET VITA ERAT LUX HOMINUM. Ecce quod reliquistis, quando in Adam omnes peristis. Vita erat lux hominum. Quae vita? IN PRINCIPIO ERAT VERBUM, ET VERBUM ERAT APUD DEUM, ET DEUS ERAT VERBUM. Vita erat: vos in morte vestra iacebatis. Verbum, unde morerer, non habebam: homo, unde viveres, non habebas. Quia dignatur dominus Christus, suscepi verba eius: si ipse mea, quanto magis ego eius! Quodammodo in silentio rebus ipsis loquens dominus noster Christus dicit: Unde morerer non habebam: homo, unde viveres non habebas. Assumsi de te unde morerer pro te: assume de me unde vivas mecum. Commercia celebremus: do tibi, da mihi. Accipio a te mortem: accipe a me vitam. Expergiscere: vide quid dem, quid accipiam. Excelsus in caelo, accepi a te super terram humilitatem: dominus tuus, accepi a te formam servi: sanitas tua, accepi a te vulnera: vita tua, accepi a te mortem. Verbum, caro factus sum, ut mori possem. Carnem apud Patrem non

Mortem a nobis Christus accepit, nos ab eo vitam.

6 eam] *codd. ambo, et si Den* ea *legi oportere falso autumat* 11 unitate, m *in fine deleta, C* 17 deus] *C; om. NDen*

7 sq. *Qui adiungit se* etc.] Haec fuisse videtur antiquior translatio, qua inter ceteros Maximinus arrianus utebatur; ceterum Augustinus constanter leg. *Qui adhaeret* ad locum Pauli I Cor. 6, 17: cui lectioni etiam consonant verba sequentia, *adhaesimus... adhaesione*, adde et *adhaerendo*, l. 6.

21 *hominum*] Ioh. 1, 4.

habebam: de massa tua sumsi, unde tibi erogarem — Virgo Maria de massa nostra erat; ibi assumsit Christus carnem a nobis, id est, a genere humano — Accepi a te carnem, unde morerer pro te: accipe a me spiritum vivificatorem, unde vivas mecum. Postremo mortuus sum de tuo: vive de meo.

6. Ergo, fratres, quando auditis, Natus est de Spiritu ex virgine Maria, passus est, vapulavit, alapas accepit; quando auditis, Passus est haec Christus, nolite putare, Verbum illud, in principio apud deum, in sua natura atque in sua substantia aliquid tale pati potuisse. Sed numquid possumus dicere, quia Verbum dei, deus unigenitus, non est passus pro nobis? Passus est, sed secundum animam et carnem suam passibilem. Accepit enim formam servi, ut tamquam homo pateretur. Habebat enim et animam et carnem, quia totum hominem liberare venerat, non amittendo vitam, sed donando vitam. Ut autem similitudinem demus, unde celerius quod dicimus advertatis, sicut verbi gratia, quando Stephanus martyr, et Focas vel aliquis alius passus est et occisus et sepultus, caro eorum sola occisa et sepulta est, animae autem eorum neque occidi neque sepeliri potuere, et tamen rectissime dicimus, Mortuus est Stephanus, vel Focas, vel quicumque alius pro nomine Christi, ita, quando passus et occisus et sepultus est dei unigenitus, caro utique eius sola occisa et sepulta est: anima autem, et multo magis divinitas eius occidi non potuit: et ideo securi dicimus, mortuum pro nobis esse et sepultum unicum dei filium, id est, deum dei unigenitum. Unde utique veraciter, non mendaciter, dixit ipse Christus dominus, qui est sine mendacio veritas: SIC ENIM DILEXIT DEUS MUNDUM, UT UNIGENITUM SUUM DARET, UT OMNIS QUI CREDIT IN ILLUM NON PEREAT, SED HABEAT VITAM AETERNAM. Et apostolus similiter de deo Patre dicit, QUI FILIO PROPRIO NON PEPERCIT, SED PRO NOBIS

Symbolum Hipponiense.

Focas martyr.

1 sqq. Virgo – humano] *periodum uncinis inclusit Denis, quod videlicet verborum consequentiam interrumpat, nihilo tamen propterea minus genuina est* 6 ex virgine] *Den CN, fortasse pro* et virgine *facili librariorum errore; cf. serm. inter Guelferbytanos 1, n. 3. 4.* 16. 19 Focas] *CN;* Phocas *Den* 27 illum] *NDen;* eum *C* 28 dicit] *NDen;* dicens *C*

5 *vive de meo*] Heic iterum quis non Hipponiensis nostri sublimem sentiendi ac disserendi modum confestim dinoscat? Cf. serm. Morin 17, in fine.

6 sq. *virgine Maria*] Ita profecto Augustinus in suo symbolo, cum in aliis plerisque ecclesiis inverso ordine recitaretur *Maria virgine.*

9–24 *Sed numquid... deum dei unigenitum*] Cf. sermonem ex Guelferbytanis primum, n. 4.

16. 19 *Focas*] Nusquam alias, quod sciam, apud s. Doctorem nominatim profertur martyr ille Sinopensis, maritimis oris totius christiani orbis eo tempore celebratissimus: v. Anal. Bolland. XXX (1911), 252-272.

27 *aeternam*] Ioh. 3, 16.

OMNIBUS TRADIDIT EUM. Vultis autem nosse quid est Christus? Nolite adtendere carnem solam, quae iacuit in sepulchro; nolite adtendere animam solam, de qua dixit, Tristis est anima mea usque ad mortem; nolite attendere Verbum solum, quia deus erat Verbum: sed attendite quia Christus totus Verbum et anima et caro est.

Apollinaristarum et Arrianorum error de anima Christi.

7. Nihil autem animae Christi subtrahatis. Haeretici enim Apollinaristae dixerunt, quia mentem non habuit, id est, intellegentiam non habuit anima illa, sed Verbum illi pro mente et pro intellegentia erat. Hoc ait Apollinaris. Arriani autem dicunt: Nec qualemcumque animam habuit. Vos ergo fideliter tenete, quia prorsus Verbum et anima et caro est totus Christus. Et quando auditis, Tristis est anima mea, animam humanam intellegite, non beluinam: anima enim sine intellectu anima pecoris est, non anima humana. Si non venit liberare mentem, non habuit mentem. Ergo unus Christus, Verbum et anima et caro. Quid homo? Anima et caro. Quid Christus? Verbum et homo, ac per hoc Verbum et anima et caro, Christus unus. Hominem quando caedis pugnis, quid eius percutis? animam, an carnem? Confiteris quia carnem. Et tamen clamat anima: Quid me percutis? quid me caedis? Numquid, si dicas animae, Quis te tetigit? ego carnem ferio, non te; nonne, quicumque te audierint haec dicentem, irridebunt, et insipientem vel insanum te iudicabunt? Sic ergo, qui carnem Verbi dei flagellaverunt, vel alapis caeciderunt, non possunt dicere, Nos carnem flagellavimus, vel exalapavimus, non Verbum vel animam Christi; totum enim Christum, id est, Verbum et animam et carnem flagellaverunt vel alapis caeciderunt: non enim mortuum corpus eius flagellaverunt vel alapis caeciderunt. Et cum utique neque animam neque ipsam divinitatem eius, quae vera vita est, in cruce occidere potuerunt, totum tamen Christum in corde suo et in mala voluntate sua interficere delectati sunt. Quicumque enim persequitur aliquem ut eum occidat, sic eum vult extingui totum, sicut extinguitur totum lumen lucernae in terram collisae, ut penitus non luceat, cum eam sibi quisque malefactor viderit impedire. Quod in homine fieri nullo modo potest, id est, ut totus

1 nosse] *C;* nosce *N;* noscere *Den* 12 beluinam] *CN;* belluinam *Den* 25 sq. non enim – caeciderunt] *N; suppl. in imo folio C; om. Den fort. propter homoeotel.* 28 interficere] *CN;* inficere *Den*

1 *eum*] Rom. 8, 32.

6. 9 *Apollinaristae... Arriani*] Eosdem errores in his haereticis redarguit Aug., c. 49 et 55 libri De haeresibus ad Quodvultdeum et si fatetur « Arrianos, in eo quod Christum sine anima solam carnem suscepisse arbitrantur, minus notos esse ».

23 *exalapavimus*] Deest hoc verbum apud plerosque lexicographos: Denisius ad Passionem Cypriani et Iustinae lectorem remittit.

extinguatur, qui unam utique substantiam habet mortalem, alteram inmortalem: nulla enim in illo mortalis est, nisi caro. Unigenitus autem dei Christus multo magis totus extingui non potuit, cum eum se Iudaei extinguere putaverunt, qui in tribus substantiis suis, id est, una aeterna atque divina, et in duabus temporalibus, id est humanis, unam solam habuit mortalem, id est carnem suam; animam autem et maxime divinitatem suam sine dubio inmortalem habuit. Et ideo sua parvi temporis morte nos de nostra morte aeterna redimere solus potuit, qui non tantummodo caro et anima humana fuit, sed deus et anima et caro unus dei unigenitus fuit. QUI ENIM DESCENDIT USQUE IN INFERIORES PARTES TERRAE, IPSE EST ET QUI ASCENDIT SUPER OMNES CAELOS: quod homo solus facere non posset.

8. Securi ergo exultemus et laetemur, carissimi fratres, quia ille nos sua morte redemit, qui etiam occisus de hostibus triumphavit. Occisus enim mortem occidit, et in aeternum nos de manu eius liberavit, ASCENDENSQUE IN ALTUM CAPTIVAM DUXIT CAPTIVITATEM, atque HOMINIBUS misso Spiritu sancto DONA sua DEDIT: qui etiam iacens in sepulchro credentem latronem in paradisum introducere potuit. EXPLICIT SERMO AURELII AUGUSTINI IN DIE PRIMO SANCTI PASCHAE.

VI.

Denis, Serm. VI, col. 17-19 (= *Den*); Migne 46, 834-836. Cuius particulam tantum ex Bedae et Flori collectione ad I Cor. c. 10 sermonis 229 loco Maurini ediderant (= *Flor*), hunc demum integrum e codice Neapolit. fol. 7 (= *N*) Denisius emisit; qui nunc iterum in lucem profertur ad codd. Casin. XVII, p. 226-227 (= *C*) et Guelferb. 4096, fol. 51-52 (= *G*) recognitus. Brevis quidem est, uti pleraeque huiusmodi paschales allocutiones « ad infantes », at omnino Augustino dignus, et sermonibus Maurinae editionis 227. 272 necnon Guelferbytano 7 pretio exaequandus, quibus pariter ritus partim innotescit, quo sacra synaxis apud Afros olim agebatur. Illud vero praecipue animadvertas velim, institutionis verba uti causam, qua conficitur eucharistia, in eo diserte indicari.

TRACTATUS DE SACRAMENTIS FIDELIUM DOMINICA SANCTAE PASCHAE

Hoc quod videtis, carissimi, in mensa domini, panis est et vinum: sed iste panis et hoc vinum accedente verbo fit corpus et sanguis Verbi.

10 in] *NDen;* ad *s. l. 1 m. suppl. C* 19 explicit... paschae] *C.* 20 Tractatus *G* de sacr. fid. *Flor* 21 dom. s. paschae] *G;* primo die paschae *C in fine;* feria 2 paschae *Flor*

11 *caelos*] Eph. 4, 9. 10. 17 *dedit*] Eph. 4, 8; Ps. 67, 19.

Ille enim dominus, qui IN PRINCIPIO ERAT VERBUM, ET VERBUM ERAT APUD DEUM, ET DEUS ERAT VERBUM, propter misericordiam suam, qua non contempsit quod creavit ad imaginem suam, VERBUM CARO FACTUM EST, ET HABITAVIT IN NOBIS, sicut scitis; quia et ipsum Verbum adsumsit hominem, id est, animam et carnem hominis, et homo factus est, manens deus. Propter hoc, quia et passus est pro nobis, commendavit nobis in isto sacramento corpus et sanguinem suum, quod etiam fecit et nos ipsos. Nam et nos corpus ipsius facti sumus, et per misericordiam ipsius, quod accipimus, nos sumus. Recordamini quid fuit aliquando creatura ista in agro, quomodo eam terra peperit, pluvia nutrivit, ad spicam perduxit; deinde labor humanus ad aream conportavit, trituravit, ventilavit, recondidit, protulit, moluit, consparsit, coxit, et vix aliquando ad panem perduxit. Recordamini et vos: non fuistis, et creati estis, ad aream dominicam conportati estis, laboribus boum, id est, annuntiantium evangelium triturati estis. Quando catechumeni differebamini, in horreo servabamini. Nomina vestra dedistis; coepistis moli ieiuniis et exorcismis. Postea ad aquam venistis, et consparsi estis, et unum facti estis. Accedente fervore Spiritus sancti cocti estis, et panis dominicus facti estis.

In neophytis idem factum, quod in pane et vino oblationis.

2. Ecce quod accepistis. Quomodo ergo unum videtis esse quod factum est, sic unum estote et vos, diligendo vos, tenendo unam fidem, unam spem, individuam caritatem. Haeretici quando hoc accipiunt, testimonium contra se accipiunt: quia illi quaerunt divisionem, cum panis iste indicet unitatem. Sic et vinum in multis acinis fuit, et modo in unum est: unum est in suavitate calicis, sed post pressuram torcularis. Et vos post illa ieiunia, post labores, post humilitatem et contritionem, iam in nomine Christi tamquam ad calicem domini venistis; et ibi vos estis in mensa, et ibi vos estis in calice. Nobiscum hoc estis: simul enim hoc sumus, simul bibimus, quia simul vivimus.

Haeretici contra se testimonium accipiunt, cum panem accipiunt, qui indicat unitatem.

3. Audituri estis, quod etiam hesterno die audistis: sed hodie vobis exponitur quod audistis, et quod respondistis, aut forte cum responderetur tacuistis, sed quid respondendum esset hodie heri didicistis.

[4] et ipsum] et *om. G* [6] quia... passus] *ab his verbis incipit fragmentum apud Bed et Flor* [9-11] recordamini *usq.* perduxit] *om. Flor* [10] quid] *GCN;* quod *Den* [15] annunciantibus *G* [16] deferebamini *G* [17] et exorc.] *G Flor;* et *om. CN* [21] et vos] *CN; om. G;* vos *Flor* [24] acinis] *CNG;* racemis *Flor* [26] laborem *G* [28] in mensa, et] *G Flor;* ad mensam *CN, omisso* et in calicem *CN* [29] simul vivimus] *hic desinit fragm. apud Bed et Flor* [32] heri] *G; om. CN*

[2] *Verbum*] Ioh. 1, 1.
[4] *in nobis*] Ibid. 14.
[29] *bibimus... vivimus*] Unum ex oxymoris, quibus aequo magis delectatur Augustinus.

Ordo et ritus in sacrificio usitati.

Post salutationem quam nostis, id est DOMINUS VOBISCUM, audistis SURSUM COR. Tota vita christianorum verorum, Sursum cor: non christianorum nomine solo, sed christianorum re ipsa et veritate, tota vita sursum cor. Quid est, sursum cor? Spes in deo, non in te: tu enim deorsum es, deus sursum est. Si spem habes in te, cor deorsum est, non est sursum. Ideo, cum audieritis a sacerdote, Sursum cor, respondetis HABEMUS AD DOMINUM. Laborate ut verum respondeatis, quia apud acta dei respondetis: sic sit, quomodo dicitis; non lingua sonet, et conscientia neget. Et quia hoc ipsum, ut sursum habeatis cor, deus vobis donat, non vires vestrae, ideo sequitur, cum dixeritis habere vos sursum cor ad dominum, sequitur sacerdos et dicit, DOMINO DEO NOSTRO GRATIAS AGAMUS. Unde gratias agamus? Quia sursum cor habemus, et, nisi ille illud levasset, in terra iaceremus. Et inde iam quae aguntur in precibus sanctis quas audituri estis, ut accedente verbo fiat corpus et sanguis Christi. Nam tolle verbum, panis est et vinum: adde verbum, et iam aliud est. Et ipsum aliud, quid est? Corpus Christi, et sanguis Christi. Tolle ergo verbum, panis est et vinum: adde verbum, et fiet sacramentum. Ad hoc dicitis AMEN. Amen dicere, subscribere est. Amen latine interpretatur verum. Deinde dicitur dominica oratio, quam iam accepistis et reddidistis. Quare ante dicitur quam accipiatur corpus et sanguis Christi? Quia, sicut est humana fragilitas, si forte aliquid quod non decebat cogitatio nostra concepit, si aliquid lingua quod non oportebat effudit, si aliquid oculus sicut non decebat aspexit, si aliquid auris blandius quod non oportebat audivit, si forte aliqua talia contracta sunt de huius mundi temptatione et vitae humanae fragilitate, tergitur dominica oratione, ubi dicitur DIMITTE NOBIS DEBITA NOSTRA; ut securi accedamus, ne quod accipimus in iudicium nobis manducemus et bibamus. Post hoc dicitur, PAX VOBISCUM. Magnum sacramentum, osculum pacis:

Consecratio per verba institutionis.

2 virorum *G* 5 es] *CNG; om. Den* 7 laborate] facite *G* 9 cor habeatis *C* 13 levaset *G* 20 ante] *ante* quam *repet. codd., quod tamen in N post. deletum est* 23 sicut] *CG;* quod *NDen* 25 de huiusmodi *G* 26 dicimus *G*

11 sq. *Domino deo nostro gratias agamus*] Huiusmodi praeposterum verborum ordinem frustra alibi quaesivi etiam extra Augustinum, pro quo tamen nostri codices spondent.

14 sqq. *accedente verbo... adde verbum*] Ecquis non videat verbum istud, ad quod fideles Amen respondebant, formulam esse quam dicunt « institutionis », quae olim apud latinos, quemadmodum usque hodie apud graecos, alta voce proferebatur, et in qua prorsus constare summam consecrationis Augustinus, Ambrosius, aliique aperte docuerunt?

20 *et reddidistis*] Uti symbolum, ita etiam orationem dominicam « ad octo dies reddendam » esse monet Aug., serm. 59, n. 1.

26 *nostra*] Mt. 6, 12.

27 *et bibamus*] Cf. I Cor. 11, 29.

28 *Pax vobiscum*] Serm. 227, Migne 38, 1101: « Post ipsam (orationem dominicam) dicitur, *Pax vobiscum;* et osculantur se chri-

sic osculare, ut diligas. Ne sis Iudas: Iudas traditor Christum ore osculabatur, corde insidiabatur. Sed forte inimicum animum habet contra te aliquis, et non eum potes convincere, arguere: cogeris tolerare. Noli ei malum pro malo in corde tuo reddere: ille odit, tu ama, et securus oscularis. Audistis pauca, sed magna: non vilescant paucitate, sed cara sint pondere. Simul etiam onerandi non estis, ut ea quae dicta sunt teneatis. EXPLICIT TRACTATUS DE DOMINICA SANCTAE PASCHAE.

VII.

Denis, Serm. VII, col. 19-21 (= *Den*): ex cod. Neapolit., fol. 10^{v}-11^{r} (= *N*); contuli etiam cod. Casin. XVII, p. 235-236 (= *C*). Sermonem hunc, sive notarii minus diligenter exceperint, sive tum fuerit contionatoris vena pauperior, inter excellentiores Augustini nemo profecto computabit, immo egomet primum cogitavi, ut inter subditicios reicerem. Postea tamen, re maturius considerata, singula, quae contra eius auctoritatem adduci possint, sine magno labore dissolvere mihi contigit; eoque maioris momenti esse visa sunt, quae prima specie ab Augustino aliena videbantur, quod nonnulla gratae novitatis addunt iis quae ex reliquis s. Doctoris operibus hucusque nota erant.

SERMO HABITUS IN FESTIVITATE PASCHALI.

Dies Paschae nos celebrare omnibus notum est, quibus diebus Alleluia cantamus. Quapropter, fratres, sollicite adtendendum est, ut, quod visibiliter celebramus, in animo teneamus. Pascha enim nos celebrare dicimus. Pascha hebraeus sermo est, quod interpretatur *transitus;* graece autem *paschin* pati, latine Pascha *pascere*, ut dici solet, Pascam amicos. Pascha qui celebrant, nisi qui a morte peccatorum suorum transeunt ad vitam iustorum? sicut apostolus dicit: TRANSIVIMUS DE

Pascha transitus, pati, pascere.

[1] christi *G* [3] eum potes] *codd;* potes eum *Den* convincere] vel *inser. C s. l.;* non eum potes *repet. G* arguere] *CNG; om. Den* [6] etiam] finis est sermonis quia *add. G insulse* [7] teneatis] amen *more suo add. G* tractatus... paschae] *G;* sermo primo die paschae de sacramentis altaris ad neophitos *C* [8] *titulus ex CN;* de paschate *Den*

stiani in osculo sancto. Pacis signum est: sicut ostendunt labia, fiat in conscientia »; Enarr. in Ps. 124, n. 10: « Quibus respondetur, cum dixerint *Pax vobiscum*, Et cum spiritu tuo ».

[13] *paschin... pascere*] Pueriles sane etymologiae, quas tamen Noster aliquando, quippe quae vulgo circumferrentur, plebem docendi gratia, adhibere potuerit. Quin immo id innuere videtur locus iste Enarrationis in Ps. 140, n. 25, ubi de interpretando verbo *transeam* agit s. episcopus: « Audite etiam mysterium verbi eius. Secundum graecam locutionem, Pascha videtur passionem significare; πάσχειν enim *pati* dicitur. Secundum hebraeam autem linguam, sicut interpretati sunt qui noverunt, Pascha *transitus* interpretatur. Nam et si interrogetis bene Graecos, negant graecum esse Pascha ».

MORTE AD VITAM, QUIA DILIGIMUS FRATRES. Pascha quis agit, nisi qui credit passo in terra, ut cum illo regnet in caelo? Pascha quis agit, nisi qui pascit in pauperibus Christum? Ipse enim de pauperibus ait: QUICUMQUE UNI EX MINIMIS MEIS FECERIT, MIHI FECIT. Christus sedet in caelo, et indiget in terra: Patrem interpellat pro nobis, et hic panem petit a nobis. Ergo, domini fratres, si volumus agere Pascha salubriter, transeamus, patiamur, pascamus: transeamus a peccatis ad iustitiam, patiamur pro Christo, pascamus in pauperibus Christum. Convivia honeste celebremus, ut cum Abraham in regno dei caelesti convivio perfruamur. Cantemus ergo deo Alleluia, quod latine sonat, LAUDEMUS EUM QUI EST. Laudemus eum et in prosperis et in adversis: in prosperitatibus divitiarum non extollamur, et in flagello damnorum non infirmemur. Dicamus Alleluia cum Iob, qui dixit: DOMINUS DEDIT, DOMINUS ABSTULIT; SICUT DOMINO PLACUIT, SIC ET FACTUM EST; SIT NOMEN DOMINI BENEDICTUM. Benedicamus ergo dominum in omni tempore. Semper Alleluia cantamus, si ad sonum linguae nostrae moventur ad operationem iustitiae membra nostra; si hoc, quod sonat in ore cantantis, lucet in moribus viventis.

Alleluia sonat: laudemus eum qui est.

2. Audite quomodo cantare iussi sunt Alleluia divites et pauperes. PRAECIPE, ait apostolus, DIVITIBUS HUIUS SAECULI, NON SUPERBE SAPERE, NEQUE SPERARE IN INCERTO DIVITIARUM, SED IN DEO VIVO, QUI PRAESTAT NOBIS OMNIA ABUNDANTER AD FRUENDUM. DIVITES SINT IN OPERIBUS BONIS, FACILE TRIBUANT, COMMUNICENT, THESAURIZENT SIBI IN FUTURUM, UT APPREHENDANT VERAM VITAM. Quid pauperes cantent, Tobias docet: FILI, NE TIMEAS, QUONIAM PAUPEREM VITAM GERIMUS. EXUBERABUNT TIBI MULTA BONA, SI TIMUERIS DOMINUM DEUM TUUM, ET QUAE PLACENT

Alleluia quomodo divites cantent, quomodo pauperes.

[2] credit] Christo *interser. Den; 2 m. s. l N; om. C* [4] meis] *inser.* aliquid boni *NDen* fecit] *s. l. corr.* facit *C* [6] d. et fratres *C* [17sq.] si hoc sonat i. o. cantantis quod lucet *C* [21] praestat] *C;* dat *NDen* [24] quid] *CN;* quod *Den*

[1] *fratres*] I Ioh. 3, 14: ubi *transivimus* (Vulg. *translati sumus*) et *quia* (Vulg. *quoniam*) solito leg. Aug.

[4] *fecit*] Mt. 25, 40.

[6] *domini fratres*] Ad sermonem e suis 20, 12, notat Denisius hanc compellationem, *domne*, s. Doctori non inusitatam esse; cf. etiam serm. Maur. 94, qui ita incipit, « *Domini fratres* et coepiscopi mei... »

[11] *eum qui est*] Hanc quoque interpretationem, et si nusquam in eius operibus alias repperi, potuerit tamen Augustinus ubi ubi legere, ac data occasione in suos usus convertere.

[15] *benedictum*] Hiob 1, 21. Coniunctio *et* legitur in utroque libro C et N; in codice quoque Alexandrino editionis Septuaginta habetur οὕτω καὶ.

tempore] Cf. Ps. 33, 2.

[24] *vitam*] I Tim. 6, 17. 18. 19: porro lectio *dat*, quae in *NDen* habetur, unde profecta sit, nescio: Aug. ubique legit *praestat*, uti et cod. *C*.

IN CONSPECTU EIUS FECERIS. Dilectissima membra corporis Christi, expectemus caput nostrum venturum de caelo, cui cohaerentes immobiles permanebimus; ut, cuius passionem celebramus in terra, cum ipso regnemus in caelo. Disciplinam eius sustineamus, ut corrigamur; quia, sicut filios, ita nos aggreditur deus. QUIS EST ENIM, ait apostolus, CUI NON DET DISCIPLINAM PATER EIUS? SI SEPARATIS VOS A DISCIPLINA DEI, ERGO NOTHI, ET NON FILII ESTIS. Toleremus flagellum patris, ne incurramus severitatem iudicis.

Deus pater, diabolus mango.

3. Deus et diabolus, pater et mango: deus ut pater flagellat, et corrigit, et assumit; mango blanditur, seducit, et vendit. Pater fert flagellum, et mango fert saccellum: si concurreris sub alas flagellantis, liberaberis ab iniquitate vendentis. Vide a quo ubi reponaris, in regno caelorum, aut in saccello gehennarum. Si regnum dei concupiscis, in solutione libertatis laetaberis; si vero saccellum, colligationem servitutis accipies, et ligatis manibus pedibusque dicetur de te: TOLLITE ET MITTITE ILLUM IN TENEBRAS EXTERIORES; IBI ERIT FLETUS ET STRIDOR DENTIUM. Clamatur ad nos fortiter: QUI HABET AURES AUDIENDI, AUDIAT QUID SPIRITUS DICAT ECCLESIIS. EXPLICIT SERMO AURELII AUGUSTINI DE DIE PASCHAE.

VIII.

Denis, Serm. VIII, col. 21-24 (= *Den*); Migne 46, 838-841. Ex cod. Neapolit. fol. 14r-15r (= *N*) cui nunc accedunt codices Casin. XVII, p. 249-252 (= *C*); Vatic. lat. 4951, fol. 141v-142v (= *R*); Vatic. lat. 5758, p. 253-256 (= *V*). Quorum ultimus, licet antiquitate ceteris praestet, at textum plerumque decurtatum et in fine mutilum exhibet. Similiter homiliarius Silensis (Mus. Britann. cod. Addit. 30853, saec. XI, fol. 72v = *S*) priorem partem tantum servavit, quae libro *De cognitione baptismi* s. Hildephonso adscripto ad calcem

12 reponaris] aut *s. l. add. C 2 m.* 13 aut] *codex uterq.; mutav. in* an *Den* nimia *profecto scrupulositate* 18 Explicit *etc., ex C*

1 *feceris*] Tob. 4, 23, iuxta graec.; cuius loci nullum ex Augustino apud Sabatier exemplum affertur.

5 *nos aggreditur*] Vide Thes. ling. lat. I, 1316, l. 10-53.

7 *estis*] Hebr. 12, 7. 8, omnino ut Aug., saltem quod ad priorem versum adtinet; ad alterum de Augustino silet Sabaterius.

9 *pater et mango*] Frequenter utitur hac comparatione Aug.; cf. inter alia Enarr. in Ps. 127, n. 11; in Epist. Ioh. Tract. 3, n. 9; 7, n. 6 et hic infra serm. Denis 21, 4.

11 *fert saccellum*] Deminutivum pro *sacculo;* recurrit serm. Denis 20, 12. Quod autem adserit editor Vindobonensis, hoc vocabulum « nullibi in impressis Augustini » comparere, in hoc certo falsus est, uti vel ex his verbis constat serm. 60, n. 2 in fine: « Ut *saccellus* tuus impleatur numis, anima tua febrit curis ».

17 *dentium*] Mt. 22, 13.

18 *ecclesiis*] Apoc. 2, 7 et sqq.

etiam adiuncta est: Migne 96, 171. Ceterum quin sermo genuinus sit, nullus est dubitandi locus, et ab eo qui sexto minimum saeculo sermonem Appendicis 172 sarcinavit, iam expilatus est. Pulcherrima n. 3 proferuntur ad eos, qui, cum iam baptismum aliaque sacramenta habeant, nihil se accepturos existimant, si ecclesiae Christi communioni socientur.

IN OCTAVIS PASCHAE AD INFANTES.

Sermo mihi est ad vos, modo nati infantes, parvuli in Christo, nova proles ecclesiae, gratia patris, fecunditas matris, germen pium, examen novellum, flos nostri honoris et fructus laboris, gaudium et corona mea, omnes qui statis in domino. Apostolicis verbis vos alloquor: ECCE NOX PRAECESSIT, DIES AUTEM ADPROPINQUAVIT: ABICITE OPERA TENEBRARUM, ET INDUITE VOS ARMA LUCIS; SICUT IN DIE HONESTE AMBULATE: NON COMISATIONIBUS ET EBRIETATIBUS, NON CUBILIBUS ET INPUDICITIIS, NON CONTENTIONE ET AEMULATIONE; SED INDUITE DOMINUM IESUM CHRISTUM, ET CARNIS PROVIDENTIAM NE FECERITIS IN CONCUPISCENTIIS, ut et vita induatis, quem sacramento induistis. QUOTQUOT ENIM IN CHRISTO BAPTIZATI ESTIS, CHRISTUM INDUISTIS. NON EST IUDAEUS ET GRAECUS, NON EST SERVUS NEQUE LIBER, NON EST MASCULUS AUT FEMINA: OMNES ENIM VOS UNUM ESTIS IN CHRISTO IESU. Hoc habet ipsa vis sacramenti: sacramentum enim est vitae novae, quae in hoc tempore incipit a remissione praeteritorum omnium peccatorum, perficietur autem in resurrectione mortuorum. CONSEPULTI ENIM ESTIS CHRISTO PER BAPTISMUM IN MORTEM, UT, QUEMADMODUM SURREXIT CHRISTUS A MORTUIS, SIC ET VOS IN NOVITATE VITAE AMBULETIS. Ambulatis autem nunc per fidem, quam diu in hoc mortali corpore peregrinamini a domino: sed via vobis certa ipse, ad quem tenditis, factus est Christus Iesus secundum hominem, quod pro nobis fieri dignatus est. Servavit

Vita induendus, quem sacramento induimus.

1 in octavis paschae] *C;* sabbato paschae *N;* in octava paschatis *Den* ad infantes] *Den;* de octavis paschae infantum *V* 2 est] *om. C* 8 sq. *praepos.* in *ante* comisat. cubil. *et* contentione *habent NDen; om. CV* comisationibus] *V;* comesat. *R, corr.* comessat. *C* 10 providentiam] *CNRDen;* curam *V* 11 vita i. quem] *VR uti suggesserat Den;* vitam i. quam *CN* 13 aut] et*V* 18 mortem] *RC 1 m;* morte *VN, C 2 m. Den* quemadmodum] *VCR;* quomodo *NDen* surrexit Christus] *NDen;* Christus surrexit *C;* Chr. resurr. *VR*

1 *in octavis*] Exactius « die dominico octavarum » iuxta cod. Guelferb. 4096, non « die sabbati » ut in *N* inscribitur.

3 sq. *germen pium, examen novellum*] Haec et quae sequuntur in sua transtulit sarcinator sermonis Append. 172, n. 1.

5 *in domino*] Cf. Phil. 4, 1.

10 *concupiscentiis*] Rom. 13, 12-14, cum solitis August. lectionibus.

14 *Iesu*] Gal. 3, 27-28.

19 *ambuletis*] Rom. 6, 4.

20 sq. *a domino*] Cf. II Cor. 5, 6.

enim multam dulcedinem timentibus se, aperturus et perfecturus eam sperantibus in se, cum id quod nunc in spe accepimus etiam in re acceperimus. FILII enim DEI SUMUS, ET NONDUM APPARUIT QUOD ERIMUS. SCIMUS QUIA, CUM APPARUERIT, SIMILES EI ERIMUS, QUONIAM VIDEBIMUS EUM SICUTI EST. Hoc in evangelio ipse promisit: QUI DILIGIT ME, inquit, MANDATA MEA CUSTODIT. ET QUI DILIGIT ME, DILIGETUR A PATRE MEO, ET EGO DILIGAM ILLUM, ET OSTENDAM ME IPSUM ILLI. Utique videbant eum, quibus loquebatur, sed in forma servi, qua maior est Pater, non in forma dei, qua aequalis est Patri. Hanc ostendebat timentibus, illam servabat sperantibus: in hac peregrinantibus apparebat, ad illam cohabituros vocabat: hanc eis ambulantibus substernebat, illam pervenientibus promittebat.

2. HAS ERGO PROMISSIONES HABENTES, CARISSIMI, MUNDEMUS NOS AB OMNI COINQUINATIONE CARNIS ET SPIRITUS, PERFICIENTES SANCTIFICATIONEM IN TIMORE DEI. OBSECRO VOS UT DIGNE AMBULETIS VOCATIONE QUA VOCATI ESTIS, CUM OMNI HUMILITATE ANIMI ET MANSUETUDINE, SUFFERENTES INVICEM IN DILECTIONE, STUDENTES SERVARE UNITATEM SPIRITUS IN VINCULO PACIS. Qualis enim res est, unde tale pignus accepimus? Sed sunt quidam, qui Christum solo sacramento induerunt, quo in fide vel moribus nudi sunt. Nam et multi haeretici ipsum habent sacramentum baptismatis, sed non ipsum fructum salutis, nec vinculum pacis, HABENTES, sicut ait apostolus, FORMAM PIETATIS, VIRTUTEM AUTEM EIUS ABNEGANTES, vel signati a desertoribus, vel ipsi etiam desertores, signum boni regis in damnabili carne portantes; qui nobis dicunt: Si fideles non sumus, baptismum nobis quare non datis? Si autem iam fideles sumus, quid nos quaeritis? Quasi non legant, Simonem magum et accepisse baptismum, et tamen a Petro audisse, NON EST TIBI PARS NEQUE SORS IN HAC FIDE. Ecce quia fieri potest, ut aliquis habeat baptismum Christi, et non habeat fidem vel dilectionem Christi: habeat

Quare baptismus haereticis non iteratur.

[3] quod] quid *V* [5] hoc] etiam *add. NDen* [7] illum] eum *VR* [8] a qua maior *C 1 m, sed praep.* a *mox deleta;* qua minor est patri *S* [17] servare] *CVR;* observare *NDen* [23] abnegantes] *CVR;* negantes *NDen* *verba* vel signati *et reliqua usque* iniquitatis tuae *p. 38, l. 9 om. V, iisque substituit* quibus nihil prodest quia baptizantur, quando in ecclesia catholica quae praedicta est futura per orbem terrarum non sunt; *statimque prosequitur a p. 38, l. 10* Vos autem filii *etc.* [26] symonem *CNR*

[1] *timentibus se*] Cf. Ps. 30, 20.
[5] *sicuti est*] I Ioh. 3, 2.
[7] *illi*] Ioh. 14, 21.
[15] *timore dei*] II Cor. 7, 1.
[18] *pacis*] Eph. 4, 1-3.
[18] sq. *pignus accepimus*] Cf. II Cor. 1, 22 et al.
[23] *abnegantes*] II Tim. 3, 5.
[28] *in hac fide*] Ita legit fere unus August. ad Act. 8, 21.

sanctitatis sacramentum, nec computetur in sorte sanctorum. Neque interest, quantum ad ipsum solum attinet sacramentum, si ibi quisque accipiat baptismum Christi, ubi non est unitas Christi: nam et baptizatus in ecclesia, si fuerit desertor ecclesiae, sanctitate vitae carebit, sacramenti signaculo non carebit. Nam utique exeuntem non potuisse amittere demonstratur, quod redeunti non redditur; sicut desertor militiae caret legitima societate, non caret regio charactere. Qui si et alterum eodem signo ipse signaverit, non faciet consortem vitae, sed comitem poenae; si autem ad legitimam ordinatamque militiam et ille redeat, et ille veniat, placata regia severitate et illi ignoscitur quod recessit, et ipse suscipitur qui accessit: in ambobus culpa corrigitur, ambobus poena remittitur, ambobus pax datur, in nullo quod signatum est iteratur.

3. Iam ergo nobis non dicant: Quid nobis dabitis, si iam baptismum habemus? Sic enim nesciunt quid loquantur, ut nec saltem legere velint quod sancta scriptura testatur, in ipsa intus ecclesia, hoc est, in communione membrorum Christi multos in Samaria baptizatos non accepisse Spiritum sanctum, sed in solo baptismo fuisse, donec ad eos de Ierusalem venirent apostoli; contra autem Cornelium, et eos qui cum illo erant, meruisse accipere Spiritum sanctum, ante quam acciperent baptismi sacramentum. Ita deus docuit, aliud esse signum salutis, aliud ipsam salutem: aliud formam pietatis, aliud virtutem pietatis. Quid nobis, inquiunt, dabitis, si iam baptismum habemus? O sacrilegam vanitatem, ita nihil putare esse Christi ecclesiam, quam non habent, ut nihil se accipere arbitrentur, si eius communioni socientur! Dicat eis Amos propheta: VAE EIS QUI NIHIL FACIUNT SION! Quid accepturus sum, inquit, si iam baptismum habeo? Accepturus es ecclesiam, quam non habes; accepturus es unitatem, quam non habes: accepturus es pacem, quam non habes. Aut si ista nihil tibi videntur, pugna, desertor, contra imperatorem tuum dicentem, QUI MECUM NON COLLIGIT, SPARGIT. Pugna contra apostolum eius, immo vero et ibi contra ipsum qui per eum loquebatur, dicentem: SUSTINENTES INVICEM IN DILECTIONE, STUDENTES SERVARE UNITATEM SPIRITUS IN VINCULO PACIS. Numera quae

Quid accipiant, qui baptismum iam habentes communioni ecclesiae sociantur.

2 attinet] *CR;* pertinet *NDen* 10 sq. ignoscetur... suscipietur *R* 18 baptismate *R* 24 vanitatem] donatistarum qui *add. R* putant *CR*

19 *apostoli*] Cf. Act. 8, 5 sqq.

21 *sacramentum*] Ibid. 10, 44.

26 *Sion*] Amos 6, 1, iuxta LXX; quem locum Aug. libro 4 De doctr. christ. praeter consuetudinem suam ex interpretatione s. Hieronymi adduxit.

30 *spargit*] Luc. 11, 23.

33 *pacis*] Eph. 4, 2. 3; adverte hic *susti-*

dixit: sustinentiam, dilectionem, unitatem spiritus, pacem. Spiritus illic operator omnium, qui nominatus est, quem tu non habes. Numquid sustinuisti, qui de ecclesia recessisti? Quem dilexisti, quando membra Christi deseruisti? Quae tibi est unitas in sacrilega praecisione? quae pax in nefaria dissensione? Absit a nobis ut nihil sint ista, sed nihil es tu ipse sine istis. Haec si accipere in ecclesia contemnis, baptismum quidem potes habere, sed ad maius supplicium habes, quicquid non cum istis habes: baptismus enim Christi, qui cum istis suffragator esset salutis tuae, sine istis testis est iniquitatis tuae.

4. Vos autem, filii sancti, membra catholica, baptismum non alium, sed ad aliud accepistis: accepistis enim non ad poenam, sed ad vitam: non ad perniciem, sed ad salutem: non ad damnationem, sed ad honorem. Simul enim accepistis et unitatem spiritus in vinculo pacis; si tamen et vos, quod opto, quod spero, quod exhortor ac deprecor, et quod accepistis integrum custodiatis, et proficiendo ad maiora veniatis. Hodie dies octavus est nativitatis vestrae: hodie completur in vobis signaculum fidei, quod apud antiquos patres in circumcisione carnis fiebat octavo die carnalis nativitatis; figurabatur enim expoliatio mortalitatis in eo membro humano per quod moriturus nascitur homo. Unde et ipse dominus mortalitate carnis resurgendo se expolians, et non quidem aliud, sed tamen ultra non moriturum corpus exsuscitans, dominicum diem in sua resurrectione signavit, qui post diem passionis eius tertius, in numero autem dierum post sabbatum octavus est, idemque primus. Unde et vos nondum re, sed certa iam spe, quia et huius rei sacramentum habetis, et pignus Spiritus accepistis, SI RESURREXISTIS CUM CHRISTO, QUAE SURSUM SUNT SAPITE, UBI CHRISTUS EST IN DEXTERA DEI SEDENS; QUAE SURSUM SUNT QUAERITE, NON QUAE SUPER TERRAM. MORTUI ENIM ESTIS, ET VITA VESTRA ABSCONDITA EST CUM CHRISTO IN DEO. CUM CHRISTUS APPARUERIT VITA VESTRA TUNC ET VOS CUM IPSO APPAREBITIS IN GLORIA. EXPLICIT.

Die octavo completur in baptizatis signaculum fidei

[1] spiritus] *R, ex* spiritum *1 m corr. C;* spiritum *NDen* [2] qui] *om. R ante* nominatus numquid] nam quid *R* [3] qui de] quando de *R* [6] ecclesia] *add.* caritatis dona *R hoc loco pessime corruptus* [11] ad aliud] *VR;* aliud *CNDen* [13] simul – pacis] *om. V* [22] signavit] *post haec deficit V deperdito folio* [22 sq.] post diem] quidem *add. C* [26] resurrexistis] *CR;* consurrexistis *NDen*

nentes ubi supra p. 36, l. 17 *sufferentes* habetur: utramque translationem usurpat etiam alibi s. episcopus.

[30] *in gloria*] Col. 3, 1-4. Augustino consentanee.

IX.

Denis, Serm. IX, col. 24-26 (= *Den*); Migne 46, 841-843. Ex cod. Neapolit. fol. 17^{v}-18^{v} (= *N*) evulgatus, nunc ad codd. Casin. XVII, p. 260-261 (= *C*) et Vatic.-Bobien. 5758, p. 244-248 et 257 (= *V*) denuo castigatus. Neque hunc Augustini esse quisquam, qui recte sapiat, negabit; unum forte ex duobus quos Possidius in suo Indiculo c. 9 notavit « De versu psalmi centesimi decimi septimi, *Confitemini domino quoniam bonus est* ». Quorum prior cum die Pentecostes habitus sit, ipse profecto est quem Maurini numero 29, tom. 5 edidere; alterum vero in hoc Denisiano IX, quominus agnoscamus nihil prohibet, quandoquidem alius de eodem versu Sermo ap. Mai XC nihil habet auctoritatis. Multa hic occurrunt rerum verborumque copia insignia; multa quae bibliorum translationes, quibus s. Doctor usus est, illustrent.

DE VERSU PSALMI CENTESIMI DECIMI SEPTIMI: CONFITEMINI DOMINO QUONIAM BONUS EST.

CONFITEMINI DOMINO QUONIAM BONUS EST, QUONIAM IN SAECULUM MISERICORDIA EIUS. Quod nos voce psalmi Spiritus sanctus hortatus est, cui ore uno et corde uno respondebamus ALLELUIA, quod latine interpretatur LAUDATE DOMINUM, hoc vos et per nostram vocem idem Spiritus sanctus exhortatur: Confitemini domino quoniam bonus est, quoniam in saeculum misericordia eius. Sive dona illius laudando cantetis, sive peccata vestra gemendo fundatis, Confitemini domino quoniam bonus est, quoniam in saeculum misericordia eius. Neque enim sola commemoratio peccatorum nostrorum, sed etiam domini nostri laudatio confessio dicitur, quia, et si unum horum faciamus, non sine altero facimus: nam et iniquitatem nostram cum spe misericordiae ipsius accusamus, et ipsius misericordiam cum iniquitatis nostrae recordatione laudamus. Confiteamur ergo domino quoniam bonus est, quoniam in saeculum misericordia eius. Videtur nonnullis mala esse quaedam creatura, quia imperitorum sensus offendit: sed falsum est; fecit enim deus omnia bona valde, quoniam bonus est. Videtur nonnullis

Verbi « confiteri » duplex significatio.

1-2 *haec inscriptio ex N in indice capitulorum;* sermo sancti augustini epi. de confessione et alleluia *V* 3 est] *om. NDen* 6 dominum] deum *V* 7 confitemini] inquit *add. NDen* 11 domini] dei *C* 15 confiteamur] confiteantur *C*

4 *eius*] Ps. 117, 1. Testatur August. initio sermonis inter Guelferbytanos 18, ut primo die dominico, ita dominico die octavarum Paschae psalmum hunc cantari solitum esse; quod idem constat de « die Pentecostes in vigiliis » ex serm. 29 init.

iniustus deus, quia plerumque fideles eius multa dura et aspera in hac temporali vita patiuntur; sed, quibus hoc videtur, falluntur; FLAGELLAT ENIM OMNEM FILIUM, non quem reicit, sed QUEM RECIPIT, quoniam in saeculum misericordia eius.

2. Confiteamur ergo domino quoniam bonus est, quoniam in saeculum misericordia eius. Dicamus domino deo nostro: Admiranda sunt opera tua, OMNIA IN SAPIENTIA FECISTI. Iusta sunt iudicia tua, PRO INIQUITATE ERUDISTI HOMINEM. PRIUSQUAM HUMILIARER, EGO DELIQUI. Dicamus haec in confessione: quia, si quaedam supplicio nostrae mortalitatis adversa sunt, ille tamen bonum facit, quoniam bonus est. Et si temporalibus doloribus et laboribus emendamur, NON IN FINEM IRASCETUR, NEQUE IN AETERNUM INDIGNABITUR: quoniam in saeculum misericordia eius. Quid tam bonum quam deus noster? Blasphemant homines, nec solum non humilantur, sed etiam superbiunt in sceleribus suis; et FACIT ille SOLEM SUUM ORIRI SUPER BONOS ET MALOS, ET PLUIT SUPER IUSTOS ET INIUSTOS. Quid tam misericors quam deus noster? Perseverant homines in flagitiis et facinoribus suis, et eos ille ad conversionem vocare non cessat. Quid tam bonum quam deus noster, a quo et in pressura solacia tanta percipimus? Quid tam misericors quam deus noster, cuius et futuram sententiam mutati mutamus? Confiteamur domino quoniam bonus est, quoniam in saeculum misericordia eius. Non omnium rerum laudes confessiones sunt, sed laudes domini dei nostri. Si enim verissime dictum est, QUAM BONUS DEUS ISRAHEL RECTIS CORDE, malus utique videtur perversis corde. Quis autem hominum nisi ex perverso fit rectus, ut tamquam convictus laudare incipiat quod antea reprehendebat, et mirari quod antea contemnebat, confitens domino, quoniam sibi iam recto bonus est, qui perverso videbatur malus? Et quoniam sua malitia perversus erat, ipsius autem gratia

Quid tam bonum, quid tam misericors, quam deus noster.

5 confiteamur] confiteantur *C* 5 sq. quoniam in s. m. eius] *in V postea deletum est* 6 admirabilia *V* 7 omnia] enim *add. NDen* 7 sq. pro iniquitate] *scripsi;* pro iniquitatem *V;* propter iniquitatem *CNDen vulgata lectione praeoccupati* iniquitate] enim *iterum inser. NDen* 9 supplicia *V* 10 bona fecit *V* 14 humilantur] *servavi ex V;* humiliantur *CNDen* 17 eos ille] *VC;* ille eos *NDen* 19 in praesenti pressura *V* 20 cuius] cum *V* 21 est] *om. NDen* 24 utique] itaque *V*

1 *dura et aspera*] Cf. Reg. s. Bened. 58, 17: « dura et aspera per quae itur ad deum » et quae ibi ab abbate Butler adnotantur.

3 *recipit*] Prov. 3, 12; Hebr. 12, 6.

7 *fecisti*] Ps. 103, 24.

8 *hominem*] Ps. 38, 12, uti leg. August. *deliqui*] Ps. 118, 67.

12 *indignabitur*] Ps. 102, 9: ab Augustino usitata translatio.

14 *humilantur*] De hac forma verbi lege sis D. De Bruyne, Les Fragments de Freising (Collectan. bibl. lat. V), Introd. p. XLVII.

16 *iniustos*] Mt. 5, 45.

24 *corde*] Ps. 72, 1.

correctus est, simul oportet confiteatur quoniam in seculum misericordia eius. Nos mali, bonus ille: nos ab ipso boni, a nobis mali: bonus ille nobis bonis, bonus ille nobis malis. Nos saevientes in nos, ille misericors erga nos. Vocat, ut convertamur: expectat, donec convertamur: ignoscit, si convertamur: coronat, si non avertamur.

3. Confiteamur domino quoniam bonus est, quoniam in saeculum misericordia eius. Confessio etiam peccatorum timenda semper hominibus visa est, sed apud hominem iudicem. Nam saepissime flagellis et quibusque verberibus, ungulis quoque et ignibus agitur, ut eruatur ore confessio; et aliquando prius cedunt membra tormentis, ut corporis compago solvatur, quam doloribus animus, ut secretum facinoris propaletur. Instant carnifices, crebrescunt omnia genera tormentorum; sed frustra laniando aperiuntur viscera, cum clauditur negando conscientia. Cur autem in tantis cruciatibus homo metuit confiteri, nisi quia confessi solent puniri? Qui confessus fuerit homini, punitur: deo qui confessus fuerit, liberatur. Nec mirum. Quaerit homo ab homine quod ille qui quaerit ignorat; deus autem, qui monet ut confiteamur, novit quod confiteri nolebamus, nec tunc discit quando confessi fuerimus. Quanto ergo magis confitentes a sempiterna morte liberat, qui nostris iniquitatibus, quas et ante quam confiteremur noverat, a temporali morte parcebat.

Qui confessus fuerit homini, punitur; qui deo, liberatur.

4. Dicis fortasse: Quid a me quaerit deus, ut confitear quod ipse iam novit? Nam homo, ab homine cum hoc quaerit, ignorat. Quid putas, nisi quia deus vult, a te ut peccatum tuum cognoscendo puniatur, et ab illo ignoscendo solvatur? Nam quomodo illum cupis ignoscere, quod tu non vis agnoscere? Audi psalmum, et, si evigilas, adverte ibi vocem tuam: PECCATUM, inquit, MEUM COGNOVI, ET FACINUS MEUM NON OPERUI. DIXI, PROLOQUAR ADVERSUM ME DELICTUM MEUM DOMINO, ET TU DIMISISTI IMPIETATEM CORDIS MEI. Audi in alio psalmo:

Quare quaerit deus ut confiteamur quod ipse novit.

1 est] *om. V* 2 nos ab i. b. a. n. mali] *excidit in V* 5 coronat si] iam *inser. V* 6 confiteamur] ergo *add. NDen* 9 quibusquae *V;* quibusdam *CNDen* 13 aperiuntur] *V;* puniuntur *CNDen; iam pridem* panduntur *aut quid simile ipse conieceram* 14 quur *V* 15 homini ergo iudici qui confessus fuerit punitur *V* 16 quaerit enim homo *V* 17 sq. confiteatur *C: cf. p. 39, l. 15 et p. 40, l. 5 supra* 18 quod] quid *V* confessi] conversi *C* 27 ibi] *V;* ubi est *C;* vocem tuam ubi est *NDen* 27 sq. facinus meum] *CNDen;* iniquitatem meam *V* 28 proloquar] *CNDen;* pronuntiavo *V* delictum meum] iniustitiam meam *V*

5 *non avertamur*] Adverte quadrifariam sententiam, qua Augustini ingenium statim agnoscitur.

12 *genera tormentorum*] De hoc coercitionis seu inquisitionis modo similia habentur epist. 133, n. 2 et 134, n. 2.

29 *cordis mei*] Ps. 31, 5; singularum lectionum exempla apud Aug. reperies, haud exce-

QUONIAM INIQUITATEM MEAM EGO AGNOSCO, ET DELICTUM MEUM ANTE ME EST SEMPER. Non itaque impudenter dicebat deo, AVERTE FACIEM TUAM A PECCATIS MEIS. Tunc enim ab hominis peccato faciem deus dignatur avertere, cum homo ipse ad peccatum suum faciem suam curat advertere, ut in dei auribus dicat, ET PECCATUM MEUM ANTE ME EST SEMPER. Nec ideo dicitur deus avertere faciem, quia non cognoscit, sed quia ignoscit. Si ergo propterea times, homo, confiteri homini iudici, quia malus est, aut quia severitatem legis implere compellitur, securus confitere domino, quoniam bonus est, quoniam in saeculum misericordia eius.

XI.

Denis, Serm. XI, col. 29-34 (= *Den*); Migne 46, 846-851. Ex cod. Neapolit. fol. 26r-28r (= *N*) vulgatus, modo ad codicem Casin. XVII, p. 333-339 (= *C*) conlatus. Quem pristinus editor ut « praestantem et sublimem », ita a Possidio in Indiculo c. 8, his verbis notatum: « De responsorio psalmi centesimi tricesimi primi, *Paravi lucernam Christo meo* et cetera » iure pronuntiat. At in eius sententiam concedere non possum, dum sola recentioris amanuensis auctoritate fretus inscriptionem praemittit « In natali Iohannis baptistae », cum ex antiquiore codice Casinensi constet, orationem « Carthagine in Mappalibus, id est in basilica b. martyris Cypriani » et quidem « per vigiliam natalis eius » esse prolatam. Atqui fateor, nihil in ea reperiri, quod ad Cyprianum eiusque natale proprie referatur: sed neque ullum de s. Praecursoris festo fit verbum; et aliunde notum est, nequaquam ultra scripturae explanationem ab Augustino saepe saepius processum esse in iis etiam orationibus, quas in festo aliquo habitas fuisse certo compertum est. Videtur itaque inscriptioni codicis Casinen. omnino standum, maxime cum ibi sermo noster inter sermonem Denis XXIII. « habitum Uticae III. idus septembris » ac reliquos Carthagine ob natalem Cypriani idibus sept. et XVIII. kal. octob. dictos locum medium obtineat. Id tantum doleo, etiam codicis *C* ope fieri haud potuisse, ut menda, quae in editione Vindobonensi passim offendunt, omnia tollerentur.

[1] ante] contra *V* [2] itaque] huiusmodi *inser. NDen* [4] ad peccatum suum] *V;* a peccato suo *CNDen* [5] curat] minime *praem. NDen* advertere] *V;* avertere *CNDen* et peccatum] et *om. NDen* [6] deus] *CV;* deo *NDen* avertere] *V;* averte *CNDen* faciem] tuam *add. CNDen* [10] eius] explicit de confessione et alleluia *add. V*

pto verbo *proloquar*, quod item legitur in sermone Caillau II 11, 5, et ipso genuinis adnumerando.

[2] *semper*] Ps. 50, 5.

[3] *meis*] Ibid. 11.

[4] sq. *avertere... advertere*] Similis verborum lusus habetur Enarr. in Ps. 50, n. 14: « Peccatum enim unde se deus non avertit, advertit... avertendo faciem peccata delet, advertendo scribit »; item paullo post: « Bene rogas ut deus avertat faciem a peccato tuo, si tu inde non avertis faciem... Tu peccatum tuum ante faciem tuam converte, si vis ut inde deus faciem suam avertat ».

SERMO HABITUS CARTHAGINE IN MAPPALIBUS · ID EST IN BASILICA BEATI MARTYRIS CYPRIANI · PER VIGILIAM NATALIS EIUS · DE RESPONSORIO PSALMI CENTESIMI TRICESIMI PRIMI: PARAVI LUCERNAM CHRISTO MEO · INIMICOS EIUS INDUAM CONFUSIONEM.

Loquimur caritati vestrae in domo dei quod praesens psalmus admonuit: quis est qui dicat, PARAVI LUCERNAM CHRISTO MEO. INIMICOS EIUS INDUAM CONFUSIONEM; SUPER IPSUM AUTEM FLOREBIT SANCTIFICATIO MEA; et quae illa lucerna sit, quam paravit Christo suo; et qui sint inimici Christi eius, quos per illam lucernam induit confusionem; et quae sanctificatio eius, qui paravit lucernam Christo suo, quae florebit super Christum eius. In his enim omnibus verbis illud tantum videtur planum et apertum, quod hic ait, CHRISTO MEO: non enim aliud intellegendum est, quam Christus dominus et salvator noster. Perscrutantes itaque, quantum largitur deus, altitudinem sensus huius, invenimus hoc deum Patrem dicere. Deus ergo Pater, id est, persona dei Patris per prophetam loquitur: PARAVI LUCERNAM CHRISTO MEO. Filium autem dei eumdem esse et Christum dei, non est exponendum christianis. Inventa itaque loquentis persona videamus, quae sit lucerna a deo Patre Christo filio praeparata. Dominus ipse dicit de Iohanne baptista: ILLE ERAT LUCERNA ARDENS ET LUCENS, ET VOS VOLUISTIS EXULTARE AD HORAM IN LUMINE EIUS. Lucernam ergo dixit Iohannem, accensam de fonte luminis, ut testimonium perhiberet veritati. In hac enim caecitate iacebant homines, et in hac oculi interioris infirmitate, ut sol iustitiae per lucernam quaereretur. Nam si quis haberet mundum oculum cordis, eum ipsum prius intueretur, nec ad eius testimonium lucernam quaereret. Cum enim de illa lucerna dixisset, Voluistis exultare ad horam in lumine eius, EGO AUTEM, inquit, HABEO TESTIMONIUM MAIUS QUAM IOHANNEM. Lucerna ergo infirmis in nocte accensa est. Et quomodo illam accendit? Pater Christo filio suo de Iohanne dicit: ECCE MITTO ANGELUM MEUM

Mundo cordis oculo sol iustitiae testimonio lucernae non indiget.

1-5 *inscriptionem proculdubio antiquam servavit C, cuius eam partem tantum, quae cum Possidii Indiculo concordat, in capitulorum indice retinuit N;* in natali Iohannis baptistae *Den* 5-8 confusionem] *C* 1 *m*, m *post deleta;* confusione *NDen*

9 *mea*] Ps. 131, 17. 18.
22 *eius*] Ioh. 5, 35.
29 *quam Iohannem*] Ibid. 36; at infra p. 50, l. 5: *maius Iohanne.*

ANTE TE, QUI PRAEPARABIT VIAM ANTE FACIEM TUAM. Paravit lucernam Christo suo.

2. Quomodo inimicos eius per ipsam lucernam induit confusionem? Ac prius videte quod diximus, de fonte luminis accensam lucernam. Ipse Iohannes testatur: NOS AUTEM, inquit, DE PLENITUDINE EIUS ACCEPIMUS. Erat autem Iohannes tanta excellentia praecellens, ut non ante Christum missus, sed ipse Christus putaretur. Ille autem, si lucerna esset extincta, et nidore superbiae fumida, quando ad eum missum est a Iudaeis, dictumque illi, TU QUIS ES? TU ES CHRISTUS, AN HELIAS, AN PROPHETA? diceret, Ego sum. Invenerat enim occasionem iactantiae suae, ultro honorem falsum errore hominum deferente. Numquid hoc persuadere laborabat, quod priores dicebant qui interrogabant? Sed missus est humilis ad parandam viam excelso: inde amicus sponsi, quia servus cognitor domini. Et ait, EGO SUM VOX CLAMANTIS IN EREMO: PARATE VIAM DOMINO, RECTAS FACITE SEMITAS EIUS. Ego non sum Christus, nec Helias, nec propheta. Et illi: QUIS ERGO ES? Et quid dixit? EGO SUM VOX CLAMANTIS IN DESERTO: PARATE VIAM DOMINO. Iam enim ista praedixerat Esaias: de quo autem praedixerit, ibi intellegitur. Legistis, inquit, hoc in Isaia, et forte lectum ignorastis unde sit dictum: ego sum de quo est dictum. Quantum autem se abicit, qui tantum erigebatur, ut Christus putaretur, quantum se abicit, videte. EGO QUIDEM, inquit, BAPTIZO VOS IN AQUA; QUI AUTEM POST ME VENIT, MAIOR ME EST. Et aliquanto posset me maior dici. Maiorem se illum dicit. Dic, quanto maiorem? CUIUS NON SUM, inquit, DIGNUS CORRIGIAM CALCIAMENTI SOLVERE.

Inde amicus sponsi Iohannes, quia servus cognitor domini.

3. Iam hinc intellegite dispensationem, quare Iohannes ante Christum praemissus est. Videtis, quanto sit minor, quantoque illum fateatur esse maiorem, ut dicat indignum se solvere corrigiam calciamenti eius. Quantus est iste, qui se dicit indignum solvere corrigiam calciamenti huius? Quantus est? ubi quaerimus? Si ab ipso Iohanne quaeramus, quantus sit Iohannes, non invenimus; humiliat enim se, et nihil

1 viam] tuam *1 m. add. C, quod tamen mox expunctum est* 3 confusionem] *C;* confusione *NDen* 19 dictum sit *C* 23 posset] post *C* se illum] *om. C* 24 maiorem] *corr.* maior *C* calciam.] *CN const;* calceam. *Den*

1 *tuam*] Mt. 11, 10 et al.
5 sq. *accepimus*] Ioh. 1, 16.
10 *propheta?*] Ioh. 1, 19. 21.
13 *amicus sponsi*] Cf. Ioh. 3, 29.
15 *eius*] ex Ioh. 1, 22. 23. et Mt. 3, 3.
18 *Esaias*] 40, 3.
23 *maior dici*] Vacillare hic sensum, recte Denisius animadvertit, nec medelam videre fatetur.
25 *solvere*] Luc. 3, 16: quo modo etiam legit Aug. Tract. 6 in Ioh. n. 7.

de se, vel veraciter, iactanter loquitur. Quantus ergo sit Iohannes, qui non est dignus corrigiam calciamenti solvere eius qui homo putabatur, a quo audituri sumus? Ipsum dominum interrogemus, et dicamus ei: Domine, perhibuit de te Iohannes magnum testimonium, et cum eius magna excellentia inter homines appareret, ut Christus esse putaretur, quaesitumque ab eo esset quis esset, dixit non se esse Christum, dixit venturum esse maiorem se, et tanto maiorem, ut non sit dignus corrigiam solvere calciamenti eius. Tamquam lucerna fidelis locuta est de excellenti lumine tuo. Hoc de te Iohannes. Videamus quis sit qui de te ista, quantus sit ille qui se ita humiliavit tibi, teque tanto ampliorem se confessus est. Quis est? Ille de te ista: tu de illo dic nobis aliquid. Audi vocem domini de Iohanne: IN NATIS MULIERUM NEMO EXSURREXIT MAIOR IOHANNE BAPTISTA. Sed quid ait? QUI AUTEM MINOR EST, IN REGNO CAELORUM MAIOR EST ILLO. Se ipsum dicit: non enim arrogans est deus, cum commendat magnitudinem suam. Quid est, qui minor est? Qui posterior aetate, maior maiestate. Posterior enim natus Iohanne est dominus Christus, sed in eo quod factus est propter nos, non in eo per quod facti sumus. Ille qui post Iohannem natus est audit a Patre: non ante Iohannem, non ante David, non ante Abraham, sed ANTE LUCIFERUM GENUI TE. Si ergo adcommodatum est aliquid infirmitati nostrae, ut diem lucerna praecederet, et creditum est lucernae de die, quanto magis credendum est diei de lucerna, quia in natis mulierum nemo exsurrexit maior Iohanne baptista? Homo igitur, quo nemo maior natus erat, cum dicit se indignum solvere corrigiam calciamenti cuiusdam, quid est ille, cuius non est dignus solvere corrigiam calciamenti homo quo nemo maior erat? Si iam Iohannes tantus homo, ut amplior non possit esse homo, quicquid illo maius, amplius est quam homo. Si iam Iohannes tantus homo, ut maior illo nullus sit homo, qui maior illo est, amplius est quam homo. Et qui amplius est quam homo, tamen propter hominem homo, merito super eum floret sanctificatio Patris.

Testimonium Iohannis de Christo, Christi de Iohanne.

Qui maior Iohanne est, amplius est quam homo.

4. Super eum enim Spiritus sanctus in specie columbae descendit: flos sanctitatis in specie columbae, in forma simplici atque innocenti tunc demonstratus est plenius ipsi Iohanni, ut impleretur, ET SUPER IPSUM FLOREBIT SANCTIFICATIO MEA. EGO, inquit, NON NOVERAM EUM:

9 sit qui] *om. C* 12 audi] *add.* te *C. s. l.* 13 sq. minor est, in regno] *eadem in C atque apud NDen interpunctio* 14 illo est *C* 16 maior] est *add. C. s. l.* natus] est *add. C. s. l., om. autem post* iohanne 18 audit] *coniectura scripsi;* audi *codd. Den* 23 maior nemo *C*

14 *illo*] Mt. 11, 11. 20 *genui te*] Ps. 109, 3.

SED QUI ME MISIT BAPTIZARE IN AQUA, IPSE MIHI DIXIT, SUPER QUEM VIDERIS SPIRITUM DESCENDENTEM SICUT COLUMBAM, ET MANENTEM SUPER EUM, IPSE EST QUI BAPTIZAT IN SPIRITU SANCTO. ET EGO, inquit, QUOD VIDI TESTIMONIUM PERHIBEO, QUIA IPSE EST ELECTUS DEI. De quo testimonium perhibet? Super quem vidit florere sanctificationem Patris. Unde vidit descendentem Spiritum sanctum? Non enim a Filio aliquando recessit Spiritus, aut aliquando Filius ab Spiritu, aut aliquando Filius a Patre, aut Pater a Filio, aut Spiritus a Filio et Patre: sed aliter ista intelleguntur mente purgata, aliter oculis demonstrantur. Nullo tempore praecedit Pater Filium, nullo tempore sequitur Filius Patrem: nullo tempore, quia ibi nullum tempus. Pater et Filius et Spiritus sanctus, creator temporum, unus deus. Ibi ergo non est ut dicas, Prior est Pater, posterior Filius: ex quo Pater, ex illo Filius. Quaere, ex quo Pater. Superas cogitatione terram, caelum, angelos, visibilia, invisibilia, universam creaturam, et quaeris, Ex quo coepit Pater? Non sic quaeruntur aeterna: noli quaerere ex quo, nisi quod incipit. Noli quaerere ex quo, a quo incipit quicquid coepit, et quod a nullo incipit, quia non incipit. Sicut autem non incipit Pater, non incipit Filius, sed est Filius splendor Patris. Sic splendor ignis, ex quo ignis; et splendor Patris, ex quo Pater. Ex quo autem Pater? Ab aeterno in aeternum. Ergo et splendor Patris ab aeterno in aeternum; et tamen, quia splendor illius, Filius illius, et sic non coepit tempore, ut genitus sit a Patre. Quis hoc videat? Lima cor, excute pulverem, dilue maculam: quicquid interiorem perturbat intuitum curetur et sanetur, et apparebit quod dicitur et creditur, antequam videatur.

Coaeternae sunt tres personae trinitatis.

5. Modo tamen credimus, fratres. Quid credimus? Patrem et Filium et Spiritum sanctum nullo tempore se praecedere. Cum ergo Pater et Filius et Spiritus sanctus nullo tempore se praecedant, non tamen potui nominare Patrem et Filium et Spiritum sanctum, nisi ista nomina tempora tenerent, et temporibus suis tenerentur. Non est prior Pater et posterior Filius, et tamen ego non potui dicere nisi unum prius et alium posterius, et sua tempora omnes syllabae tenuerunt, et secunda syllaba in verbis meis sonare non potuit nisi cum prima transisset. Peracta sunt tempora in syllabis meis, cum ea dicerem quae non habent tempora. Sic ergo, fratres mei, cum illa trinitas sensibiliter ostenderetur

7 spiritus] sanctus *add. NDen* 12 uddicas *C* 27 praecedere] *NDen;* praecedunt *C* 28 se] *om. C* 30 tenderentur *C*

4 *dei*] Ioh. 1, 33. 34: *electus dei* Ambrosius quoque legit, uti codd. Vindob.-Palat. et Corb. 2; Augustinus vero Enarr. in Ioh. iuxta Vulg. habet *Filius dei.*

huic carni, in fluvio apparuit omnis trinitas, ubi baptizatus est dominus a Iohanne. Baptizatus est enim, ascendit a baptismo, descendit columba, et sonuit vox de caelo: HIC EST FILIUS MEUS DILECTUS, IN QUO BENE COMPLACUI. Filius in homine, Spiritus in columba, Pater in voce. Res indiscreta discrete monstrata est; si tamen dicenda est res, sed potius rerum omnium causa, si tamen causa. Quid enim dicimus, cum de deo dicimus? Et tamen dicimus, et dici se sinit, qui non est velut cogitatur, dici autem non potest nec quo modo cogitatur. Sed quantum ad homines, fratres, ecce per columbam apparuit, et impletum est, SUPER IPSUM AUTEM FLOREBIT SANCTIFICATIO MEA. FLOREBIT enim dictum est, clare apparebit: nihil enim in arbore flore clarius, nihil lucidius. Age iam pervenimus ad ultima verba hypopsalmatis, SUPER IPSUM AUTEM FLOREBIT SANCTIFICATIO MEA. Recordor me praetermisisse qui sint inimici qui confusi sunt per lucernam.

Trinitas in baptismo Christi quomodo apparuit.

Hypopsalma.

6. PARAVI LUCERNAM CHRISTO MEO. Pater dicit de Filio suo. Quam lucernam? Iohannem. Interroga ipsum Filium. ILLE ERAT LUCERNA ARDENS ET LUCENS. INIMICOS EIUS INDUAM CONFUSIONEM. Inimici Christi aperti, qui, nisi Iudaei? Habet enim occultos inimicos Christus. Omnes inique atque impie viventes inimici sunt Christi, et si signentur nomine eius, et si vocentur christiani. Quibus enim dicturus est, NON NOVI VOS, et dicunt illi, DOMINE, IN NOMINE TUO MANDUCAVIMUS ET BIBIMUS, IN NOMINE TUO VIRTUTES MULTAS FECIMUS? Quid, manducavimus et bibimus in nomine tuo? Non enim escas suas pro magno iactabant, et inde se ad Christum pertinere dicebant. Est esca quaedam quae manducatur et bibitur, et Christus est; et ab inimicis Christus manducatur et bibitur. Norunt fideles agnum inmaculatum quo vescuntur; atque utinam sic vescantur, ut non sint poenae debitores! Sicut enim dicit apostolus, QUICUMQUE MANDUCAT ET BIBIT INDIGNE, IUDICIUM SIBI MANDUCAT ET BIBIT. Ergo inimici Christi sunt, qui malunt inique vivere, quam illi obtemperare, et, cum dicitur venturus iudicare vivos et mortuos, timent ne veniat. Si illis liceret, facerent ne

Inimici Christi alii aperti, occulti alii.

Eucharistia.

1 uhic *C* 11 age] aie *C* 13 recordor] *2 m. praem.* sed *C* 17 confusionem] *C;* confusione *NDen* 18 inimicos occultos *C* 22 quid] est *s. l. add. C* 29 sunt inimici Christi *C* 31 sq. *post* veniat *et* veniret, *add.* et *C s. l.*

4 *complacui*] Mt. 3, 17.

12 *hypopsalmatis*] quo nomine id intellegit Aug. Retract. I, n. 20 « quod respondetur » a populo, sive, ut modo dicere solemus, antiphonam.

13 *Recordor me praetermisisse* etc.] Ex his apparet, orationem ex tempore prolatam esse.

17 *lucens*] Ioh. 5, 35.

22 *fecimus*] Ex Mt. 7, 23. 22 et Luc. 13, 25. 26 conflatum.

29 *bibit*] I Cor. 11, 29.

veniret. Quia non potuerunt facere ut non veniret, facerent ne rediret. Iam Iudaei hoc voluerunt facere, ne rediret. Missus est enim filius ad malos illos colonos, ad malos conductores nolentes reddere mercedem, et lapidantes servos missos ad se. Tunc dixit paterfamilias, dominus vineae, MITTAM FILIUM MEUM: forsitan vel ipsum reverebuntur. Illi autem cogitaverunt dicentes: HIC EST HERES, VENITE OCCIDAMUS EUM, ET NOSTRA ERIT HEREDITAS. Non potuerunt facere ne veniret a Patre, et conati sunt facere ne rediret ad Patrem. Sed cui bono? Videbant quidem et contemnebant mortalem, sed in eo non potuerunt occidere nisi mortem. In morte Christi mors mortua est. Ille resurgens ascendit ad Patrem, et venturus est. Quid timetis? Amate, et securi eritis. Nonne nos oramus, ADVENIAT REGNUM TUUM? Ergo, fratres, oramus, et timemus ne exaudiamur?

Christi regnum adveniat oramus, et timemus ne exaudiamur.

7. Sed isti, ut dicere coeperam, occulti sunt inimici. De illis apertis loquamur, qui aperte inviderunt, saevierunt, tenuerunt, flagellaverunt, illuserunt, crucifixerunt, occiderunt, sepultum custodierunt. Videamus quomodo induti sunt confusionem per illam lucernam. Cum miracula viderent in domino iidem inimici, DIC NOBIS, inquiunt, IN QUA POTESTATE ISTA FACIS? Inimico animo interrogaverunt, ut, si ille fateretur potestatem suam, quasi blasphemandi reum tenerent. Sed quomodo ille fecit de numo, quando volebant calumniari ei, si diceret, Reddatur tributum Caesari, quasi maledixisset genti Iudaeorum, quam fecisset subditam et tributariam; si autem dixisset, Non reddatur, criminarentur eum apud Caesaris amicos et ministros, quod prohiberet reddi; ille autem, OSTENDITE, ait, MIHI NUMUM: CUIUS HABET IMAGINEM ET SUPERSCRIPTIONEM? RESPONDERUNT, CAESARIS. REDDITE ERGO CAESARI QUOD CAESARIS EST, ET QUAE DEI SUNT DEO. Hoc est dicere: si Caesar quaerit imaginem suam in numo, deus non quaerit imaginem suam in homine? Sic et hic inimici calumniatores IN CORDE ET CORDE LOCUTI SUNT MALA. Semel enim dixisset IN CORDE, nisi qui talia loquerentur duplex cor

Inimici Christi aperti Iudaei, lucernae testimonio quomodo confusi.

1 veniret] rediret *C* rediret] veniret *C hoc loco perturbatus et expunctus* 2 est *om. C* 4 et *om. C* 8 cui bono] *C recte;* cui hoc *NDen* 9 in ea *C* 14 uddicere *C: cf. supra p. 46, l. 12* sunt] *om. C* 17 sunt induti *C* confusione *NDen* 21 illis] *CN;* ille *Den* 25 nummo *CN const.* 26 sq. quod caesaris est] *C;* quae caesaris sunt *NDen* 30 dixisset. *CN, subaudi* « psalmista »; dixissent *Den*

5–8 *hereditas*] Luc. 20, 13. 14.

12 *tuum?*] Mt. 6, 10.

19 *facis?*] Luc. 20, 2. Cum iis quae sequuntur usque p. 49, l. 29 cf. Aug. Tract. 35 in Ioh. n. 2.

27 *deo*] Luc. 20, 24. 25: ubi etiam aliquando *quod Caesaris est* leg. Aug.

29 *mala*] Ps. 11, 3, iuxta translationem qua uti solet Aug.

haberent, et, unde paulo ante dictum est, cor combinatum, non simplex. Videte enim quantum interest. De servis dei multis dictum est, quia habebant unum cor: ERAT, inquit, ILLIS ANIMA UNA ET COR UNUM IN DEUM. Multi simplices habent unum cor, unus dolosus duo corda. Ergo, quia illi loquebantur in corde et corde: DIC NOBIS IN QUA POTESTATE ISTA FACIS? id est, si dixeris honoramus, si dixeris veneramur, si dixeris exoramus. Videtur hoc sonare de alio corde. De alio autem, nam duplex ibi erat, si dixeris calumniamur, si dixeris inveniemus quod teneamus, si dixeris inveniemus quod accusemus. Tales inimici: sed confundantur de lucerna; modo illos videbitis confundi. Et bene, quia tempus agimus lucernarium, confundantur inimici Christi per lucernam quam paravit Christo suo Pater. ILLE ENIM ERAT LUCERNA ARDENS, ipse dominus ait. Quid ergo istis respondit dicentibus, Dic nobis in qua potestate ista facis? INTERROGABO ET EGO UNUM SERMONEM. DICITE MIHI, IOHANNIS BAPTISMUS UNDE EST? DE CAELO, AN EX HOMINIBUS? Illi autem perturbati apud se: SI DIXERIMUS, DE CAELO, DICTURUS EST NOBIS, QUARE NON CREDIDISTIS EI? id est, Ut quid me interrogatis in qua potestate ista facio, quando de me ille perhibuit testimonium, quem vos interrogastis? Ergo, SI DIXERIMUS, DE CAELO, DICET NOBIS, QUARE NON CREDIDISTIS EI? SI DIXERIMUS, EX HOMINIBUS, TIMEMUS POPULUM. OMNES ENIM IOHANNEM TAMQUAM PROPHETAM HABEBANT. Hac timentes populum, hac timentes veritatem: hinc timidi, hinc invidi: ubique caeci, responderunt, NESCIMUS. Prolata est lucerna, fugerunt tenebrae: etenim, quamvis praesentes essent corpore, fugerunt corde, dicendo se nescire quod sciebant. Indicium fugae, cordis timor: timebant a populo lapidari, si dicerent ex hominibus baptismum Iohannis: timebant a Christo convinci, si dicerent de caelo baptismum Iohannis. Fugerunt confusi. Nominato ergo Iohanne timuerunt, conturbati tacuerunt. Et ille, NEC EGO DICAM VOBIS IN QUA POTESTATE ISTA FACIO.

Multi simplices habent unum cor, unus dolosus duo corda.

Tempore lucernarii contio habita.

8. Parata est ergo lucerna Christo domino nostro Iohannes baptista;

2 quia] a *mox suppl. C;* qui *NDen* 3 inquit, illis] *corr.* illis, inquit *C* 4 dolosus] habet *s. l. add. C* 6 id est] quia *add. 1. m. C* 7 exoramus] exortamur *C* 9 si dixeris] *om. C* 12 pater christo suo *C* 14 interrogabo] inquit *s. l. add. C* ego] vos *s. l. add. C* 16 dixerimus] inquiunt *s. l. add. C* 29 ego] inquit *s. l. add. C*

3sq. *in deum*] Act. 4, 32: *in deum* pariter additur Tract. 18 in Ioh. n. 4, alibi vero *ad deum* sive *in domino.*

6 *facis?*] Luc. 20, 2.

11 *lucernarium*] Proprie tempus est, quo lucerna accenditur ad vesperam, quem morem usque adhuc observat traditionum tenax ecclesia Mediolaniensis; aliquando de ipso officio vesperarum ea vox usurpatur.

14-29 *facio*] Mt. 21, 23-27 et al.

inimici eius calumniosi interrogatores prolato lucernae lumine confusi recesserunt; impletum est, INIMICOS EIUS INDUAM CONFUSIONEM. Nos autem, fratres, et per Iohannem baptistam praecursorem agnoscentes dominum, immo et per ipsius domini testimonium, de quo ait, HABEO TESTIMONIUM MAIUS IOHANNE, credentes in Christum, efficiamur corpus capitis ipsius, ut unus Christus sit caput et corpus; et in omnibus nobis unum factis implebitur, SUPER IPSUM AUTEM FLOREBIT SANCTIFICATIO MEA. Conversi ad dominum.

XII.

Denis, Serm. XII, col. 34-38 (= *Den*); Migne 46, 852-855; ex cod. Neapolit. fol. 28^{r}-29^{v} (= *N*). Contuli cum cod. Casin. XVII, p. 246-249 (= *C*). Habitus est sermo sabbato post Pascha, non autem « in vigiliis apostolorum Petri et Pauli », uti falso inscripsit Denis. In quo contra Donatistas s. episcopus in primis invehitur, atque iisdem fere verbis, quibus circa finem serm. Maurin. editionis 46, eorum argutias refellit; unde mihi suspicio in mentem venit, eodem fortasse tempore ambas contiones esse prolatas. Parum quidem profuit codex Casinensis textui Denisiano emendando, verum neque hic nisi raro emendatione indigebat. Ceterum genuinam esse orationem ita manifestum est, ut rem pluribus exsequi omnino non opus sit.

DE EO QUOD DICIT IN EVANGELIO: SIMON IOHANNIS, DILIGIS ME?

Omnia quae modo leguntur de sancto evangelio, post resurrectionem domini gesta et dicta sunt. Audivimus ergo dominum Iesum Christum interrogantem apostolum Petrum, interrogantem utrum diligeret eum. Interrogabat ergo dominus servum, magister discipulum, creator hominem, redemtor liberatum, firmitas trepidum, praescius ignarum; et,

[2] recesserunt] et *s. l. add. C* confusionem] *scripsi iuxta C const. supra;* confusione *heic ambo mss.* [3] baptistam] ac *add. s. l. C* [4] dominum] *om. C et eius loco s. l. suppl.* Christum immo] timent *C* et] *s. l. suppl. C* [8] conversi ad dominum] *C; om. Den.* [9-10] *inscriptionem ex C recepi;* in vigiliis apostolorum *NDen* [11] omnia] dilectissimi *s. l. add. C* [13] interrogantem *2° loco*] autem *add. NDen*

[5] *Ihoanne*] Ioh. 5, 36; cf. supra p. 43, l. 29.

[10] *diligis me?*] Recte codex *C*, cum in codice Denisii habeatur *In vigiliis apostolorum*, intellege Petri et Pauli. Ast equidem nullus dubito, quin sabbato octavarum paschae sermo habitus sit, quemadmodum sermones novi ex cod. Guelferb. 16 et 17, in quibus de eadem pericope Ioh. 21, 15 sqq. tractatur; sermo quoque apud Maurinos 147, quamquam in serie contionum de scriptura praepostero ordine ab eis conlocatus. Rem eo fidentius adsero, quod duodecimum hunc Denisii sermonem *alius in octavis* (= Den. 8) in cod. *C* subsequatur.

ubi se faciebat interrogantem, ibi ostendebat docentem. Non enim aliquid Christus nesciret, quod Petrus in corde gestaret. Interrogat semel, respondet ille. Nec sufficit, interrogat iterum, nec aliud, sed hoc quod interrogaverat: hoc idem etiam ille respondet. Tertio repetitur interrogatio, tertio respondet dilectio: ille enim ter interrogabatur propter amorem, qui ter negaverat per timorem. Cum dominus moreretur, timuit, timuit et negavit; resurgens autem dominus amorem inseruit, timorem fugavit. Quid enim iam timeret Petrus? Nam, quando negavit, utique ideo negavit, quia mori timuit: resurgente domino quid timeret, in quo mortem mortuam reperiret? Certe ille nempe ipse interrogabat vivus, qui sepultus est mortuus: ille aderat, qui in ligno pependerat. Quando iudicabatur dominus noster Iesus Christus a Iudaeis, tunc Petrus interrogatus, et quod peius est a muliere, et quod est dedecorosius ab ancilla, timuit et negavit: sub ancilla trepidavit, sub domino fortiter stetit. Confitenti autem amorem suum semel, et iterum, et tertio, oves suas commendavit. DILIGIS ME? inquit. DOMINE, TU SCIS QUIA AMO TE. Et ille, PASCE AGNOS MEOS. Hoc semel, hoc iterum, hoc tertio; tamquam non esset ubi ostenderet Petrus amorem suum in Christum, nisi esset pastor fidelis sub principe omnium pastorum. Amas me? Amo. Et quid praestaturus es, amans me? quid mihi collaturus es homo creatori tuo? quid collaturus es de amore tuo, redemtus redemtori tuo, ut multum, miles regi tuo? quid es collaturus? Hoc solum exigo: PASCE OVES MEAS.

Cura ovium, amoris in Christum indicium.

2. Videte tamen, fratres, propter homines servos malos, qui de grege domini peculia sibi fecerunt, et quod non emerant diviserunt. Extiterunt enim quidam servi infideles, diviserunt gregem Christi, et de grege ipsius quodammodo furtis suis peculia sibi fecerunt, et audis eos dicere, Oves meae sunt illae. Quid quaeris ad oves meas? non te inveniam ad oves meas. Si et nos dicamus meas, et illi dicant suas, perdidit Christus oves suas. Ponite vobis ante oculos principem pastorum, dominum gregis sui, stantem, et discernentem, et diiudicantem inter servos suos. Tu quid dicis? Oves meae sunt istae. Et tu quid dicis? Istae sunt oves meae. Quas ego emi, ubi sunt? Servi mali, oves vestras dicitis, et quod emi vobis vindicatis, cum vos, si non emerem, periretis. Nos absit ut dicamus vos oves nostras: non est ista vox catholica,

Non est ista vox catholica, oves suas dicere gregem Christi.

1 ostendebat] et *s. l. add. C* 4 respondit *C* 6 qui] quia *C* 10 reperiret] *corr. ex* repperiret *C* 13 interrogatus] est *add. C* 33 oves meae sunt *C* 35 nos] autem fratres *s. l. add. C*

17 *meos*] Ioh. 21, 16. 28 *meas*] Ibid. 17.

non est germana, non est Petri, quia est contra Petram. Oves estis, sed illius qui emit et nos et vos. Unum dominum habemus: pastor est, sed non conductus. Suas pascit, et, quod nemo facit de ovibus, et pretium dedit, et instrumentum confecit. Quaere pretium, sanguis ipsius est; quaere instrumentum, evangelium est, quod modo cum recitaretur audistis. Quid dixit Petro? AMAS ME? AMO. PASCE OVES MEAS. Numquid tuas? Vultis noscere, cui dicat tuas? Audite in libro sancto qui vocatur Canticum canticorum: leguntur ibi sancta amatoria, sponsus et sponsa, Christus et ecclesia. Et ille totus liber quasi carmen est nuptiarum, quomodo dicunt epithalamium, sed cubilis sancti, cubilis casti: IN SOLE enim POSUIT TABERNACULUM SUUM, hoc est, in luce, in publico, ubi pateret, et non lateret. ET IPSE TAMQUAM SPONSUS processit DE THALAMO SUO: accepit enim coniugem, humanam carnem. Thalamus eius erat uterus virginalis: illic sibi coniunxit ecclesiam, ut impleretur quod ante praedictum est, ET ERUNT DUO IN CARNE UNA.

Canticum canticorum, Christi et ecclesiae quodammodo epithalamium.

3. Loquebantur ergo inter se amantes isti, Christus et ecclesia. Ait illi ecclesia: ANNUNTIA MIHI, QUEM DILEXIT ANIMA MEA, UBI PASCIS, UBI CUBAS IN MERIDIE? Quare volo ut annunties mihi ubi pascis, ubi cubas in meridie? NE FORTE FIAM SICUT OPERTA SUPER GREGES SODALIUM TUORUM. Ideo, inquit, volo ut annunties mihi ubi pascis, ubi cubas in meridie, ut, quando ad te venio, non errem, ne forte quasi operta fiam super greges sodalium tuorum, id est, irruam in greges, non tuos, sed sodalium tuorum. VELUT OPERTA. Quid est aliud, operta, nisi quasi latens et ignorata? Solent Donatistae in his verbis dicere sensum suum, non sensum scripturarum. Hoc enim solent dicere. Africa meridies est, meridies mundi Africa est; ideo ecclesia interrogat dominum, Ubi pascis? ubi cubas? et respondet ille, In meridie: quasi, noli me quaerere nisi in Africa. Lege et intellege, mens haeretica. Speculum tibi proponitur modo, hic te inveni; intellege quia adhuc sponsa interrogat: quare facis iam respondentem sponsum? Vel femininum genus agnosce. UBI PASCIS, UBI CUBAS IN MERIDIE? NE FORTE FIAM SICUT OPERTA. Operta, puto, femina est, non masculus. Ergo, o domine, sit meridies Africa:

Verbis in eo sponsae qui abutantur Donatistae.

[2] unum] *om. C* [13] eius] *om. C* [15] et] *om. C* [23] nisi] *om. C*

[1] *non est germana*] Cf. serm. Caillau I 57, n. 2: « germanum est, sincerum est » et Maurin. 7, n. 7: « esse verum, esse sincerum, esse germanum ».

[8] *sancta amatoria*] Aug. serm. 46, n. 35: « Novimus Cantica canticorum, sancta cantica, amatoria cantica », et pergit eumdem locum Cant. 1, 6, adversus Donatistas iisdem fere verbis atque hic interpretando.

[13] *suo*] Ps. 18, 6.

[15] *una*] Gen. 2, 24.

[20] *tuorum*] Cant. 1, 6.

[32] *femina est, non masculus*] Item, ubi supra, serm. 46, n. 36: « verba ipsa male distin-

sic intellegatur, quomodo ipsi intellegunt. Africa est meridies: hic facta est pars, Donatistae; hic magna divisio et serra dissensionis ducta est per gregem Christi. Ideo interrogat velut ecclesia transmarina, ubi non est facta ista divisio: Annuntia mihi, quem dilexit anima mea, ubi pascis, ubi cubas in meridie? Audio enim ibi dici partem Donati, alios catholicos, alios donatistas: mihi annuntia ubi pascis, ne veniam et errem. Ibi quaero nuntium, ubi timeo incertum. Annuntia mihi, ubi pascis, ubi cubas in meridie? Quare volo ut annunties mihi? Ne forte fiam sicut operta: quia parti Donati quasi operta sum, quasi ignorata sum; ibi praedicor, et illos latet.

4. Haec dicunt scripturae: ERIT IN NOVISSIMIS TEMPORIBUS MANIFESTUS MONS DOMINI PARATUS IN CACUMINE MONTIUM, ET EXALTABITUR SUPER COLLES, ET VENIENT AD EUM UNIVERSAE GENTES. Mons dicitur, et parti Donati opertus est mons. Qui offendit in lapidem, ignoscendum est illi: qui offendit in montem, quales oculos habet? Fratres mei, excusabiliores sunt Iudaei: Iudaei enim in lapidem offenderunt, haeretici in montem offendunt. Quomodo offenderunt Iudaei in lapidem? Quia adhuc Christus, quando patiebatur, parvulus erat; et dictum est, OFFENDERUNT IN LAPIDEM OFFENSIONIS. Danihel autem sanctus vidit visum, et scripsit quod vidit, et ait, vidisse se lapidem praecisum de monte sine manibus. Christus est, de gente Iudaeorum veniens: erat enim et illa mons, quia regnum habet. Quid est, SINE MANIBUS? Sine opere humano lapis praecisus, quia masculinum opus non accessit ad virginem, ut nasceretur sine opere humano. Lapis praecisus de monte sine manibus; et confregit statuam, in qua significabantur regna terrarum. Et quid dictum est? Iste est lapis, in quem offenderunt Iudaei: offenderunt in lapidem offensionis. Quis est mons, in quem offenderunt haeretici? Audi ipsum Danihelem: ET CREVIT LAPIS ILLE, ait, ET FACTUS EST MONS MAGNUS, ITA UT IMPLERET UNIVERSAM FACIEM TERRAE. Merito psalmus Christo domino resurgenti ait: EXALTARE SUPER CAELOS, DEUS, ET SUPER

Excusabiliores Iudaei, quam haeretici.

1 ipsi] *om. C* 2 donatistae] *NDen qui tamen errorem suspicatur pro* Donati; donatisti *C* 5 audio. ibi enim dicit *C* 7 errem ibi. Quaero nuntium *interpung. NDen; C vero ut in textu* 10 ibi] ubi *C* 11 haec] hac *C* 12 mons] domus *add. C* 21 illa] *emendat Den in nota;* ille *ambo codd.*

guunt... *Operta*, quaero cuius generis sit, ab omni homine quaero: masculini est, an feminini? » etc.

13 *gentes*] Esai. 2, 2, ubi cod. Casin. *mons domus domini* cum Vulg. legit, codex vero *N* vocem *domus* omittit, uti alias saepe August.

15 sq. *excusabiliores sunt Iudaei*] Cf. serm. 2, 2 ex cod. Guelferb.: « Peiores autem Iudaeis haeretici: nam illi Christum, quem non aspiciunt, negant; isti, quam vident, eius ecclesiam oppugnant ».

19 *offensionis*] Rom. 9, 32.

22 *sine manibus?*] Cf. Dan. 2, 34.

29 *terrae*] Ibid. 35.

OMNEM TERRAM GLORIA TUA. Quid est, Super omnem terram gloria tua? Super omnem terram ecclesia tua, super omnem terram sponsa tua. Et tamen dicit: ANNUNTIA MIHI, QUEM DILEXIT ANIMA MEA. Iam ubique sum, iam omnes terras teneo, et Afris operta sum. Ergo annuntia mihi, ne forte fiam sicut operta super greges, non ovium tuarum, sed sodalium tuorum. Sodales enim fecerunt schismata. Qui sunt sodales? Qui ad mensam domini accesserunt, de quibus dicit alio loco psalmus, QUI EDEBAT PANES MEOS; de quibus dicit, SI INIMICUS EXPROBRASSET MIHI, SUSTINUISSEM UTIQUE; ET SI IS QUI ODERAT ME SUPER ME MAGNA LOCUTUS FUISSET, ABSCONDEREM ME UTIQUE AB EO: TU VERO, HOMO UNANIMIS, DUX MEUS ET NOTUS MEUS, QUI SIMUL MECUM DULCES CAPIEBAS CIBOS; IN DOMO DOMINI AMBULAVIMUS CUM CONSENSU. Aliquando cum consensu, modo cum dissensu, quia sine sensu. Hi sunt sodales, quos timebat illa ne in illos incideret. Timeo, inquit, ne errem; timeo ne quasi operta irruam in greges sodalium tuorum, ne errando peream, ne baptismum quem accepi iterando totum perdam.

Quomodo sodales schismatici.

Baptismum iterando totum perditur.

5. Audistis sollicitudinem sponsae, audite responsum sponsi. Cum hoc dictum esset ab sponsa, continuo sponsus: NISI COGNOVERIS TEMETIPSAM, O PULCHRA INTER MULIERES, catholica, pulchra inter haereses, NISI COGNOVERIS TEMETIPSAM, nisi adtenderis ibi te nosse ubi me didicisti, nisi scripturas meas praeposueris humanis rumoribus, nisi te cognoveris quia ubique es, nisi te cognoveris quia tu designata es ubi dictum est, POSTULA A ME, ET DABO TIBI GENTES HEREDITATEM TUAM; nisi ergo cognoveris temetipsam, quid? EXI TU: nisi cognoveris, exi. Malum verbum, luctuosum verbum, Exi. Avertat deus a nobis! Videte, de quibus dictum est, EX NOBIS EXIERUNT, SED NON ERANT EX NOBIS. Malo servo dicitur, Exi, quia SERVUS NON MANET IN DOMO IN AETERNUM, FILIUS MANET IN AETERNUM. Vultis videre quia malo servo dicitur, Exi? Bono servo quid dicitur? INTRA IN GAUDIUM DOMINI TUI. Ergo unusquisque qui audit, unusquisque qui membrum est sponsae eius, timeat quod dicitur, NISI COGNOVERIS TEMETIPSAM, O PULCHRA INTER MULIERES, EXI TU IN VESTIGIIS GREGUM. Quid est, in vestigiis gregum?

Exi, malum ac luctuosum verbum.

31 timeat quod dicitur] *om. C* 32 quid est] Exi tu *inser. C*

1 *tua*] Ps. 56, 12; 107, 6.

8 *meos*] Ps. 40, 10.

12 *consensu*] Ps. 54, 13-15. Iidem psalmi versus adducuntur serm. 46, n. 36, parique modo exponitur vox *sodalis:* « Sodales enim dicuntur, tamquam unius convivii; latina lingua dicti sunt sodales, quasi simul edales eo quod simul edant » etc.

23 *tuam*] Ps. 2, 8.

26 *ex nobis*] I Ioh. 2, 19.

28 *in aeternum*] Ioh. 8, 35.

29 *tui*] Mt. 25, 21.

32 *gregum*] Cant. 1, 7.

Per errores hominum, non in voce pastoris. Nos, fratres, non exeamus in vestigiis gregum: habemus vestigia pastoris, quae sequendo non erramus. CHRISTUS PRO NOBIS PASSUS EST, RELINQUENS NOBIS EXEMPLUM, UT SEQUAMUR VESTIGIA EIUS. Ergo, nisi cognoveris temetipsam, exi tu in vestigiis gregum, ET PASCE HAEDOS TUOS. Et haedos, et tuos. Nostis oves ad dexteram, haedos ad sinistram. Et pasce haedos tuos. Quare, haedos tuos? Quia exis, pascis sicut Donatus haedos tuos; si autem non exis, pascis sicut Petrus oves meas. EXPLICIT.

Schismatici pascunt haedos suos, Petrus oves Christi.

XIII.

Denis, Serm. XIII (= *Den*), col. 38-45; Migne 46, 855-862; ex cod. Neapolit. fol. 31^{v}-34^{v} (= *N*), habitus est die natali martyris Laurentii, et quidem Carthagine in basilica Restituta, ut codex Casin. XVII testatur p. 305-313 (= *C*). Ex eo discimus, quae lectiones eo die recitatae, quis psalmus de more cantatus sit; insuper certiores fimus, non solum Hippone Regio sed Carthagine quoque s. episcopum suam partem periculi sustinuisse, cum de saltationibus et ebriositatibus ab ecclesia tollendis ageretur. Neque heic in vindicanda splendidae contionis auctoritate inmorari visum est, cum fere singulae periodi verbaque singula Augustinum praeferant.

DE NATALI SANCTI LAURENTII · CARTHAGINE HABITUS IN BASILICA RESTITUTA · IIII · IDUS AUGUSTI · UBI PER OCCASIONEM REDARGUIT QUOSDAM QUI SEDITIONEM COMMOVERANT A SALTATU PROHIBITI.

Propter fastidium auditoris sermo subtrahendus fuit, sed propter obsequium martyris exhibendus: ita ergo adiuvante domino moderabitur, ut nec onerosus sit, nec forte deminutus, quantum sufficientiae satis est. Illuxit dies Romae sollemnissimus, qui magna frequentia populi celebratur: adiungimur nos, quamvis absentes corpore, praesentes tamen spiritu, fratribus nostris in uno corpore, sub uno capite. Neque enim ubi sepulcrum corporis eius est, ibi tantum memoria me-

Laurentii dies Romae sollemnissimus.

9-10 carthagine h. i. b. r. IIII. id. augusti] *C unus servavit* 15 deminutus] *C;* dim. *NDen* sufficientia *C* 17 adiungimus *C* 19 est] *om. C*

4 *eius*] I Petr. 2, 21.

5 *tuos*] Cant. 1, 7.

8 *meas*] Omnino similia rursus leguntur supra cit. serm. 46, n. 37: « portio ecclesiae transmarinae bene interrogat... Exire, haereticorum est... haedos tuos, iam non oves. Nostis, fratres, ubi erunt haedi.. Manenti Petro dicitur, Pasce oves meas; exeunti haeretico, Pasce haedos tuos ».

13 *Propter fastidium auditoris*] Eamdem querelam initio sermonis 303 promit Augustinus: « Beati Laurentii, inquit, illustre martyrium est, sed Romae, non hic: tantam enim video vestram paucitatem... Ergo pauci audite pauca ».

riti eius: devotio ubique debetur; caro uno loco ponitur, sed spiritus victor cum illo est qui ubique est. Erat beatus Laurentius in corpore, sicut accepimus, adulescens, vir gravis in animo, quem multum commendabat aetas viridior, corona immarcescibilior. Erat autem diaconus, officio inferior episcopo, corona aequatus apostolo. Haec autem sollemnitas omnium martyrum gloriosorum ad hoc instituta est in ecclesia, ut ad imitationem, qui non viderunt patientes, adducantur fide, commemorentur sollemnitate. Excideret enim fortasse de cordibus hominum, quod non anniversarius ordo repeteret. Et non omnium martyrum ubique possunt esse ferventes sollemnitates, nam cotidie non deessent: non enim vel unus dies inveniri in anni cursu potest, quo non per diversa martyres coronati sunt. Sed ferventiores sollemnitates si continuae essent, afferrent fastidium; intervalla autem renovant affectum. Nos tantum audiamus quod iussum est, attendamus quod promissum est: in cuiuslibet martyris sollemnitate ita praeparemus cor nostrum festivitati eius, ut non separemur ab imitatione eius.

Continuae sollemnitates afferrent fastidium.

2. Homo enim erat, et nos homines sumus: a quo ille factus est, ab ipso et nos: quo pretio emptus est, ipso et nos. Non debet itaque homo christianus dicere, Quare ego? Immo non debet dicere, Ego non; sed, Quare et ego non? Audistis beatum Cyprianum, martyrum et exemplum et tubam: IN PERSECUTIONE, inquit, MILITIA, IN PACE CONSCIENTIA CORONATUR. Nemo ergo sibi putet deesse tempus: non semper adest tempus passionis, semper autem est devotionis. Nec se quisquam infirmum putet, ubi deus vires operatur: ne, cum sibi timet, de ipso operatore desperet. Propterea in exemplis martyrum omnes aetates deus esse voluit, et utrumque sexum: coronati sunt senes, coronati sunt iuvenes, coronati adulescentes, coronati pueri, coronati viri, coronatae feminae. Et in feminis omnis aetas coronata est; nec dixit femina, Inpar sum sexu ad devincendum diabolum. Attendit magis hostem deiciendum, a quo deiecta est, et expugnandum fide, cui consenserat seductione. Numquid et feminae de suis viribus praesumserunt? Omni enim homini dictum est, QUID ENIM HABES QUOD NON ACCEPISTI? Gloria

Lectus erat Cypriani liber ad Fortunatum.

3 sq. commendat *C* 23 autem] *NDen; om. C*

11 *non enim vel unus dies inveniri* etc.] Simile quid effatur larvatus Hieronymus in epistula martyrologio suo praefixa: « Et quoniam per singulos dies, inquit, diversarum provinciarum diversarumque urbium plus quam octingentorum martyrum nomina sunt nominanda » etc.

22 *coronatur*] His verbis concluditur s. Cypriani liber ad Fortunatum sive De exhortatione martyrii, quem in ecclesia Carthaginiensi die festo Laurentii legere mos erat; porro admonuerunt Maurini, postremam sermonis 303 partem, qui est de natali martyris Laurentii secundus, ex fine eiusdem tractatus ad verbum descriptam esse.

32 *accepisti?*] I Cor. 4, 7.

ergo martyrum, gloria Christi praecedentis martyres, implentis martyres, coronantis martyres. Verumtamen, quamvis alio sit tempore pax, alio persecutio, deest alicui tempori occulta? Numquam deest: leo ille, draco, nec semper saevit, nec semper insidiatur, sed semper persequitur. Quando saevitia est aperta, non sunt occultae insidiae; quando occultae sunt insidiae, non est aperta saevitia: id est, quando ut leo rugit, non ut draco serpit; quando ut draco serpit, non ut leo rugit; tamen, quia aut leo est aut draco, semper persequitur. Quando tacet fremitus, insidias cave; quando insidiae produntur, in fremitu leonem devita. Et leo autem et draco devitatur, si semper cor in Christo servetur. Quicquid in hac vita metuendum est, transiturum est: in alia vero vita, et quod amandum est non transit, et quod timendum est non transit.

Gloria martyrum, gloria Christi.

3. Certe modo in evangelio dominus alloquebatur Iudaeos, et dicebat eis: VAE VOBIS, SCRIBAE ET PHARISAEI, QUIA EXTRUITIS MONUMENTA PROPHETARUM, ET DICITIS, SI ESSEMUS TEMPORE PATRUM NOSTRORUM, NON CONSENTIREMUS EIS IN NECEM PROPHETARUM. CERTE TESTIMONIUM PERHIBETIS, QUIA FILII ESTIS EORUM, QUI OCCIDERUNT PROPHETAS. ET VOS IMPLEBITIS MENSURAM PATRUM VESTRORUM. Cum enim dixissent, Si essemus tempore patrum nostrorum, non consentiremus eis in necem prophetarum, confirmaverunt se filios esse illorum. Nos autem, si rectum iter tenemus, non dicimus patres nostros, qui occiderunt prophetas, sed patres nostros dicimus, qui occisi sunt a patribus illorum. Sicut enim degenerat quisque moribus, sic filius fit moribus. Quia utique, fratres, filii Abrahae dicti sumus, Abrahae nec faciem novimus, nec de genere eius stirpem carnis ducimus. Quomodo ergo eius filii? Non in carne, sed in fide. CREDIDIT enim ABRAHAM DEO, ET DEPUTATUM EST ILLI AD IUSTITIAM. Si ergo iustus Abraham quia credidit, omnes post Abraham imitantes fidem Abraham facti sunt filii Abraham. Iudaei ex carne nati degeneraverunt; nos ex alienigenis orti imitando assecuti sumus quod illi degenerando perdiderunt. Absit ergo ut pater illorum

Lectum evangelium ex Matth. 23, 29-39.

11 sq. vita vero *C*

2 *coronantis martyres*] Adverte pulchram, praegnantem, ac plane dignam Augustino sententiam.

8 *semper persequitur*] Non aliter Aug. Tract. 10 in Ioh. n. 1: « Non enim cessat inimicus persequi; et si non aperte saevit, insidiis agit... Inde dictus est leo et draco... leo propter apertam iram, draco propter occultas insidias ».

19 *vestrorum*] Mt. 23, 29-32; cf. infra p. 60, l. 15 sq. Ex quo intellegimus, Evangelium diei ex supra dicto capite Matthaei vers. 29-39 excerptum esse; lectionem Apostoli ex epist. II ad Cor. 1, 5-14 (cf. n. 5 sqq.); cantatum vero Psalmum 54. Porro ex loco Matthaei modo laudato variantes quaedam lectiones sunt, quae apud Aug. alias non comparent.

28 *iustitiam*] Gen. 15, 6; Rom. 4, 3 et al.

Abraham, quamvis de carne venerunt Abraham. Patres illorum illi fuerunt, de quibus et ipsi confessi sunt. Si essemus, inquiunt, tempore patrum nostrorum, non eis consentiremus in necem prophetarum. Quomodo dicis te non fuisse consensurum eis, quos patres tuos dicis? Si patres erant, filius es; si filius es, consensurus eras. Si autem consensurus non eras, filius non es; si filius non es, non sunt illi patres. Dominus ergo ex hoc eos convincit facturos quod illi fecerunt, quia patres suos eos esse nominaverunt. Certe, inquit, testimonium ipsi perhibetis vobis, quia filii estis eorum qui occiderunt prophetas, quia dixistis eos patres vestros. Et vos implebitis mensuram patrum vestrorum.

4. Et nunc consideremus qui sint filii occisorum, et qui sint filii occidentium. Et videtis multos currere ad memorias martyrum, benedicere calices suos de memoriis martyrum, redire saturatos de memoriis martyrum; et tamen discute illos, et invenies inter persecutores martyrum. Per ipsos enim tumultus, seditiones, saltationes, omnes luxuriae, quas odit deus; et modo, quia illos iam coronatos lapidibus non possunt, calicibus persequuntur. Qui erant, et quorum filii erant, quorum saltationes recenti et prope hesterna memoria de loco sancti martyris Cypriani prohibitae sunt? Certe saltabant ibi, et gaudebant ibi; et sollemnitatem ipsam, quasi gauderent, magnis votis expectabant, et ad eum diem semper venire cupiebant. Inter quos numerandi sunt? inter persecutores martyrum, an inter filios martyrum? Apparuerunt, quando prohibiti in seditionem tumuerunt. Filii laudant, persecutores saltant; filii hymnos dicunt, illi convivia producunt. Non ergo interest, quomodo honorare videantur; tales enim sunt, quando honorant, quales illi fuerunt qui dixerunt, Si essemus illis temporibus, non consentiremus patribus nostris in necem martyrum, aut in necem prophetarum. Consentite modo fidei martyrum, et credimus quia non eratis consensuri interfectoribus martyrum. Martyres unde coronati sunt? Credo, viam

Saltationes de loco s. Cypriani recens prohibitae.

[7] convicit *C* [8] eos esse] *NDen;* eos *om. C* [15] omnes] *CN; Den autem leg.* saltationes omnis luxuriae [25] quando] *C;* qui *NDen* [29] credo] *NDen;* credendo *C*

[19] *prohibitae sunt*] Scite lectorem remittit Denis ad sermonem 311, ubi refert Augustinus, ante annos non valde multos pestilentia saltatorum invasum fuisse locum, ubi sancti martyris Cypriani corpus iacebat, nec nisi diligentia Aurelii episcopi pestem illam sublatam esse. Similiter in sermone 252, 4 (quem Carthagine habitum Tillemontius existimat H. E. XIII, cap. 66): « In ista civitate, inquit, nonne experti sumus, quod recordatur nobiscum sanctitas vestra, quanto periculo nostro de ista basilica ebriositates expulerit deus? Nonne seditione carnalium pene mergebatur nobiscum navis? » Quod quidem cum iis verbis consonat, quae heic paullo infra habentur, « quando prohibiti in seditionem tumuerunt ». In epistula 22 circa an. 392 scripta Aurelium iam obtestabatur Augustinus, ut comisationes huiusmodi ab ecclesia Carthaginiensi removeret.

dei ambulando, tolerando, inimicos etiam suos diligendo, pro eis obsecrando. Haec est corona martyrum, hoc meritum martyrum. Amas, imitaris, laudas? filius es martyris. Vitam fers contrariam? referes et tunc manum contrariam.

5. Proinde, dilectissimi, quoniam persecutio, sicut dixi, numquam deest, et diabolus aut insidiatur aut saevit, semper parati esse debemus, corde fixo in domino, et, quantum possumus, inter istas molestias, tribulationes, temptationes, orare nos fortitudinem a domino, quoniam per nos ipsi parvi et nulli sumus. Quid de nobis dicamus, Paulum apostolum, cum legeretur, audistis: SICUT ABUNDANT, inquit, PASSIONES CHRISTI IN NOBIS, SIC ABUNDAT PER CHRISTUM ET CONSOLATIO NOSTRA. Sicut in psalmo dicitur: SECUNDUM MULTITUDINEM DOLORUM MEORUM IN CORDE MEO, EXHORTATIONES TUAE, DOMINE, IOCUNDAVERUNT ANIMAM MEAM. Quomodo hoc dictum est in psalmo, SECUNDUM MULTITUDINEM DOLORUM MEORUM IN CORDE MEO, ITA EXHORTATIONES TUAE, DOMINE, IOCUNDANT ANIMAM MEAM, sic dictum est ab apostolo, SICUT ABUNDANT PASSIONES CHRISTI IN NOBIS, SIC ABUNDAT PER CHRISTUM CONSOLATIO NOSTRA. Deficeremus, cum adesset persecutor, si deesset consolator. Et quia vires ipsae vel tolerandi, vel quaedam relaxatio vivendi ad tempus propter necessarium ministerium non erant ab ipsis, videte quid dixerit: NOTUM VOBIS FACIO, FRATRES, DE TRIBULATIONE NOSTRA QUAE FACTA EST IN ASIA, QUIA SUPER MODUM ET ULTRA VIRES GRAVATI SUMUS. Tribulatio illa transcendit vires humanas: numquid et auxilia divina? Supra modum, inquit, et ultra vires gravati sumus. Quantum ultra vires? Vide quia de animi viribus dicit: ITA UT TAEDERET NOS ETIAM VIVERE. Quomodo affectus erat apostolus multitudine pressurarum, ut, quem caritas vivere instigabat, taedium a vita prohiberet! Quomodo eum caritas vivere cogebat, caritas illa, de qua alio loco dicit, MANERE AUTEM IN CARNE NECESSARIUM PROPTER VOS. Ecce tanta increverat persecutio, et tanta tribulatio, ut taederet eum etiam vivere. Ecce timor et tremor venerunt super eum, et contexerunt eum tenebrae, sicut audistis cum diceretur in psalmo. Vox enim corporis Christi est, vox membrorum Christi est. Vis ibi agnoscere vocem tuam? Esto mem-

Persecutio christianis nunquam deest.

3 referres *C* 6 et] *om. C* 13.16 iocund.] *CN;* iucund. *Den* 13 domine] *C; hic om. NDen* 16 sicut] et si *C* 18 persecutor] *C;* persecutio *NDen* 27 prohiberet] proibebat *C* 29 manere] *C cum Aug.;* permanere *NDen Vulg.* autem] *om. C* 33 est] *C; om. NDen*

11 *nostra*] II Cor. 1, 5.
14 *meam*] Ps. 93, 19.
26 *vivere*] II Cor. 1, 8.
29 *propter vos*] Phil. 1, 24.

brum Christi. TIMOR, inquit, ET TREMOR CECIDIT SUPER ME, ET CONTEXERUNT ME TENEBRAE. ET DIXI: QUIS DABIT MIHI PENNAS SICUT COLUMBAE? ET VOLABO, ET REQUIESCAM. Nonne hoc videtur dixisse apostolus, cum ait, Ita ut taederet nos etiam vivere? Quodam modo taedium passus est a visco carnis: volare volebat ad Christum; abundantia tribulationum infestabat viam, sed non intercludebat. Taedebat vivere, sed hoc non in illa aeterna vita, de qua dicit, MIHI VIVERE CHRISTUS EST, ET MORI LUCRUM. Sed quia ex caritate hic tenebatur, quid sequitur? SI AUTEM VIVERE IN CARNE HIC MIHI FRUCTUS OPERIS EST, ET QUID ELIGAM IGNORO. COMPELLOR AUTEM EX DUOBUS, CONCUPISCENTIAM HABENS DISSOLVI, ET CUM CHRISTO ESSE. Quis dabit mihi pennas sicut columbae? Manere autem in carne necessarium propter vos. Cesserat susurrantibus pullis suis: tegebat expansis alis, fovebat pullos, sicut ipse ait: FACTUS SUM PARVULUS IN MEDIO VESTRUM, TAMQUAM NUTRIX FOVENS FILIOS SUOS.

6. Et videte, fratres, modo lectum est in evangelio: QUOTIES VOLUI CONGREGARE FILIOS TUOS, TAMQUAM GALLINA PULLOS SUOS, ET NOLUISTI! Attendite gallinam, attendite et alias aves, quae in nostris oculis nidificant; ova fovent, pullos nutriunt: nullam videbitis infirmari cum filiis. Videte gallinae habitum, quando pullos alit, quemadmodum mutatur vox eius, et in quamdam raucedinem frangitur. Pennae ipsae non collectae et alacres, sed hispidae et languidae: ita ut, si videas avem aliam, cuius nidum ignores, non agnoscas an ova habeat vel pullos; gallinam autem cum videris, etiam si ova eius non videas, nec pullos eius videas, ex ipsa voce et habitu corporis intellegas matrem. Quid ergo fecit mater nostra sapientia? In carne infirmata est, ut pullos colligeret, ut generaret, ut foveret. Sed infirmum dei fortius est hominibus: sub has alas infirmitatis carnis suae, sed sub occultam potentiam divinitatis suae colligere volebat filios Ierusalem. Hoc apostolum suum docuerat, quia hoc in illo ipse faciebat; hoc enim ait ipse apostolus: VULTIS EXPERIMENTUM ACCIPERE EIUS QUI IN ME LOQUITUR CHRISTI?

Gallinae habitus, quando pullos alit.

4 ita ut] *om. C* 5 carnis] quando *interser. NDen* 6 sq. hoc non in] non hoc (*om.* in) *C* 10 ex] *C Aug.;* e *NDen Vulg.* 11 esse cum Christo *C* mihi dabit *C* 13 expansis] *conieci;* spansis *C;* spassis *N;* passis *Den* 15 in evang. lectum est *C* 20 pinnae *C* 21 si] *om. C* 23 ovam *C*

3 *requiescam*] Ps. 54, 6. 7.
8 *lucrum*] Phil. 1, 21.
11 *esse*] Ibid. 22. 23.
14 *suos*] I Thess. 2, 7.
16 *noluisti*] Mt. 23, 37.
25 *mater nostra sapientia?*] Aug. Enarr. in Ps. 90, serm. 1, n. 5: « Neque enim sine causa comparata est gallina ipsi sapientiae dei... nulla sic avis infirmatur cum pullis, quomodo gallina...; cognoscimus in infirmitate vocis, in relaxatione plumarum... Quia ergo et nos infirmi eramus, infirmam se fecit sapientia dei ».
26 *hominibus*] Cf. I Cor. 1, 25.
30 *Christi?*] II Cor. 13, 3.

Et passiones Christi dicit in se abundasse: non passiones suas, sed passiones Christi. Erat enim in corpore Christi, et erat membrum Christi; et quicquid cum pullis fovendis agebatur in apostolo, et in membro suo, caput agebat. Hic ergo apostolus, adtendens infirmitatem pullorum suorum, affectu et desiderio ut columba volare cupiebat, sed caritate filiorum ut gallina remanebat. IPSI, inquit, IN NOBISMETIPSIS RESPONSUM MORTIS HABUIMUS, UT NON FIDENTES IN NOBIS SIMUS, SED IN DEO QUI SUSCITAT MORTUOS, QUI DE TANTIS MORTIBUS ERUIT NOS, ET ERUET, IN QUEM SPERAMUS QUONIAM ET ADHUC ERUET. Eruit et eruet, quid ait? Servat vitam istam nostram vobis. De multis enim mortibus eruit, ne opprimeretur a persecutoribus, ne citius quam pullis opus erat coronaretur, secundum illud quod ait: MANERE AUTEM IN CARNE NECESSARIUM PROPTER VOS. SED HOC CONFIDENS NOVI QUIA MANEBO, ET PERMANEBO OMNIBUS VOBIS AD PROFECTUM VESTRUM ET GAUDIUM FIDEI. Cupiditas ad aliud rapiebat, necessitas alibi retinebat. DISSOLVI, inquit, ET ESSE CUM CHRISTO, MULTO MAGIS OPTIMUM. Istud non dixit necessarium, sed optimum. Quod est enim optimum, per se appetitur; quod necessarium, ex necessitate adsumitur: inde necessarium nominatur.

7. Necessariae rei necessitas nomen imposuit: proinde nunc nobis necessarius cibus est iste quo utimur, ad sustentandam temporalem vitam necessarius cibus est; ille autem optimus cibus virtutis et sapientiae, panis vivus, semper reficiens, numquam deficiens. Ille optimus est, iste necessarius est. Proinde, cum transierit ista necessitas famis, et sustentandi mortalis corporis, non erit iste cibus iam necessarius. Quid enim ait apostolus? ESCA VENTRI, ET VENTER ESCIS; DEUS AUTEM ET HUNC ET HAS EVACUABIT. Quando autem evacuabit? Quando corpus hoc animale resurgens fit spirituale: ibi enim nulla erit indigentia, et non ibi erunt opera necessitatis. Omnia enim ista, fratres, et bona quae hic dicuntur opera, et ea ipsa opera quae monemur ut faciamus cotidie, necessitatis opera sunt. Quid tam bonum, quid tam praeclarum, quid tam laudabile christiano, quam frangere panem esurienti, egenum sine tecto inducere in domum, videre nudum et vestire, videre mortuum et sepelire, videre litigantem et concordare, videre infirmum et visitare aut curare? Omnia haec laudabilia opera sunt. Attendite et videte quia necessitas ea peperit. Frangis enim panem, quia vides esurientem: si

Necessitatis opera quasi navis ad patriam.

16 istud] *C;* illud *NDen* 22 reficiens] *scripsi;* efficiens *Den NC* 24 sq. quid enim] quia quid *C* 27 spiritale *C*

9 *eruet*] II Cor. 1, 9. 10.
14 *fidei*] Phil. 1, 24. 25.
16 *optimum*] Ibid. 23.
26 *evacuabit*] I Cor. 6, 13.

nemo esuriret, cui frangeres panem? Tolle necessitatem alterius miseriae, non erit opus tua misericordia. Sed tamen per haec opera, quae necessitas genuit, pervenimus ad illam vitam, ubi necessitas non erit, quomodo per navem ad patriam. In patria semper mansuro, numquam peregrinaturo, navis opus non erit; sed illa navis, quae ibi opus non erit, illuc ipsa perducit. Cum perventum fuerit, ista non erunt; sed, nisi hic adimpleantur, illuc perveniri non potest. Estote itaque alacres in bonis operibus necessitatis, ut sitis beati in perfruitione illius aeternitatis, ubi iam necessitas moritur, quia mater omnium necessitatum mors ipsa morietur. OPORTET ENIM CORRUPTIBILE HOC INDUERE INCORRUPTIONEM, ET MORTALE HOC INDUERE INMORTALITATEM. Quando dicetur morti, UBI EST, MORS, VICTORIA TUA? UBI EST, MORS, ACULEUS TUUS? absumptae morti et devictae dicetur, quia NOVISSIMA INIMICA DESTRUETUR MORS.

8. Modo autem omnibus necessitatis operibus cum morte pugnatur: defectus enim omnis ad mortem trahit, et sustentatio omnis a morte revocat; et ita mutabile est corpus, ut quodammodo aliae mortes aliis mortibus pellantur. Quicquid adsumitur, ubi diu perseverari non potest, quodammodo inchoatio mortis est. Iam videte istam vitam: si quidquid assumitur, ubi permaneri diutius non potest, ubi si diutius permanseris moreris, inchoatio mortis est; et tamen, nisi adsumatur, alia mors non pellitur. Verbi gratia, non manducat: si manducaverit et digerit, reficitur. Cum non manducat, adsumit ieiunium, ut mortem, quam factura erat crapula, repellat a se: nisi adsumserit abstinentiam et ieiunium, non a se illud repellet. Rursus in hoc ieiunio quod adsumsit, ut mortem crapulae repelleret, si perseverare in illo voluerit, aliam mortem famis timebit. Sicut ergo adsumsit ieiunium, ut mortem crapulae devitaret, sic adsumturus est cibum, ut mortem ieiunii devitet. Quicquid enim horum adsumseris, si in eo perseveras, deficies. Ambulando fatigatus eras: si permanseris in ambulando, fatigatione ipsa deficies, et morieris. Ut ergo non deficias ambulando, requiescis sedendo: perdura in sedendo, et inde morieris. Somnus te gravis oppresserat; evigilandum est, ne moriaris. Vigilando morieris, nisi rursus dormieris. Da mihi quod assumas in adiutorium, in malum

Quicquid hic in adiutorium adsumitur, quodammodo inchoatio mortis est.

4 sq. mansura... peregrinatura *C* 6 perduxit *C* 7 adimpleantur] adamantur *C* 8 perfructione *C* 13 absumpte *N;* absumtae *Den;* assumptae *C; an legendum* absortae*?* dicitur *C*

11 *inmortalitatem*] I Cor. 15, 53.
12 *tuus?*] Ibid. 55.
14 *mors*] Ibid. 26.

quod gravabat pellendum, ubi securus ita sis, ut in eo perseverare velis: quicquid assumseris, hoc ipsum timendum erit. Ergo in omni mobilitate et mutabilitate defectionum et adiutoriorum cum morte pugnatur; CUM AUTEM CORRUPTIBILE HOC INDUERIT INCORRUPTIONEM, ET MORTALE HOC INDUERIT INMORTALITATEM, dicetur morti: UBI EST, MORS, CONTENTIO TUA? UBI EST, MORS, ACULEUS TUUS? Videbimus, laudabimus, permanebimus. Nulla ibi erit indigentia, nullum adiutorium requiretur. Non invenis mendicum, cui panem frangas, aut peregrinum, quem in domum recipias. Non invenis sitientem, cui calicem porrigas; nec nudum, quem cooperias; nec aegrotum, quem visites; nec litigantem, quem concordes; nec mortuum, quem sepelias. Omnes cibo iustitiae et potu sapientiae saginantur, omnes inmortalitate vestiti sunt, omnes in patria sua aeterna vivunt: omnium sanitas ipsa aeternitas est, aeterna sanitas, aeterna concordia. Nemo litigat, nemo iudicem quaerit, nemo arbitrium compositionis, nemo sententiam ultionis; nulla aegritudo, nulla mors.

Quae in caelo non erunt, dicere possumus; quae ibi erunt, quis dicat

9. Haec dicere potuimus, quae ibi non erunt; quae vero ibi erunt, quis dicat? QUOD NEC OCULUS VIDIT, NEC AURIS AUDIVIT, NEC IN COR HOMINIS ASCENDIT. Recte ergo apostolus: NON SUNT CONDIGNAE PASSIONES HUIUS TEMPORIS AD SUPERVENTURAM GLORIAM QUAE REVELABITUR IN NOBIS. Quicquid passus fueris, o christiane, scito nihil esse ad id quod accepturus es. Certe hoc fide retinemus: de corde tuo hoc non recedat. Non potes hoc capere et videre, quid eris: quale ergo erit, quod ab eo qui capturus est capi non potest? Utique nos erimus quod erimus, et capere non possumus quod erimus. Supergreditur omnem infirmitatem nostram, supergreditur omnem cogitationem nostram, supergreditur omnem intellectum nostrum: et tamen nos erimus. DILECTISSIMI, ait Iohannes, FILII DEI SUMUS; utique iam adoptione, fide, pignore. Pignus accepimus, fratres, spiritum sanctum. Quando fallit, qui tale pignus dedit? FILII DEI, inquit, SUMUS, ET NONDUM APPARUIT QUID ERIMUS. SCIMUS, inquit, QUIA, CUM APPARUERIT, SIMILES EI ERIMUS, QUONIAM VIDEBIMUS EUM SICUTI EST. Dixit, nondum apparuit, et id quod nondum apparuit non dixit. NONDUM APPARUIT QUOD ERIMUS. Diceret, illud erimus, et tales erimus. Quicquid diceret, cui diceret? Non audeo dicere, quis diceret, sed certe, cui diceret? Et forte enim erat qui diceret, quia

7 ibi erit] *CN;* erit ibi *Den* 18 ergo] dixit *add. C* 21 recedat] cedat *C* 22 potest *C*

5 *inmortalitatem*] Cor. 15, 54.
6 *tuus?*] Ibid. 55, ubi Aug. modo *victoria*, modo *contentio*, sicuti heic, legit.
18 *ascendit*] I Cor. 2, 9.
19 sq. *in nobis*] Rom. 8, 18.
31 *sicuti est*] I Ioh. 3, 2.

ipse est qui in Christi pectore recumbebat, et de eius pectore in illo convivio sapientiam bibebat; qua sapientia saginatus eructavit, IN PRINCIPIO ERAT VERBUM. Ergo hoc dixit: SCIMUS QUIA, CUM APPARUERIT QUOD ERIMUS, SIMILES EI ERIMUS, QUONIAM VIDEBIMUS EUM SICUTI EST. Cui similes? Utique ei, cuius filii sumus. DILECTISSIMI, ait, FILII DEI SUMUS, ET NONDUM APPARUIT QUOD ERIMUS. SCIMUS QUIA, CUM APPARUERIT, SIMILES EI ERIMUS, cuius filii sumus, QUONIAM VIDEBIMUS EUM SICUTI EST. Iam modo si vis esse cui similis eris, si vis nosse cui similis eris, attende ipsum, si potes. Nondum potes. Ergo nescis cui similis eris, propterea nescis quantum similis eris. Nesciendo ergo adhuc quod est ille, nescis quod eris et tu.

Nesciendo adhuc quod est deus, nescimus quod erimus et nos.

10. Hoc ergo meditantes, carissimi, semper expectemus gaudium nostrum sempiternum, et semper oremus fortitudinem in laboribus et temptationibus temporalibus, sive nos pro vobis, sive vos pro nobis. Ne putetis enim, fratres, nostras orationes esse vobis necessarias, et vestras orationes nobis non esse necessarias: invicem nobis necessariae sunt orationes pro invicem, quia ipsae orationes pro invicem caritate conflantur, et hoc sacrificium tamquam de ara pietatis suavissime fragrat domino. Si enim apostoli dicebant ut oraretur pro illis, quanto magis nos longe impares, sed utcumque vestigia eorum sequi cupientes, et quantum assequamur nec scire valentes, nec dicere audentes! Illi ergo tales viri orari pro se volebant ab ecclesia, et dicebant, quia GLORIA VESTRA SUMUS, SICUT ET VOS NOSTRA, IN DIEM DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI. Invicem pro se orabant ante diem domini nostri Iesu Christi, gloria in die, infirmitas ante diem. Oretur in infirmitate, ut gaudeatur in gloria. Etenim diversis temporibus, illuc tamen uno tempore omnes perventuri sumus: hinc exeundi diversa sunt tempora, illic accipiendi unum tempus est. Semel enim et simul congregabimur, ut accipiamus quod diversis temporibus et credidimus et desideravimus; quemadmodum operarii illi in vinea alii ducti sunt hora prima, alii hora tertia, alii sexta, alii nona, alii decima: diversis temporibus vocati sunt, sed uno tempore merces omnibus persolvitur. Conversi ad dominum.

Pastorum ac fidelium orationes pro invicem necessariae.

2 ructavit *C* 18 ara] *om. C* 18 sq. fragrat] *Den;* flagrat *C;* fraglat *N* 29 desideravimus] *C;* desideramus *NDen* 31 decima] *sic CNDen*

3 *Verbum*] Ioh. 1, 1.
23 sq. *Christi*] II Cor. 1, 14.
31 *alii decima*] Cf. Mt. 20, 1 sqq. ubi tamen omnes habent *undecima*.

XIV.

Denis, Serm. XIV, col. 45-49 (= *Den*): Migne 46, 862-866; ex cod. Neapolit. fol. 36^{v}-37^{v} (= *N*), denuo a me collato, qui autem multis locis corruptus est. Iam paullo emendatior Casinensis, p. 343-346 (= *C*); at vero textui sanando maximam utilitatem cepi ex duobus codd. Guelferbytano 4096, fol. 140^{r}-142^{r} (= *G*) et Bamberg. Patr. 114 B. VI. 5, f. 63^{v}-67^{r} (= *B*), quorum ope mendis gravibus non paucis expurgata nunc primum prodit splendida ceteroquin et magni ponderis oratio. In qua n. 2 novum verbum invenitur « *tricapitus*... canis inferni », n. 4 locus ex C. Sallustio laudatur. Carthagine, et quidem ad mensam Cypriani, i. e. in ipso loco martyrii, habitam eam esse, codex Casinensis diserte testatur.

SERMO HABITUS CARTHAGINE AD MENSAM BEATI MARTYRIS CYPRIANI DE EIUS NATALE · XVIII · KALENDAS OCTOBRIS.

Sancta sollemnitas beatissimi martyris, quae nos in nomine domini congregavit, de meritis et gloria tanti martyris exigit aliquid dici: sed non potest aliquid digne dici; virtutibus enim eius et gloriae posset forte humana lingua sufficere, si se voluisset ipse laudare. Verumtamen et nos devotione magis quam facultate laudemus eum, immo dominum laudemus in eo: dominum in illo, et illum in domino. Quid enim esset sine domino, vox martyrum de psalmo modo cum legeretur audita est: AUXILIUM NOSTRUM IN NOMINE DOMINI. Si auxilium omnium nostrum in nomine domini, quanto magis martyrum! Ubi maior pugna, ibi maius auxilium necessarium est. Duo sunt enim quae faciunt christianorum angustam viam: voluptatis abiectio, et tolerantia passionis. Vincis, quicumque confligis, si viceris quod libet et terret: vincis, inquam, christiane, quicumque confligis, si viceris quod libet et terret. Aliud quod libet, aliud quod terret. Agitur de martyrum gloria. Facile est martyrum sollemnia celebrare; difficile est martyrum passiones imitari.

Duae res angustam faciunt christianorum viam

2. Angustam, ut dicere coeperam, et artam christianorum viam duae res faciunt: contemptus voluptatis, et tolerantia passionis. Quisquis

1-2 *inscriptio ex C* 4 sq. dici: sed non potest aliquid] *supplevi ex GB; om. CNDen propter homoeotel.* 9 sine domino] *G;* sine deo *B;* in domino *CNDen* legeretur] cantaretur *G* 11 ubi] enim *inser. G* 12 enim] autem *G* 16 Aliud] est *add. G* agitur de m. glor.] *CGB;* sed nunc de m. ag. gloria *NDen*

10 *domini*] Ps. 123, 8; quem in natale Cypriani cantatum esse, ex sermone quoque Denis 15, 1 sqq. ediscimus: et Aug. quidem in Enarratione h. ps. habet *adiutorium*, sed *auxilium* solito Afri praeferebant, ut ostendit Capelle, Psautier latin en Afrique, p. 93 et 125.

ergo confligit, sciat se cum toto mundo confligere; et confligens cum toto mundo haec duo vincat, et vincit mundum. Vincat quicquid blanditur, vincat quicquid minatur: voluptas enim falsa est, poena transitoria. Si vis intrare per angustam portam, claude portas cupiditatis et timoris: his enim temptat ille temptator ad evertendam animam. Ianua cupiditatis promittendo temptat: ianua timoris minando temptat. Est quod cupias, ut ista non cupias; est quod timeas, ut ista non timeas. Non auferatur cupiditas, sed mutetur; timor non extinguatur, sed in aliud transferatur. Quid cupiebas, qui mundo blandienti cedebas? Quid cupiebas? Voluptatem carnis, concupiscentiam oculorum, ambitionem saeculi. Nescio quis iste tricapitus est canis inferni. Sed audi apostolum Iohannem, qui super pectus domini discumbebat, et hoc in evangelio ructabat, quod in convivio Christi bibebat; audi eum dicentem: NOLITE DILIGERE MUNDUM, NEQUE EA QUAE SUNT IN MUNDO. SI QUIS DILEXERIT MUNDUM, NON EST CARITAS PATRIS IN ILLO; QUONIAM OMNIA QUAE IN MUNDO SUNT CONCUPISCENTIA CARNIS EST, ET CONCUPISCENTIA OCULORUM, ET AMBITIO SAECULI. Dicitur ergo mundus hoc caelum et terra. Non ipsum mundum vituperat, qui dicit, Nolite diligere mundum; qui enim istum vituperat mundum, artificem mundi vituperat. Audi mundum bis uno loco nominatum sub diversis significationibus. De domino Christo dictum est: IN HOC MUNDO ERAT, ET MUNDUS PER EUM FACTUS EST, ET MUNDUS EUM NON COGNOVIT. Mundus per eum factus est: AUXILIUM NOSTRUM IN NOMINE DOMINI, QUI FECIT CAELUM ET TERRAM. Mundus per eum factus est: LEVAVI OCULOS MEOS IN MONTES, UNDE VENIET AUXILIUM MIHI; AUXILIUM MEUM A DOMINO, QUI FECIT CAELUM ET TERRAM. Iste mundus a deo factus est, et mundus eum non cognovit. Quis eum mundus non cognovit? Dilector mundi, amator

Portae cupiditatis et timoris.

Mundi nominis duplex significatio

[5] his] *NDen;* hac *CG;* haec *B* [5 sq.] ianuam... ianuam *GB* [9] qui] *B;* quid *cet* blandiente *G* [11] nescio quis *om. G* iste] *CB;* istorum *NDen;* ista *G* tricapitus] *B;* trium capitum *CNDen;* tria capitula *G* est canis inferni] *B;* est carnis infernus *CNDen;* carnis infernus est *G: locus, ut vides, pessime corruptus* [13] ructabat] *CNG;* eructabat *BDen* [14] nec ea *CG* [18] ipsum mundum] ipsa *B, omisso* mundum [19] vitup. mundum] *CBG;* mundum *om. NDen* [20] audi] B, *corr. ex* audiat *G;* audiat *CNDen* nominari *G* [24] in] *CNDen,* ad *BG* [25] veniat *B* [27] Quis e. m. n. cognovit?] *B; om. ceteri*

[4 sq.] *portas cupiditatis et timoris*] Haec sententia saepe ap. Aug. recurrit, laqueo aliquando pro porta posito, ut in serm. Morin. 15, 5.

[11] *tricapitus*] Ex uno cod. *B* indubitanter recepi, licet nullibi apud lexicographos reperiatur; at certo extat *bicapitus*, cf. Thes. ling. lat. II 1970, l. 29: quidni et *tricapitus*? Porro hunc locum misere a librariis vexatum ad canem Orci Cerberum referri manifestum est.

[17] *saeculi*] I Ioh. 2, 15. 16.

[22] *cognovit*] Ioh., 1, 10.

[24] *terram*] Ps. 123, 8.

[26] *et terram*] Ps. 120, 1. 2.

[27] *Dilector mundi, amator* etc.] Enarr. Ps. 54,

operis, contemtor artificis. Amor tuus migret: rumpe funes a creatura, alliga ad creatorem. Muta amorem, muta timorem: non enim faciunt bonos et malos mores nisi boni vel mali amores. Magnus iste vir, dicet aliquis, bonus est, magnus est. Unde, quaeso? Multa novit. Quid diligat quaero, non quid sciat. NOLITE ergo DILIGERE MUNDUM, NEQUE EA QUAE SUNT IN MUNDO. SI QUIS DILEXERIT MUNDUM, NON EST CARITAS PATRIS IN ILLO: QUONIAM OMNIA QUAE IN MUNDO SUNT — utique in dilectoribus mundi — ea quae sunt in dilectoribus mundi, CONCUPISCENTIA CARNIS EST, ET CONCUPISCENTIA OCULORUM, ET AMBITIO SAECULI. In concupiscentia carnis voluptas est, in concupiscentia oculorum curiositas est, in ambitione saeculi superbia est. Qui tria ista vincit, non ei remanet omnino in cupiditate quod vincat. Multi rami, sed triplex radix. Quanta mala habet, quanta mala facit carnalis voluptatis appetitio! Inde adulteria, fornicationes: inde luxuriae, ebrietates: inde quicquid titillat sensus inlicite, et mentem penetrat suavitate pestifera, addicit carni mentem, deturbat ex arce rectorem, subdit servienti imperantem. Et quid poterit homo facere rectum in se ipso perversus?

Bonos et malos mores non faciunt nisi boni vel mali amores.

Triplicis concupiscentiae mala quanta.

3. Quae mala facit turpis curiositas, concupiscentia vana oculorum, aviditas nugacium spectaculorum, insania stadiorum, nullo praemio conflictus certaminum! Certant aurigae aliquo praemio: litigant pro aurigis populi quo praemio? Sed delectat auriga, delectat venator, delectat scenicus. Itane honestum delectat turpitudo? Muta etiam cupiditatem spectaculorum: exhibet ecclesia menti tuae honorabiliora et veneranda spectacula. Modo legebatur passio beati Cypriani: aure audiebamus, mente spectabamus, certantem videbamus, periclitanti quodammodo timebamus, sed dei adiutorium sperabamus. Denique vultis nosse cito, quid intersit inter spectacula nostra et theatrica? Nos,

3 dicit *B* 5 sq. nec ea q. i. mundo sunt *G* 7 quoniam] quia *B* 8 ea] *om. B* 9 est] *om. CB* 14 luxuriae] *CN;* luxuria et *B;* luxuria *GDen* ebrietates] *BG;* ebrietas *C*; inde ebrietas *NDen* 14 sq. inde quicquid] *CGB; om.* inde *NDen* 16 ex arce rectorem] *optime GB;* exercitatorem *CNDen* 17 ipso *om. G* 19 praemio] consequente *add. Den ex uno cod. N contra reliq. omnes* 21 quo praemio] *C;* aliquo pr. *NDen; om. B; excidit totum membrum in G* 25 expectabamus *CG* periclitantem *B*

n. 4: « *mundi* dixit, amatorum mundi...; *mundi* dixit, de quo dicit evangelium, *Et mundus eum non cognovit* ».

2 *non enim faciunt* etc.] Epist. 155, n. 13: « nec faciunt bonos vel malos mores, nisi boni vel mali amores » et sic alibi passim.

16 *ex arce rectorem*] Quare hanc lectionem codicum *GB* alteri praetulerim, quam habent *CN* et Denisius, rationem invenies in libro De civ. Dei 14, c. 19, ubi de mente et ratione scribit Aug.: « Quam partem animi tertiam velut *in arce quadam* ad istas *regendas* perhibent collocatam » etc.

quantum in nobis viget sana mens, martyres, quos spectamus, cupimus imitari; nos, inquam, sanctos martyres, quos certantes spectamus, cupimus imitari. Honeste spectator, in theatris cum spectas, insanis, si audes imitari quem diligis. Ecce ego specto Cyprianum, amo Cyprianum. Si irasceris, maledic mihi, et dic, Talis sis. Specto, delector, quantum valeo lacertis mentis amplector: video certatorem, gaudeo victorem. Irascere, ut dixi, et dic mihi, Talis sis. Vide si non amplector, vide si non opto, vide si non cupio, vide si non indignum me possum dicere, refugere tamen avertique non possum. Specta tu, delectare tu, ama tu. Noli irasci, si dixero, Talis sis. Sed parco, non dico: agnosce amicum, spectacula muta mecum. Tales amemus, de quibus non erubescamus; tales amemus, quos imitari, quantum valemus, optemus. Sed infamis est ille, qui spectatur; qui spectat, honestus est? Cesset cupiditas emptoris, et nulla erit turpitudo venalis. Infamiam spectando confirmas. Quid provocas quod accusas? Miror, si amati tui non te aspergit infamia. Sed non te aspergat, immaculata maneat honestas, si potest, spectatrix libidinum, emptrix turpium voluptatum. Audeo prohibere spectacula? Audeo prohibere, audeo plane: dat mihi fiduciam locus hic, et qui me constituit in isto loco. Potuit sanctus martyr saevientes sustinere paganos: ego non audeam audientes instruere christianos? Ego metuam tacitas offensiones, cum ille contempserit apertos furores? Dicam prorsus: certe redarguar in cordibus audientium, si falsa dico. Optime fecit, omnino optime fecit antiqua disciplina Romana, quae omne genus histrionum in infami loco deputavit. Non illis ullus honor in curia, non saltem in plebeia tribu: undique ab honestis remoti, et honestis venales propositi. Quid a te propter dignitatem de

Contra spectacula theatrica.

4 ego expecto *C* 5 expecto *B* 6 gaudeo] *B;* audio *cet. Den* 9 expecta *B* 11 sq. de q. n. erub. t. amemus] *BG; om. CNDen propter homoeotel.* 19 hic] *CBG;* iste *NDen* isto] hoc *G* 23 fecit... fecit] *BG;* facit... facit *CNDen* 24 strionum *G,* σύμπτωμα *hispanicum?* in infami] *CNBG; praepos. om. Den* 25 plebeia] platea *B* tribu] *ex G recepi, vide rationem infra;* tribuitur *NDen;* tribuunt *C;* tributus est *B* 26 et honestis] *CBG;* et honesti *NDen* propositi] *CN;* positi *G;* pospositi *B;* praepositi *Den pessime omnium* a te] autem *B* 26 sq. de curia] *BG;* decurii *CNDen*

10 *si dixero, Talis sis*] Cf. serm. Denis 17, 7: « dicam tibi, Talis sis, et noli irasci », ubi de eodem argumento omnino similia profert Aug.

25 *in plebeia tribu*] Hic quoque potior certe lectio codicis *G*, uti apparet comparatis cum variis modis quibus alii scribae vocem *tribu* auxerunt, tum praecipue De civ. Dei, lib. 2, c. 13, qui locus propius ad rem pertinet: « Romani vero hominibus scenicis nec *plebeiam tribum*, quanto minus senatoriam *curiam* dehonestari sinunt? »

26 *venales*] *vernales* legendum esse sine causa suspicatur Denisius, cuius textus hoc loco plus solito claudicat.

26 sq. *de curia*] Expungenda est igitur nec lexicis intrudenda vox nova *decurium*, quam Denis ex *N* accepit.

curia removisti, et propter voluptatem tibi in theatro posuisti? Consonet dignitati tuae voluptas tua. Et ipsi miseri addicti sunt spectantium vocibus, spectantium cupiditatibus, spectantium insanientibus voluptatibus. Remove ista omnia, liberantur: misericordiam in illos facit, qui spectare noluerit.

4. Dicta sint haec de concupiscentia oculorum. Ambitio saeculi quantum mali habet! Ibi omnis superbia: et quid est peius superbia? Sententiam domini audi: DEUS SUPERBIS RESISTIT, HUMILIBUS AUTEM DAT GRATIAM. Ergo et ambitio saeculi maligna est. Dicet aliquis: Sine illa non possunt saeculi potestates. Prorsus possunt. Nescio quis auctor ipsorum ait: SUAM QUISQUE CULPAM AUCTORES AD NEGOTIA TRANSFERUNT. Prorsus possunt. Rector est in potestate constitutus: se regat, et rexit. Sed humana mens pergit in elationem? Frenetur elatio: hominem se esse cognoscat, qui de homine iudicat. Dispar est dignitas, sed communis est ipsa fragilitas. Hoc qui pie sancteque cogitat, et habet potestatem, et non pergit in elationem. Vicit ista omnia Cyprianus. Quid enim non vicit, qui vitam ipsam omnibus temptationibus redundantem contemsit? Mortem illi minatus est iudex; ille confessus est Christum, paratus mori pro Christo. Ubi mors venerit, nulla remanebit ambitio, nulla curiositas oculorum, nulla appetitio sordidarum et carnalium voluptatum: una vita contemta omnia superantur.

Laudatur C. Sallustii sententia.

5. Beatus ergo laudetur in domino. Quando hoc posset, si non adiuvisset dominus? Quando vinceret, si non spectator, qui coronam parabat vincenti, subministraret vires laboranti? Gaudet plane et ipse, gaudet pro nobis, non pro se, quando in domino laudatur. Mitis enim est valde, et scriptum est: IN DOMINO LAUDABITUR ANIMA MEA; AUDIANT MITES ET LAETENTUR. Mitis erat: in domino vult laudari animam suam. In domino laudetur anima eius. Honoretur etiam corpus eius, quia PRETIOSA IN CONSPECTU DOMINI MORS SANCTORUM

2 sq. spectantium vocibus] *G; om. reliqui* 3 insanientibus] et insanientium *B* 4 et, *ante* liberantur, *inser. NDen* 6 sunt *BG* 7 ubi *B* 9 dicit *B* 10 possunt] esse *add. Den ex uno N contra ceteros* 12 se regat] *hic quoque optime BG;* erigat *CNDen* 22 ergo] Cyprianus *inser. NDen* domino] quia omnia ista vicit *add. NDen* 25 non pro se] et ipse *G unus* 27 sq. laudari] *post* suam *traic. NDen*

9 *gratiam*] Iac. 4, 6.

11 *transferunt*] Miror Denisium de Seneca epist. 50 ad Lucil. cogitasse, cum laudata sententia ex C. Sallustio, De bello Iugurthino cap. 1 § 4, ad verbum desumpta sit.

27 *laetentur*] Ps. 33, 3. De hoc versu in natale Cypriani ut videtur frequentato cf. adnot. ad serm. Guelferb. 26, 1.

29 *corpus eius*] In fine eiusdem sermonis item Aug.: « Sed nos uberiores gratias domino agamus, quod habere meruimus sanctum corpus membrorum eius ».

Ara vero deo Cyprianus factus

EIUS. Sancte celebretur, tamquam a christianis celebretur. Non enim aram constituimus tamquam deo Cypriano, sed vero deo aram fecimus Cyprianum. EXPLICIT TRACTATUS DE NATALE SANCTI CYPRIANI.

XV.

Denis, Serm. XV (= *Den*), col. 49-52: Migne 46, 866-869; ex cod. Neapolit. fol. 37^{v}-39^{r} (= *N*); nunc primum ope codicis Casin. XVII, p. 346-350 (= *C*) multis mendis expurgatus. Vivida ac prorsus genuina allocutio, in qua magnae oratoris menti ardorem addunt cum recordatio martyrii in ipso loco quondam peracti, tum multitudo exultantium, qui « omnes, aut paene omnes, filii erant insultantium ». Magnifice laudatur Cyprianus episcopus « doctor gentium, frustrator idolorum, proditor daemoniorum, lucrator paganorum, confirmator christianorum, inflammator martyrum »; laudatur civitas Dei, ecclesia Christi, quae ipsos iudices ac saeculi potestates saevientes sprevit, honorantes fecit.

SERMO S. AUGUSTINI HABITUS EODEM LOCO ET DIE DE MARTYRIS SUPRADICTI NATALE.

1. Psalmum cantavimus: BENEDICTUS DOMINUS, QUI NON DEDIT NOS IN VENATIONEM DENTIBUS EORUM. Donis dei debita gratulatio. BENEDICTUS DOMINUS, QUI NON DEDIT NOS IN VENATIONEM DENTIBUS EORUM. Vox est certe gratulationis, et digna gratulatio. Et quando tantis donis divinis humana sufficit gratulatio? Quando in isto loco beatissimus martyr sacrum sanguinem fudit, nescio utrum tanta hic fuerit turba furentium, quanta nunc est multitudo laudantium. Iterum dico — delectat enim me, populum videre in domo domini religiosissime in hunc locum convenientem, et tempora temporibus comparare — unde iterum dico et repeto, et vestris sensibus quanta possum devotione commendo: quando in isto loco beatissimus martyr sacrum sanguinem fudit, nescio utrum tanta hic fuerit turba furentium, quanta nunc est multitudo laudantium. Sed et si fuit, fuit BENEDICTUS DOMI-

Turbae furentium successit multitudo laudantium.

1 Celebretur sancte. celebretur festive *B unus* a christianis] *NBDen;* christianis *C;* christiani *G* 3 explicit] *etc. ex G, qui add. num.* IIII. 4-5 *sic inscribitur sermo in C;* item in natali Cypriani martyris *Den* 9 et digna] et *om. C* 10 in] *om. C* 12 fuerat *C*

1 *eius*] Ps. 115, 6.

2 *aram f. Cyprianum*] Apposite Denis ad serm. 310, n. 2 et 313, n. 5 lectorem remittit.

4 *eodem loco*] Quo videlicet b. martyr sanguinem fudit, quique prius *Ager Sexti*, deinde *Mensa s. Cypriani* dictus est.

7 *eorum*] Ps. 123, 6.

NUS, QUI NON DEDIT NOS IN VENATIONEM DENTIBUS EORUM. Quando occidebant, se vicisse credebant: vincebantur a morientibus, et gaudebant. Si vincebantur, utique furebant. Abscessit ergo turba furentium, successit multitudo laudantium. Dicat, dicat multitudo laudantium: BENEDICTUS DOMINUS, QUI NON DEDIT NOS IN VENATIONEM DENTIBUS EORUM. Dentibus quorum? Dentibus inimicorum, dentibus impiorum, dentibus persecutorum Hierusalem, dentibus Babyloniae, dentibus civitatis inimicae, dentibus turbae in sceleribus insanientis, dentibus turbae dominum persequentis, creatorem deserentis, ad creaturam se convertentis, manu facta colentis, a quo facta est contemnentis. BENEDICTUS DOMINUS, QUI NON DEDIT NOS IN VENATIONEM DENTIBUS EORUM.

2. Vox martyrum est: eorum profecto vox est, qui pro Christi nomine occidi, quam negando Christum vivere maluerunt. Si ergo illi occidere voluerunt, isti occisi sunt: fecerunt quod voluerunt illi, passi sunt isti; quomodo BENEDICTUS DOMINUS, QUI NON DEDIT NOS IN VENATIONEM DENTIBUS EORUM? Qualis gratulatio est, BENEDICTUS DOMINUS, QUI NON DEDIT NOS IN VENATIONEM DENTIBUS EORUM? Quia persecutores non occidere, sed devorare voluerunt, id est, in corpus suum transferre. Pagani erant, impii erant, daemonum et idolorum cultores erant: hoc nos facere volebant, quando devorare cupiebant. Intendite, quid cibo faciamus, quando manducamus. Quid utique facimus, nisi in corpus nostrum transferimus? Erat corpus impiorum: devoraverunt eos, qui eis ad impia consenserunt; in eorum corpus procul dubio transierunt. Martyres ergo illis instantibus, ut Christus negaretur et idolum adoraretur, restiterunt constanter, idolum spreverunt, Christum confessi sunt, in corpus eorum consentiendo non transierunt. Dicant, dicant, gloriose dicant, feliciter dicant, veraciter dicant: BENEDICTUS DOMINUS, QUI NON DEDIT NOS IN VENATIONEM DENTIBUS EORUM. Retia perfidia est, retia impietas est, retia Christi negatio est. Extenta sunt retia. Audis venantes. Si vis cavere venantes, contemne terrentes. Nostis, quid faciant venatores. Ex alia parte tendunt retia, ab alia parte terrent feras, quas cogunt in retia. Malum times, quo terreris? Peius est, quo fugis. Ergo martyres sancti videntes, ubi venatores tetenderunt retia — ad hoc enim mortem persecutor minabatur, ut salvator negaretur — passi

Venatorum retia martyres quomodo caverunt.

2 si vincebantur] *cum seqq. coniung. CN, cum superioribus Den* 7 hierusalem *hoc loco CN* 10 colentis] eum *inser. editio ap. Migne repetita* 10 sq. benedictus] ergo *add. C* 17 persecutores] *om. C* 24 illis] *C;* illi *NDen* 29 retia perf. erat *C, et statim anticipat* audis venantes, *quod paullo infra in Den habetur* 29 sq. audis venantes] *heic om. C* 31 faciant] *C;* faciunt *NDen* 32 quam terreris? peius *C, omisso* est

sunt, sed patiendo non sunt capti. Quali sagina praedae, quali pinguedine venationis Babylon impia pasceretur, si a Cypriano episcopo dominus negaretur! Quali sagina, quali venatione, quam optima praeda Babylon impia pasceretur, si a Cypriano episcopo, doctore gentium, frustratore idolorum, proditore daemoniorum, lucratore paganorum, confirmatore christianorum, inflammatore martyrum; si ergo a tali et tanto viro dominus negaretur, quali venatione Babylon impia laetaretur! BENEDICTUS DOMINUS, QUI NON DEDIT NOS IN VENATIONEM DENTIBUS EORUM. Saevierint, persecuti fuerint, torserint, incluserint, alligaverint, percusserint, incenderint, bestiis subrexerint: non est Christus negatus, confessor domini est coronatus. Illi saevitiam perdiderunt, gloriam martyres invenerunt. BENEDICTUS DOMINUS, dicat populus christianus, dicat omnino, decet ut dicat: BENEDICTUS DOMINUS, QUI NON DEDIT NOS IN VENATIONEM DENTIBUS EORUM. Modo dicat hic locus: impletur populo confitentium, impletur populo unum verum deum adorantium: dicat hic locus: tunc enim seges ista seminabatur, quando ille locus sanguine martyris rigabatur. Noli mirari, terra, fertilitatem tuam, si rigata es, ut hoc pullulares.

Cyprianus qualis praeda Babyloni fuisset.

Terrae fertilitas ex martyrum sanguine.

3. Ergo BENEDICTUS DOMINUS, QUI NON DEDIT NOS IN VENATIONEM DENTIBUS EORUM. Quibus enim viribus nos erepti sumus de dentibus impiorum? Nihil nobis arrogamus, non hoc nostrae potestati tribuimus. BENEDICTUS DOMINUS, QUI NON DEDIT NOS IN VENATIONEM DENTIBUS EORUM. Quid enim eramus, quando terrebamur infirmi a fortibus, humiles a sublimibus, egentes a divitibus, indigentes ab abundantibus? Quid eramus, nisi auxilium nostrum esset in nomine domini, eius qui fecit caelum et terram? Exulta, exulta, Ierusalem: exulta et tu, non data in dentes venantium; exulta et tu: habes et tu dentes. DENTES TUI SICUT GREX DETONSARUM. Habes et tu dentes, o sancta Ierusalem, civitas dei, ecclesia Christi, habes et tu dentes. Tibi dicitur in Cantico canticorum: DENTES TUI SICUT GREX DETONSARUM ASCENDENS DE LAVACRO, QUAE OMNES GEMINOS CREANT, ET STERILIS NON EST IN ILLIS. Bene, bene, quod non timuisti dentes Babyloniae. Dentes Babyloniae potestates saeculi fuerunt; dentes Babyloniae doctores illicitorum sacrorum fuerunt. His dentibus data non es Agnosce dentes tuos: fac tu, quod illi

Habet dentes et ecclesia Christi.

9 sqq. saevierint...] *verba singula coniunctivo perfecto CN; indicativo Den* 10 subrexerint] *optime C, nempe a « sub » et « rego », quemadmodum « porrigo » a « pro » et « rego »;* subrepserint *N;* subrepserunt *Den, qui in nota hariolatur, « fortasse subiecerunt, substraverunt »* 18 si] *pro* sic?

26 *et terram*] Cf. Ps. 123, 8. 31 *in illis*] Cant. 4, 2 et 6, 5.

facere voluerunt. Converte te: et tu habes dentes. DENTES TUI SICUT GREX DETONSARUM. Quid est, DETONSARUM? Sarcinas saeculares ponentium. Quid est, DETONSARUM? Ponentium vellera, tanquam onera sarcinae saecularis. Illi erant dentes tui, de quibus scriptum est in Actibus apostolorum, quia vendiderunt omnia sua, et pretia rerum suarum ante pedes apostolorum posuerunt, ut distribueretur unicuique, sicut opus erat. Percepisti vellera detonsarum tuarum. Ascendit grex ille de lavacro baptismatis sancti. Omnes pepererunt, quia duo praecepta impleverunt. Meministis, recordati estis, tamquam instructi acclamastis, cum duo praecepta commemorarem; quae autem essent, non dixi, et tamen indicium cordis vestri voce suscepi. Agnovistis. Dicam tamen propter eos, qui ad ecclesiam rarius accedunt. Dominus dicit, magister veracissimus dicit, princeps martyrum dicit: DILIGES DOMINUM DEUM TUUM IN TOTO CORDE TUO, ET IN TOTA ANIMA TUA, ET IN TOTA MENTE TUA; ET DILIGES PROXIMUM TUUM TANQUAM TE IPSUM. IN HIS DUOBUS PRAECEPTIS TOTA LEX PENDET ET PROPHETAE. Dentes ergo tui ideo viceruntquia tales geminos pepererunt. Tibi dicitur habenti tales dentes, tibi dicitur, o ecclesia, in figura beatissimi Petri: SURGE, MACTA ET MANDUCA, SURGE, Petro dictum est — quando vas submissum de caelo in figura animalium omnes gentes portabat — esurienti Petro, id est, avidae ecclesiae: SURGE, quid esuris? SURGE, cibus tibi paratus est. Dentes habes, MACTA ET MANDUCA. Occide quod sunt, fac quod es: occide quod sunt, verte in quod es. Bene audisti, tales dentes habens, bene mactasti, bene manducasti. Ipsos iudices, quos non timuisti, ad te attraxisti; ipsas saeculi potestates, quas non timuisti, in te convertisti: saevientes sprevisti, honorantes fecisti. Impletum est, quod domino tuo promissum est: ET ADORABUNT EUM OMNES REGES TERRAE, OMNES GENTES SERVIENT ILLI.

Quibus ipsas saeculi potestates in se convertit.

4. Haec persecutores non credebant, quando saeviebant. Quam

6 sicut] cuicumque *inser. C* 8 sancti] *cum* omnes *coniung. C* 8.10 praecepta] caritatis *utroque loco add. NDen, nihil vero C* 9 acclamastis] adamastis *C* 16 ideo] *CN;* in deo *Den* 19 in] *om. C* 20 omnes gentes] *CN;* omnis generis *Den* 21 quid] *om. C* 24 attraxisti] *NDen;* traxisti *C* 27 reges] gentes *C*

6 sq. *opus erat*] Cf. Act. 4, 34. 35.

9 *acclamastis*] Clamor iste auditorum heic et alibi passim non tam favorem et laudes, quibus oratorem prosequebantur, indicat, immo potius ea iam populo nota esse denuntiat, quae contionator tecte solummodo inculcarat, quemadmodum apud pueros in scholis saepius fieri videmus.

16 *et prophetae*] Mt. 22, 37. 39. 40.

18 sq. *manduca*] Act. 10, 13, ubi Aug. modo *occide*, modo *macta* legit.

20 *omnes gentes*] Cf. serm. 149, n. 6: « Animalia ergo illa gentes sunt. *Omnes* enim *gentes*, quae immundae erant » etc.

28 *illi*] Ps. 71, 11.

multi ex ipsis persecutoribus, qui viderunt beatissimum Cyprianum fundentem sanguinem, genua flectentem, cervicem percussori praebentem, hic viderunt, hic spectaverunt, hic de tanto spectaculo exultaverunt, hic, hic morienti insultaverunt! Quam multi ex eis, quod non dubito, postea crediderunt! Non est dubitandum, sine dubitatione credendum est. Iudaei Christi interfectores, qui pendente illo caput agitaverunt insultantes, et in illo verba quae voluerunt dixerunt, exultantes postea in ipsum dominum, quem crucifixerunt, crediderunt. Nec enim poterat vacare vox medici in cruce pendentis, et medicamentum sanitatis freneticis de suo sanguine facientis. Non poterat ergo vacare et inanis esse vox illa: PATER, IGNOSCE ILLIS, QUIA NESCIUNT QUID FACIUNT. Non plane vacavit. Erat ibi multitudo eorum, propter quos haec vox de ore resonuit veritatis. Nam postea facto miraculo, adveniente de caelo Spiritu sancto, cum linguis omnium gentium apostoli loquerentur, stupentes repentinum miraculum subito compuncti, ad eum quem occiderunt conversi, sanguinem, quem saevientes fuderunt, credentes biberunt. Hoc plane et de beato Cypriano Christi sancto martyre nullo modo est dubitandum, quod plurimi eorum, qui occisum impie spectaverunt, in eius dominum crediderunt, et forte etiam ipsi imitando pro Christi nomine sanguinem fuderunt. Postremo de illis incertum sit; de illis, qui tunc huic loco affuerunt, qui percussum in isto loco sanctum Cyprianum viderunt, incertum sit utrum crediderint: certe isti omnes, aut paene omnes, quorum voces audio exultantium, filii sunt insultantium.

Multi ex Cypriani persecutoribus postea crediderunt.

XVI.

Denis, Serm. XVI, col. 52-57 (= *Den*): Migne 46, 869-874; ex uno codice Neapolit. fol. 39r-40v (= *N*). Nam in codice Casin. XVII, p. 377 sqq., eius loco habetur sermo Maurinae editionis tricesimus septimus, et is ita inscriptus: SERMO HABITUS IN NATALE MARTYRUM SCILITANORUM IN BASILICA NOVARUM, UBI DICITUR: MULIEREM FORTEM QUIS INVENIET? Itaque cum Possidio duo tantum de his martyribus tractatus Augustini innotuerint, tres saltem nobis servatos esse gratulamur: nam ad duos, qui in benedictina editione et apud Denisium leguntur, tertius nuper accessit, quem ex codice Guelferbytano 4096, foll. 146-150, anno MCMXVII evulgavi. Quod vero Denisiano textui emendando alius liber

5 non est] *C;* est *om. NDen* 7 illo] mortuo *add. C* 7 sq. exultantes] *cum seqq. coniung. C, cum superioribus NDen* 9 nec] *CN;* haec *Den* 10 freneticis] *CN;* phren. *Den* 16 sanguinem] eius *add. C, postea deletum* 23 vocem *C*

12 *faciunt*] Luc. 23, 34.

haud suppeditat, id sane moleste ferendum; nec tamen codici tunc Vindobonensi eiusque editori minorem gratiam debemus, quippe quorum ope contio ceteroquin splendida atque Augustino plane digna ab iniuria temporis vindicata sit. In codice *N* non denuntiatur, quo loco sermo habitus sit: cum vero in fronte utriusque sermonis et Maurin. 37 et Guelferb. 30 « basilica Novarum » (subaudi « arearum ») designetur, hinc suspicio oritur, inter istam basilicam cultumque Scilitanorum martyrum conexionem quandam forte olim extitisse, quam planius declarare hodie non possumus.

IN NATALE SANCTORUM MARTYRUM SCILITANORUM.

Martyres sancti, testes dei, ne vivendo morerentur, moriendo vivere maluerunt; ne timendo mortem negarent vitam, amando vitam contempserunt vitam. Ut negaretur Christus, vitam promittebat inimicus, sed non qualem Christus. Credentes ergo quod a salvatore promittebatur, riserunt quod persecutor comminabatur. Fratres, quando sollemnia martyrum celebramus, exempla nobis proposita noverimus, quae imitando assequamur. Non enim istam faciendo frequentiam augemus martyrum gloriam. Illorum corona populis nota est angelorum. Nos, quod passi sunt, cum legeretur, audire potuimus; quod autem acceperunt, NEC OCULUS VIDIT, NEC AURIS AUDIVIT. Bona mundi huius alia sunt superflua, alia necessaria. Hinc paululum ut loquamur, attendite, et distinguamus, si possumus, quae sint bona huius mundi superflua, quae necessaria; ut videatis, non esse negandum Christum nec propter superflua, nec propter necessaria. Superflua mundi huius quis enumerat? Si ea commemorare voluerimus, magnas moras faciemus. Dicamus ergo necessaria; quaecumque alia erunt, haec erunt superflua. Necessaria sunt in hoc mundo duo ista, salus et amicus: ista sunt, quae magni pendere, quae non debemus contemnere. Salus et amicus, naturalia bona sunt. Fecit deus hominem, ut esset et viveret: salus est; sed, ne solus esset, amicitia quaesita est. Incipit ergo amicitia a coniuge et filiis, et progreditur usque ad alienos. Sed si consideremus unum nos habuisse patrem et unam matrem, quis erit alienus? Omni homini proximus est omnis homo. Interroga naturam. Ignotus est? homo est. Inimicus est? homo est. Hostis est? homo est. Amicus est? maneat amicus. Inimicus est? fiat amicus.

Nec propter superflua, nec propter necessaria negandus Christus.

Necessaria duo, salus et amicus.

1 scilitanorum] *per unam* l *scribunt CN;* sperati et sociorum eius *add. N in indice capitulorum*

11 *audivit*] I Cor. 2, 9.

18 *salus et amicus*] Item August. epist. 130, c. 7, n. 13: « In his itaque omnibus incolumitas hominis et amicitia propter seipsa appetuntur ».

2. Ad haec duo in hoc mundo necessaria, salutem et amicum, venit peregrina sapientia. Invenit omnes stultos, errantes, superflua colentes, temporalia diligentes, aeterna nescientes. Haec sapientia stultis amica non fuit. Cum ergo stultis amica non esset, et a stultis longe esset, assumpsit proximum nostrum, et facta est proxima nostra. Hoc mysterium Christi est. Quid tam longe, quam stultitia a sapientia? Quid tam proximum, quam homo et homo? Quid tam longinquum, inquam, quam a stultitia sapientia? Ergo suscepit hominem sapientia, et facta est homini proxima per id quod erat proximum. Et ecce, quoniam dixit homini ipsa sapientia, ECCE PIETAS EST SAPIENTIA; ad sapientiam vero hominis pertinet colere deum, quia hoc est pietas, data sunt nobis duo praecepta: DILIGES DOMINUM DEUM TUUM EX TOTO CORDE TUO, ET EX TOTA ANIMA TUA, ET EX TOTA MENTE TUA. Alterum: DILIGES PROXIMUM TUUM TANQUAM TE IPSUM. Et ille, qui hoc audivit, ait: ET QUIS EST MIHI PROXIMUS? Putabat dicturum dominum: Pater tuus et mater tua, coniux tua, filii tui, fratres tui, sorores tuae. Non hoc respondit, sed qui volebat commendare omnem hominem omni homini proximum, instituit narrationem. HOMO, inquit, QUIDAM. Quis? quidam, tamen homo. HOMO QUIDAM. Quis ergo homo? Quidam, sed tamen homo. DESCENDEBAT DE HIERUSALEM IN HIERICHO, ET INCIDIT IN LATRONES. Ipsi dicuntur latrones, qui et insequuntur nos. Vulneratus, spoliatus, semivivus in via relictus, a transeuntibus, a sacerdote, a levita contemptus est; a Samaritano autem transeunte animadversus est. Accessum est ad eum: inspecta cura levatus est in iumentum, perductus ad stabulum; iussum est curam illi adhiberi, sumptus impensus est. Interrogatur, qui interrogaverat, quis erat huic semivivo proximus. Quia duo contempserant, et contempserant proximi, accessit extraneus. Iste enim homo Hierosolymitanus proximos habebat sacerdotes et levitas, Samaritanos alienigenas. Transierunt proximi, et extraneus factus est proximus. Quis ergo erat huic homini proximus? Dic tu, qui interrogaveras dicens: QUIS EST MIHI PROXIMUS? Iam responde quod verum est. Interrogaverat superbia: loquatur natura. Quid ergo ait? CREDO,

Sapientia quomodo proxima nostra facta sit.

Omni homini omnis homo proximus.

25 illi] *N;* ei *Den*

10 *Ecce pietas est sapientia*] Hiob 28, 28. Aug. in Enchirid. c. 2: « Hominis autem sapientia pietas est. Habes hoc in libro sancti Iob: nam ibi legitur quod ipsa sapientia dixerit homini, *Ecce pietas est sapientia* »; cf. etiam De spir. et litt. c. 11, n. 18; Epist. 167, c. 3, n. 11 et al.

14 *te ipsum*] Luc. 10, 27.

15. 31 *proximus?*] Ibid. 29.

20 *in latrones*] Ibid. 30.

24 *inspecta cura*] Hoc loco errorem aliquando suspicatus sum; at postea ipsissima verba apud personatum Dictyn Cretensem, Ephemer. belli Troiani, lib. 2, n. 6, extare deprehendi: « qui *inspecta cura* propere apta dolori medicamina inponunt ».

QUI CUM ILLO FECIT MISERICORDIAM. Et dominus ad illum: VADE, ET TU FAC SIMILITER.

3. Redeamus ad causam. Iam tria videmus: salutem, amicum, sapientiam. Sed salus et amicus etiam de hoc mundo; aliunde sapientia. Propter salutem victus et tegumentum, et, si mala valitudo occurrerit, medicina. Salvis autem salvus loquens apostolus ait: EST AUTEM QUAESTUS MAGNUS PIETAS CUM SUFFICIENTIA. NIHIL inquit, INTULIMUS IN HUNC MUNDUM, SED NEQUE AUFERRE ALIQUID POSSUMUS. VICTUM ET TEGUMENTUM HABENTES HIS CONTENTI SIMUS. Ista sunt necessaria propter salutem: quae autem propter superflua? NAM QUI VOLUNT, inquit, DIVITES FIERI — propter superflua utique — INCIDUNT IN TEMPTATIONEM ET LAQUEUM ET DESIDERIA MULTA STULTA ET NOXIA, QUAE MERGUNT HOMINEM IN INTERITUM ET PERDITIONEM. Ubi ergo salus? Ergo propter salutem VICTUM ET TEGUMENTUM HABENTES HIS CONTENTI SIMUS. Propter amicum quid? Quid tibi amplius potuit dici, quam DILIGES PROXIMUM TUUM TANQUAM TE IPSUM? Ergo salus tibi, salus sit et amico tuo. Propter tegumentum amici: QUI HABET DUAS TUNICAS, COMMUNICET CUM NON HABENTE. Propter victum amici: ET QUI HABET ESCAS, SIMILITER FACIAT. Pasceris, pascis; vestiris, vestis. Ista de hoc mundo; aliunde autem, quod est sapientia: discis, et doces.

Salus tibi, salus sit et amico tuo.

4. Constituite iam vobis ante oculos agonem martyrum. Venit inimicus, cogit Christum negare. Sed adhuc blandientem inducamus, nondum saevientem. Promittit divitias et honores. Superflua sunt: qui talibus donis temptantur ut Christum negent, nondum accesserunt ad agonem, nondum certamen invenerunt, nondum hostem antiquissimum vera pugna provocaverunt. Contempsit autem, cui talia promittebantur, vir fidelis, et ait: Ego propter divitias negabo Christum? Ego propter divitias negabo divitias? ego propter aurum negabo thesaurum? Nempe ille est: QUI PROPTER NOS PAUPER FACTUS EST, CUM DIVES ESSET, UT EIUS PAUPERTATE NOS DITAREMUR. Nempe ille est, de quo item ait apostolus: IN QUO SUNT OMNES THESAURI SAPIENTIAE ET SCIENTIAE ABSCONDITI. Attendis quod promittis, quia non potes videre quod tollere conaris. Ego fide video, quod mihi vis auferre; tu oculis carnis, quod vis dare; meliora sunt, quae cordis oculus intuetur, quam quae oculus carnis videt. QUAE ENIM VIDENTUR, TEMPORALIA SUNT; QUAE AUTEM NON VIDENTUR, AETERNA. Contemno ergo dona tua, inquit fidelis

Superflua martyres qualiter contempserint.

9 *simus*] I Tim. 6, 6-8.
13 *perditionem*] Ibid. 9.
19 *faciat*] Luc. 3, 11.
30 *ditaremur*] II Cor. 8, 9.
32 *absconditi*] Col. 2, 3.
36 *aeterna*] II Cor. 4, 18.

anima, quia temporalia sunt, superflua sunt, caduca sunt, volatica sunt, plena sunt periculis, plena temptationibus. Nemo haec habet quando vult, perdit et quando non vult. Contemptus est promissor, accedit alius, id est persecutor. contemptus est blandiens, esse incipit saeviens: contemptus est coluber, in leonem conversus est. Non vis, inquit, accipere a me divitias ampliores? Si Christum non negaveris, auferam quas habes. Adhuc in superflua mea saevis. SICUT NOVACULA ACUTA FECISTI DOLUM. Capillos radis, cutem non praecidis: aufer etiam ista mihi. Immo, quoniam videbas quod pauperibus exinde dabam, hospites suscipiebam, quod monuerat Paulus faciebam: PRAECIPE, inquit, DIVITIBUS HUIUS SAECULI, PRAECIPE, NON SUPERBE SAPERE, NEQUE SPERARE IN INCERTO DIVITIARUM, SED IN DEO VIVO, QUI PRAESTAT NOBIS OMNIA ABUNDANTER AD FRUENDUM. BENE FACIANT, DIVITES SINT IN OPERIBUS BONIS, FACILE TRIBUANT, COMMUNICENT, THESAURIZENT SIBI FUNDAMENTUM BONUM IN FUTURUM, UT APPREHENDANT VERAM VITAM. Haec mihi auferens, ista opera facturus non sum: numquid apud deum ideo minor ero, quia volo, et non possum? An usque adeo surdus sum adversus vocem angelorum: PAX IN TERRA HOMINIBUS BONAE VOLUNTATIS? Tolle ergo superflua mea. NIHIL INTULIMUS IN HUNC MUNDUM, SED NEQUE AUFERRE ALIQUID POSSUMUS. VICTUM ET TEGUMENTUM HABENTES, EO CONTENTI SIMUS.

5. Sed ait persecutor: Tollo victum, tollo tegumentum. Accessum est ad certamen, ferventius saeviebat inimicus: transita sunt superflua, perventum est ad necessaria. NE DISCEDAS A ME, QUONIAM TRIBULATIO PROXIMA EST. Nihil tam proximum animae suae, quam caro sua; fames et sitis et aestus in carne sentis: ibi te volo videre, martyr bone, testis dei. Vide, inquit, vide. QUIS NOS SEPARABIT A CARITATE CRISTI? Quid est quod minaris? Tollo victum, tollo tegumentum. TRIBULATIO? AN ANGUSTIA? AN FAMES? AN NUDITAS? Minetur ex altera parte. Tollo amicum, occido carissimos tuos ante oculos tuos, coniugem et filios trucidabo. Occidis, occidis? Non negent, et non occidis. Quid est? quia non me terres de me, terres me de meis? Si non negaverint, meos

Immo et necessaria.

21 simus] *corr. ex* sumus *N* 26 sitis] *N;* sites *Den*

1 *volatica sunt*] Hoc adiectivo libenter utitur Aug. v. gr. Enarr. in Ps. 32, serm. 2, n. 15; in Ps. 36, serm. 1, n. 4; in Ps. 41, n. 6; in sermonibus a Denisio editis 2, 5; 23, 3.

8 *dolum*] Ps. 51, 4.

15 *vitam*] Tim. 6, 17-19.

16 *auferens... facturus n. sum*] Verborum constructio sane insolita: legendumne *auferes*? an potius exemplum quoddam hic habetur participii praesentis absoluti?

18 *voluntatis*] Luc. 2, 14.

21 *simus*] I Tim. 6, 7-8.

25 *proxima est*] Ps. 21, 11. 12.

29 *nuditas*] Rom. 8, 35.

non occidis; si negaverint, alienos occidis. Adhuc addat persecutor, et saeviat, et dicat: Si tuos non curas, te ipsum huic luci auferam. Huic luci: numquid aeternae luci? Cui luci me auferes? quam communem habeo et tecum. Non est magna, quam vides et tu. Ego pro hoc lumine non negabo lumen. ERAT LUMEN VERUM. Novi, cui dicam: QUONIAM APUD TE FONS VITAE, ET IN LUMINE TUO VIDEBIMUS LUMEN. Tolle vitam, tolle lumen: habebo vitam, habebo lumen. Habebo vitam, ubi te non patiar interfectorem; habebo lumen, quod mihi, non dicam tu, sed nec ulla nox possit auferre. Vicit martyr. An aliquid aliud est, ubi maius certamen spectare debeamus? Non. Minatur mortem, saevit in salutem, exarat ungulis, excruciat tormentis, urit flammis, admovet bestias: et hic vincitur. Quare vincitur? Quia IN HIS OMNIBUS SUPERVINCIMUS PER EUM, QUI DILEXIT NOS.

6. Ergo, fratres mei, non negetur Christus propter superflua, non negetur propter necessaria: nullus ipso est magis necessarius. Necessaria dicebam salutem et amicum. Peccas propter salutem, et negas Christum: amando salutem non habebis salutem. Peccas propter amicum tuum, et, ne illum offendas, negas Christum. Heu me miserum! Aliquando erubescendo negatur. Non saevit persecutor, non expoliat depraedator, non incumbit tortor; tantum ne displiceas amico tuo, negas dominum tuum. Video quid tibi abstulerit amicus: ostende quid dabit. Quid dabit? Ipsas amicitias, per quas pecces, per quas involvaris, per quas inimicus dei efficiaris. Iste tibi amicus non esset, si tu tibi esses; sed, quoniam ipse inimicus es tibi, amicum putas inimicum tibi. Unde autem ipse inimicus es tibi? Quia amas iniquitatem: QUI AUTEM AMAT INIQUITATEM, ODIT ANIMAM SUAM. Sed non negatur Christus, ut amico impio et perverso placeatur; non negatur, sed ab impio vituperatur, ab impio accusatur, et a fideli erubescendo non defenditur, deseritur, tacetur, non praedicatur. Saevit lingua blasphemantis, et nulla est laudantis. Quanta mala committuntur quasi pro necessariis, pro victu, pro tegumento, pro salute, pro amico; et omnia ista, quae appetuntur, magis pereunt. Si vero praesentia contempseris, dabit tibi deus aeterna. Contemne salutem, habebis immortalitatem: contemne mortem, habebis vitam: contemne honorem, habebis coronam: contemne amicum hominem, habebis amicum deum. Sed illic, ubi

Nullus Christo magis necessarius.

A fideli aliquando negatur, quando erubescendo non defenditur.

10 non minatur, *sine distinctione*, *NDen*

5 *verum*] Ioh. 1, 9.
6 *lumen*] Ps. 35, 10.
13 *nos*] Rom. 8, 37.
26 *suam*] Ps. 10, 6.

amicum habebis deum, sine amico proximo non eris: ibi tecum amici erunt, quorum facta et confessiones paulo ante legebantur.

Lecta erat Passio Scilitanorum, virorum ac feminarum.

7. Audivimus viros fortiter agentes, viriliter confitentes, audivimus et feminas non tanquam feminas tenentes Christum, oblitas sexum. Ibi erit cum istis illa amicitia, ubi nulla erit carnis concupiscentia, et sola erit cum amicis ad fruendum sapientia. Ecce quid perdimus, si ea hic amaverimus, et Christum negaverimus. Proximus ibi nos non terret, si moriatur; nullus ibi luctus, ubi aeterna vita erit; nec illud necessarium est, VICTUM ET TEGUMENTUM HABENTES HIS CONTENTI SIMUS. Vestis nostra immortalitas erit, cibus iste caritas erit, vita aeterna erit; nec opera ibi bona, quae ab his appellantur, faciemus: ad ea non perveniemus, si hic ea non fecerimus. Non tibi dicetur FRANGE ESURIENTI PANEM TUUM, ubi fames non erit; non tibi dicetur, Suscipe hospitio, ubi nullum invenies peregrinum; non tibi dicetur, Libera oppressum, ubi nullus inimicus erit; non tibi dicetur, Concorda litigiosum, ubi pax aeterna erit. Videte, fratres mei, quomodo hic toleretur quaerendo: ibi eam habebimus, ubi perire non possumus. Salutem quaeris? Contemne, et habebis. Negas Christum, timendo offendere amicitias hominum: confitere Christum, et amica tibi erit civitas angelorum, civitas patriarcharum, civitas prophetarum, civitas apostolorum, civitas omnium martyrum, civitas omnium bonorum fidelium. Christus ipse FUNDAVIT EAM IN AETERNUM.

Confitentibus Christum amica erit civitas Christi.

XVII.

Denis, Serm. XVII, col. 57-64 (= *Den*); Migne 46, 874-881. Ex cod. Neapolit. fol. 40-43^{r} (= *N*) editus, heic primum ope codicis Casinen. XVII, p. 297-305 (= *C*), mendis nonnullis expurgatus. Extemporalis oratio est, quam Augustinus in itinere positus Bullae Regiae rogatu episcopi habuit: mira ac plane evangelica animi fortitudine flagitia, quibus cives indulgebant, meretricum commercia profanaque spectacula improbat, exemplum vicinae civitatis Simittû Hipponisque suae ad imitandum proponit. Recitata erat Passio septem fratrum Maccabaeorum et matris illorum, quorum natale eo die agebatur, lectumque evangelium Luc. 14, 25-33. De auctore sermonis nemo, nisi sensu careat, dubitabit.

[12] *si hic ea non fecerimus*] Cf. supra serm. Denis 13, 7.

[13] *tuum*] Esai. 58, 7.

[22] *in aeternum*] Ps. 47, 9.

SERMO HABITUS IN BULLA REGIA IN NATALE SANCTORUM MACHABAEORUM · UBI DOCET QUID ETIAM SIGNIFICETUR IN TURRE AEDIFICANDA ET SUMPTIBUS PRAEPARANDIS · VEL IN REGE QUI CUM DECEM MILIBUS OCCURRIT ILLI QUI HABET XX MILIA.

Evangelium quasi speculum, neminem palpat.

Evangelium et verbum dei vivum, medullas animae penetrans et cardinem cordis inquirens, salubriter profertur omnibus nobis, nec quemquam palpat, si se homo non palpet. Ecce propositum est nobis velut speculum, in quo nos omnes aspiciamus, et, si quid de facie nostra forsitan maculosum occurrerit aspectibus nostris, cura sollicita detergamus, ne rursus inspecto speculo erubescamus. Turba enim dominum sequebatur, sicut evangelium cum legeretur audivimus, et conversus locutus est ad eos qui eum sequebantur. Nam, si ea, quae dixit, solis illis duodecim apostolis loqueretur, poterat unusquisque nostrum dicere: Illis dixit, non nobis. Aliud videtur pertinere ad pastores, aliud ad greges. Sequentibus turbis dixit: ergo et nobis omnibus et vobis omnibus dixit. Non, quia tunc nondum eramus, ideo nobis non esse dictum putare debemus: in illum enim et nos credimus, quem illi viderunt; illum nos fide tenemus, quem illi oculis conspexerunt. Neque enim oculis carnalibus videre Christum, magnum fuit: si hoc magnum fuisset, Iudaeorum gens prima salutem invenisset. Certe enim et illi viderunt, et tamen contempserunt, et tamen visum et contemptum insuper occiderunt; nos autem certe non vidimus, et tamen credimus, et tamen, quem oculis non conspeximus, corde suscepimus. Unde dixit cuidam suo, qui tunc erat inter duodecim: QUIA VIDISTI, CREDIDISTI: BEATI QUI NON VIDENT, ET CREDUNT. Si enim modo praesens esset in carne dominus et salvator noster Iesus Christus, et stans taceret, quid nobis prodesset? Si autem loquendo profuit, et modo loquitur, cum evangelium recitatur. Verumtamen et praesentia sua multa praestat,

Melius in evangelio Christus absens loquitur, quam si praesens taceret.

1-5 *inscriptionem integram codex C unus servavit.*

1 *Bulla Regia*] Urbs erat in Proconsulari, medio itinere Hipponem inter et Carthaginem; locus modo *Hammam Derradj* appellatur: cf. CIL. VIII, pp. 157, 934, 1410. Catholicae ibi ecclesiae episcopi praeerant an. 390 Epigonius, an. 411 Domnicus.

2 *Machabaeorum*] Eorum natale notatur Kal. Aug. in vetere Kalendario Carthaginiensi.

19 sq. *Neque enim oculis* etc.] Cf. serm. 21 inter Guelferbytanos, n. 3: « Non est magnum, videre Christum oculis carnis, sed magnum est credere Christum oculis cordis ».

26 *credunt*] Ioh. 20, 29, quomodo passim August.

26 sq. *Si enim modo praesens esset in carne* etc.] Serm. Guelf. ibid: « Si modo nobis Christus praesentaretur... tacens quid nobis prodesset?... Nonne melius in evangelio absens loquitur? »

ut deus. Ubi autem non est deus, aut quando absens est deus? Tu noli esse absens a deo, et tecum est deus; maxime quia ipse promisit, et promissum eius conscriptum quodam modo chirographum detinemus: ECCE EGO VOBISCUM SUM USQUE IN CONSUMMATIONEM SAECULI. Sed nos praevidebat, nobis promittebat.

2. Redeamus ergo, et audiamus quid dixit, et sicut dixi inspiciamus nos, et quicquid nobis deesse invenerimus, ad formam pulchritudinis, quae placet oculis eius, tota diligentia excolamus. Et, quia nos non sufficimus, illum in adiutorium invocemus. Reformet qui formavit, recreet qui creavit, ut perfectos recondat qui condidit. Hoc ergo dixit: QUIS EST HOMO, QUI VULT TURREM AEDIFICARE, ET NON SEDENS PRIMUM COMPUTAT SI HABET SUMPTUS UNDE PERFICIAT? NE FORTE INCIPIAT AEDIFICARE, ET NON IMPLEAT, ET TRANSEUNTES HOMINES DICANT: ECCE HOMO, QUI COEPIT AEDIFICARE, ET NON POTUIT PERFICERE. AUT QUIS EST ITERUM REX, QUI VADIT GERERE CONTRA ALIUM REGEM BELLUM, ET NON PRIUS CONSIDERAT, UTRUM SIT IDONEUS CUM DECEM MILIBUS OCCURRERE ILLI, QUI HABET VIGINTI MILIA? ALIOQUIN, CUM ADHUC ILLE LONGE EST, MITTIT LEGATOS QUAERENS PACEM. Et ad istas duas similitudines conclusit ita: SIC, QUI NON RENUNTIAT OMNIBUS QUAE SUNT EIUS, NON POTEST ESSE MEUS DISCIPULUS. Si soli illi discipuli vocarentur, nobis non esset dictum; quia vero, sicut scriptura testatur, omnes christiani discipuli Christi sunt — UNUS EST ENIM, inquit, VESTER MAGISTER CHRISTUS — ille solus Christi se neget esse discipulum, qui Christum negat magistrum. Neque enim, quia de superiore isto loco loquimur vobis, ideo magistri vestri sumus: ille est enim omnium magister, cuius cathedra est super omnes caelos; sub illo in unam scholam convenimus, et vos et nos condiscipuli sumus; sed monemus vos, quomodo solent maiores scholae. Turris et sumptus, fides et patientia: turris fides, patientia sumptus sunt. Si quis impatiens fuerit ad toleranda mala mundi huius, defecit sumptibus. Rex malus cum viginti milibus diabolus est, rex cum decem milibus christianus est. Simplum contra duplum, veritas contra falsitatem, quia simplicitas contra duplicitatem. Esto simplici corde: noli esse

Omnes christiani discipuli Christi sunt.

Christiana simplicitas.

11 turrem] *CN;* turrim *Den*

4 *saeculi*] Mt. 28, 20.

20 *discipulus*] Luc. 14, 28-33.

22 *Christus*] Mt. 23, 10.

26 sq. *condiscipuli sumus*] Serm. Guelferb. 32, 4: « simul in una schola condiscipuli ab uno magistro Christo discamus, cuius cathedra est in caelo ».

32 *simplicitas contra duplicitatem*] August. Quaest. in Evang. II, 31 (Migne 35, 1343): « decem milia praeliaturi cum rege qui habebat viginti milia, simplicitatem christiani dimicaturi cum duplicitate diaboli ».

hypocrita, aliud ostentans, aliud tegens; et vincis eum duplicem, qui transfigurat se velut angelum lucis. Unde isti, ubi illi sumptus? ubi perfecta illa simplicitas, et omnino stabilis, atque inconcussissime perseverans? In eo, quod sequitur, quod durum videtur. Hoc est quod dixi, quia sermo dei neminem palpat. SIC, inquit, QUI NON RENUNTIAT OMNIBUS QUAE SUNT EIUS, NON POTEST ESSE MEUS DISCIPULUS. Multi hoc fecerunt, et se ipsos examinaverunt, antequam tempus persecutionis urgeret, et renuntiaverunt omnibus quae sunt mundi, et secuti sunt Christum. Inde fuerunt apostoli, qui dixerunt: ECCE NOS DIMISIMUS OMNIA, ET SECUTI SUMUS TE. Nec ipsi magnum aliquid dimiserunt, quia omnes pauperes fuerunt; sed magnas prorsus dimisisse iudicantur facultates, qui vicerint omnes cupiditates.

Magna dimisit, qui omnes vicerit cupiditates.

3. Denique discipuli tunc dixerunt hoc domino, quando dives ille tristis abscessit, qui consilium vitae aeternae, sicut petierat, a magistro veracissimo audivit. Ipse enim venit ad dominum dives quidam adulescens, et ait illi: MAGISTER BONE, QUID BONI FACIAM, UT VITAM AETERNAM CONSEQUAR? Credo inter delicias affluentissimas divitiarum suarum pungebatur stimulo futurae mortis, et contabescebat; et quia nihil eorum quae possidebat ad inferos secum portare poterat sciebat, et inter magnas carnis copias inops anima gemebat. Dicebat, ut existimandum est, apud semetipsum, circumfusus affluentia divitiarum suarum: Bona sunt, pulchra sunt, deliciosa sunt, dulcia sunt; sed una hora illa novissima quando venerit, cuncta relinquenda sunt. Nihil eorum hinc auferendum est. Restat vita et sola conscientia; restat post corpus animae vita et sola conscientia. Quae si erit..., non iam vita, sed mors altera, peiorque dicenda est: nihil enim peius illa morte, ubi mors non moritur. Hoc ille quia inter suas delicias cogitabat, habens tanta bona venit ad dominum. Dicebat enim sibi: Post ista tanta bona si habuero et vitam aeternam, quid me felicius? Unde ergo sollicitus erat interrogavit, et ait: MAGISTER BONE, QUID FACIAM, UT VITAM AETERNAM CONSEQUAR? Respondit ei dominus primo: QUID ME INTERROGAS DE BONO? NEMO BONUS, NISI UNUS DEUS. Hoc est dicere: Non te facit beatum, nisi unus deus. Quae habent divites, bona sunt enim: sed illa bona non

1 tegens] *C;* agens *NDen* 2 isti] *NDen;* fit *C* 6 esse meus] *ut supra p. 82, l. 19 sq. C;* meus esse *NDen* 7 examinaverunt] *N;* exanimaverunt *C;* exinaniverunt *conic. Den* 8 mundi] *NDen;* eius *C* 10 ipsi] *om. C* 12 vicerint] *CN;* vicerunt *Den* 14 qui] quia *C* 25 si erit] mala *excidisse conic. Den* 33 divites enim bona sunt quae habent *C*

2 *lucis*] Cf. II Cor. 11, 14.
10 *te*] Luc. 18, 28.
17. 30 sq. *consequar?*] Mt. 19, 16.
32 *deus*] Ibid. 17.
33 *enim*] = profecto, quidem: cf. Forcellini-De Vit ad h. v., n. 6.

Non omnia bona faciunt bonos.

faciunt bonos. Nam, si illa bona fecissent bonos, tanto esset quisque melior, quanto esset his abundantior. Cum vero videamus multos quanto copiosiores, tanto peiores, sine dubio alia sunt quaerenda bona, quae faciunt bonos. Ipsa enim sunt, quae non possunt haberi a malis: iustitia, pietas, temperantia, religio, caritas, dei cultus, ipse postremo deus. Ad illum bonum concurrere debemus: illum, nisi his contemptis, non assequemur.

4. Ego vos palpem, quando evangelium nec vos nec nos palpat? Exhortor ergo caritatem vestram, fratres, sicut dicit apostolus: TEMPUS BREVE EST. RELIQUUM EST, inquit, UT ET QUI HABENT UXORES TANQUAM NON HABENTES SINT, ET QUI FLENT TANQUAM NON FLENTES, ET QUI GAUDENT TANQUAM NON GAUDENTES, ET QUI EMUNT TANQUAM NON EMENTES, ET QUI UTUNTUR HOC MUNDO TANQUAM NON UTENTES. Dimiserunt ergo apostoli tunc ea quae habebant, et ideo Petrus dixit: ECCE NOS DIMISIMUS OMNIA. Quid dimisisti, Petre? Unam naviculam, et unum rete. Responderet mihi: Totum mundum dimisi, qui mihi nihil dimisi. Omnium paupertas, id est, omnium pauper parvas habet facultates, sed magnas habet cupiditates. Non attendit deus quid habeat, sed quid velit: voluntas iudicatur, quae ab illo qui non videtur invisibiliter perscrutatur. Ergo omnia dimiserunt, et prorsus totum mundum dimiserunt, quia quicquid sperabant in hoc mundo amputaverunt, et eum a quo factus est mundus secuti sunt, eius promissis crediderunt; et postea multi hoc fecerunt. Et mirum est, fratres mei, qui hoc fecit? Ipsi hoc fecerunt, qui dominum occiderunt. Ibi in Ierusalem, cum dominus ascendisset in caelum, et post decem dies misso Spiritu sancto impleret promissum, impleti Spiritu sancto discipuli linguis omnium gentium locuti sunt. Tunc audientes multi Iudaei, qui erant in Ierosolymis, et expavescentes donum gratiae salvatoris, cum mirarentur, et stupentes ambigerent inter se unde illud esset, acceperunt responsum ab apostolis, quod ille hoc praestiterit Spiritu suo, quem ipsi occiderunt, et consilium salutis quaesierunt. Desperaverant enim, et non arbitrabantur posse sibi donari tantum scelus, qui dominum universae creaturae occiderunt; et acceperunt consolationem ab apostolis. Promissa venia, promissa inpunitate crediderunt; et omnia quae habebant vendentes, pretia rerum suarum ad pedes

Totum mundum dimisit, qui sibi nihil dimisit.

[8] palpet *C* [14] ideo] ipse *C* [17] pauper] *CN;* pauperum *Den corrupte* [19] quae] qui *C* [24] qui hoc] *pro* quis hoc*?* [24sq.] hierus. *N* [28] Ierusolimis *C*

[13] *utentes*] I Cor. 7, 29-31.

apostolorum posuerunt, quanto plus territi, tanto magis boni. Maior timor extorsit delicias. Fecerunt hoc illi, qui dominum occiderunt; fecerunt postea multi, et faciunt multi. Novimus, exempla conspicimus, in multis consolamur, in multis delectamur, quia verbum dei non vacat in eis qui fideliter audiunt. Sed aliqui non fecerunt, et veniente persecutione probati sunt, quia utebantur mundo tanquam non utentes. Non plebei solum, non quicumque opifices, non pauperes, non egeni, non mediocres, sed multi etiam magni divites, senatores, clarissimae etiam feminae veniente persecutione omnibus suis renuntiaverunt, ut turrem perficerent, et simplicitate fortitudinis atque pietatis duplicem ac fallacem diabolum vincerent.

Multi hoc fecerunt, etiam senatores et clarissimae feminae.

5. Exhortans ergo ad martyrium dominus Christus omnibus dixit: SIC, QUI NON RENUNTIAT OMNIBUS QUAE SUNT EIUS, NON POTEST ESSE MEUS DISCIPULUS. Interrogo ergo te, o anima christiana. Si tibi dicam, quod dictum est diviti: VADE, VENDE et tu OMNIA TUA, ET HABEBIS THESAURUM IN CAELO, ET VENI, SEQUERE Christum, forte et tu tristis abscedes? Sic enim et ille iuvenis tristis abscessit: tamen ista verba non potest nisi audire christianus. Numquid, quando lectum est evangelium, potuisti tibi contra salutem tuam aures claudere? Audisti, QUI NON RENUNTIAT OMNIBUS QUAE SUNT EIUS, NON POTEST MEUS ESSE DISCIPULUS. Cogita apud te ipsum: fidelis factus es, baptizatus es, credidisti, facultates tuas non dimisisti. Sed fidem tuam interrogo: quomodo credidisti? Ecce venit periculum fidei; dicitur tibi: Si persistis, tollo quod habes. Animum tuum interrogo. Si dicis in animo tuo: Tollat quod habeo, fidem non dimitto; et tenes, et renuntiasti. Quia tenes, non teneris. Non est enim malum tenere: teneri est malum. Sed deest persecutio, et non est quomodo probes quod domino promisisti. Negotia cotidiana probant homines. Quid si enim aliquando nescio quis te ad falsum testimonium vocet, et sit potens qui possit timeri pro tempore, et, si fuerit comminatus, pro tempore possit nocere, et persuadeat tibi dicere falsum testimonium? Non tibi dicit, Nega Christum: ad hoc te enim tu praeparabas. Alio modo subrepsit duplex ille, ad quod non meditabaris, quod tibi non proponebas. Dic, inquit, falsum testimonium: si non dixeris, faciam hoc et illud. Minatur proscriptionem, minatur mortem. Ibi te proba, ibi te adtende. Dicis falsum testimo-

Teneri malum est, non tenere.

7 plebei *CN;* plebeii *Den.* 10 turrem] *CN;* turrim *Den* 13 sic qui] *NDen;* si quis *C* 15 tua] et da pauperibus *add. C* 18 nisi audire] *recte C;* audire nisi *NDen*

16 *sequere*] Mt. 19, 21. 28 sqq. Cf. Caillau II 6, 2.

nium? Dimisisti Christum, quia ipse dixit: EGO SUM VERITAS. Falsum testimonium dixisti, contra veritatem fecisti: ergo Christum dimisisti. Et quid tibi ille facturus erat minando proscriptionem, inopem redditurum? Quid tibi deesset, cum quo deus esset? Sed plus minabatur. Quid est ipsum plus? Occisurum te minabatur carnem. Nunquid animam? Quid ille minatur attendis: quid tu facias non attendis? Ille carnem occidere comminatur: OS AUTEM QUOD MENTITUR OCCIDIT ANIMAM. Duo estis, inimicus et tu; tamen et ille homo, et tu: ambo corruptibiles secundum carnem, ambo immortales secundum animam, ambo pro tempore transituri, et in hac terra hospites et peregrini. Minatur ille mortem, nesciens utrum ante moriatur, quam impleat quod minatur; sed tamen puta quia et quod minatur impleat: discutio vos, videamus quis sit tibi peior inimicus, utrum ille, an tu. Profert ille machaeram ad occidendam carnem tuam; profers tu falsam linguam ad trucidandam animam tuam. Quis gravius percussit? quis peius occidit? quis interius penetravit? Ille usque ad ossa, ille usque ad viscera; tu usque ad cor. Nihil tibi integrum dimisisti, quando cor tuum perdidisti: OS QUOD MENTITUR OCCIDIT, dixit, non carnem, sed ANIMAM.

Christum negat, qui facit contra veritatem.

Peior sibi inimicus est, qui cor suum perdit.

6. Talia sunt cotidiana temptamenta hominum. Quando ventum fuerit ad iniquitatem, ut aut facias iniquitatem, aut patiaris ea quae voluerit deus pati pro tempore, ibi iam attende duplicem illum, ibi iam attende sumptus turris illius. Sed cogitando deficis: invoca eum qui iussit. Adiuvet iussa sua in te, et reddet tibi promissa sua ex se. Quid enim nobis promittit deus? Fratres mei, quid dicam, ut desideremus illud? Quid dicam? aurum est? argentum est? praedia sunt? honores sunt? quicquid novimus in terra est? Vile est. QUOD OCULUS NON VIDIT, NEC AURIS AUDIVIT, NEC IN COR HOMINIS ASCENDIT, QUAE PRAEPARAVIT DEUS DILIGENTIBUS SE. Breviter dico, non promissa sua, sed se. Maior est omnibus, qui fecit omnia: pulchrior est omnibus, qui formavit omnia: potentior est omnibus, qui virtutem dedit omnibus. Quicquid ergo amamus in terra, in comparatione dei nihil est. Parum est, Nihil est quod amamus; et nos ipsi nihil sumus. Ipse amator, in comparatione rei quae amanda est, vilescere sibi debet. Ipsa est illa

Non promissa sua, sed se deus praeparat nobis.

6 minatur] *CN;* minabatur *Den* 8 homo et tu] *CN;* homo ut tu *Den* 15 gravius] *C optime;* gladius *NDen*

1 *veritas*] Ioh. 14, 6.
8 *animam*] Sap. 1, 11.
11 *nesciens utrum ante moriatur*] Cf. serm. 65, n. 2: « dicit, Occido te, et non timet, ne, cum minatur, prius moriatur. »
29 *se*] I Cor. 2, 9.

caritas quae iubetur EX TOTO CORDE, EX TOTA ANIMA, ET EX TOTA MENTE. Sed adiunxit et ait: DILIGES PROXIMUM TUUM, TANQUAM TE IPSUM. IN HIS DUOBUS PRAECEPTIS TOTA LEX PENDET ET PROPHETAE; ut, cum tu dilexeris dominum, scias quia tunc te diligis, si diligis dominum. Si vero deum non diligis, nec te ipsum diligis. Cum ergo te didiceris diligere diligendo deum, rape proximum ad deum, ut simul fruaris bono, et tanto bono, quod deus est.

Certamen Maccabaeorum deliciis theatrorum opponitur.

7. Modo spectavimus magnum certamen septem fratrum et matris illorum. Quale certamen, fratres mei, si noverunt mentes nostrae spectare! Comparate huic sancto spectaculo voluptates et delicias theatrorum. Ibi oculi inquinantur, hic corda mundantur: hic laudabilis est spectator, si fuerit imitator; ibi autem et spectator turpis est, et imitator infamis. Denique amo martyres, specto martyres: quando leguntur passiones martyrum, specto. Dic mihi, Talis sis, et laudasti. Tu specta mimum, specta pantomimum; dicam tibi, Talis sis, et noli irasci. Si autem dico tibi, Talis sis, et irasceris, faciunt te reum non verba mea, sed iracundia tua. Irascendo iudicas de te ipso: ecce quod amas, quod esse formidas. Opportune de spectaculo sanctorum Machabaeorum, quorum victoriae memoriam hodie celebramus, de spectaculis theatricis admonenda visa est mihi caritas vestra. O fratres Bullenses, circumquaque prope in omnibus civitatibus vicinis vestris lascivia inpietatis obmutuit. Non erubescitis, quia apud vos solos remansit turpitudo venalis? An delectat vos, inter frumentum vinum oleum animalia pecora et quaecumque in Romanis vel nundinis venundantur, etiam turpitudinem emere et vendere? Et fortassis ad talia commercia huc veniant peregrini, et dicitur: Quid quaeris? mimos, meretrices? Bullae habes. Gloriam putatis? Nescio an sit maior infamia. Omnino, fratres mei, ex dolore dico, vicinitas aliarum civitatum condemnat vos in conspectu hominum et in iudicio dei. Quisquis vult malum imitari, vos proponit. Ad Hipponem nostram, ubi iam talia pene defecerunt,

Bullae mimi et meretrices habentur, Hippone iam pene defecerunt.

8 expectavimus *C* 20 mihi] *C; om. NDen* 21 in] *C; om. NDen* vestris] *C;* vestri *NDen: cf. infra p. 89, l. 9* 21 sq. lascivia inpietatis] *scripsi coniectura;* lasciviam pietatis *C;* lascivia pietas *NDen* 24 romanis]. *An excidit* foris? (*Den*)

3 *prophetae*] Mt. 22, 37. 39. 40.

15 *pantomimum*] Enarr. 2. in Ps. 30, serm. 3, n. 11; Enarr. 2. in Ps. 32, serm. 1, n. 1; De doctr. christ. lib. 2, c. 25, n. 38 eadem vox ab Aug. usurpatur; similiter infra serm. Caillau II 19, n. 7.

noli irasci] Serm. Denis 14, 3: « Noli irasci, si dixero. Talis sis »; ubi similiter contra gentilium spectacula Noster invehitur.

24 *in Romanis*] Denis supplet *foris:* mihi autem videtur verbum quasi *συνώνυμον* pro nundinis in Africa usurpatum, quod videlicet a Romanis institutae essent, et rustici earum causa Romam olim proficiscerentur, negotiis domesticis provisuri.

turpes istae personae de vestra civitate ducuntur. Sed forte dicitis: Nos Carthagini similes sumus. Quomodo apud Carthaginem est plebs sancta et religiosa, sic tanta turba est in magna civitate, ut se excusent omnes de aliis. Pagani faciunt, Iudaei faciunt, potest dici Carthagine; hic, quicumque faciunt, Christiani faciunt. Cum magno dolore vobis haec dicimus: utinam aliquando vestra correctione vulnus cordis nostri sanetur! Dicimus caritati vestrae, novimus in nomine dei civitatem et vestram, et vicinas vobis, quanta est hic multitudo, quantus populus: potestis nisi noti omnes ei, qui vobis dispensator est constitutus verbi et sacramenti? Quis excusat ab hac turpitudine? Ecce ludi sunt: non eant christiani, et videamus si non tanta erit solitudo, ut sibi erubescat ipsa turpitudo. Videamus si non ipsae personae turpes aut ad dominum convertentur, et liberabuntur, aut, si in sua turpitudine permanebunt, de ista civitate migrabunt. Hoc vobis praestate vos, christiani: theatra nolite intrare.

Episcopus, dispensator verbi et sacramenti.

Christiani theatra ne intrent.

8. Sed paucos vos video. Ecce veniet dies passionis Christi, ecce veniet Pascha, et ista spatia multitudinem vestram non capient. Ergo ipsi haec loca implebunt, qui modo theatra implestis? Vel comparate loca, et contundite pectora. Dicitis fortasse: Bene vos ab istis abstinetis, qui clerici estis, qui episcopi estis, non autem nos laici. Itane vero haec vox iusta vobis videtur? Quid enim sumus nos, si peritis vos? Aliud est, quod sumus propter nos; aliud, quod sumus propter vos. Christiani sumus propter nos, clerici et episcopi non nisi propter vos. Apostolus non clericis, non episcopis et presbyteris loquebatur, quando dicebat: VOS AUTEM ESTIS MEMBRA CHRISTI. Plebibus dicebat, fidelibus dicebat, christianis dicebat: VOS AUTEM ESTIS MEMBRA CHRISTI. Attendite in quo corpore membra sitis, attendite sub quo capite in una corporis compage vivatis; videte unum Spiritum, quem ab illo accepistis. Ipsa replico verba apostoli: TOLLENS ERGO MEMBRA CHRISTI FACIAM MEMBRA MERETRICIS? Et christiani nostri non solum diligunt, sed etiam instituunt meretrices: non solum diligunt eas quae erant, sed instituunt eas quae non erant; quasi non et ipsae animas habeant, quasi non et pro ipsis effusus sit sanguis Christi, quasi non dictum sit: MERETRICES ET PUBLICANI PRAECEDUNT VOS IN REGNUM CAELORUM. Cum ergo debeamus ipsas lucrari, cum illis perire eligitur. Et hoc a

[9] noti] nati *C;* esse *supplendum censet Den* [10] sacramenti] dei *add. C* [13] convertantur *C* [15] theatro *C* [27] sitis] *C;* estis *NDen* [33] effusus sit] *scripsi: cf. supra l. 27;* eff. est *Den NC*

[30] *meretricis?*] I Cor. 6, 15. [34] *caelorum*] Mt. 21, 31.

christianis fit: nolo dicere, et a fidelibus. Catechuminus forte contemnit se. Catechuminus, inquit, sum. Catechuminus es? Catechuminus. Alia frons tua accepit Christi signum, et aliam tollis ad theatrum? Ire vis? Muta frontem, et vade. Ergo frontem, quam non potes mutare, noli perdere. Nomen dei super te invocatur, Christus super te invocatur, deus super te invocatur, signum crucis Christi tibi in fronte depingitur atque figitur. Omnes exhortor, omnes alloquor: videbitis quam honestiores eritis in nomine domini nostri Iesu Christi.

Catechumeni a fidelibus distincti.

9. Audeo dicere: vicinam civitatem vestram imitamini, vicinam civitatem Simittû imitamini. Nihil aliud vobis dico. Apertius vobis dico in nomine domini Iesu Christi: nemo ibi intrat in theatrum, nullus ibi turpis remansit. Legatus ibi voluit agere huiusmodi turpitudines: nullus principalis, nullus plebeius intravit, nullus Iudaeus intravit. Ipsi honesti non sunt? illa civitas non est? illa colonia non est, tanto honestior, quanto istis rebus inanior? Haec vobis non diceremus, si bona de vobis audiremus; si autem tacuerimus, timeo ne pariter iudicemur. Voluit ergo deus, fratres mei, ut transirem hac. Frater meus tenuit me, iussit, rogavit, compulit, ut verbum vobis facerem. Unde facerem, nisi unde plus timeo? unde facerem, nisi unde plus doleo? Nescitis me et nos omnes gravissimam rationem reddituros deo de laudibus vestris? putatis quod istae laudes honorent nos? Onerant, non honorant. Valde gravis de illis laudibus ratio redditur; valde timeo, ne dicat nobis Christus in iudicio suo: Mali servi, laudes populi mei libenter accipiebatis, et mortem ipsorum eis tacebatis. Praestabit autem dominus deus noster, ut de cetero bona de vobis audiamus, et in illius miseratione consolemur de vestra correctione: tanto enim erit maius gaudium, quanto magna modo tristitia.

Vicinae civitatis coloniae Simittû exemplum imitandum.

Laudes auditorum Augustinum onerant, non honorant.

7 figitur] *C;* fingitur *NDen* 21 honorent] *NDen;* honorant *C* onerant] honerant *CN* 26 correctione] *C;* correptione *NDen*

6 sq. *tibi in fronte depingitur*] Equidem scio nequaquam id proprie, sed de ductis digito lineis accipiendum: verumtamen saepe miratus sum, cum in Africa septentrionali brevi tempore versarer, plerosque indigenas, etsi multis saeculis Islamitico iugo subditos, ac religioni christianae infensos, crucis signum caeruleis notis fronte compuncta aperte gestare; quo se a parentibus iuxta morem a maioribus receptum protinus a nativitate insignitos esse, haud sine evidenti fastidio mihi confessi sunt.

10 *civitatem Simittû*] nunc *Chemtou*, in Tunetana ditione, ob marmorum lapicidines pernotam.

12 *legatus*] subaudi, proconsulis.

17 *frater meus*] i. e. qui tunc sedebat Bullensium Regiorum episcopus.

XVIII.

Denis, Serm. XVIII, col. 64-70 (= *Den*); Migne 46, 881-887: ex cod. Neapolit. fol. 57^{r}-59^{v} (= *N*). Iterum evulgavit A. B. Caillau, Suppl. II, part. II, class. 3, serm. 65 (= *Caill*), ex cod. Casin. XVII, p. 316-322 (= *C*): quem librum cum ego nuper evolverem, non potui quin indiligentiam Parisiensis presbyteri in exemplari describendo mirarer. In ipso textu Denisiano nonnulla emendare praesumpsi: v. gr. *in vicem*, loco *indicem* (p. 94, l. 1); *iustitia*, pro *sapientia* (ib. l. 14), etc. Habitus est sermo peregre ab Augustino die XXI Augusti, unus forte ex iis qui in Possidii Indiculo « per natalem martyris Quadrati » notantur. Alius est, ex quo Beda Venerabilis pauca verba excerpsit (Migne 39, 1731); alius, quem in Actis Pontif. Academ. Roman. Archaeolog. (Rendiconti, an. III, 1925, p. 295-303) ex codice Ambros. Mediol. C 210 inf. publici iuris feci: cuius ope id primum comperimus, Quadratum illum Carthagine, Hippone Diarrhyto et in tota Africa Romana celebratum, episcopum fuisse ss. martyrum qui ad Massam Candidam passi sunt, ac proinde Uticensem. Genuinam esse contionem, extra dubium est; eamque Denisius impostori notam fuisse animadvertit, qui sermonem spurium ad fratres in eremo *Sacerdotes dei dilectissimi, tria sunt genera*, a Caillau postea editum (II, p. 234 sq.) consarcinavit. Sermoni porro Augustini praemissa fuerat lectio ex evangelio Matth. 10, 27 sqq., quae etiamnum Communiunius martyris non pontificis in Lectionario Romanae ecclesiae adsignatur.

SERMO HABITUS · XII° · KAL · SEPTEMB · IN NATALE MARTYRIS QUADRATI · UBI MULTA EXHORTATUR DE EO QUOD DICIT APOSTOLUS: HUMANUM DICO PROPTER INFIRMITATEM CARNIS VESTRAE.

Praestitit dominus deus noster, cui gratias simul agimus, ut videremus vos, et videremur a vobis. Et si hoc est unde IMPLETUM EST GAUDIO OS NOSTRUM ET LINGUA NOSTRA EXULTATIONE, quia vidimus invicem in carne mortali, quale erit gaudium nostrum, quando ibi nos videbimus, ubi nihil de nobis invicem timeamus? Apostolus dicit: SPE GAUDENTES. Gaudium ergo nostrum, quod nunc est, in spe est, nondum in re. SPES AUTEM, QUAE VIDETUR, NON EST, ait, SPES: QUOD ENIM VIDET QUIS, QUID SPERAT? SI AUTEM QUOD NON VIDEMUS SPERAMUS, PER PATIENTIAM EXPECTAMUS. Si autem peregrinantes comites ad invicem gaudent in via, quale gaudium consequentur in patria? In hac via

1-4 *Inscriptio sermonis ex C* 13sq. gaudent ad invicem *C* 14 via] *2° loco, NDen;* vita *C Caill*

6 *a vobis*] Ex his verbis recte infert Denis, sermonem non Hippone sed peregre habitum fuisse, quonam loco autem incertum.

7 *exultatione*] Ps. 125, 2.

10 *gaudentes*] Rom. 12, 12.

13 *expectamus*] Rom. 8, 24. 25.

martyres certaverunt, et certando ambulaverunt, ambulando non haeserunt. Ambulant enim, qui amant: non enim ad deum passibus, sed affectibus currimus. Via ergo nostra ambulantes quaerit. Tria sunt hominum genera, quae odit: remanentem, retro redeuntem, aberrantem. Ab his tribus generibus malis domino adiuvante vindicetur et defendatur gressus noster. Iam vero, cum ambulantes sumus, alius tardius ambulat, alius celerius; ambo tamen ambulant. Excitandi sunt ergo remanentes, retro redeuntes revocandi sunt, errantes in viam ducendi, tardi exhortandi, celeres imitandi. Qui non proficit, remansit in via: qui forte a meliore proposito declinat ad id quod deterius reliquerat, reversus est retro: qui fidem deserit, a via aberravit. Cum tardis sit nobis, sed a celerioribus, ratio, cum ambulantibus tamen.

Tria genera in via ambulantium.

2. Quis est, qui non proficit? Qui se putaverit esse sapientem; qui dixerit, Sufficit mihi quod sum; qui non attenderit eum qui dixit: QUAE RETRO OBLITUS, IN EA QUAE ANTE SUNT EXTENTUS, SECUNDUM INTENTIONEM SEQUOR AD PALMAM SUPERNAE VOCATIONIS DEI IN CHRISTO IESU. Currentem se dixit, sequentem se dixit: non remansit, non retro respexit, absit ut erraverit, qui viam ipsam docebat, qui et tenebat et ostendebat. Celeritatem autem eius ut imitaremur, ait: IMITATORES MEI ESTOTE, SICUT ET EGO CHRISTI. Arbitramur ergo nos, fratres carissimi, in via vobiscum ambulare. Si tardi sumus, praevenite nos: non invidemus, quaerimus quos sequamur. Si autem nos existimatis celeriter ingredi, currite nobiscum. Unum est, ad quod omnes festinamus, et qui tardius, et qui celerius ambulamus. Hoc ait ipse apostolus: UNUM AUTEM, QUAE RETRO OBLITUS, IN EA QUAE ANTE SUNT EXTENTUS, SECUNDUM INTENTIONEM SEQUOR AD PALMAM SUPERNAE VOCATIONIS DEI IN CHRISTO IESU. Ordo verborum est: UNUM AUTEM SEQUOR. Ut autem hoc diceret, supra quid dixit? FRATRES, EGO ME IPSUM NON ARBITROR ADPREHENDISSE. Ecce qui non remanet, qui non se arbitratur adprehendisse: ecce qui non vult peregrinari, ecce qui non haeret in

Exemplo apostoli currendum.

4 odit] deus *add. NDen vereor ut recte* 6 sumus] *NDen; expuncto* sudat gressus noster *C;* sudamus *insulse Caill, qui legendum putat* « sunt duo » 11 sq. cum tardis *usque* tamen] *haec verba subtraxit Caill, quod nullum ei sensum afferrent!* 15 extentus] *C quoque, licet contrarium asserit Caill* 30 vult] *excidit in C* peregrinari] *in* peregrinatur *mut. Caill;* « lente *aut* diu » *sine causa suppl. Den in nota*

4 *genera*] De his tribus hominum generibus etiam disserit Aug. in sermone « De peregrinatione huius vitae » inter Maianos 12, 2.

6 sq. *alius tardius ambulat* etc.] Cf. adnot. ad serm. Guelferb. 15, 3.

17 *Iesu*] Phil. 3, 13. 14.

20 *Christi*] I Cor. 4, 16.

29 *adprehendisse*] Phil. 3, 13.

via, ecce qui gaudebit in patria. EGO, inquit, Quis, ego? Qui PLUS OMNIBUS ILLIS LABORAVI. Et tamen, ubi ait, PLUS OMNIBUS ILLIS LABORAVI, non dixit ⟨ego⟩. EGO ME NON ARBITROR ADPREHENDISSE. Bene ibi EGO, ubi humilitatis locus est, non elationis. EGO, inquit, quantum ad me attinet, NON ME ARBITROR ADPREHENDISSE. Hoc ipse. Ubi autem ait, PLUS OMNIBUS ILLIS LABORAVI, sequitur: NON EGO AUTEM, SED GRATIA DEI MECUM. Numquid dei gratia non apprehendit? Merito ibi, EGO: non apprehendere enim, nostrae infirmitatis est; apprehendere, adiutorii est gratiae divinae, non infirmitatis humanae. Quis ergo est qui ostendat nobis, quis est qui doceat nos, quis est, qui digne insinuet nobis, quomodo verum sit — quod tamen sine dubitatione verum est — non esse in nobis nostrum nisi peccatum? Hoc noverit pietas, hoc in se accuset infirmitas, hoc sanari appetat caritas. NON QUIA IAM ACCEPERIM, ait, AUT IAM PERFECTUS SIM. Et tunc subiecit: FRATRES, EGO ME IPSUM NON ARBITROR ADPREHENDISSE. Et cum exhortaretur ad currendum, et ad ea quae ante sunt cor extendendum, QUOTQUOT AUTEM PERFECTI, ait, HOC SAPIAMUS. Supra dixerat, NON QUIA IAM ACCEPERIM AUT IAM PERFECTUS SIM; et postea dicit, QUOTQUOT AUTEM PERFECTI, HOC SAPIAMUS. Te ipsum tam magnum apostolum dixeras esse inperfectum; modo iam plures perfectos invenis, et dicis: QUOTQUOT AUTEM PERFECTI, HOC SAPIAMUS. Est ergo perfectio et perfectio.

Non est in nobis nostrum nisi peccatum.

3. Est perfectus viator, qui nondum perfectus est perventor. Perfectus viator bene accedit, bene ambulat, viam tenet; sed tamen viator, nondum apprehendit. Nam utique, si ambulat, et in via ambulat, aliquo ambulat, et ad aliquid pervenire conatur. Quo ergo pervenire conabatur, apostolus nondum apprehenderat. Et hortatur perfectos, ut scirent se nondum esse perfectos, scirent inperfectionem suam. Perfectio viatoris est, scire nondum se pervenisse ad id quo tendit: novit enim quantum transgressus est, quantum illi remaneat. Sciamus ergo nos non esse perfectos, quotquot sumus perfecti, ne remaneamus imperfecti. Quid dicemus, fratres? Nonne perfectus martyr Quadratus?

Perfectio viatoris quae sit.

[3] ego] *1° loco coniectura supplevi* non me *C* [19] te] *conieci;* et *CNDen;* se *maluit Caill* dixeras] *CNDen; in* dixerat *mut. Caill* [20] invenis et] *NDen;* invenisset *C 1 m.*, invenisse *C 2 m., Caill* dicis] *NDen;* dicit *C Caill* [21 sq.] *hic quoque locus misere perturbatus ap. Caill:* Est ergo perfectio, et perfectio est perfectus viator. Qui nondum *etc.* [27] scirent] *in utroq. membro C;* sciant *1° loco NDen; Caill om. verba* scirent se n. e. perfectos *quae tamen in marg. C suppleta sunt* [28] scire n. se p. ad id q. tendit] *om. C. Caill* [31] nonne] *om. C Caill*

[6] *mecum*] I Cor. 15, 10.
[14] *perfectus sim*] Phil. 3, 12.
[17] *sapiamus*] Ibid. 15.
[31] *martyr Quadratus?*] Hunc falso Quadratum illum Atheniensem Caillau putat esse, qui ab Eusebio Caesariensi et Hieronymo laudatur.

Quid quadrato perfectius? Paria sunt latera, undique aequalis est forma; quacumque verterit, statio est, non ruina. O nomen pulchrum, demonstrans figuram, et indicans rem futuram! Iam Quadratus et antea vocabatur, et nondum coronabatur: nondum in temptatione apparuerat, per quam esset ille quadratus; et tamen, quando vocabatur, praenuntiabatur praedestinatus ante mundi constitutionem, et, ut hoc vocaretur, hoc in illo compatitur, ut impleretur; et tamen ambulabat, et tamen adhuc in via erat; et, quamdiu erat in hoc corpore, totum timebatur, et ne remaneret, et ne retro rediret, et ne exorbitaret. Nunc vero cucurrit, viam finivit, in solido stetit; coaedificatus est ab artifice arcae dominicae, quae in figura iussa est aedificari de lignis quadratis. Modo iam nullam temptationem timet: audivit vocatorem, audivit illum et ille invocatorem, secutus est salvatorem, portat habitatorem. Contempsit mundum blandientem, vicit terrentem, evasit furentem. Magna est, fratres, martyrum gloria, prima in ecclesia: quaecumque sunt aliae, sequentes sunt. Non enim frustra dictum est quibusdam: NONDUM USQUE AD SANGUINEM ADVERSUS PECCATUM CERTASTIS. Quando tolerat, quando sustinet mundum saevientem, qui spernere non potest blandientem?

Nomen Quadrati, rei futurae indicium.

Martyrum gloria, prima in ecclesia.

4. Ait idem apostolus: HUMANUM DICO PROPTER INFIRMITATEM CARNIS VESTRAE: SICUT EXHIBUISTIS MEMBRA VESTRA DESERVIRE INMUNDITIAE AD INIQUITATEM, SIC NUNC EXHIBETE MEMBRA VESTRA DESERVIRE IUSTITIAE IN SANCTIFICATIONEM. Magnum est valde, quod videtur hortatus. Metiatur se unusquisque in his verbis apostoli: non adulatorie palpet se; appendat se, et dicat sibi verum. Quid a me expectat audire? Ipse sibi dicat. Ego disposui speculum proponere, ubi se quisque adtendat. Non sum ego speculi fulgor, qui faciem suam intuenti renuntiet. Facies enim illas dico modo, quas habemus intus: ipsas per aurem convenire possum, videre non possum. Speculum sane propono: attendat se unusquisque, et renuntiet sibi. Ipsa verba apostoli, quae comme-

Verba apostoli in vicem speculi accipienda.

10 cucurrit viam *C Caill; NDen ut in textu* 13 *Caill locum ita interpung.* audivit illum, et ille invocatorem secutus est; secutus est salvatorem; *insuper conicit, verba* audivit illum et ille invocatorem, *quippe quae redundent, resecanda esse* 25 quid] *CNDen; Caill vero legit* verum, quod a me exp. audire *sine interrogandi nota*

2 *statio est, non ruina*] Item Aug. in serm. de s. Quadrato, quem Mediolani positus nuper edidi: « Ubique statio illi collocata est ».

12 *quadratis*] Gen. 6, 14, iuxta Septuag. Porro non arca testamenti, immo arca Noe de lignis quadratis fabricari iussa est, uti apertius dicitur in modo laudato sermone ex cod. Ambros.

18 *certastis*] Hebr. 12, 4.

23 *in sanctificationem*] Rom. 6, 19; at infra p. 94, l. 13 *ad sanctificationem*.

moravi, in vicem speculi accipite. HUMANUM DICO PROPTER INFIRMITATEM CARNIS VESTRAE: SICUT EXHIBUISTIS MEMBRA VESTRA DESERVIRE INMUNDITIAE AD INIQUITATEM, SIC NUNC EXHIBETE MEMBRA VESTRA DESERVIRE IUSTITIAE IN SANCTIFICATIONEM. Quid est, SIC? Sicut illud, ita et istud. Quando exhibebas membra tua arma iniquitatis peccato ad inmunditiam, delectabat te? Interrogo: attende, responde. Delectabat te? Audio respondentem, etiam tacentem: non enim faceres, nisi delectaret. Sicut ergo exhibuisti membra tua deservire immunditiae ad iniquitatem, et cum delectatione ista fecisti, ita delectet te aliquando iustitia. Nolo timore facias, dicit tibi deus: numquid enim illud timore faciebas? Sic, inquit, sic. SICUT EXHIBUISTIS MEMBRA VESTRA DESERVIRE INMUNDITIAE AD INIQUITATEM, SIC NUNC EXHIBETE MEMBRA VESTRA DESERVIRE IUSTITIAE AD SANCTIFICATIONEM. Ad iustitiam timore compelleris: ad inmunditiam amore currebas. Quid pulchrius iustitia, rogo vos? Digna est vel sic amari, quomodo amata est inmunditia. Quando currebas ad inmunditiam, prohibebaris, et ibas: patrem offendebas, et currebas: paratus eras exheredari, et ab illius pravitate non separari. Quid dicturus es? Hoc a te exigit iustitia, quod de te habuit inmunditia. Audistis evangelium: NON VENI PACEM MITTERE IN TERRAM, SED GLADIUM. Dixit se separaturum filios a parentibus. Ergo attende illam machaeram. Forte vis deo servire, et pater prohibet? Quando immunditiam diligebas, etiam patre prohibente currebas: modo te prohibet iustitia amatorem suum; invenisti et hic patrem prohibentem. Exere libertatem tuam, qui exeruisti tunc cupiditatem tuam. Paratus eras tunc exheredari, et ab illius inmunditiae pravitate non separari: paratus esto exheredari, et a iustitiae pulchritudine non separari. Magnum est, sed iustum est. Quis est qui audeat dicere, Sed plus debuit amari inmunditia, quam iustitia? Interim iustitia gradum tibi facit. Certe, inquit, dissimilis sum: certe plurimum distat inter illius inmunditiae tenebras et lucem meam, inter illam pravitatem et pulchritudinem meam, inter illius decus et decus meum; certe plurimum distat. Interim gradum pono. Sic volo: nam plus debeo, plus omnino debeo; quantum disto, tantum debeo. Sed HUMANUM DICO, divinum differo.

Digna est vel sic amari iustitia, quomodo amata est inmunditia.

[1] in vicem] *incunctanter emendavi ex* indicem, *quod in CNDen Caill habetur; norunt eruditi, quantam inter se similitudinem habeant litterae* d *et* u *in scriptura unciali* [5] istud] *NDen;* illud *C Caill* [7] audio] *NDen;* audi *C Caill* etiam] et jam *Caill* [9] et] *om. C Caill* [14] iustitia] *item scripsi loco vocis* sapientia *oscitanter a scribis CN positae: cf. infra l. 26; p. 95, l. 8 et 14, ubi constanter de* « iustitiae pulchritudine » *agitur* [20] se] *excidit in C*

[19] sq. *gladium*] Mt. 10, 34. [20] *a parentibus*] Cf. ibid. 35.

Quare divinum differo? HUMANUM DICO PROPTER INFIRMITATEM CARNIS VESTRAE. Ideo SIC, quia parco adhuc infirmitati. Ideo, SICUT EXHIBUISTIS MEMBRA VESTRA DESERVIRE INMUNDITIAE AD INIQUITATEM, sic nunc plus quidem debetis, sed saltem sic ambulate, ad hoc pervenite. Sed et hinc transite. Interim HUMANUM DICO: sed, sicut illud, ita et hoc.

5. Numquid Quadratus sic? Non plane sic, sed plus, et digne plus. Attendite enim illas inmunditias, et videte quid de vobis plus exigat pietas et caritas, et iustitiae pulchritudo, et sanctificationis dulcedo: quid de vobis plus exigat, attendite. Amator inmunditiae facta sua mala sciri non vult: timet ne inde damnetur, timet inde carcerem, timet iudicem, timet carnificem. Uxoris alienae pudicitiam appetit, maritum fallit: tenebras quaerit, conscium perhorrescit, iudicem metuit; timet sciri, quia timet inde puniri. Iam vero illud quod sibi exigit plus pulchritudo iustitiae, quod interim distulit apostolus, cum diceret, HUMANUM DICO PROPTER INFIRMITATEM CARNIS VESTRAE, audi hoc a domino: QUOD DICO VOBIS IN TENEBRIS, hoc est, in occulto, DICITE IN LUCE, ET QUOD IN AURE AUDITIS, SUPER TECTA PRAEDICATE. Numquid praedicat super tectum adulter flagitium suum? Sed quare ille non solum non praedicat super tectum, sed quaerit occultari tecto? quare hoc ille? Quia tunc usque potuit amor inmunditiae: timet enim detegi, timet puniri. Hi vero amatores illius invisibilis pulchritudinis, amatores illius decoris, ubi est ille SPECIOSUS FORMA PRAE FILIIS HOMINUM; amatores ergo illius pulchritudinis, unde non timent praedicare super tecta, quod in aure audierunt? Quaere unde timeat ille: ne cognoscatur et puniatur. Quaere unde iste non timeat: ipse dominus secutus adiunxit. Cum enim dixisset, QUAE DICO VOBIS IN TENEBRIS, DICITE IN LUMINE, ET QUOD IN AURE AUDITIS, SUPER TECTA PRAEDICATE: NOLITE, inquit, TIMERE EOS QUI CORPUS OCCIDUNT. Ut quae auditis in tenebris in lumine dicatis, ut quod in aure auditis super tecta praedicetis, NOLITE TIMERE EOS QUI CORPUS OCCIDUNT. Timeat adulter eos qui corpus occidunt: cum enim adulter ille perdiderit corpus, voluptatum perdit officinam. Ille timeat perdere corpus, qui vivit ex corpore; totum enim, quod concupiscit, per corpus operatur: ideo in illo voluptas non sufficit;

Digne plus eam amavit Quadratus.

Timet perdere corpus amator voluptatis, non timet amator invisibilis pulchritudinis.

7 plus de vobis *C Caill* 13 sq. *Caill ex libidine ita corrigit:* illud plus q. s. exigit pulchr. iust. 18 quare] *expunctum in C, om. Caill* 20 tunc usque] *omnes: Den tamen conic.* huc usque 24 ne] nec *C* 31 perdit] *NDen;* perdidit *C Caill* 33 voluptas] voluntas *sugger. Den*

17 *praedicate*] Mt. 10, 27. 28 *occidunt*] Mt. 10, 28.
22 *hominum*] Ps. 44, 3.

inardescit cupiditate, quoadusque perveniat ad corporis inmundissimam voluptatem. Tu autem, homo dei, si habes oculos cordis, unde videas pulchritudinem caritatis, unde videas pulchritudinem pietatis; si habes oculos cordis, vide unde fruaris amata tua: ut enim ea fruaris, non membra corporis quaeris. Timeat perimi corpus amator sordidae voluptatis, sed PAX IN TERRA IN HOMINIBUS BONAE VOLUNTATIS.

Cum delectatione bene faciendum.

6. Quam longe es ab hoc amore, o christiane! Utinam usque ad illud humanum pervenias, et cum delectatione benefacias, sicut ante cum delectatione peccabas: si enim cum delectatione bene facis, si cum delectatione in Christum credis, si cum delectatione sapientia eius pro tua capacitate perfruaris, si cum delectatione praeceptum audis et facis, coepit in te esse illud humanum propter infirmitatem tuam. Iam coepisti habere bonum datum, sed necdum implesti Quadratum. Sed, sicut dixi, si pervenisti, accede; adhuc via est, noli remanere. Est adhuc quod facias: noli timere, et abscondere facta tua bona timendo. Reprehensores, exagitatores, quid tibi dicunt? Magnus tu apostolus! de caelo tibi pendent pedes: unde venis? Et times dicere, De ecclesia, ne dicatur tibi: Non te pudet, barbate, ire quo eunt viduae et aniculae? Ne audias, times dicere, In ecclesia fui. Quomodo ferres persecutorem, qui horrescis insultatorem? Et certe tempus est pacis. Illi erubescere debuerunt: erubescunt tam multi, qui accesserunt, et non erubescunt tam pauci, qui remanserunt. Et hi accesserunt: quo? Illi autem remanserunt: ubi? Accesserunt hi ad lucem pacis; remanserunt illi in tenebris confusionis. Non erubescitis glorianda erubescere? Non erubescunt illi pudenda: et vos erubescitis glorianda? Et ubi est, quod audistis: ACCEDITE AD EUM ET ILLUMINAMINI, ET VULTUS VESTRI NON ERUBESCENT?

Non ferre potest persecutorem, qui horrescit insultatorem.

[3] caritatis... pietatis] pietatis... caritatis *inverso ordine C Caill* [6] in hominibus] *CNDen; male scriptum existimat Caill, et om.* in [8] illud] *haud incongrue emendat Caill ex* illum, *quod in CNDen habetur: cf. infra l. 12* ante] antea *C Caill* [14] si pervenisti] supervenisti *C Caill* [15] et] *omisso, quod in C deletum est,* noli *repetit Caill* bona facta tua *C Caill; quae sequuntur ita Caill, perperam immutavit:* timendo reprehensores, exagitatores (*conic.* excogita). Quid tibi dicit magnus Apostolus? de coelo tibi pudet. Petunt unde venis *etc; illud porro, quod in C quoque legitur,* de caelo tibi pendent pedes, *uti ridiculum improbat* [24] glorianda] gloriando *in C haberi, falso adserit Caill*

[6] *voluntatis*] Luc. 2, 14.

[16 sq.] *de caelo tibi pendent pedes*] Hanc dicendi figuram etsi numquam legisse me memini, at quia nullo negotio intellegitur, immutare nolui.

[18] *Non te pudet, barbate*] Cf. Frangip. serm. 3, 6: « Erubesce, barbate, feminae secutae sunt »; item serm. Morin 4, 4; Enarr. in Ps. 132, n. 7 et al.

[27] *erubescent*] Ps. 33, 6.

7. Haec dixi, fratres mei, quoniam scio, et plurimum doleo, timeri linguas paucorum paganorum, non saevientium, sed tantum insultantium, et teneri animos credere volentium, cum non acquiescunt in exhortationibus christianorum. Et quid plura? aut quid ego dicturus sum? Vides exagitari nescio quem paganum, ne fiat christianus, et tu christianus taces: pro magno habes quia tibi parcit, id est, quia tibi non insultat. Quando illum deterret, dicis in corde tuo: Deo gratias! nihil mihi dixit. Fugis, non carne, sed mente. Ibi stas, et fugis: times ne in te lingua maledica convertatur, et non subvenis ei, quem debes Christo lucrifacere. Non subvenis, taces: ut dixi, non carne sed mente fugis, mercenarius es: vides lupum venientem, et fugis. Et quid plus ego dicturus sum? Modo audivimus omnes. Dominus terreat: qui amandus est, ipse metuendus. QUI ME, inquit, CONFUSUS FUERIT CORAM HOMINIBUS. Et videte quando ista dicebat: quando mundus non credebat, sed fremebat — QUI ME CONFUSUS FUERIT CORAM HOMINIBUS, CONFUNDAM EUM CORAM PATRE MEO QUI IN CAELIS EST: QUI AUTEM ME CONFESSUS FUERIT CORAM HOMINIBUS, CONFITEBOR ILLUM ET EGO CORAM PATRE MEO QUI IN CAELIS EST. Vis negari a Christo, an vis confiteri a Christo? Longe habebis insultatorem, quando tui Christum inveneris negatorem. Veniet quod pollicetur: qui tanta exhibuit, de solo die iudicii fallax invenietur? absit. Habeant illi perfidiam suam, immo vero et ipsi careant perfidia sua; sed proponite vos illis ad confessionem imitandos, non ad silentium superandos. Illi enim, si invenerint christianos fortiores infirmorum defensores assertione fidei, libertate confitendi, prudentia docendi, caritate instruendi, silebunt, credite: quod enim dicant, non habent. Vox inanis est, cymbalum tinniens: quod destitit in templis ipsorum, remansit in ore ipsorum.

Paganorum perfidiae libera fidei assertio opponenda.

[5] tu] qui *C Caill* [8] mihi] *om. C Caill* [13] confusus] *recte N Caill;* confessus *CDen* [24] assertione] *NDen;* assertiones *C, in* assertores *mut. Caill* [25] quod] quid *C Caill* [26] tinnit *C Caill*

[11] *et fugis*] Cf. Ioh. 10, 12.
[18] *in caelis est*] Mt. 10, 33. 32.
[26] *tinniens*] Cf. I Cor. 13, 1.

XIX.

Denis, Serm. XIX, col. 70-81 (= *Den*); Migne 46, 887-898: ex uno codice Neapolit. fol. 64r-68r (= *N*). Deest quippe in Casin. XVII; ideoque textum nonnisi ex coniectura, idque paucissimis locis, emendare contigit. Ceterum indubiae auctoritatis est, immo inter splendidissima Augustinianae eloquentiae monumenta computandus. Habitus Carthagine est anno 404 ante mensem Iunium, quo tempore contentio disputationis Catholicos inter et Donatistas maxime flagrabat, Crispinusque Calamensis pro parte Donati episcopus a proconsule instantibus Augustino et Possidio haereseos damnatus ad imperatorem appellaverat. Miror sane, etiam Paulum Monceaux, virum rei litterariae apud Afros christianos ceteroquin peritum, cum de ea controversia dissereret (Hist. litt. de l'Afrique chrétienne, t. VII, p. 21; cf. p. 161-288), de gravissima oratione, et quae tantopere ad rem pertineat, verbum ne unum quidem fecisse. Recitatus porro erat locus de caritate notissimus ex Epist. ad Rom. c. 12 sq. et Iohannei evangelii caput 15, 1 sqq.

DE LECTIONE APOSTOLI, UBI AIT: SUPEREMINENTEM VIAM VOBIS DEMONSTRO. CONTRA DONATISTAS.

Bonum est loqui de caritate eis qui diligunt eam, qua bene diligitur quicquid diligitur. Est enim secundum apostolum in caritate supereminentissima via. Modo legebatur, audivimus: SUPEREMINENTEM, inquit, VOBIS VIAM DEMONSTRO. Deinde narravit multa dona, et ea quidem praeclara, nec parvi facienda; nihil tamen ea dixit prodesse hominibus, qui non habuerint caritatem. In quibus donis commemoravit: linguis loqui hominum et angelorum; habere omnem prophetiam, omnem scientiam, omnem fidem, ita ut montes transferat; distribuere omnia sua pauperibus, tradere corpus suum ut ardeat. Haec omnia magna atque divina sunt, sed si in fundamento caritatis collocentur, et de radice caritatis exurgant. Fuisse autem ex his donis multa in multis qui non habuerunt caritatem, non auderemus dicere, nisi doceremur exemplis, non quorumlibet hominum et undecumque petitorum, sed de ipsis sanctis scripturis, quibus quisquis non habuerit fidem, non potest habere caritatem. Sed inter praecipua quae dicta

Potest quisquam habere prophetiam aut fidem, qui non habeat caritatem.

1-2 *sic inscribitur sermo in indice capitulorum N; in corpore autem* De caritate

1-2 Inscriptionem *de caritate*, quae in *N* legitur, adposite confert Denisius cum Possidii Indiculo, cap. 9: « De caritate tractatus duo ».

4 sq. *supereminentissima via*] Enarr. in Ps. 103, serm. 1, n. 9: « supereminentissimam locum caritas obtinet »; serm. Denis 21, 6: « supereminentissimam potestatem ».

6 *demonstro*] I Cor. 12, 31.

11 *ardeat*] Ibid. 13, 1-3.

sunt, magnum ibi apparet vel prophetia, vel fides. Quid ergo de ceteris? Si prophetiam quisquis habens nihil ei prodest, si non habuerit caritatem, et fidem quisquis habens non potest pervenire ad regnum dei, nisi habuerit caritatem, quid de ceteris loquamur? Vel linguis loqui, quid est ad prophetiam et fidem? Vel distribuere omnia sua pauperibus, quid est ad prophetiam? Et tradere corpus suum ut ardeat? Plerumque hoc faciunt temerarii praecipites. Ergo illa ibi duo magna sunt, de quibus vere mirandum est, si invenire potuerimus aliquem hominem habere prophetiam, et non habere caritatem, aut habere fidem, et non habere caritatem.

Exemplum de Saule sumptum.

2. De prophetia exemplum nobis dat Regnorum liber. Saul persecutor erat sancti David. Cum eum persequeretur, et mitteret satellites qui eum arriperent ad poenas, illi qui missi erant, ut adducerent David occidendum, invenerunt eum inter prophetas, ubi erat et Samuhel sanctus, Annae sterilis filius, quem concipiendum a domino petierat, a domino acceperat, et natum domino dederat. Eo ergo tempore erat Samuhel, quo tempore erat David, praestantissimus ille prophetarum; nam ab ipso unctus est David. Cum itaque persecutionem a Saule pateretur, confugit ad Samuhelem, sicut modo, verbi gratia, qui forte foris aliquam persecutionem patitur, confugit ad ecclesiam. Ergo eo confugerat, ubi erat non solus Samuhel praestantissimus omnium prophetarum, sed etiam multi ceteri prophetae. Inter illos, cum essent prophetantes, venerunt missi a Saule, qui eum, sicut dixi, ad mortem arriperent. Insiluit in illos Spiritus dei, et coeperunt prophetare, qui venerant hominem sanctum et iustum dei ad gladium adducere, et eruere de medio prophetarum: repente impleti Spiritu dei prophetae facti sunt. Fuerit hoc fortasse istorum innocentia: non enim sponte ad illum arripiendum venerant, sed a rege suo missi erant. Et forte venerant quidem ad eum locum ubi erat David, sed non erant facturi quod iusserat Saul; forte et ipsi remansuri erant. Nam et hodie contingunt haec. Mittitur aliquando apparitor a magna potestate rapere aliquem de ecclesia: non audet facere contra deum, et, ne et ipse incurrat gladium, remanet ibi, ubi missus erat ut raperet. Dixerit ergo aliquis admirans, quod prophetae isti repente facti sunt quia innocentes fuerunt: testimonium illis innocentiae ipsa prophetia perhibuit. Venerunt missi, sed facturi non erant quod iusserat malus ille. Credamus hoc de istis. Missi sunt alii: et in ipsos insiluit Spiritus dei, et ipsi prophetare coeperunt. Et hos cum illis innocentiae merito numeremus. Missi sunt tertii:

Ius asyli etiam ab apparitoribus inviolatum.

11 *Regnorum liber*] I Reg. 19, 18-24.

31 *apparitor a m. potestate*] Enarr. in Ps. 63, n. 5: « apparitores potestatis » et al.

hoc et ipsis factum est. Fuerint omnes innocentes. Cum tardarent, et non fieret quod Saul praeceperat, venit et ipse. Numquid et ipse innocens? numquid et ipse missus ab aliqua potestate, et non perversus propria voluntate? Et in illum tamen insiluit Spiritus dei, et prophetare coepit. Ecce Saul prophetat, habens prophetiam, sed non habens caritatem. Factum est vas quoddam, quod ab Spiritu tangeretur, non quod ab Spiritu mundaretur.

Spiritus etiam inmunda tangere potest, quin ipse inquinetur.

3. Tangit enim aliqua corda ad prophetandum Spiritus dei, nec tamen mundat. Et si tangit, et non mundat, forte inquinatur ipse Spiritus? Divinae enim substantiae est, omnia contingere, nusquam inquinari. Nec miremini, si lux ista, quae de caelo funditur, omnia ubique sparsa immunda contingit, nusquam de immundo fuscatur. Nec ista sola quae de caelo, sed etiam illa quae de lucerna mittitur, contingit quacumque duxeris lumen: et forte quisquis per cloacam transeat, ipse si tetigerit polluitur; si autem fert lucernam, splendor lucernae supra omnia transit, nusquam maculam contrahit. Si hoc potuit deus donare corporalibus luminibus, ipse lumen verum et aeternum et incommutabile potest alicubi coinquinari? Aut potest alicubi deesse lux dei, de qua dictum est, ATTINGIT A FINE USQUE AD FINEM FORTITER, ET DISPONIT OMNIA SUAVITER? Tangit ergo quod vult, et mundat quod vult: non quodcumque tetigerit mundat, sed quod mundaverit tangit. Saulem itaque persecutorem dei Spiritus non mundavit, sed tamen ad prophetandum tetigit. Caiphas, princeps sacerdotum, Christi persecutor erat: et tamen prophetiam locutus est, quando ait: EXPEDIT UT UNUS HOMO MORIATUR, ET NON TOTA GENS PEREAT. Secutus evangelista exposuit prophetiam, et ait: HOC AUTEM NON A SE DIXIT, SED, CUM ESSET PONTIFEX, PROPHETAVIT. Prophetavit Caiphas, prophetavit Saul: habebant prophetiam, sed caritatem non habebant. Numquid caritatem habuit Caiphas, qui persequebatur Filium dei, quem ad nos caritas duxit? Numquid caritatem habebat Saul, qui persequebatur eum, per cuius manum fuerat ab hostibus liberatus, non solum invidus, sed et ingratus? Ergo probavimus, posse esse in aliquo prophetiam, et non esse caritatem. Istis autem prophetia prodesse non potest, secundum apostolum: SI CARITATEM, inquit, NON HABEAM, NIHIL SUM. Non ait,

Aliud exemplum de Caipha prophetante.

[4] in illum] *recte conic. Den, et si iuxta N* in illo *scripsit; cf. supra p. 99, l. 24 et 37* [14] forte] *N;* fortasse *Den*

[20] *suaviter*] Sap. 8, 1.
[25] *pereat*] Ioh. 11, 50.
[27] *prophetavit*] Ibid. 51; adverte omitti verba *anni illius*, sicut in Enarr. Ps. 40, n. 1.
[34] *sum*] I Cor. 13, 2.

Nihil est prophetis, aut nihil est fides; sed, Nihil sum ego, si non habuero caritatem. Habens magna nihil est; quamvis magna habeat, nihil est: ipsa enim magna, quae habet, non habet ad adiutorium, sed habet ad iudicium. Non magna habere magnum est, sed bene uti magnis magnum est; non autem utitur bene, qui non habet caritatem. Etenim non utitur bene aliqua re, nisi voluntas bona; voluntas bona esse non potest, ubi caritas non est.

Non magna habere, sed magnis bene uti, magnum est.

4. Quid de fide? Invenimus aliquem habere et fidem, et non habere caritatem? Multi sunt, qui credunt, et non amant. Nec enumerandi sunt homines: daemones invenimus credidisse quod credimus, et non amare quod amamus. Nam, cum argueret apostolus Iacobus eos, qui sibi putabant sufficere ut crederent, et nolebant bene vivere, quod non fit nisi de caritate — bona enim vita ad caritatem pertinet, nec potest habens caritatem male vivere: quia hoc ipsum bene vivere nihil est aliud, quam impleri caritate — cum ergo quidam iactarent se quod credidissent in deum, et nollent bene vivere, atque congruenter tantae fidei quam perceperant, daemonibus eos comparavit dicens: TU, inquit, DICIS, QUIA UNUS EST DEUS. BENE CREDIS; SED ET DAEMONES CREDUNT ET CONTREMISCUNT. Si ergo tantummodo credis, et non diligis, adhuc cum daemonibus tibi commune est. Petrus dixit, TU ES FILIUS DEI; et dictum est illi: BEATUS ES, SIMON BARIONA, QUIA NON REVELAVIT TIBI CARO ET SANGUIS, SEC PATER MEUS QUI IN CAELIS EST. Invenimus et daemones dixisse: QUID NOBIS ET TIBI EST, FILI DEI? Filium dei confitentur apostoli, Filium dei confitentur et daemones: confessio videtur par, dilectio dispar. Illi credunt, et amant; illi credunt, et timent: amor expectat praemium, timor poenam. Ergo invenimus posse quemquam habere etiam fidem, et non habere caritatem. Nemo ergo se iactet de quocumque ecclesiae dono, si forte eminet in ecclesia aliquo attributo sibi dono, sed videat utrum habeat caritatem. Nam locutus est idem apostolus Paulus, et enumeravit multa dona dei in membris Christi, quae est ecclesia; et ait, dona propria quibusque membris esse attributa, nec posse fieri ut omnes habeant unum donum. Nec quisquam tamen sine dono remanebit: APOSTOLOS, ait, PROPHETAS, DOCTORES, INTERPRETATORES, LINGUIS LOCUTORES, HABENTES VIRTUTES SANITATUM, HABENTES ADIUTORIA, GUBERNATIONES, GENERA LINGUARUM. Dicta sunt haec: et alia videmus in aliis, alia in aliis. Non ergo doleat aliquis,

Fides daemonum.

33 apostolos] *scripsi;* apostolus *Den;* apls *compendio N*

19 *contremiscunt*] Iac. 2, 19.
22 *est*] Mt. 16, 16. 17.
23 *dei?*] Mt. 8, 29.
35 *linguarum*] I Cor. 12, 28.

Dona dei per caritatem fiunt omnibus communia.

non sibi esse concessum, quod videt alii concessum: habeat caritatem, non invideat habenti, et cum illo habet quod non habet. Quicquid enim habuerit frater meus, si non invidero, et amavero, meum est. In me non habeo, sed in illo habeo: non esset meum, si in uno corpore et sub uno capite non essemus.

5. Sinistra manus, verbi gratia, in corpore habet anulum, et dextra non habet: numquid illa sine ornamento remansit? Respice singulas manus, et videbis unam habere; aliam non habere: respice compagem corporis, cui haerent ambae manus, et vide eam, quae non habet, in illa habere, quae habet. Oculi vident qua eatur, pedes eunt quo oculi prospiciunt: nec pedes possunt videre, nec oculi ambulare. Sed respondet tibi pes: Habeo et ego lumen, sed non in me, sed in oculo; non enim oculus sibi videt, et mihi non videt. Dicunt et oculi: Et nos ambulamus, non in nobis, sed in pedibus; non enim pedes seipsos portant, et nos non portant. Singula ergo membra singulis et propriis officiis distributa peragunt quod imperat animus: omnia tamen in uno corpore constituta, et unitatem tenentia; nec arrogant sibi quod altera membra habent, si forte illa membra non habent; nec putant esse a se alienum, quod in uno corpore simul habent. Denique, fratres, si alicui membro corporis molestiarum aliquid accidat, quae membra suum auxilium denegabunt? Quid tam extremum videtur in homine, quam pes? et in ipso pede quid tam extremum, quam planta? et in ipsa planta quid tam extremum, quam ipsa cutis, unde terra calcatur? Ita tamen hoc extremum universi corporis compage detinetur, ut si in ipso loco spina calcetur, ad auxilium spinae eruendae omnia membra concurrant: continuo complicantur poplites, curvatur spina — non illa quae haesit, sed quae totum dorsum continet; sedetur, ut spina eruatur; iam sedere, ut hoc fiat, totius corporis est. Quam exiguus locus in molestia est! Tantillus locus est, quantum spina pungere potuit; et tamen illius extremi et exigui loci molestia a toto corpore non relinquitur: cetera membra nihil dolent, et in illo uno loco omnia dolent. Ipse inde apostolus dedit caritatis exemplum, exhortans nos, ut ita nos diligamus invicem, quemadmodum se in corpore diligunt membra: SI PATIATUR, inquit, UNUM MEMBRUM, COMPATIUNTUR ET ALIA MEMBRA; ET SI GLORIFICATUR UNUM MEMBRUM, CONGAUDENT OMNIA MEMBRA. VOS ESTIS CORPUS CHRISTI ET MEMBRA. Si se diligunt membra quae habent caput in terra, quomodo se debent membra dili-

Diligamus invicem, quemadmodum se in corpore membra.

16 peragunt] *semel Den; bis N* 19 simul] *N;* similiter *Den*

36 *et membra*] I Cor. 12, 26. 27; ubi verba *de membro* more suo om. Aug.

gere, quorum caput in caelo est? Certe nec ipsa se diligunt, si a suo capite deseruntur: cum vero illud caput ita sit caput, et ita exaltatus sit, et ita in caelo ad dextram Patris collocatum, ut tamen laboret in terra, non in se, sed in membris suis, ita ut dicat in fine, ESURIVI, SITIVI, HOSPES FUI, quando ei dicetur, QUANDO TE VIDIMUS ESURIENTEM ET SITIENTEM? et tamquam respondeat: Ego caput in caelo eram, sed in terra membra sitiebant — denique ait: CUM UNI EX MINIMIS MEIS FECISTIS, MIHI FECISTIS, rursusque non facientibus: CUM UNI EX MINIMIS MEIS NON FECISTIS, NEQUE MIHI FECISTIS — huic capiti non nisi per caritatem connectimur.

6. Sic enim, fratres, singula membra in officiis suis videmus agere opus proprium, ut oculus videat, non autem operetur: manus autem operetur, non tamen videat: auris audiat, nec videat, nec operetur: lingua loquatur, nec audiat, nec videat; et cum sint singula suis officiis distincta atque discreta, una tamen compage corporis colligata habent aliquid commune in omnibus. Officia diversa sunt, sanitas una est. Hoc est ergo in membris Christi caritas, quod est in membris corporis sanitas. Meliori loco positus est oculus, in eminenti, et tanquam ad consilium in arce constitutus, unde prospiciat, unde videat, unde ostendat: honor magnus in oculis, et loco, et sensu ardentiore, et agilitate, et vi quadam, quam cetera membra non habent. Proinde plerumque homines per oculos suos iurant, quam per quodlibet alterum membrum. Nemo alicui dixit: Sic te diligo quomodo aures meas; et est aurium sensus oculis suppar et proximus. Quid de ceteris dicam? Cotidie dicunt homines: Sic te diligo tanquam oculos meos. Et apostolus significans maiorem in oculis haberi dilectionem, quam in ceteris membris, cum se dilectum ab ecclesia dei diceret, ait: TESTIMONIUM ENIM VOBIS PERHIBEO, QUIA, SI FIERI POSSET, OCULOS VESTROS ERUISSETIS, ET DEDISSETIS MIHI. Nihil ergo in corpore sublimius oculis et honoratius; et nihil in corpore extremius fortasse, quam digitus minimus pedis. Cum ita sint, expedit tamen in corpore digitum esse, et sanum esse, quam oculum esse, et in perturbatione lippire: sanitas enim, quae communis est omnibus membris, pretiosior est officiis singulorum. Ita vides in ecclesia hominem parvum aliquod donum habentem, et tamen habentem caritatem: alterum eminentem forte in ecclesia aliquo maiore dono,

Hoc est in membris Christi caritas, quod in membris corporis sanitas.

26 haberi] *optime sugger. Den;* habere *N*

9 *fecistis*] Cf. Mt. 25, 35-45.

25 *tamquam oculos meos*] Item serm. inter Guelferbytanos 20, 1: « denique qui multum amant hominem, dicunt: Sic te amo, quomodo oculos meos ».

29 *mihi*] Gal. 4, 15.

et tamen non habentem caritatem. Ille sit extremus digitus, ille sit oculus: ille magis pertinet ad corporis compaginem, qui potuit obtinere sanitatem. Denique molestum est corpori cetero, quicquid aegrotarit in corpore; et datur quidem ab omnibus membris opera, ut sanetur quod aegrotum est, et plerumque sanatur. Si autem sanatum non fuerit, et tantam putredinem conceperit quae sanari non possit, ita consulitur omnibus membris, ut de corporis compage praecidatur.

Membrum aegrotum aliquando praecidendum, ut omnibus consulatur.

7. Fuerit ergo nescio quis Donatus quasi oculus in corpore, fuerit ita; non scimus qualis fuerit, sed prorsus talis fuerit qualis dicitur: quid illi profuit excellentia honoris et gloriae? Tenere non potuit sanitatem, quia non habuit caritatem. Denique ita isti putrefacti sunt, ut necessario praeciderentur; et quod se habere aliquos dicunt, vermes putredinis sunt: praecisi vermes sunt, nec sanitatem possunt admittere. Etenim tandiu membrum admittit sanitatem, quandiu est de corpore non praecisum: de ceteris enim sanis manat sanitas ad vulneris locum; cum autem fuerit praecisum membrum ubi vulnus est, qua et unde ad illud sanitas veniat, non invenitur. Ideo et sarmentis praecisis comparantur, et concurrit cum apostolica lectione evangelica lectio. Et ibi enim dominus, ut maneamus in illo, non nobis maxime commendavit nisi caritatem: EGO SUM, inquit, VITIS, VOS ESTIS SARMENTA, PATER MEUS EST AGRICOLA. SARMENTUM OMNE, QUOD IN ME DAT FRUCTUM, PURGAT ILLUD, UT MAIUS FRUCTUM AFFERAT; QUOD AUTEM IN ME NON DAT FRUCTUM, PRAECIDET ILLUD. Fructus de ipsa caritate, quia non venit fructus nisi de radice. Dicit autem apostolus: UT IN CARITATE RADICATI ET FUNDATI. Ibi est ergo radix, unde omnis fructus exurgit. Qui coepit dissentire a radice, quamvis videatur aliquantum manere, aut praecisus est latenter, aut aperte etiam praecidendus; fructum enim afferre nullo pacto potest. Illi erant aliquando in unitate. Praecisi sunt. Unde praecisi sunt? Ab unitate. Sed vos estis, inquiunt, praecisi. Quid facimus? Ego dico: Vos estis praecisi; vos dicitis: Vos estis praecisi. Iudicet deus. Distulimus itaque quaestionem, et ad iudicium dei misimus? Non plane. In multis rebus facimus hoc, ubi nondum apparet sententia dei: ubi autem apparet, utamur, non differamus. Scripturam profero, et video quis unde praecisus sit. Si enim scriptura testimonium perhibuit parti Donati, alicui ecclesiae in terrarum aliqua parte constitutae,

Ideo praecisus Donatus, praecisi Donatistae.

[7] praecidatur] *N;* perdatur *Den* [16sq.] ad illum *N* [21sq.] purgat eum *N* [22] maius] *N, fort. pro* maiorem, *quemadmodum solito legit Aug.?* magis *Den* [34] quid *N*

[23] *illud*] Ioh. 15, 1. 2, ut legere solebat Aug. [25] *fundati*] Eph. 3, 17, praemisso *ut*, veluti ap. Aug.

sicut in parte Africae constituta est pars Donati, dicant nos praecisos, et dicant se esse radicatos. Si autem scriptura testimonium non perhibet nisi ecclesiae toto orbe diffusae, quid quaerimus litis nostrae iudicem hominem? Deum habemus: nondum praesidet in iudicio, iam praesidet in evangelio.

Non quaerendus est iudex homo, ubi in evangelio apparet sententia dei.

8. Iudicatus est modo Crispinus haereticus. Sed quid ait? Nunquid evangelica sententia superatus sum? inde se asserens victum non esse, quia proconsul contra illum iudicavit, non Christus. Si ergo iudicium hominis parvi pendit, quare a proconsule ad imperatorem appellavit? Ipsius proconsulis iudicium ipse flagitavit; ipse dixit: Audi me, non sum haereticus. Cuius iudicium flagitasti, eius iudicium displicet tibi? Quare? Quia contra te iudicavit. Si pro te iudicaret, bene iudicaret: quia contra te iudicavit, male iudicavit. Antequam iudicaret, bonus iudex erat, cui dixisti: Non sum haereticus, audi me. Sed iudicavit proconsul, inquit, secundum leges imperatorum, non secundum leges evangelii. Ita fecerit, secundum leges imperatorum proconsul iudicaverit: si ergo male contra te iudicant imperatores, quare a proconsule ad eorum iudicium provocasti? Iam erant leges imperatorum contra te, an nondum erant? Si nondum erant, non secundum ipsas proconsul iudicavit; si iam erant, numquid pro te imperatores contra leges suas iudicaturi sunt? Deinde quaero abs te: ipsae leges imperatorum quae sunt contra te? Quid factum est? doce me. Manifestum est enim, et non negatur, multas imperatorum leges esse adversus ipsos. Unde hoc contigit? unde hoc factum est? Nos forte persecuti sumus, et multa mala imperatoribus de vobis diximus? Hoc quidem dicunt his, quos miseros decipiunt imperitos. Causam enim, quemadmodum illo tempore gesta est, penitus occultant eis quos decipere volunt. Sed, quantumlibet occultent, eruitur, patescit, publicatur, in notitiam profertur etiam invitorum et recusantium. Claudentes oculos, ac nolentes lucem videre, ipsa lux feriat. Non eis liceat dissimulare manifesta: non eis liceat averti a patentibus: non eis liceat aperta operire. Urgeamus eos manifesta veritate. Vos imperatoris iudicium flagitastis. Mentimini, inquit. Extant chartae publicae. Ipsi Donatistae de parte Maiorini, qui

Crispini Donatistae ad imperatorem appellatio.

1 sq. dicunt... dicunt *N* 31 urgeamus] *N;* urgeam *Den*

6 *modo*] Ergo statim post « proconsularem sententiam », qua Crispinus Calamensis Donatistarum episcopus est pronuntiatus haereticus, i. e. paullo ante mensem iunium an. 404, hic sermo habitus est; et quidem Carthagine, ubi tunc Augustinus versabatur, ac totus in evertendo schismate praedicationibus elaborabat: vide sis Tillemont H. E. XIII, c. 150 sq.

11. 14 *non sum haereticus*] « cum apud proconsulem se negaret haereticum » (Possid., Vita s. Aug., c. 12).

prior ordinatus est contra Caecilianum, adierunt proconsulem tunc Anullinum, et detulerunt libellos accusatorios de nomine Caeciliani, et in aluta signatos, dicentes se adversus Caecilianum crimina quae illo libello scripsissent, et rogantes ut ipsam accusationem eorum mitteret ad comitatum imperatori. Extat relatio Anullini proconsulis scribentis ad imperatorem Constantinum, quod homines de parte Maiorini venerint ad illum cum libellis de accusatione Caeciliani, rogantes ut eosdem libellos mitteret imperatori; et se dicit fecisse quod illi rogaverunt. Scripsit imperator ad Meltiadem episcopum et Marcum, transferens ad illos causam ecclesiasticam, et removens a se. In eisdem litteris scribit imperator, misisse se chartas missas ab Anullino; et in ipsis litteris ignoratur quae illae chartae sint, sed in relatione Anullini cognoscitur, quae hodie publicis codicibus continetur. Deinde scribit idem Constantinus ad Anullinum, ut partes Romam dirigat ad episcopale iudicium. Refert etiam Anullinus in extremo, misisse se partes. Vos ergo istis ad imperatorem; vos causam ecclesiae ad humanam potestatem detulistis. Ille melior quam vos: vos enim ad imperatorem deferebatis, ille ad episcopos. Dicta est causa in episcopali iudicio, illis primo accusantibus. Prolata est sententia pro Caeciliano. Illi non contenti iudicio ecclesiastico murmurare coeperunt, rursus eundem imperatorem adierunt, post episcopale iudicium quaerentes imperiale iudicium. Dedit alterum ecclesiasticum apud Arelatum: ab ipso etiam iudicio illi ad ipsum imperatorem appellaverunt. Victus importunitate eorum, voluit et ipse causam suscipere atque cognoscere. Suscepit, cognovit, Caecilianum innocentissimum iudicavit; et iam omnes iussiones imperatorum contra illos. Quid mirum? Cuius iudicium flagitasti, eius sententiam recusare audes? Quare ad illum voluisti deferre iudicium? Habebas ecclesiam in Africa: non habebas in toto orbe terrarum? Sed quo ibant, unde se iam ipsi praeciderant? Illi iam in ecclesia non haerebant; sed imperator ibi haerebat, ad quem iudicium referebatur. Proinde ille mansuetissime episcopos voluit iudicare; et illis postea cessit, ut etiam ipse iudicaret.

Memorantur quondam gesta in causa Caeciliani.

[2] cecilianos *N* [3] crimina] *heic* habere *excidisse putat Den* [12] ignoratur] *conic. Den;* ignorat *N* [14] continetur] *iure autumat Den;* continentur *N* [26] illos] *videtur deesse verbum* confirmavit, *aut aliud simile* [29 sq.] praeciserant *N*

[3] *in aluta signatos*] Epist. 88, 2: « fasciculum in aluta signatum... obtulerunt ».

[10] *et Marcum*] Sic etiam in graeco, *καὶ Μάρκῳ:* cf. Eusebius Werke von Ed. Schwartz, II. Bd., 2. Teil (Leipzig 1908) p. 887, 24. Eruditissimus tamen C. H. Turner nuper suggessit, in errorem lapsos amanuenses *Marco* pro *Merocli* (scil. Mediolaniensi episcopo) scripsisse: Journal of theolog. Studies, vol. XXVII, 1926, p. 285.

Inde sunt leges adversus vos: videte si non contra vos. Primo vos ipsi fuistis: vos primi accusatores, vos extremi appellatores, vos novissimi murmuratores. Nunquid tamen, inquit, ex evangelio superatus sum? Ex eo iudicio superatus es, quod tu ipse delegisti.

9. Sed non recusamus evangelii sententiam: plane, etsi non diceret, nos legeremus, nos erueremus, nos ostenderemus. Recitetur evangelium: videamus ubi esse dicit ecclesiam dominus Iesus Christus. Illi certe et aures nostrae et corda patere debent: ipsum audiamus, dicat nobis, ecclesia ubi sit. Si in Africa esse dixerit ecclesiam suam, omnes confluamus in partem Donati; si in toto terrarum orbe dixerit ecclesiam suam, redeant ad corpus membra praecisa: non enim sic fracti sunt rami, ut denuo inseri non possint. Habes apostolum Paulum dicentem: SED DICIS: FRACTI SUNT RAMI, UT EGO INSERAR. BENE. PROPTER INCREDULITATEM FRACTI SUNT; TU AUTEM FIDE STAS. NOLI ALTUM SAPERE, SED TIME. NAM, SI DEUS NATURALIBUS RAMIS NON PEPERCIT, NEQUE TIBI PARCET. Fracti enim erant Iudaei, tanquam rami naturales, et insertae erant gentes, tanquam oleaster in olivam. Ex his insertis ramis, et ex hoc inserto oleastro omnes sumus participes olivae. Sed, sicut minatus erat apostolus superbientibus ramis oleastri, tales isti facti sunt superbiendo, ut cum illis naturalibus ante amputatis et ipsi superbia praecidi mererentur. Sed quid ait apostolus? ET ILLI, inquit, SI NON PERMANSERINT IN INFIDELITATE, INSERENTUR; et tu, si non permanseris in fide, excideris. Nemo ergo in vite superbiat, nemo praeter vitem desperet: si superbis in vite, observa ne praecidaris; si praeter vitem positi sunt, non desperent, audeant inseri. Non enim manu sua inserendi sunt. Ait enim: POTENS EST DEUS ITERUM INSERERE ILLOS. Non dicant: Et unde fieri potest, res praecisa, ramus fractus, ut denuo inseratur? Recte dicis fieri non posse, si interroges humanam facultatem, non si interroges divinam maiestatem. Quid enim? Quod iam factum est a domino, facere potest aliquis agricolarum? Oleastrum tulit, et in olivam inseruit; et oleaster in olivam insertus non baccas amaras, sed olivam dedit. Faciat hoc modo aliquis, inserat oleastrum in olivam: videbit nihil procedere, nisi baccas oleastri. Potens ergo fuit deus, non olivam in oleastro, sed oleastrum inserere in olivam, et oleastrum facere participem pinguedinis olivae, ut exuta amaritudine pinguedine indueretur; et non erit potens, te praecisum per superbiam inserere per humi-

Ut ad corpus ecclesiae redeant membra praecisa, hortatur Augustinus.

5 evangelii] *N;* evangelicam *Den* 27 et] *N; om. Den*

16 *parcet*] Rom. 11, 19-21. 26 *illos*] Ibid.
22 *inserentur*] Ibid. 23.

Donatistas esse praecisos, non catholicos, ex evangelio ostenditur.

litatem? Bene, inquit, hortaris me, sed prius me ostende praecisum; ne forte te ipsum hortari debeas ut ad me venias, non me ut in te inserar. Audeo dicere, Audi me; et tamen timeo dicere, Audi me: timeo enim ne contemnat hominem. Immo hortor ut contemnat hominem; si enim contemneret hominem, non esset de parte Donati: homo enim fuit Donatus. Ergo, si nostra verba dicimus, contemnamur; si Christi verba dicimus, ille audiatur, qui non gratis auditur, et non gratis contemnitur: auditur enim ad praemium, non auditur ad supplicium. Ipsum audiamus: ipse dominus dicat nobis.

10. Ecclesiam innumerabilibus locis ostendit: sed tamen commemorem unum aliquod. Post resurrectionem, nostis, fratres, ostendit se discipulis suis, cicatrices demonstravit, palpandum praebuit, non solum videndum. Illi autem tenentes, et palpantes, et agnoscentes, adhuc tamen prae gaudio haesitabant, sicut evangelium nos docet, cui oportet credere, cui nefas est non credere. Dominus autem adhuc haesitantibus prae gaudio et dubitantibus intulit firmitatem de scripturis, et ait: HAEC DICEBAM VOBIS, CUM ADHUC ESSEM VOBISCUM, QUIA OPORTET IMPLERI OMNIA QUAE SCRIPTA SUNT IN LEGE ET PROPHETIS ET PSALMIS DE ME. TUNC APERUIT ILLIS SENSUM, UT INTELLEGERENT SCRIPTURAS, ET DIXIT EIS: QUIA SIC OPORTEBAT CHRISTUM PATI, ET RESURGERE TERTIA DIE, ET PRAEDICARI IN NOMINE EIUS PAENITENTIAM ET REMISSIONEM PECCATORUM PER OMNES GENTES, INCIPIENTIBUS AB HIERUSALEM. Ibi tu non es: ibi ego sum. Quid expectas hominem, qui de te iudicet de tribunali? Audi Christum de evangelio. PER OMNES GENTES, inquit, INCIPIENTIBUS AB HIERUSALEM. Tu ibi es? communicas omnibus gentibus? communicas ei ecclesiae, quae diffusa est per omnes gentes, incipiens ab Hierusalem? Si communicas, ibi es, in vite es, praecisus non es: ipsa est enim vitis, quae crevit et implevit totum orbem terrarum, corpus Christi, ecclesia Christi, cuius caput in caelo. Si autem non communicas nisi Afris, et de Africa quo potueris clanculo mittis qui consolentur peregrinos, non te invenis in parte remansisse, a toto praecisum esse? Quid dixisti in iudicio proconsulis? Catholicus sum. Vox est ipsius: de Gestis recitatur. Catholicus totum tene: holon enim totum est, et inde appellata est ecclesia catholica, quia per totum est. Numquid catamerica dicta est, et non catholica? Meros enim pars est, holon totum est: de graeco verbo dicta est catholica, secundum totum. Ergo communicas universo? Non, inquit. Ergo in parte es: quomodo catholicus es? Multum interest inter totum et partem, unde accipit nomen catho-

Vox schismatici catholicum se esse falso profitentis.

[22] *Hierusalem*] Luc. 24, 44-47.

[33] *holon e. totum est*] Cf. Denis, serm. 3, 5.

lica. Tu enim accepisti nomen de parte Donati; catholica nomen accepit ab universo orbe terrarum. Sed nos dicimus in universo esse, et deus forte non dicit? Evangelium commemoravi, ex evangelio recitavi. PER OMNES GENTES, inquit, INCIPIENTIBUS AB HIERUSALEM. Non inde venit ad Africam? Si enim coepit ab Hierusalem, implendo omnia venit ad te, non siccando. Quis est qui dicat: Ductus est rivus de fonte, ut veniret ad me; siccavit in via, et pervenit ad me? Si in via siccavit, ad te qua pervenit? Utique implendo omnia pervenit ad te. Ingrate rive, quare fontem blasphemas? Nisi manaret, non implereris. Sed timeo, ne tu siccaveris: etenim omnis rivus a fonte praecisus siccet necesse est. De siccitate aspera loquuntur adversus ecclesiam: lenia loquerentur, si rigarentur. Catholicus sum. Quid est, catholicus? homo de Numidia? Interrogo saltem Graecos. Non est utique catholicus verbum punicum, sed verbum graecum: interpretem quaere. Merito erras in lingua, qui non consentis omnibus linguis.

11. Spiritus quando venit de caelo, et implevit eos qui in Christum crediderant, omnibus linguis locuti sunt; et hoc erat signum illo tempore accepisse Spiritum sanctum, si quis linguis omnium loqueretur. Nunquid modo fidelibus non datur Spiritus sanctus? Absit ut hoc credamus, alioquin spem non habebimus. Et illi utique fatentur dari fidelibus Spiritum sanctum; et nos hoc dicimus, hoc credimus, hoc maxime et in sola ecclesia catholica fieri assentamur. Sed illi sint catholici, illic datur Spiritus sanctus; nos simus catholici, hic datur Spiritus sanctus: modo quid intersit non quaeramus, qui sint catholici; manifestum est quia datur Spiritus sanctus. Quare modo linguis omnium non loquuntur, qui Spiritum sanctum accipiunt, nisi quia tunc in paucis figurabatur, quod postea in omnibus ostenderetur? Quid enim praenuntiavit Spiritus sanctus, commovens corda eorum quos tunc impleverat, et docens eos linguas omnes? Vix discit homo duas aut tres, aut per magistros, aut per regiones in quibus versatur aliqua consuetudine; ut multum tres aut quattuor linguas. Omnibus linguis loquebantur, qui impleti a sancto Spiritu erant; verum et locuti repente, non paulatim discentes. Quid ergo tunc ostendebat Spiritus? Dic mihi, quare modo hoc non facit, nisi quia aliquid significando faciebat? Quid significa-

Quod linguis omnium loquerentur, qui Spiritum sanctum acceperant, quid praenuntiabat.

22 assentamur] *conieci;* assequamur *mendose NDen* 27 praenuntiavit] *ex* pronuntiavi *emendavi: cf. l. 33 sq.* 28 commovens] *quod coniecit etiam Den, etsi legit* commonens 29 linguis *N*

17 *et hoc erat signum* etc.] August. serm. 267, n. 2: « Et tunc erat hoc signum: quicumque accipiebat Spiritum sanctum ... linguis omnium loquebatur ».

Et modo loquitur ecclesia omnibus linguis.

bat, nisi evangelium per omnes linguas futurum? Audeo dicere, et modo loquitur ecclesia omnibus linguis: in omnibus enim linguis clamat evangelium; et quod modo dicebam de membris, hoc dico et de linguis. Et quomodo dicit oculus, Mihi ambulat pes, sic et pes dicit, Mihi videt oculus; sic et ego dico, Lingua mea est graeca, lingua mea est hebraea, lingua mea syra: omnes enim una fides tenet, omnes enim una caritatis compago concludit. Quod per dominum demonstratum est, hoc per prophetas ante praedictum est: IN OMNEM TERRAM EXIVIT SONUS EORUM, ET IN FINES ORBIS TERRAE VERBA EORUM. Ecce quousque crevit ecclesia, quae appellatur a toto catholica. Et vide quia omnes linguae ierunt per omnes terras: NON SUNT LOQUELAE NEQUE SERMONES, QUORUM NON AUDIANTUR VOCES EORUM.

12. Hanc ergo ecclesiam teneo, tu illam non tenes: si ergo praecisus es, agnosce unde praecisus es. Redi, et inserere, ne arescas, et in ignem mittaris. Loquuntur prophetae, loquuntur apostoli, loquitur dominus de ecclesia toto orbe diffusa: contra te dicunt omnes isti sententiam. A proconsule ad imperiale iudicium: ab evangelio, quo? An forte ad Donatum? Donatus iudicabit contra Christum, an Donatum iudicat Christus? Quid tibi dicturus est Donatus? Ego Christum meum praedicavi de Africa. Quid dicturus? An, Me pro Christo opposui, et ego Christo successi? Hoc restat ut dicat, quia a corpore praecidere ausus est homines, quia Christo successit. Ecce Christi sententia, ecce evangelia. PER OMNES GENTES, inquit, INCIPIENS AB HIERUSALEM. Coepit ab Hierusalem: ibi venit Spiritus sanctus; ibi erant apostoli, quando in illos supervenit; inde coepit evangelium praedicari, inde diffundi per omnes gentes, inde postea venit in Africam. Quo postea venit, ipsos deseruit? Immo non deseruit, si nolint. Nam et nos Afri sumus: utique evangelium, quod venit in Africam, manet hic in catholicis Afris, quo modo in omnibus gentibus manet. Nam et per omnes gentes sunt haeretici, alii ibi, alii hic; et non sunt noti Afri, qui sunt in illis gentibus. De vite praecisi sunt. Catholica enim novit omnes: ipsi se non noverunt. Etenim vitis, unde sarmenta praecisa sunt, novit omnia sarmenta, et quae in se manent, et quae de se praecisa sunt. Etenim ubique diffusa est ecclesia catholica. Illa sarmenta, ubi praecisa sunt, ibi remanserunt; ad alias partes et alias partes pervenire non potuerunt. Illa autem ubique diffusa, ubique tenet suos, ubique plangit

Evangelium, quod venit in Africam, manet in catholicis Afris.

3 et quomodo *N* 6 est *ante* syra *repet. Den* 19 ego] *Den;* ergo *N* 30 noti] *N; in* nati *immut. Den*

9 *eorum*] Ps. 18, 5. 12 *voces eorum*] Ibid. 4.

praecisos: clamat ad omnes, ut revertantur et inserantur. Clamor eius non auditur, sed tamen ubera caritatis manare exhortatione non quiescunt. Sollicita est pro praecisis: clamat in Africa ad Donatistas, clamat in Oriente adversus Arrianos, adversus Fotinianos, adversus alios atque alios. Quia enim ubique diffusa est, ubique invenit, contra quos clamet; quia in illa erant, et de illa praecisa sunt. Sarmenta coeperunt infructuosa esse, et praecisa sunt; si non permaneant in infidelitate, rursus inserentur. Haec audite, fratres, cum timore, ne superbiatis; cum caritate, ut etiam pro illis oretis. Conversi ad dominum.

Ecclesia catholica ubique ad praecisos clamat, ut revertantur.

XX.

Denis, Serm. XX, col. 81-91 (= *Den*); Migne 46, 898-908: ex cod. Neapolit. fol. 68r-71v (= *N*) primum editus, nunc ad Casin. XVII, p. 267-277 (= *C*) recognitus, qui unus integram ac genuinam inscriptionem servavit. Mirum est, codices plus solito hic ab alterutro differre; insuper menda passim ac redundantiae verborum notarii, qui orationem excepit, sive inscientiam, sive oscitantiam produnt. Quae tamen omnia non eiusmodi sunt, quae sermonis auctoritati officiant; quippe quam ipsa inscriptio diem ac locum demonstrans iam vindicet a dubio, ne quid dicam de sensuum verborumque plane Augustiniana indole. Quod itaque interpolatorem Denisius suspicatus est, non penes interpolatorem, immo in notariorum neglegentia culpam residere existimo. Praeterea, quod mihi hucusque minime suspectum erat, hic sese saepius talem Denisius ostendit, qui dissimulanter et incauto lectore verba codicis *N* immutet, aliaque eis pro suo subdat ingenio. Ad usum linguae et finem hominis pertinent quae dicuntur, occasione accepta Psalmi XXXVIII, qui sub hac antiphona seu responsorio cantatus fuerat: EXAUDI ORATIONEM MEAM ET PRECEM MEAM DOMINE, INAURIRE LACRIMAS MEAS; lectiones vero ex epist. Iacobi, c. 2, et evangelio Ioh. 8, 3-11 (de muliere adultera) excerptae erant.

SERMO HABITUS IN BASILICA MAIORUM DIE DOMINICA · XIIII · KAL. IUL. DE RESPONSORIO PSALMI TRICESIMI OCTAVI: EXAUDI ORATIONEM MEAM ET PRECEM MEAM DOMINE. ET DE MULIERE IN ADULTERIO DEPREHENSA.

Christianorum est, cotidie in deum proficere, et de deo vel de donis eius semper gaudere. Peregrinationis enim nostrae tempus brevissi-

10 habitus in bas. maiorum] *C;* die dom. XIIII. kl. iul. *tenuissimis litteris in extrema marg. eiusdem cod.; Den inscriptionem arbitratu suo composuit*

1 *clamat ad omnes*] Viden' ab Augustino ius ecclesiae vindicatum «praecisos» ad pacem catholicam revocandi? Cui tamen exinde perturbatae concordiae saepe saepius crimen infertur.

10sq. *die dominica. XIIII kl. iul.*] Congruit haec diei adnotatio cum loco quem tenet sermo in *C*, inter sermonem apud Maurinos 266, qui in vigiliis Pentecostes, et 294um, qui in natali Guddenis martyris v. kl. iul., uterque Carthagine, habiti sunt.

mum est, et patria nostra sine tempore est. Inter aeternitatem enim et tempus multum distat: hic conquiritur pietas, illic requiescitur. Inde cotidianis diebus quasi boni negotiatores noverimus quid profecerimus; non tantum enim studiosi esse debemus in audiendo, sed vigilantes in operando. Haec schola, in qua deus solus magister est, bonos quaerit discipulos, non fugitivos, sed studiosos. Apostolus dicit: STUDIO NON PIGRI, SPIRITU FERVENTES, SPE GAUDENTES. In hac ergo schola, fratres, cotidie discimus: aliud discimus in praeceptis, aliud in exemplis, aliud in sacramentis. Sunt ista medicamenta vulnerum nostrorum, et fomenta studiorum nostrorum. Modo respondimus: EXAUDI ORATIONEM MEAM ET PRECEM MEAM, DOMINE; INAURIRE, hoc est, auribus percipe LACRIMAS MEAS. Quid putas iste petiturus est, qui primo sibimet deum cupit propitium esse? quid ab illo expetiturus est? Videamus, discamus. Forte divitias petiturus? forte in hac vita aliquam felicitatem? Dicat ergo nobis quid petiturus est, qui primo deum deprecatur. Vidit enim quod ex se habere non potuit, sed a deo habere potuit; audierat enim, PETITE, ET ACCIPIETIS. Noverat ergo quid esset petiturus, qui primo deum rogavit. Ergo EXAUDI DEUS ORATIONEM MEAM. Et quasi interrogatus. Quid vis, quid pulsas, quid clamas, quid interpellas? Audiam quid vis. Quid volo? audi voluntatem meam, et perfice operam tuam. Quae est voluntas mea? DIXI CUSTODIAM VIAS MEAS, UT NON DELINQUAM IN LINGUA MEA. Arduam rem iste disponit; sed non dubitat, quoniam primo dominum deprecatus est; noverat enim magisterium Pauli: NON EGO, SED GRATIA DEI MECUM.

In schola dei quaenam et quomodo discantur.

2. Dixi ergo, CUSTODIAM VIAS MEAS. Quas vias? Terrenas? Numquid per linguam ambulamus in terra? Aut pedibus nostris in terra ambulamus, aut pedibus alienis; aut animalibus vehimur, aut pedibus nostris imus. Quid est ergo? Quam iste viam quaerit, ne delinquat in lingua sua? Magna doctrina. Videte, fratres, numquid enim, quemadmodum una hora possumus cibum accipere, et refecti recedere, sic possumus momento uno loqui etiam et silere? Quemadmodum enim habemus oculos ad videndum, aures ad audiendum, ceterosque sensus

[20] operam tuam] *C;* opera tua *NDen*

[31] et iam (*om.* et) silere *C, et add.* necesse est

[7] *gaudentes*] Rom. 12, 11. 12.

[10] *respondimus*] Inde inscribitur haec oratio *De responsorio psalmi XXXVIII*, quod certe maiorem antiquitatem sapit ac *de versu* seu *de verbis*, uti inscripsit Denis.

[11] *inaurire*] Antiqua translatio verbi graeci ap. LXX ἐνώτισαι, quae in usu liturgico adhuc supererat, et si a textu iam ab Augustino usurpato differebat; deest verbum apud P. Capelle, Psautier latin en Afrique, sed vide sis H. Rönsch, Itala u. Vulgata, p. 193.

[12] *meas*] Ps. 38, 13.

[17] *accipietis*] In mente habet, ut puto, Mt. 7, 7; cf. Sabatier ad h. l.

[22] *mea*] Ps. 38, 2.

[24] *mecum*] I Cor. 15, 10.

ad percipiendum, sic iterum linguam ad loquendum. Est nobis magna necessitas linguae. Aut aliquid auditurus es, ut respondeas; aut aliquid dicturus es, ut doceas. Numquid oculo dicturus, et non lingua? Et si aure auditurus es, lingua responsurus es. Quid facimus de tam utili membro? Inde deum rogamus, inde satisfacimus, inde laudes dicimus, inde una voce concinentes deo cantamus, inde cotidianis diebus aut misericordes efficimur, cum aliis loquimur, aut consilia damus. Quid facimus nunc? Ipsa lingua nostra vobis ministerium exhibet. Quid facimus, ut non delinquamus in lingua? maxime cum dictum sit, MORS ET VITA IN MANIBUS LINGUAE, et iterum dictum sit, MULTOS VIDI CADENTES PER CASUM GLADII, SED NON SIC QUOMODO QUI CECIDERUNT PER LINGUAM. Iterum dictum est: ET LINGUA IN MEMBRIS NOSTRIS CONSTITUITUR, QUAE MACULAT TOTUM CORPUS NOSTRUM. Inde iterum idem dominus: DOCUERUNT LINGUAM SUAM LOQUI MENDACIUM. O DOCUERUNT! Facit enim consuetudinem loqui mendacium: etiam si non vis, illa loquitur mendacium. Quemadmodum enim, si rotam volvas semel, iam, ut manu impuleris, illa ipsa figura et rotunditate, vel ipso instabili et quasi naturali cursu currit, sic et lingua nostra opus non est ut doceatur loqui mendacium; iam enim inita sponte currit ad id, ad quod facilius potest moveri. Aliud habes in corde; aliud illa aliquando volvit ex more. Quid facturus es? Quae, videtis, fratres, quae statera cordis facienda est, ut lingua aliquid proferat! Neque enim sponte movetur, intus est qui movet.

Magna necessitas linguae.

Non sponte movetur, intus est qui movet.

3. Est enim quaedam vis, quae se et cetera ministeria sua movet. Opus est ut bonus sit ille qui regit, et quamlibet malam consuetudinem adiutus per gratiam vincit; bonus sit minister, et quiescit ministerium. Miles habet arma, sed, si non fecerit, nihil faciunt arma: sic et lingua in membris nostris arma animae nostrae sunt. De ipsa dictum est: INQUIETUM MALUM. O INQUIETUM! Quis fecit istud malum, nisi inquietus? Tu noli esse inquietus, et non est hoc malum; tu noli agitare, et non est quae se agitet. Neque enim animus est, ut moveatur: corpus est enim, iacet: noli movere, et non movetur. Vide autem quomodo

13 idem] *s. l. suppl. C* 17 figurae (*om.* et) *C* 18 opus non est ut] *recte conic. Den;* opus est ut non *ambo codd.* 19 inita] *N, C 1 m;* ipsa *corr. s. l. C;* ultro *mut. Den lectore haud admonito* 22 est] sunt *C* 27 fecerit] *quod habent ambo codd. servandum duxi;* ferierit *corr. Den* 30 agitare] agitari *perperam sugger. Den*

10 *linguae*] Prov. 18, 21.
12 *linguam*] Eccli. 28, 22.
13 *nostrum*] Iac. 3, 6.
14 *mendacium*] Hier. 9, 5.
29 *malum*] Iac. 3, 8.

moves. Ipsa est illa, de qua multi fraudibus studentes, et avaritiae servientes, cum coeperint de negotiis aliquid agere, eiciunt membrum factum ad laudem dei, et ibi blasphemant deum, et dicunt: Per Christum! tantum emi, tantum vendo. Quare? Interrogavi te, Iura mihi, quantum vendis? Ego te interrogavi, Quantum vendis? Decem follibus vendo, viginti follibus. Per Christum iuras. Per oculos tuos iura, per filios tuos iura, et ipsa hora contremescit conscientia. O impietas linguae! creatorem contempsisti, creaturam custodisti. O INQUIETUM MALUM, PLENA VENENI MORTIFERI! IN IPSA BENEDICIMUS DEUM ET PATREM: sed deum et patrem, deum propter naturam, patrem propter gratiam; ET IN IPSA MALEDICIMUS HOMINEM, QUI FACTUS EST AD IMAGINEM DEI. Attendite, fratres, quid portetis: ecce dico, quid portemus; et ego enim vobiscum homo sum. Sed recurramus.

Contra iurandi consuetudinem.

4. EXAUDI DEUS ORATIONEM MEAM. Inde sunt illi Iudaei quos modo in evangelio legimus: utique lingua illos perduxit ad mortem. Modo enim in evangelio audivimus. Adduxerunt, inquit, Iudaei quamdam mulierem, licet meretricem, ad dominum, temptantes illum, et dicentes: MAGISTER, HAEC MULIER MODO COMPREHENSA EST IN ADULTERIO. In lege Moysi scriptum est, ut quaecumque fuerit in adulterio comprehensa lapidetur: TU QUID DICIS? Hoc lingua dicebat, sed creatorem non agnoscebat. Nolebant isti orare, ut dicerent: ERIPE ANIMAM MEAM A LINGUA DOLOSA. Dolose enim accesserant: hoc enim volebant agere. Venerat enim dominus, non legem solvere, sed implere, et peccata dimittere. Dixerunt ergo apud se Iudaei: Si dixerit, Lapidetur, dicemus ei, Ubi est, quod peccata dimittis? Non tu es, qui dicis: DONATA SUNT TIBI PECCATA TUA? Si dixerit, Dimittatur, dicemus, Ubi est, quod legem venisti adimplere, non solvere? Videte linguam dolosam ad deum. Ille, qui venerat redemptor, non damnator, — venerat enim redimere, quod perierat — aversus est ab ipsis, quasi conspicere eos nolens. Non vacat aversio ista ab ipsis: intellegitur aliquid in hac aversione. Quasi diceret: Peccatricem mihi adducitis, peccatores; si putatis quia damnare

Lingua dolosa Iudaeorum in evangelio de muliere adultera.

1 moves] linguam *excidisse putat Den, profecto sine causa* 4 quare?] *subaud.* per Christum iuras; *Den contra codicum fidem corr.* quando 9 benedicimus dominum *C*, *antiquae translationi ap. Sabatier consentanee post* et patrem *ambo codd. C et D add.* sed deum et patrem, *fort. repudiandae alterius translationis causa, quae verba tacite item omisit Den* 24 iudaei apud se *C* dicimus *C* 25 non] *s. l. corr.* nonne *C* 27 adimplere] *erat primum* implere *C* 30 aliquid] *om. C*

12 *dei*] Iac. 3, 8. 9.
20 *dicis?*] Ioh. 8, 3-5.
22 *dolosa*] Ps. 119, 2.
23 *implere*] Cf. Mt. 5, 17.
26 *tua*] Cf. ibid. 9, 2 et al.
29 *perierat*] Cf. ibid. 18, 11 et al.

debeo peccata, a vobis incipio. Et ipse, qui venerat donare peccata, ait: QUI SE SCIT VESTRUM SINE PECCATO ESSE, PRIOR IN ILLAM LAPIDEM MITTAT. O responsio, vel propositio! Si mittere voluissent lapidem in peccatricem, ipsa hora iterum recitaretur: IN QUO IUDICIO IUDICAVERITIS, IUDICABITUR DE VOBIS. Damnastis, damnabimini. Illi tamen, etsi creatorem non agnoscebant, conscientiam suam sciebant: ponentes invicem faciem post faciem, ut nec ipsi se propter confusionem videre vellent, a senioribus — hoc dixit evangelista — usque ad minores omnes egressi sunt. Dixerat enim Spiritus sanctus: OMNES DECLINAVERUNT, SIMUL INUTILES FACTI SUNT; NON EST QUI FACIAT BONUM, NON EST USQUE AD UNUM.

5. Et exierunt omnes. Remansit solus et sola: remansit creator et creatura: remansit miseria, et misericordia: remansit quae suum reatum agnoscebat, et qui peccatum dimittebat. Nam ipsum est, quod conversus scribit in terra. Scripsit enim in terra. Quando enim peccavit homo, dictum est ei, TERRA ES. Peccatrici ergo cum daret indulgentiam, dans scribebat in terra. Indulgentiam dabat: sed, cum daret indulgentiam, erigens faciem suam ad illam, NEMO, ait, TE LAPIDAVIT? Et illa non dixit: Quare? quid feci, domine? numquid enim rea sum? Non hoc dixit, sed ait: NEMO, DOMINE. Semetipsam accusavit. Probare illi non potuerunt, subduxerunt se: sed illa confessa est, cuius dominus non reatum nesciebat, sed eius fidem atque confessionem quaerebat. NEMO TE LAPIDAVIT? At illa: NEMO, DOMINE. Et NEMO propter confessionem peccatorum, et DOMINE propter indulgentiam meritorum. NEMO, DOMINE. Utrumque agnosco: qui sis novi, quae sim novi. Tibi enim confiteor: audivi enim, CONFITEMINI DOMINO, QUONIAM BONUS EST. Novi confessionem meam, novi misericordiam tuam. Ista dixit: CUSTODIAM VIAS MEAS, UT NON DELINQUAM IN LINGUA MEA. Illi deliquerunt dolose agendo; ista magis se absolvit confitendo. NEMO TE LAPIDAVIT? Et illa, NEMO, et tacet. Ille iterum scribit. Bis scripsit,

7 videre] *malim* videri 8 evangelista] *om. C* minorem *C*, *et om.* omnes 13 miseria] *C, quod iam conic. Den;* misera *N: cf. serm. Mai 101, fin.* quae] *emendavi ex* qui: *cf. infra l. 25.* 14 peccata *C* 15 scribit] *CN;* scribebat *Den, nihil dicens* 16 peccatori ergo (*om.* cum) dat *C* 17 daret] dat *C* 18. 23. 30. lapidavit] *ridiculum putat Den, et corr.* condemnavit 25 quae sim] *heic Den;* qui s. *CN; cf. supra l. 13* 30 et illa] *C;* illa inquit *NDen* tacet] *C;* et tacens ille *NDen minus recte*

2sq. *mittat*] Ioh. 8, 7.

5 *de vobis*] Mt. 7, 2.

8 *usque ad minores*] Ioh. 8, 9, iuxta gr. ἕως τῶν ἐσχάτων, quae tamen verba a multis codicibus absunt.

11 *unum*] Ps. 13, 3.

16 *es*] Gen. 3, 19.

18. 23. 30. *lapidavit*] Ioh. 8, 10, uti cum cod. Corb. semel legit Ambrosius, etsi Denisius lectionem codicum utpote ridiculam corrigendam putavit.

Christus bis in terra scribens quid insinuet; forma concedendae indulgentiae.

hoc audivimus, bis scripsit: semel indulgentiam dando, iterum praecepta renovando. Utrumque enim fit, cum indulgentiam accipimus. Subscripsit imperator: cum iterum forma procedit, quasi iterum alia praecepta dantur. Ipsa sunt, per quae primo in apostolo audivimus caritatem illam inperatam. Primo enim ipsam lectionem audivimus; inde hoc ipse dominus dixit: DILIGES DOMINUM DEUM TUUM DE TOTO CORDE TUO, ET DE TOTA ANIMA TUA, ET DE TOTA VIRTUTE TUA; ET DILIGES PROXIMUM TIBI TANQUAM TE IPSUM. IN HIS DUOBUS PRAECEPTIS TOTA LEX PENDET, ET PROPHETAE.

6. Ne aliquis nostrum laboraret, duo quaedam sunt dicta: deus et proximus; qui te fecit, et cum quo te fecit. Nemo tibi dixit: Dilige solem, dilige lunam, dilige terram, et quaecumque facta sunt. In his laudandus est deus, benedicendus est factor. QUAM MAGNIFICATA SUNT OPERA TUA! dicimus, OMNIA IN SAPIENTIA FECISTI. Tua sunt, tu fecisti omnia: gratias tibi. Sed nos fecisti super omnia: gratias tibi. Sumus enim imago et similitudo tua: gratias tibi. Peccavimus, quaesiti sumus: gratias tibi. Negleximus, non sumus neglecti: gratias tibi. Cum nos te contemneremus, non sumus contempti; ne divinitatem tuam obliti fuissemus, et te amitteremus, tu etiam nostram humanitatem suscepisti: gratias tibi. Ubi non gratias? DIXI ergo, CUSTODIAM VIAS MEAS, UT NON DELINQUAM IN LINGUA MEA. Illa enim mulier, cum offeretur causa adulterii, accepit indulgentiam, liberata est: onerosum nobis est, quoniam per baptismum, per confessionem, per gratiam accipiunt omnes omnium peccatorum suorum indulgentiam? Sed nemo nunc dicat: Illa accepit indulgentiam; ego adhuc catechumenus sum: faciam adulteria, quoniam accepturus sum indulgentiam. Pone et me unum esse, quemadmodum illa mulier: confessa est, et liberata est. Deus noster bonus est: et si peccavero, confiteor illi, et dimittet mihi. Bonitatem ipsius attendis, sed iustitiam eius considera: quomodo bonitatem ad indulgentiam, sic iustitiam ad poenam. DIXI ergo: CUSTODIAM VIAS MEAS, UT NON DELINQUAM IN LINGUA MEA. Vellem scire, si in hoc tempore, quo sermonem vestrae caritati ministramus, nemo delinquat in lingua sua. In hoc tempore, quo hic sumus, forte nemo nostrum aliquid locutus est mali, sed forte cogitavit aliquid mali. Attendite. DIXI,

Gratias deo in omnibus esse agendas.

Falsa et periculosa catechumenorum praesumptio.

[1] audivimus] *C;* audiamus *NDen* [3] formam *C* [4] per] *om. C;* per quem *N* [10] aliqui *C* sunt quaedam *C* [11] qui te] que (*om.* te) *C* [27] mulier] quae *interser. Den, hic quoque sine causa*

[5] *inperatam*] Primo enim lectum fuerat ex Iacobi epistula, c. 2: cf. infra p. 122, l. 12 sq. [9] *prophetae*] Mt. 22, 37. 39. 40. [14] *fecisti*] Ps. 103, 24.

CUSTODIAM VIAS MEAS, UT NON DELINQUAM IN LINGUA MEA. Dic vere: POSUI ORI MEO CUSTODIAM, DUM CONSISTIT PECCATOR ADVERSUS ME.

7. Adtendite. POSUI ORI MEO CUSTODIAM, DUM CONSISTIT PECCATOR ADVERSUS ME. Stat adversus te aliquis inprobus, conviciatur tibi, dicit quae nescis; tu pone ori tuo custodiam. DIXI, CUSTODIAM VIAS MEAS, UT NON DELINQUAM IN LINGUA MEA. Dicat ille: tu audi, et tace. Duae enim res sunt: aut verum dicit, aut falsum. Si verum dicit, tu fecisti ut diceret, et forte hoc misericordia est: cum enim tu non vis audire quod fecisti, deus, qui curam tui gerit, per aliquem tibi dicit quod fecisti, ut vel ipso pudore confusus aliquando ad medicinam recurras. Noli ergo rependere malum pro malo; nescis enim qui tibi per ipsum loquatur. Ergo, si aliquid dicit quod fecisti, agnosce te misericordiam consecutum, ut aut oblitum te putes, aut ad confusionem tuam hoc dictum esse iudices; si non fecisti, libera est conscientia. Quid quaeris? quid irasceris de eo quod non fecisti? Quid enim ait tibi: Fur? Ebriose? Cito tu recurre intus ad secreta conscientiae: vide te intus: iudex esto, discussor tui esto. Quaere ibi: Ubi putas posui peccata mea, quae feci? Aut, si non sunt, dic: Non feci. Si, Non feci, dicit tibi conscientia tua, dic, GLORIA NOSTRA HAEC EST, TESTIMONIUM CONSCIENTIAE NOSTRAE. Dixit tibi haec conscientia tua; tace, dole illum dicentem tibi. Dic etiam tu deo: Pater, ignosce illi, quia nescit quid dicat. Roga pro illo deum. DIXI, CUSTODIAM VIAS MEAS, UT NON DELINQUAM IN LINGUA MEA. POSUI ORI MEO CUSTODIAM, DUM CONSISTIT PECCATOR ADVERSUS ME. Noli enim putare, quia tunc videris sanctus, si nemo te temptet: tunc es sanctus, quando aliquo convicio non moveris, quando doles dicentem, quando non curas quod pateris, sed tamen doles eum, a quo pateris. Ibi est omnis misericordia: doles, quoniam et ille frater tuus est, membrum tuum est. Insanit adversum te, phreneticus est, aegrotat: dole illum, noli gaudere; tantummodo de conscientiae tuae securitate gaude: inde dole. Homo es enim: vide ne et tu tempteris. Dictum est enim: ONERA VESTRA PORTATE, ET SIC ADIMPLEBITIS LEGEM CHRISTI. Modo, cum dicit, tace; postea quam quieverit, dic ei: Frater, per salutem tuam, quare mihi dixisti quod non feci? Peccasti in me, rogo deum pro te. Ego tibi quidem veniam do, et rogo pro te deum meum, cui fecisti iniuriam, cum in me peccasti. Noli ulterius facere, noli superbire. Non dico:

Erga eos, qui nobis conviciantur, qualiter agendum.

14 quaeris] *pro* quereris? 26 quod] quid *C* 32 postea quam] *CN; in* postea cum *tacite mut. Den*

2 *me*] Ps. 38, 2.
19 *nostrae*] II Cor. 1, 12,
30 *tempteris*] Cf. Gal. 6, 1.
31 *Christi*] Ibid. 2.

Redde illi, deus, qui dixit mihi quod non feci; nolo hoc dicere. POSUI ORI MEO CUSTODIAM, DUM CONSISTIT PECCATOR ADVERSUS ME.

8. OBSURDUI, ET HUMILIATUS SUM — hoc sequitur, — ET TACUI A BONIS. Obsurdui: non illum audivi dicentem. Iste animus quantum profecit, qui etiam intus in fratris errore et conscientiae suae securitate gaudens, quod foris latretur nescit! Qualis ista anima est, quam secura, quam gaudens! Ista est, quae dicit deo: AMBULABAM IN INNOCENTIA CORDIS MEI, IN MEDIO DOMUS TUAE. Fores effractores pulsabant, sed idonea erat domus. OBSURDUI ET HUMILIATUS SUM; non adversus illum superbus extiti. ET humiliatus SILUI A BONIS; nec enim temporis erat, ut aliquid boni dixissem. Tempus est enim ut taceas modo: postea quam ille sinceraverit, loquere, tunc intelleget. Plerumque filii aegrotantes patres suos caeciderunt; tamen illi propter infirmitatem filiorum et vapulabant, et plorabant. Quem affectum adhibent filiis homines, ne moriantur, expectantes salutem filiorum! Sed non est filius meus, ais. Sed est opus dei, imago dei, filius dei; si contemnis, quia non est filius tuus, noli contemnere, quia filius dei est, frater tuus est. Ergo OBSURDUI, ET HUMILIATUS SUM. Non superbivi, sed SILUI A BONIS, ET DOLOR MEUS RENOVATUS EST, non de me, sed de ipso, quia non feci quod dixit. Habui dolorem, sed quia ita dixit; habui dolorem: fratris enim mei curam gerens renovatus est in me dolor. Ista est via: hoc enim fecit ipse dominus pater noster, qui etiam ipse sponsus dictus est. NON IEIUNABUNT FILII SPONSI, ait, QUOUSQUE CUM IPSIS EST SPONSUS. Vapulavit a phreneticis filiis, occiderunt illum phrenetici filii: rogavit pro illis. Postea sinceraverunt, agnoverunt et crediderunt; et, qui noluerunt curari per medicum, curati sunt per discipulum medici: per Petrum enim curati sunt. Cum enim illos Petrus increparet, aiunt: QUID FACIEMUS? Ait tunc Petrus: PAENITEMINI, ET BAPTIZETUR UNUSQUISQUE VESTRUM IN NOMINE DOMINI IESU CHRISTI. Modo furebant, modo credebant. Videtis, quid facit infirmitas, et sanitas: quando infirmi fuerunt, tolerati sunt; quando salvi facti sunt, redempti sunt. Inde et nos, fratres, quotienscumque talia patimur, taceamus. Duo illa teneamus: aut verum dicit, aut falsum. Et si non dixerit, et feci, quid? Quia non

Expectandum tempus fraternae correptioni aptum.

Interim Christi exemplo tacendum.

6 nesciat *C* 8 tuae] *servavi, quod in ambobus codd. legitur;* meae *perperam emendat Den* foras *C* 10 et] sed *C* enim] *om. C* 27 increparet petrus *C* 32 quotiensc.] quaecumque *C* duo] *CN recte;* quo *Den*

4 *a bonis*] Ps. 38, 3.

8 *tuae*] Ps. 100, 2, iuxta antiquam translationem, quod non animadvertit Denis.

12. 25 *sinceraverit... sinceraverunt*] Cf. Tract. 30 in Ioh. n. 3: « si quisquam aegrotus sabbato *sinceraret* ».

23 *sponsus*] Luc. 5, 34. et al.

29 *Christi*] Act. 2, 37. 38.

dicit, et ego feci, optandum est ut dicat, ut ego confundar, quia feci: ista misericordia dei est. Si autem hoc dicit quod non feci, gaudeam de me a securitate, doleam de fratris infirmitate. CALUIT COR MEUM INTRA ME. Ferbuit cor meum intra me, ex dilectione quam habeo in fratrem; sed TEMPUS LOQUENDI, TEMPUS TACENDI: non potui modo facere. Inde ipse Paulus dicit: NON POTUI LOQUI VOBIS QUASI SPIRITUALIBUS, SED QUASI CARNALIBUS. Locutus est tamen: quomodo locutus est? Ergo CALUIT COR MEUM INTRA ME, ET IN MEDITATIONE MEA EXARDESCIT IGNIS. Ignis est in me caritatis. Non habeo cui dicam, quia infirmus est: humiliem ergo me: erit forte aliquando tempus, ut possim aliquid loqui. Tamen DIMITTE NOBIS DEBITA NOSTRA, SICUT ET NOS DIMITTIMUS DEBITORIBUS NOSTRIS. Dimittam illi, quod non habeo in conscientia: parum est quia nihil habeo in conscientia, sed rogem illum propter conscientiam.

9. Iam iste percurrerat DIXI, CUSTODIAM VIAS MEAS. PONAM ORI MEO CUSTODIAM. HUMILIATUS SUM et IN MEDITATIONE MEA EXARDESCIT IGNIS. Nescio quid subito educit hic aliud maius, et post tot certamina magnosque labores audite quid dicat: LOCUTUS SUM IN LINGUA MEA. Est enim lingua animae motus ipsius voluntatis; quemadmodum enim lingua motus est in corpore, sic voluntas motus est in anima. Ibi est prima lingua: inde est, inde loquitur deo. Haec enim lingua ministerium exhibet extra positis hominibus; illa autem lingua, quae est in motu voluntatis, ministerium exhibet intus manenti in templo suo: ipsa est vera lingua. Unde dixit dominus, eos qui adorant eum, IN SPIRITU ET VERITATE ADORARE debere. Ipsa est vera lingua. DIXI IN LINGUA MEA: NOTUM MIHI FAC DOMINE FINEM MEUM, ET NUMERUM DIERUM MEORUM QUI EST, UT SCIAM QUID DESIT MIHI. Si attendat sanctitas vestra, intellegat primo sententiam; et sic dominus misericordia sua, qua semper consuevit, dabit nobis orationibus vestris, ut possimus hanc discutere, quia satis est ardua. LOCUTUS SUM IN LINGUA MEA: NOTUM MIHI FAC DOMINE FINEM MEUM, ET NUMERUM DIERUM MEORUM QUI SIT, UT

Lingua animae, motus est voluntatis.

4 sq. in fratre *CN* 5 tempus tacendi] *C; excidit in NDen* 6 vobis loqui *C* 8. 16. exardescet *C* 10 humiliem] *ex* humilem *corr. videtur C* 21 *malim* inde est unde 23 manenti intus *C* 24 eos q. a. eum] *om. C, pro quo habet* oportere 27 qui est] *CN;* qui sit *tacite mut. Den* attendat] audiat *C* 28 sq. semper] *CN;* saepe *Den* misericordiam suam qua semper dedit orationibus vestris possumus hanc regulam discutere *C hoc loco evidenter corruptus*

5 *tacendi*] Eccle. 3, 7.
7 *carnalibus*] I Cor. 3, 1.
10 *humiliem*] Forte erat in *C* primum *humilem*, uti saepe alias ap. Augustinum.
12 *nostris*] Mt. 6, 12.
25 *adorare*] Cf. Ioh. 4, 23. 24.
27 *mihi*] Ps. 38, 5.

SCIAM, QUID DESIT MIHI. Videte quid oret: NOTUM MIHI FAC DOMINE FINEM MEUM. Finis est, fratres, ubi tendimus, ubi permansuri sumus. Quod exivimus de domibus nostris, finis nobis fuit ad ecclesiam veniendi: ergo iter nostrum hic finitum est. Hinc iterum unusquisque ad domum suam finem habet redeundi: ibi finit, ubi tendebat. Modo ergo in hac peregrinatione constituti, finem habemus ubi tendimus. Ubi ergo tendimus? Ad patriam nostram. Quae est patria nostra? Ierusalem, mater piorum, mater vivorum. Illic tendimus: finis noster ipse est. Et quia viam nesciebamus, ipse civis civitatis ipsius fecit se viam. Nesciebamus qua ire: amfractus nescio qui, spinosi, lapidosi, omnino graves, erant in via. Descendit huc ipse primus, qui est ibi principalis; descendit quaerens cives civitatis illius. Aberravimus enim, et, cum simus cives Ierusalem, facti sumus cives Babyloniae, facti sumus filii confusionis: Babylonia enim confusio est. Descendit huc quaerens cives suos, et factus est civis noster. Non noveramus civitatem istam, provinciam istam non noveramus: sed, quia nos ad illam non venimus, descendit huc ad cives suos, et fatus est ipse civis, non consentiendo, sed suscipiendo. Descendit huc: quomodo descendit? In forma servi. Ambulavit hic inter nos deus homo: si enim tantummodo homo fuisset, ad deum non perduxisset; si tantummodo deus fuisset, hominibus coniunctus non fuisset. Suscepit nobiscum conditionis aequalitatem, habens cum Patre divinitatem; suscepit nobiscum temporalitatem, habens cum Patre aeternitatem: hic nobiscum aequalis, ibi Patri aequalis. Descendit huc civis noster, et ait: Quid hic facitis, cives Ierusalem? Imago et similitudo dei non est erecta nisi in Ierusalem; statuae dei in hac vita non ponuntur. Laboremus, redeamus. Qua redimus? Ecce substerno me vobis, fio vobis via, ero vobis finis: imitamini me. NOTUM MIHI FAC DOMINE FINEM MEUM. Ipsum credimus, qui est finis noster.

Christus nobis et finis et via.

10. Deus Pater nunc loquitur: Ego dico tibi, o anima quam ego feci, o homo quem ego feci, ego dico tibi, finieras. Quid finieras? Perieras. Misi tibi qui te quaesisset, misi tibi qui tecum ambularet, misi tibi qui ignovisset: inde ambulavit pedibus, ignovit manibus. Inde, quando post resurrectionem ascendit, manus latus et pedes ostendit: manus, unde indulgentiam dedit peccatorum; pedes, quibus pacem an-

10 amfractus] *C;* anfractus *NDen* 10sq. omnino graves *om. C* 13 Ierus. cives *C* 17 factus est] et *interser. C* 21 condicionis *CN* 26 vita] *fort. pro* via? 27 imitamini] *CN;* — emini *Den* 29 pater deus *C* tibi dico *C*

11 *principalis*] oppos. *plebeius:* cf. serm. Denis 17, 9; epist. 139, n. 4: « Ruffinum Cirtensem principalem ».

nuntiavit desertorum; latus, unde cucurrit pretium redemptorum. FINIS ergo LEGIS CHRISTUS AD IUSTITIAM OMNI CREDENTI. NOTUM MIHI FAC DOMINE FINEM MEUM. Iam factus est tibi notus finis tuus. Quomodo tibi notus factus est? Finis tuus pauper fuit, finis tuus humilis fuit, finis tuus alapis caesus est, finis tuus sputis oblitus est, adversus finem tuum falsum testimonium dictum est. POSUI ORI MEO CUSTODIAM, DUM CONSISTIT PECCATOR ADVERSUM ME. Ipse factus est tibi via. QUI DICIT SE IN CHRISTO MANERE, DEBET, QUOMODO ILLE AMBULAVIT, ET IPSE AMBULARE. Est via: modo ambulemus, non timeamus, non aberremus. Foris a via non ambulemus: dictum est enim: CIRCA VIAM SCANDALA POSUERUNT MIHI, ET CIRCA VIAM MUSCIPULAM POSUERUNT MIHI. Et ecce illam misericordiam: ne in muscipulam incidisses, ipsam misericordiam habes viam. NOTUM MIHI FAC DOMINE FINEM MEUM. Ecce habes finem. Christum redemptorem imitamini: IMITATORES MEI ESTOTE, SICUT ET EGO CHRISTI. Paulus quomodo imitatus est Christum? Adtende quid dixit: IN FAME ET SITI, IN FRIGORE ET NUDITATE, et cetera usque: QUIS SCANDALIZATUR, ET EGO NON UROR? FACTUS SUM OMNIA OMNIBUS, UT OMNES LUCRIFACEREM. POSUI ORI MEO CUSTODIAM, DUM CONSISTIT PECCATOR ADVERSUM ME. Quae sunt verba Pauli, fratres? QUIS ME SEPARABIT A CARITATE CHRISTI? Finem adtende. QUIS ME SEPARABIT A CARITATE CHRISTI? TRIBULATIO, AN PRESSURA, AN PERSECUTIO, AN NUDITAS, AN PERICULUM? O amantem, o ferventem, o currentem, o pervenientem virum! Quid patiebatur haec anima? quomodo fervebat, quomodo docebat? QUIS ME SEPARABIT A CARITATE CHRISTI? ANGUSTIA? et cetera usque AN GLADIUS? Quid passus est iste? Et ne aliquis putaret quia inde superbiebat, ait: FRATRES, ARBITROR ME NON APPREHENDISSE.

Pauli exemplo per hanc viam currendum nobis est et perveniendum.

11. Hoc ut quid, NOTUM MIHI FAC DOMINE FINEM MEUM, ET NUMERUM DIERUM MEORUM QUI SIT? Quantum hic habeo vivere? Ut quid tibi scire diem? UT SCIAM QUID DESIT MIHI: quid desit, sed ad aeternitatem. Modo adtende Paulum. Post tantos labores dinumeratos, adhuc ME, ait, NON ARBITROR APPREHENDISSE. Audi dicentem, QUID DESIT MIHI. Nemo ergo dicat: Iam multum ieiunavi, multum laboravi, multum

9 ne aberr. *Den contra codicum fidem* 11 sq. illa misericordia *C* 15 adtende] *CN;* attendite *Den* 18 custodiam ori meo *C* 19 quis me] *C;* quis nos *1° loco NDen* 25 aliqui putarent *C* 27 fac mihi] *heic et infra passim C; neuter cod. in hoc sibi constat*

2 *credenti*] Rom. 10, 4.
8 sq. *ambulare*] I Ioh. 2, 6.
11 *mihi*] Ps. 139, 6, cum redundantia verborum amanuensis oscitantiae imputanda.
15 *Christi*] I Cor. 4, 16; 11, 1.
17 *uror?*] II Cor. 11, 27. 29.
18 *lucrifacerem*] I Cor. 9, 22.
25 *gladius?*] Rom. 8, 35.
26 *apprehendisse*] Phil. 3, 13.

donavi. Iam omnia praecepta dei feci: Heri feci, hodie feci; et adhuc hodie erit, si aliquando fuisti. Heri semper hodie habet: ad crastinum si veneris, hodie habebit; et ad annos decem si veneris, hodie erit. Semper tu hodie dic, QUID DESIT MIHI. Si enim Paulus in tantis laboribus miles caelestis, si enim ille post tantam exercitationem et post tantas revelationes, raptus usque in tertium caelum, et audivit ineffabilia verba, et tamen, ne in revelationibus extolleretur, accepit stimulum carnis qui illum humiliaret, quis est qui dicere valeat, Sufficit? Inde ergo NOTUM FAC MIHI DOMINE FINEM MEUM. Et ecce habes ante te Christum finem: non habes iam quod quaeras; cum iam credidisti, iam agnovisti. Sed non in fide tantum res est, sed in fide et opere: utrumque necessarium est; nam et DAEMONES CREDUNT — audistis apostolum — ET CONTREMISCUNT, non est autem prode illis quia credunt. Parum est fides sola, nisi et opera coniungantur: FIDES QUAE PER DILECTIONEM OPERATUR, ait apostolus. NOTUM FAC MIHI DOMINE FINEM MEUM, ET NUMERUM DIERUM MEORUM QUI SIT. Istud non dicitur, quia, si unusquisque nostrum sciret quando moreretur, decerneret sibi, verbi gratia, ut bene viveret. Inde ipse magister, volens nos solicitos fieri, interrogatur de die et hora, et dicit: DE DIE ILLA ET HORA NEMO SCIT; nolebat enim ut illi scirent. Inde dixit, NEQUE FILIUS; hoc est, non vobis expedit, ut sciatis; eritis enim neglegentes, non soliciti; eo magis bene vivetis, cum solliciti fueritis: non quia nescio diem, nam OMNIA QUAE HABET PATER MEA SUNT. NOTUM MIHI FAC DOMINE FINEM MEUM, ET NUMERUM DIERUM MEORUM QUI SIT. Notum fac mihi istud, ut semper sim sollicitus, quia nescio quando veniet fur, ut noverim quid desit mihi.

Quid desit nobis ad aeternitatem constanter cogitandum.

12. Ibi ergo, fratres, simus cauti, ut noverimus quid desit nobis. Temptatio christianorum, probatio christianorum est: nam qui temptatur, ostenditur illi quid illi desit. Duae res sunt: aut ostenditur illi quid habeat, aut ostenditur illi quid desit. Temptatus est Abraham, non ut ostenderetur illi quid dehabuisset, sed ut ostenderetur nobis quid imitaremur. Temptatus est autem in filio. Quae illa temptatio fuit? Optavit filium in aetate provecta, de quo iam desperabatur; tamen, dum

Quid desit autem, temptatione ostenditur.

[2] fuisti] *CN;* fecisti *scripsit Den* [13] non est a. prode illis] *C;* non autem prodest illis *NDen: cf. Forcellini – De Vit v.* « *prosum* » *b* [16] istud] stuc *C* [19] interrogatus de d. e. hora dicit *corrig. C* [27] ibi est ergo fratres cautus (*om.* simus) *C* [31] dehabuisset] N, de *post. deleto* C; ille habuisset *tacite emendat Den* [32] imitati fuissemus *C* autem] *om. C* [33] iam de quo *C* dum *om. C*

[18] *contremiscunt*] Iac. 2, 19.
[15] *operatur*] Gal. 5, 6.
[20] *Filius*] Mc. 13, 32.
[23] *sunt*] Ioh. 16, 15.

promissionem dei audivit, non haesitavit omnino: credidit, accepit, meruit, suscepit. Natus est, nutritus est, in aetatem perductus est, lactatus est; et dictum est ei, IN SEMINE TUO BENEDICENTUR OMNES GENTES. Noverat ille in quo semine, habemus enim testimonium in evangelio: ABRAHAM CONCUPIVIT DIEM MEUM, ait, VIDERE; ET VIDIT, ET GAVISUS EST. Noverat ergo. Post illa autem omnia quae crediderat, audivit a deo: ABRAHAM, OFFER MIHI FILIUM TUUM SACRIFICIUM. Temptatus est: quare? Non noverat deus fidem ipsius? Sed propter nos haec ostendere dignatus est. Nobis enim dicitur, Offer mihi sacrificium saccelli tui; et dubitamus. Quod sacrificium? DATE ELEMOSYNAM, ET ECCE VOBIS MUNDA SUNT OMNIA; et iterum, MISERICORDIAM VOLO, QUAM SACRIFICIUM. Da aliquid de saccello tuo, dicitur tibi; et ligas: quid si tibi iuberetur de filio tuo? Ecce de saccello tuo sic dubitas: de filio tuo quid fecisses? UT SCIAM QUID DESIT MIHI. Dicturus sum non sine dolore et pudore. Pleraeque feminae forte volunt deo servire, et, si audaces fuerint, dicunt parentibus, Dimitte me, virgo dei volo esse, aut, servus dei volo esse; et audiunt, Nec salva sis, nec salvus sis: vere non facies quod vis: quod ego volo, hoc facies. Quid si diceretur tibi, Occide? Vivis, vita aeterna promittitur tibi, ante te est; et resistis, et dubitas, et oppugnas? Certe christianus es. Quare, domne, quia christianus sum ideo non debeo habere nepotes? Debes habere nepotes? Scis quantum tibi deest, quod heri ieiunasti? Canta quod iste dixit: NOTUM FAC MIHI DOMINE FINEM MEUM, ET NUMERUM DIERUM MEORUM QUI SIT, UT SCIAM QUID DESIT MIHI. Praestet enim deus, et misericordia ipsius, ut cotidie agitemur, aut temptemur, aut probemur, aut exerceamur, aut proficiamus. TRIBULATIO PATIENTIAM OPERATUR, PATIENTIA PROBATIONEM, PROBATIO SPEM; SPES VERO NON CONFUNDIT.

Contra parentes filios servos dei fieri non ferentes.

13. Ergo, fratres mei, optemus cotidie scire qui simus, ne, cum securi sumus, postea veniat dies, et nihil inveniatur de eo quod putabamus, et dicatur nobis: IN INFERNO QUIS CONFITEBITUR TIBI? Ergo, fratres mei, demus operam cotidie proficiendo in deum, non parcendo rebus caducis, quas hic sumus dimissuri. Adtendamus Abrahae fidem,

In deum cotidie proficiendum.

2 in aetatem] *om. C* perductus (*om.* est) *C* 3 lactatus] *CN;* ablactatus *rescribit fidenter Den* 6 ergo] *om. C* autem] *om. C* 6sq. audivit a deo] *om. C* 11 volo] magis *s. l. add. C* 12 sacell. *C const.* dicitur tibi] *om. C* 17 et audiunt] *om. C* 29 et] *om. C* 31 proficiendo] *C;* proficiendi *Den*

4 *gentes*] Gen. 22, 18.
6 *gavisus est*] Ioh. 8, 56.
7 *sacrificium*] Gen. 22, 2.
11 *omnia*] Luc. 11, 41.
11sq. *sacrificium*] Mt. 9, 13; 12, 7.
27 *confundit*] Rom. 5, 3-5.
30 *tibi?*] Ps. 6, 6.

quia et ipse pater noster fuit; imitemur devotionem, imitemur fidem. Si in filiis nostris temptati fuerimus, non timeamus; si in saccello, non terreamur; si infirmitatibus corporis nostri aliquid fuerit ingestum, spem nostram in deum collocemus. Christiani sumus, peregrini sumus: nemo terreatur, patria hic non est. Qui hic vult habere patriam, et istam perdet, et ad illam non veniet. Ut boni filii ad patriam tendamus, ut cursus noster approbetur, et perducatur. Conversi ad dominum. EXPLICIT.

XXI.

Denis, Serm. XXI, col. 92-99 (= *Den*); Migne 46, 908-915: ex cod. Neapolit. fol. 71^{v}-74^{r} (= *N*) primum editus, nunc ope codicis Casin. XVII, p. 350-357 (= *C*) aliquanto melior factus. Habitus est Hippone Diarrhyto in basilica Margarita die 22 septembris, feria quinta. Qua die nullam quidem in monumentis Africanae ecclesiae festivitatem invenio, qua occasio praedicandi Augustino data sit: de ea certe nullum in ipso sermone fit verbum. Fuerit igitur una ex iis orationibus, quas, ubi ubi esset, Hipponiensem nostrum habuisse Possidio auctore discimus, fortasse rogatu episcopi, qui de ampliore basilica aedificanda ac vetere destruenda solicitus partem civium suo consilio infensam metuebat: cf. n. 8. Ut ut sit res, cantatus ante fuerat psalmus XXXII^{us}; de lectione autem apostoli sive evangelii nusquam aperte meminit orator. Inter cetera quae scite et cordate dicuntur, haec animadvertas velim, quae nostris etiam temporibus peropportuna sunt: divitias non esse malas, quia malos divites videmus, sicuti « non ideo malum vinum, quia nescio quis se inebriat » (n. 5).

SERMO HABITUS HIPPONI ZARITO IN BASILICA MARGARITA · X · KAL · OCTOB · V · FERIA · DE RESPONSORIO PSALMI · XXXII · EXULTATE IUSTI IN DOMINO · RECTOS DECET LAUDATIO · UBI SATIS EXHORTATUR UT DEUS ET IN AFFLICTIONE LAUDETUR · EXEMPLUM PROPONENS BEATI IOB ET LAZARI PAUPERIS.

In dei laude gaudere, et laudi dei vivendo congruere, admonet nos quod modo cantavimus: EXULTATE IUSTI IN DOMINO, RECTOS DECET LAUDATIO. Si enim rectos decet, pravos non decet. Qui autem recti, ipsi etiam iusti sunt, quibus dicitur ut exultent in domino: ipsos enim decet

[5] patria haec *C* [7] dominum] dm *C*, *et add.* qui vivit. [9] ypponi *C* [9-13] *inscriptionem integram unus servavit C* [13] eleazari *C*

[9] De sermonibus ab Augustino Hippone Diarrhyto habitis, perinde ac de tribus basilicis Margarita, Florentia, et sancti martyris Quadrati ea in urbe extantibus certiores nos nunc primum facit codex Casin. XVII. Ex his angusta prae ceteris videtur fuisse Margarita, idcirco de ea destruenda aliaque aedificanda iam agebatur; quod nonnulli, ut solet, nonnisi aegre ferebant: vide infra, n. 8.

[15 sq.] *laudatio*] Ps. 23, 1.

laudatio. Qui autem pravi, nisi peccatores et iniqui? qui in domino exultare non possunt, quoniam non eos decet laudatio. Merito dicitur in alio psalmo: PECCATORI AUTEM DICIT DEUS: UT QUID TU ENARRAS IUSTITIAS MEAS, ET ADSUMIS TESTAMENTUM MEUM PER OS TUUM? Quoniam rectos decet laudatio, et utique iustificationes domini et testamentum domini ibi est, ubi laus domini, merito et alibi dicitur: NON EST SPECIOSA LAUS IN ORE PECCATORIS. Ubi enim non decet, speciosa non est; et ubi speciosa est, ibi decet.

2. Qui sint tamen recti viri proprie, ut quisque agnoscat utrum in ore suo speciosa sit laus dei, quaerentes scripturas invenimus hoc modo. Psalmus quidam dicit: QUAM BONUS DEUS ISRAHEL RECTIS CORDE! Et sequitur: MEI AUTEM PAENE COMMOTI SUNT PEDES, QUIA ZELAVI IN PECCATORIBUS, PACEM PECCATORUM INTUENS. Confitetur iste, non quidem aversionem et casum suum, sed tamen periculum: non enim se cecidisse dicit, sed pedes suos nutasse ut caderet. Hoc enim ait: QUAM BONUS DEUS ISRAHEL RECTIS CORDE! MEI AUTEM PAENE COMMOTI SUNT PEDES. Cum se per hoc, quod est AUTEM, discernit a rectis corde, confitetur se aliquando non fuisse rectum corde, et ideo paene commotos pedes suos. BONUS ergo, inquit, DEUS ISRAHEL RECTIS CORDE; mihi autem aliquando bonus non est visus, quia non eram rectus corde. Non est autem ausus dicere, Non est mihi deus visus bonus; sed tamen hoc dixit. Cum enim ait, BONUS DEUS ISRAEL RECTIS CORDE; MEI AUTEM PAENE COMMOTI SUNT PEDES, ostendit quia propterea moti sunt pedes, quia non ei videbatur bonus. Unde autem non ei visus est bonus deus? PAULO MINUS EFFUSI SUNT GRESSUS MEI. Paulo minus, quid est? Paene effusi sunt. Unde? QUIA ZELAVI IN PECCATORIBUS, PACEM PECCATORUM INTUENS. Adtendi, inquit, peccatores non colentes deum, blasphemantes deum, irritantes deum: vidi quod abundent pacem, abundent felicitatem; et visum est mihi quod non recte iudicet deus, blasphematoribus suis donans felicitatem. Hoc ergo cum intueretur, id est, felicitatem malorum, dixit nutasse pedes suos, ut non ei videretur bonus deus. Sed, quia postea cognovit, sicut in ipso psalmo dicit, SUSCEPI UT COGNOSCEREM, et addidit, HOC LABOR EST ANTE ME: quare sint iniqui

Recti viri proprie, qui deum in omnibus laudant.

3 dicit] *C, ut saepius hic Aug;* dixit *NDen* 3 sq. iustitias] *fort. pro* iustificationes, *uti iterum Aug.? cf. paullo post, l. 5.* 9 proprie recti viri *C* 17 se per hoc quod est autem] *optime C;* autem se per hoc quod est aversus *NDen;* 20 non est visus bonus *C* 28 sq. pacem a. felicitatem] *C: cf. Thes. l. lat. I. 235, 32; ablativo NDen* 30 id est] *om. C*

4 *tuum?*] Ps. 49, 16. ubi *iustitias* errore fortasse amanuensis pro *iustificationes* positum esse, in apparatu critico iam suggessi.

7 *peccatoris*] Eccli. 15, 9.

13 *intuens*] Ps. 72, 1-3.

felices, HOC LABOR EST ANTE ME, ait, DONEC INTROEAM IN SANCTUARIUM DEI, ET INTELLEGAM IN NOVISSIMA EORUM: quia, quibus modo iniquis ad tempus datur felicitas, servatur in novissimo poena sempiterna; hoc cum cognovisset, factus est rectus corde, et coepit laudare deum in omnibus, et in laboribus piorum, et in ipsis felicitatibus impiorum, adtendens deum iustum esse retributorem in novissimis, nunc vero dare quibusdam temporalem felicitatem, quibus servat in extremo sempiternam infelicitatem, et quosdam pios exercere in praesenti infelicitate, quibus rursus servat aeternam felicitatem; et oportere ut mutentur vices, tamquam divitis illius qui epulabatur cotidie splendide, et pauperis illius ulcerosi iacentis ad ianuam divitis, et de micis quae cadebant de mensa divitis saturari concupiscentis. Cum autem mortui essent ambo, ille in poena in inferno esse coepit, ille in sinu Abrahae requievit; et cum indignum videretur diviti, et vellet sibi de modico digito Lazari stillari guttam aquae, vicissim de digito ipsius desiderans guttam, de cuius mensa ille desideravit micam, audivit ab Abraham sententiam recti dei: FILI, inquit, MEMENTO, QUIA PERCEPISTI BONA IN VITA TUA, LAZARUS AUTEM MALA; NUNC VERO HIC REQUIESCIT, TU AUTEM TORQUERIS. In haec novissima intendit aspectum intrans in sanctuarium dei ille, cui non videbatur bonus deus, quia zelavit in peccatoribus pacem peccatorum intuens; et agnoscens iudicium dei verum et iustum, quod quidem modo agitur, sed occulte, futurum in fine in manifestatione, et tanquam correcto corde ex pravitate propria, admota velut regula iustitiae dei, qua cor tortum corrigeretur, erupit in hanc vocem et ait: QUAM BONUS DEUS ISRAHEL RECTIS CORDE! Modo intellego bonum, quia factus sum rectus corde; antea vero non mihi videbatur bonus, quia nutabant pedes mei: ZELAVI enim IN PECCATORIBUS, PACEM PECCATORUM INTUENS.

Iustitia dei velut regula, qua cor tortum corrigitur.

3. Si ergo iam tibi videtur bonus deus, et quando malis dat felicitatem, unde solebas murmurare adversus deum, factus es rectus corde, decet te laudatio: RECTOS enim DECET LAUDATIO; si autem sis pravus, non te decet laudatio. Quare non te decet? Non erit perseverans laus, qua laudas deum: laudas enim deum, quanto tibi bene est: blasphemas deum, quando tibi male est. Etenim tunc tibi placet, quando dat felicitatem; displicet autem, quando castigat: non es rectus corde, non poteris dicere canticum illud alterius psalmi: BENEDICAM DOMINUM IN

16 ab] *om. C* 17 percepisti] *C;* recepisti *NDen Vulg* 21 cognoscens *C*

2 *eorum*] Ps. 72, 16. 17.
10 *splendide*] Cf. Luc. 16, 19 sqq.
18 sq. *torqueris*] Ibid. 25.

OMNI TEMPORE, SEMPER LAUS EIUS IN ORE MEO. Quomodo enim SEMPER, si tunc quando tibi bene est laudas, non et quando tibi male est? Quia et ipsum quod dicitur male tibi esse, bene est, si castigatorem patrem esse intellegas. Puer insensatus amat plerumque magistrum blandientem, odit caedentem; puer vero intellegens intellegit magistrum bonum, et blandientem, et caedentem; blanditur enim ne puer deficiat, caedit ne pereat. Tale itaque cor cum quisque habuerit, id est rectum, ut non ei displiceat deus, et quando facit quod forte illi ad tempus adversari videatur, securus laudet deum; quia semper laudabit, et vere illum decet laudatio, et vere fideliter cantat: BENEDICAM DOMINUM IN OMNI TEMPORE, SEMPER LAUS EIUS IN ORE MEO. FLAGELLAT AUTEM OMNEM FILIUM QUEM RECIPIT. Quid ergo eligis: flagellari, et recipi, an non tangi, et non recipi? Vide qualis sis filius: si hereditatem paternam appetis, flagellum ne recuses; si flagellum respuis, nega hereditatem. Quo enim te erudit, nisi ut det haereditatem? Heres patris tui ut esses, non te increpavit, non obiurgavit, non castigavit, non verberavit? Ut quid hoc? Ut ei succederes in domum quandoque ruituram, et fundum quandoque transiturum, et aurum non diutius in hoc saeculo mansurum quam tu ipse, qui aurum possides: etenim aut vivens amissurus es quod habes, aut moriens relicturus. Propter istam tamen temporalem hereditatem pertulisti flagella patris tui; et murmuras ad deum erudientem, ut det tibi regnum caelorum?

Et quando tibi bene est, et quando tibi male est, laudare deum, id demum semper laudare est.

4. Cum ergo talis es, ut placeat tibi deus, et castigans placeat tibi — aut enim est in te aliquid quod flagello corrigatur, aut ipsa rectitudo tua in flagello probatur — cum ergo talis es, lauda; securus enim laudas. Quare securus laudas? quia decenter laudas, quia perseveranter laudas. Non enim timeo, ne modo laudes, post paululum blasphemes: non timeo, ne sanus laudes, et aegrotus blasphemes: non timeo, ne de sani ore procedat laus dei, de aegroti lingua quaeratur mathematicus aut sortilogus, quaeratur praecantator et remediorum diabolicorum alligator; non timeo, quia iam intellexisti bonum deum esse et cum castigat; et scis, quia ille qui percutit filium, novit et quando parcat. Decebit et laudare, quia semper perseveranter laudabis, et erit semper laus dei in ore tuo. Accipis libenter blandientem patrem, accipis

7 quisque] *CN;* quisquam *Den* 9 videbatur *C* 13 filius sis *C* 14 ne] *CN;* non *Den* 23 tibi placeat *C*

1 *meo*] Ps. 33, 2.
12 *recipit*] Hebr. 12, 6.
29 sq. *mathematicus aut sortilogus*] Cf. serm. Mai 25, 3: « in mathematicos, in sortilogos », et Tract. 7 in Ioh., n. 7.

libenter et flagellantem patrem: non ad illum curris cum blanditur, et fugis ab eo cum flagellat. Si enim hoc feceris, eris tanquam puer, qui, cum fugeret a flagellante patre, incurrit in blandientem mangonem, et putavit eum bonum, patrem vero suum malum, et praetulit dolos blandimentorum veritati flagellorum; praeferendo autem amisit hereditatem, incurrit in condicionem. Muta tu consilium, et fac cor tuum rectum: non enim mutatus est deus, quia flagellat te, sed tu mutabilis es; agit ille aliquid per commutationem, ut tu in melius commutatus percipias hereditatem. Nam si relinquat te, et neglegat te, quando tibi videtur bonus, tunc multum irascitur. Intendat caritas vestra, quid dicat in alio psalmo scriptura dei; IRRITAVIT DOMINUM PECCATOR, ait. Quare irritavit? Videte ubi exclamaverit de irritato deo. Utique ad iracundiam maiorem irritavit dominum peccator: PRAE MAGNITUDINE, inquit, IRAE SUAE NON EXQUIRET.

Flagellans pater, et blandiens mango.

Tunc praecipue irritatur deus, quando poenas non exquirit.

5. Contra Iob sanctus, benedicens dominum in omni tempore, in cuius ore semper erat laus eius, cum esset dives, benedixit dominum in divitiis suis, faciens de illis omnia opera bona quae in libro eius enumerantur: frangens panem esurienti, vestiens nudum, suscipiens peregrinum, et cetera, quae sola divites de divitiis suis percipiunt, quae divites sola lucrantur. Neque enim lucrantur, aut praesumunt de lucris, quae filiis suis relinquunt: nesciunt enim, quis post eorum mortem sit posessurus labores ipsorum. Et hanc vanitatem scriptura dixit: VERUMTAMEN UNIVERSA VANITAS OMNIS HOMO VIVENS; THESAURIZAT, ET NESCIT CUI CONGREGET EA. Ergo lucrum totum, quod fit de divitiis, thesaurus est regni caelorum; unde dominus dedit consilium, non ut perdas, sed ut mutes locum auro tuo. Non enim ait tibi, Cum dederis, perdes; sed, Male habes in terra, in caelo ego tibi servabo. Quid times ne perdas? in caelo ponis, custode Christo. Si locus te sollicitat, caelum erit; si custos, Christus erit. Quid times ne perdas? Ergo cum haec de talibus faceret Iob, utique operabatur, et in ipsis operibus eius deus laudabatur, et benedicebat dominum in his quae acceperat. Non enim vere, fratres, divitiae accusantur. Putatis, quando videtis divites malos, divitias esse malas? Divitiae non sunt malae, sed illi; divitiae autem dona dei sunt. Da illas iusto, et vide quae bona inde faciat. Numquid ideo

Sancti Hiob exemplo aurum in caelo recondendum.

[2] si e. h. feceris] *excidit in C* [6] condicionem] *C;* conditionem *NDen* [26] perdis *C* [27] habes] *C;* habens *NDen*

[3] sq. *mangonem*] De deo patre et diabolo mangone disserit etiam Aug. in sermone Denis 7, 3.

[6] *condicionem*] per *c;* eo fere modo gallice dicitur « se mettre en condition », i. e. domini servitio se subdere.

[14] *exquiret*] Ps. 10 sec. hebr., 4.

[24] *ea*] Ps. 38, 6. 7.

malum vinum, quia nescio quis se inebriat? Da sobrio bene utenti, et vide munus dei. Sic da aurum homini avaro: ut amplius faciat hoc quod habet, quaerit committere omnia facinora. Da aurum homini iusto, et vide, quemadmodum distribuat, quemadmodum inpertiat, quemadmodum quibus potuerit necessitatibus hominum subveniat. Non ergo divitiae, sed utens male divitiis ipse est malus. Cum ergo bene uteretur Iob, sicut bene usus est Abraham... Certe enim, fratres, ille mendicus ulcerosus iacens ante ianuam divitis ita egens erat, ut canes lingerent ulcera eius: sic certe legimus, sic scriptum est; et tamen quo ablatus est? in sinum Abrahae. Recense scripturas, vide si pauper hic fuit Abraham: invenies illum habuisse hic multum auri, multum argenti, multum pecorum, multum mancipiorum et praediorum. Ergo pauper levatur in sinum divitis. Si meritum illi paupertas faceret, non eum ad requiem Abraham ipse praecederet, et eum succedentem susciperet; sed quia hoc in paupere Lazaro erat, quod erat in divite Abraham, id est humilitas, pietas, dei cultus, dei observantia, nec illi obfuerunt divitiae, nec huic paupertas, sed illius meritum pietas fuit. Inde in illo divite, qui male mutavit vices, non reprehenduntur divitiae ipsius, sed animus ipsius: INDUEBATUR enim PURPURA ET BYSSO, ET EPULABATUR COTIDIE SPLENDIDE, et patiebatur ulcerosum mendicum iacere ante ianuam suam, et eum superbe contemnens non satiabat eius inopiam. Quid putatis dixisse divitem fastidientem mendicum? Quid hic iacet iste? Sed merito illa lingua, quae contempsit pauperem, guttam de digito eius desiderabat.

Non malae divitiae, sed utens male divitiis malus est.

Pauper Lazarus in sinum divitis Abrahae levatus.

6. Cum ergo Iob sanctus, ut dixi, haberet multas divitias, laudavit deum, temptatus ut probaretur, probatus ut ostenderetur: latebat enim non solum homines, sed et ipsum diabolum latebat, qui diligentius inspicit quam quisquam hominum. Latebat ergo eum quis esset Iob, sed dominum non latebat. Permisit temptatorem probator; probator autem non sibi, sed nobis, ut nobis manifestaret quid imitari debeamus. Non enim ipsi diabolo voluit ostendere Iob, sed per diabolum nobis, ut diabolo victo nos haberemus quod imitaremur. Ergo amissis omnibus, non paulatim, sed repente, ait: DOMINUS DEDIT, ET DOMINUS ABSTULIT: SICUT DOMINO PLACUIT, ITA FACTUM EST: SIT NOMEN DOMINI BENE-

Quare Hiob temptatus.

4 et] *om. C* inpertiat] *C;* impertiatur *NDen* 6 sq. cum e. b. u. Iob] *C, suspensa deinde sententia: cf. p. 128, l. 29 sq. et p. 129, l. 25;* Iob ergo bene usus est divitiis *NDen* 9 ulcera] vulnera *C* 27 hominem *C* 33 dedit, et] *C, uti et NDen infra pag. 130, l. 6: cf. Mai, serm. 15, 2*

10 *in sinum Abrahae*] Luc. 16, 22: de quo simillima profert Aug. serm. Guelferb. 30, 5.

DICTUM. Sicut domino placuit, ita factum est; non potest pravum esse, quod recto placuit; non potest malum esse, quod bono placuit: BONUS enim DEUS ISRAHEL RECTIS CORDE. Rectus corde erat Iob, ideo decebat eum laudatio. DOMINUS DEDIT, DOMINUS ABSTULIT; SICUT DOMINO PLACUIT, ITA FACTUM EST. Confessus est laudans: SIT NOMEN DOMINI BENEDICTUM. DOMINUS DEDIT, ET DOMINUS ABSTULIT. Erat copia, nunc est inopia: apud me res nunc mutatae sunt, ille non est mutatus: ego aliquando dives, aliquando pauper; ille semper dives, semper rectus, semper pater. SIT NOMEN DOMINI BENEDICTUM; non enim benedictum erat nomen domini in copia mea, et maledictum erit in inopia mea: absit hoc a me. Hoc dicebat Iob divitiis interioribus ditatus. Totam domum amiserat, sed pectus plenum erat; amiserat domum, aurum, impleverat pectus: deus, pro his omnibus quae dederat, ipse aderat. DOMINUS DEDIT, DOMINUS ABSTULIT. Videte quemadmodum intellegat supereminentissimam potestatem. Ne forte deum velis colere, o christiane, propter regnum caelorum, et diabolum timeas propter bona terrena: omnino penes illum est tota potestas et summa. Diabolus nocere tantum voluit; nisi permissus non potuit. Apud illum ergo potestas est. Ceterum, si tantum liceret diabolo quantum vult, quis christianorum remaneret? quis dei cultor in terra relinqueretur? Non videtis templa eius cadere, simulacra confringi, sacerdotes eius ad deum converti? Non putatis hinc dolere et torqueri diabolum? Si ergo pro dolore suo et potestas ei esset, quae ecclesia in terra remaneret? Proinde cum Iob sanctus per diaboli insidias omnia perdidisset, non dat ei aliquam potestatem. Cum laudat deum, non ait, DOMINUS DEDIT, diabolus abstulit; sed ait, DOMINUS DEDIT, DOMINUS ABSTULIT. Nihil sibi arroget diabolus: et quod dives eram, dei erat, et quod pauper sum, dei est. Et si permissus est ut temptaret, non est permissus ut suffocaret: suffocaret autem, non gulam tenens et confringens, sed spiritum intercludens. Si forte ille tribulationis passus angustias unum verbum blasphemum ex ore emitteret, tunc exhalaret extremum suffocatus, excluso a se spiritu vitae. Hoc nec in illa repentina paupertate fecit, nec in illo ultimo vulnere.

Ne colat christianus deum propter regnum caelorum et diabolum timeat propter bona terrena.

Nihil agere potest diabolus nisi permissus.

7. Nam, cum parum fuisset diabolo abstulisse omnia quaecumque ille possidebat, abstulit et filios, quibus ille possidebat, sola relicta

7 nunc res *C* 11 ditatus] *om. C* 11sq. totum domus *C* 18 nisi] *CN;* non *Den* 22 et] *om. C* 23 qua eccl. *C* 25 ei dat *C* 31 emittere *C, et add.* adversus deum 34 quaecumque] *CN;* quae *Den* 35 quibus] ille *om. C*

1 *benedictum*] Hiob 1, 21.

15 *supereminentissimam*] Vide dicta ad serm. Denis 19, p. 98, l. 4sq.

uxore; solam enim illam non abstulit, et hoc utique sciens quid faceret. Noverat Adam per Evam deceptum: servabat ergo suam potius adiutricem, quam mariti consolatricem. Cum ergo abstulisset illa omnia, et reliquisset unam per quam rursus temptaret, parum ei fuit: petit etiam auferre sanitatem corporis. Et ipsam permissus est auferre, ut et in illo vulnere positus Iob laudaret deum rectus corde, in nullo varians, quem decebat laudatio. Accessit ad eum illa ad hoc relicta, et persuasit, immo suasit blasphemiam. Ait enim: Quanta mala patimur! DIC ALIQUID IN DEUM, ET MORERE. Primo Eva a diabolo quasi ad vitam invitata seducta est, et invenit mortem; etenim diabolus ait: NON MORTE MORIERIS. Et putans se habituram vitam, mortem invenit, quia contra praeceptum dei fecit, et contra praeceptum dei viro persuasit. Modo contra: DIC ALIQUID IN DEUM, ET MORERE. Sufficiat Eva quia persuasit facere contra praeceptum dei. Illa adhuc Eva, ille iam non Adam; illa a diabolo impleta, ille exemplo correctus. Melior Iob in stercore, quam Adam in paradiso. Ut noveritis quantum sit rectum cor habere, Iob quomodo prostravit diabolum in illa inopia, in illo vulnere? Respondit enim mulieri, et ait: TANQUAM UNA EX INSIPIENTIBUS MULIERIBUS LOCUTA ES. SI BONA PERCEPIMUS DE MANU DOMINI, MALA NON SUSTINEBIMUS? Benedixit dominum in omni tempore, semper laus eius in ore illius; rectus enim erat corde, propterea illum decebat laudatio. Si ergo vultis ut et vos deceat laudatio, estote recti corde; si vultis autem esse recti corde, non vobis displiceat in aliquo deus. Aut enim vides causam, quare faciat quod facit, et causam intuens non reprehendis; aut, si te causa latet, scito quia ille facit, qui in nullo poterit displicere.

Cur uxorem solam sancto Hiob non abstulit.

Melior Hiob in stercore, quam Adam in paradiso.

8. Deicit nescio quis domum suam, reprehenditur; si causam noveris, fors non reprehendis hominem facientem. Utique in hac modo basilica sumus, et angusta est, et habet aliquid parvum, et placuit domino alteram fieri, et destruenda erit haec. Quicumque forte viderit deicientes, cum coeperit deici, dicit: Hic non oratum est? hic nomen dei non invocatum est? quid patiuntur isti ut deiciant? Displicet opus, quia latet consilium. Sic ergo et deus aliquid facit: quare faciat, aut

Basilica Margarita, utpote angusta, destruenda.

3 sq. omnia illa *C* 9 sq. quasi *et* invitata *om. C* 13 eva] *C;* evae *NDen* 17 habere *om. C* 20 sustinemus *C* 22 si e. v. ut et v. deceat laudatio] *CN; praetermisit Den* 28 forte n. reprehendis *C, et add.* et 31 dicit] *CN;* dicet *Den*

2 sq. *suam potius adiutricem*] Serm. inter Maianos 15, 3: « patitur (Iob) coniugem temptatricem, relictam sibi diaboli adiutricem ».

9 *morere*] Hiob 2, 9.

11 *morieris*] Gen. 3, 4.

14 sq. *ille iam non Adam*] In eodem serm. Mai 15, 3: « Illa ipsa erat Eva, sed ille non ipse Adam ».

20 *sustinebimus?*] Hiob 2, 10.

scis, et laudas; aut nescis et credis, si rectus es corde. Ipse est enim rectus corde, qui et in ipsis causis quas novit laudat deum, et in his quas nescit non dat insipientiam deo. Iniuste et stulte reprehenderis, homo gubernator domus tuae, ab ignaro causarum et ignaro consiliorum tuorum; et tu audes gubernatorem totius mundi, et creatorem caeli et terrae reprehendere, quia flavit ventus, et aruerunt vites, aut surrexit nubes, et fudit grandinem? Noli reprehendere: novit ille omnia opera sua et gubernare et numerare. Tu certe non potuisti fabricare caelum et terram; et tamen, si tibi liceret, diceres deo: O si ego gubernarem, non facerem quod facis. Quando enim tibi displicet nescio quid factum a deo, nonne velles te esse gubernatorem? Erubesce. Cui velis succedere, vide: moriturus immortali, homo deo; melius est te illi cedere, quam quaerere succedere. Cede deo, quia deus est; etsi forte contra voluntatem tuam fecit, non est forte contra utilitatem tuam. Quanta faciunt medici contra aegrotorum voluntatem, et tamen non faciunt contra sanitatem. Et errat medicus aliquando, deus nunquam. Si ergo committis te medico aliquando erranti, committis te humano consilio, non ut adhibeat cataplasma, quod leve est, aut emplastrum, unde tibi dolorem non faciat, sed plerumque ut urat, ut secet, ut auferat membrum tibi et tecum natum; committis te illi, non dicis, Hic forte errat, et ego minum habebo unum digitum; permittis ut tollat unum digitum, ne forte inde totum corpus putrescat: et non permittis deum secare, ut tollat aliquid de fructibus tuis, si forte in ipsa moderatione habeas disciplinam?

Stultitia eorum, qui mundi gubernatorem reprehendunt.

9. Ergo, fratres, estote recti corde, id est, ut in nullo vobis deus displiceat. Non dico ut eum non rogetis: rogate, quantum potestis, in afflictione. Suspendit imbrem, rogandus est; sed et si pluerit laudandus, sed et si non pluerit laudandus, tamen rogandus. Non enim dicimus ut non rogetis: aliquando enim flectitur, et concedit rogantibus, et non vult concedere nisi rogantibus. Arrogans est deus, ut non concedat nisi roganti? Sed tunc anima parvula ad magnitudinem dei proficiet, si ei in tribulatione subveniat, ut nobis rogantibus et tribulatis det consolationem. Dulcescere nobis vult bono nostro, non suo. Videte enim quid mali est, ut tibi dulcis factus sit mundus, et amarus

Aliquando non vult concedère deus nisi rogantibus.

[2] ipsis] his *C* [9sq.] gubernarem] et *add. C* [19] sed *om. C* [21] minum] *C adiective ut in serm. Frangip. 2, 4 med.;* minus *NDen: cf. Forcellini–De Vit ad v.* mina *§ 5* [30] nisi rogantibus] *CN;* non rog. *Den* [33] consolationem *om. C*

[15] *Quanta faciunt medici* etc.] Serm. de s. Quadrato nuper ex cod. Ambros. edito (Morin 15, 8): « Quanta aegroti contraria a medicis petunt, et quanta misericordia medici negant !... Hoc novit medicus, et nescit deus ? »

sit deus, qui fecit mundum. Nonne mutandus es? nonne corrigendus es, ut habeas rectum cor? Immo sit amarus mundus, et dulcis sit deus. Misceat itaque dominus deus noster amaritudines mundo huic, misceat plane. Hic fluere, circumfluere, abundare deliciis, oblivisci deum delectat: si habet aliquid amplius pecuniae, nugari inde vult, non vult inde aliquid utile facere, aliquid caeleste comparare: perdere vult et pecuniam et se, et ceteros in quos impendit pecuniam. Non vultis ergo, ut resecet deus superflua, ne de putredine totum putrescat? Novit ergo quid agat; dimittamus illum, tantum nos curandos demus, non medico consilium praebeamus. Conversi ad dominum.

Sit amarus mundus, et dulcis sit deus.

XXII.

Denis, Serm. XXII, col. 99-101 (= *Dn*); Migne 46, 915-917; ex cod. Neapolit. fol. 74-74^{v} (= *N*) evulgatus, cui nunc accedit cod. Casin. XVII, p. 339-341 (= *C*). Et in *C* quidem suo loco occurrit inter reliquas orationes de natali martyris Cypriani, in *N* autem praepostero ordine positus est. Qui licet brevior minorirque momenti ac multi alii huius collectionis, hoc tamen praestat, quod eius Possidius in Indiculo c. 8. ita diserte meminit: « De responsorio psalmi quinquagesimi primi, *Speravi in misericordia dei* ». In quo pariter Indiculo praecedit mentio, cum sermonis apud Denisium XI, qui in eadem basilica eodemque die teste codice Casinensi habitus est, tum alius olim iam deperditi « De caritate inquieta », de quo ipse Augustinus infra l. 15. Hic ergo ordinem quemdam seriemque habemus contionum, quas s. Doctor Carthagine in Mappalibus ob festum s. Cypriani ad populum habuit.

SERMO HABITUS IN BASILICA BEATI MARTYRIS CYPRIANI IN MAPPALIBUS DIE NATALIS EIUS AD COLLECTAM · DE RESPONSORIO PSALMI QUINQUAGESIMI PRIMI: SPERAVI IN MISERICORDIA DEI IN AETERNUM ET IN SAECULUM SAECULI.

Primo respondeam fratri et collegae meo. Ego mane inquietam dixi debere esse caritatem, non pigram; sed, quia hoc voluit, nos obaudiamus, et illi, et deo per illum, et vobis, et det in vobis oboedientiam.

Mane disseruerat Augustinus de caritate inquieta.

4 fluere] *optime C;* fruere *NDen, mendum, ut putat, pro* frui deliciis] laetitiis *C* 4 sq. delectat *om. C* 5-7 si habet *usque* impendit pecuniam] *totam periodum Denisius intrusam esse, nescio qua de causa, suspicatur* 8 totum] totus *C* 11-14 *inscriptio integra in C tantum servata est*

12 *ad collectam*] seu synaxim, et quidem vespertinam, uti ex ipso constat exordio.

15 sq. *inquietam d. d. e. caritatem*] Sermo Augustini *de caritate inquieta*, a Possidio in Indiculo cap. 8 notatus, iamdudum evanuit.

Cantavimus: SPERAVI IN MISERICORDIA DEI. De spe nostra pauca dicamus. Et verba quidem sermonis nostri competentem tempori finem habebunt: spes autem ipsa, de qua sermo est, perdurare debet, et non cum sermone nostro cessare. Nos loquamur, et desinamus; illa semper clamat ad deum. Sed et ipsa spes — durum erit fortasse quod dico, sed non offendet si ostendero quare dico, et credo quia non offendet — sed et ipsa spes non erit sempiterna. Cum enim res venerit, spes non erit; tamdiu quippe dicitur spes, quamdiu nondum tenetur res, dicente apostolo: SPES AUTEM QUAE VIDETUR NON EST SPES: QUOD ENIM VIDET QUIS, QUID SPERAT? SI AUTEM QUOD NON VIDEMUS SPERAMUS, PER PATIENTIAM EXPECTAMUS. Si ergo spes quae videtur non est spes, quia QUOD VIDET QUIS, QUID SPERAT? et ideo vocatur spes, quia quod non videmus speramus; cum venerit quod videamus, spes non erit, quia res erit Nec tunc maledictum erit, esse sine spe; modo vero cuicumque, sine spe esse, maledictum est et opprobrium. Et vae illi, qui sine spe modo est: male est enim sine spe esse, quia nondum est cum re; tunc esse desinat spes, quando tenebitur res.

2. Res autem ipsa quae est, quae tenebitur? Quid est, quod succedet spei? Videmus enim modo homines multa terrena sperare, et secundum saeculum ipsa vita nullius hominis est sine spe; et, donec moriatur, quisque non est sine spe; spes in pueris, ut crescant, ut eruditantur, ut aliquid noverint; spes in adulescentibus, ut uxores ducant, ut filios generent; spes in parentibus filiorum, ut nutriant, ut erudiant, ut grandes videant, quibus parvulis blandiebantur; ut ipsam vitam spei humanae potissimum nominem, quae quasi naturalior, et excusabilior, et tritior est. Sunt enim multae spes vulgares, multum reprehensibiles; sed hanc teneamus, quae civilis et naturalis est. Ad hoc enim quisque nascitur, ut crescat, ut coniugetur, ut filios procreet, ut erudiat, etiam ut pater dicatur filiorum. Quid amplius quaerit? Et nondum est finita spes: optat coniungere filiis suis uxores, et adhuc sperat. Et cum et hoc adeptus fuerit, optat nepotes; et cum hos habuerit, iam ecce tertia successio est, et piger est senex dare locum pueris: adhuc quaerit sibi

Nullius hominis vita sine spe.

6 offendas *C* 10 quod et sperat? *C* 14 vero] enim *C* cuicumque] dicitur *add. C* 15 esse *om. C* 16 esse *1° loco om. C* 17 tenetur *C* 19 sperare multa terrena *C* 21 sine spe non est *C* 24sq. ut ipsam spem vitae humanae potissimam *legi oportere conic. Den* 26 tritior] *cum Denisio haud cunctanter emendo;* tristior *ambo codd.* 29 ut *om. C*

1 *dei*] Ps. 51, 10: quem psalmum in vigiliis apostolorum ad missam hucusque decantari notum est.

11 *expectamus*] Rom. 8, 24. 25.

quid optet, quaerit quid speret, et benivolus videtur. Utinam, inquit, vocet me puer ille avum, et audiam hoc de ore ipsius, et moriar! Crescit puer, vocat avum, et ille nondum se cognoscit avum: utique enim, si avus est, si senex est, quare non agnoscit migrare iam debere, ut succedant qui nati sunt? Et cum audierit a voce parvuli honoris nomen, vult illum ipse erudire. Numquid deest ut speret et pronepotem? Sic moritur, et sperat; et sperat aliud atque aliud, cum illud quod sperabat acceperit. Sed accipiendo quod sperabat, non satiatur, inhiat in aliis. Quare venerat quod sperabas? Certe iam ut finias, quo pergis: non finis extenditur. Et quantos fallit haec spes, spes trita! Primo non satiat cum venerit, et quantis non venit! Quanti speraverunt uxores, et ducere non potuerunt! Quanti speraverunt cum quibus eis bene esset, et duxerunt a quibus cruciarentur! Quam multi optaverunt filios, et suscipere nequiverunt! Quam multi de susceptis malis gemuerunt! Sic omnia. Speravit aliquis divitias: aut non adeptis cruciatus est cupiditate, aut adeptis tortus timore. Et nemo est, qui sperare desinat, nullus satiatur: tam multi falluntur, et ab spe saeculi non quiescunt.

Quantos fallit haec spes.

3. Sit aliquando et spes nostra non fallax, sed satians, et aliquid tam bonum, ut amplius esse non possit. Quae est ergo res quam speramus, quae cum venerit cessabit spes, quia succedet res? quid est illud? Terra est? Non. Aliquid quod in terra nascitur, sicut aurum, argentum, arbor, seges, aqua? Nihil horum. Aliquid quod in aere volitet? Abhorret anima. Numquid forte caelum est, tam speciosum, ornatumque luminibus? Quid enim in his rebus visibilibus delectabilius, quid pulchrius? Neque hoc est. Et quid est? Delectant ista, pulchra sunt ista, bona sunt ista: quaere qui fecit, ipse est spes tua. Ipse est modo spes tua, ipse erit postea res tua; spes est credentis, res erit videntis. Dic ei: SPES MEA ES TU. Bene enim modo dicis, SPES MEA ES TU: credis enim, nondum vides; promittitur tibi, nondum tenes. Quamdiu es in corpore, peregrinaris a domino; in via es, nondum in patria. Ipse rector et conditor patriae via factus est, ut te perducat; dic ergo illi modo, SPES MEA ES TU. Quid postea? PORTIO MEA IN TERRA VIVENTIUM. Quae modo spes tua est, postea erit portio tua. Sit spes tua in terra morientium, et erit portio tua in terra viventium. Conversi ad dominum.

Deus modo spes tua, ipse erit postea res tua.

1 benivolus] *CN* 8 satiabitur *C* 15 aliquis *om. C* aut 1° *loco om. Den*

32 *viventium*] Ps. 141, 6.

XXIII.

Denis, Serm. XXIII, col. 101-104 (= *Den*); Migne 46, 917-920: ex cod. Neapolit. fol. 74^{v}-75^{v} (= *N*) cum Casin. XVII, p. 330-333 (= *C*) nunc collato. Brevis haec oratio Uticae habita persimilis est ei, quam ex codice Guelferbytano XXXI^{o} loco evulgavi: in utraque de vers. 1-5 psalmi CXLV potissimum agitur, cui explanando cum ex alio ps. 83, 5, tum ex Tullii oratione pro Marcello c. 9 exempla adducuntur. Alteram partem, quae est de Divite et Lazaro, cum sermone item Guelferb. 30 conferre proderit, necnon Maurin. 14, Denis. 21 et 24, etc.

SERMO HABITUS UTICAE DIE · III · IDUS SEPTEMB · DE VERSU PSALMI CENTESIMI QUADRAGESIMI QUINTI: LAUDABO DOMINUM IN VITA MEA · PSALLAM DEO MEO QUAMDIU VIVO.

De verbis istius psalmi, quem modo cantavimus, donet dominus ut vobis loqui valeamus. Diximus enim: LAUDABO DOMINUM IN VITA MEA; PSALLAM DEO MEO, QUAMDIU VIVO. Quibus verbis hoc primo admoneamus caritatem vestram, ne, cum auditis vel dicitis QUAMDIU VIVO, PSALLAM DEO MEO, existimetis, cum haec vita finita fuerit, finiri nobis laudem dei: magis enim tunc laudabimus, quando sine fine vivemus. Si enim laudamus in peregrinatione, unde transimus, quomodo laudabimus in domo, unde nunquam migrabimus? Sicut dicitur et legitur et canitur in alio psalmo: BEATI QUI HABITANT IN DOMO TUA, IN SAECULA SAECULORUM LAUDABUNT TE. Ubi audis IN SAECULA SAECULORUM, finis nullus est; et vivere beata vita, ubi deus sine dubitatione conspicitur, sine offensione amatur, sine fine laudatur, prorsus hoc erit nostrum vivere, deum videre, amare, laudare. Si ergo laudamus quando credimus, quomodo laudabimus, cum viderimus? Quomodo laudabit species, si sic laudat fides? Dicit enim apostolus: QUAMDIU ENIM SUMUS IN CORPORE, PEREGRINAMUR A DOMINO; PER FIDEM ENIM AMBULAMUS, NON PER SPECIEM. Modo ergo per fidem, tunc per speciem; modo

Hac vita finita non finietur laus dei.

[1] *locus et dies iterum ex uno codice Casin.* [6] vivo] *corr. ex* ero *C hic et infra p. 137, l. 6 et 15* [17] laudabimus] laudamus *C* [17 sq.] laudabit... laudat] *conieci;* laudabitur... laudatur *codd. Den; N tamen* laudabit *primum habuisse videtur* [18] si sic] sicut *C* [19] enim] *om. C* [20] non] *C;* et non *NDen*

[1] *Uticae*] Urbis olim florentissimae hodiedum rudera visuntur in fundo qui *Bou Chateur* dicitur, iuxta viam quae a Tunete ducit Hipponem Diarrhytum.

[6] *vivo*] Ps. 145, 2.

[9] *magis. e. tunc laudabimus*] Cf. serm. Guelferb. 31, 2 post med.: « Ergo, cum mortuus fueris, deo non psallis? Immo tunc magis psallis, quamdiu vivis ».

[13] *laudabunt te*] Ps. 83, 5. August. in eodem sermone paullo infra: « Ergo semper quia vivo, refer ad illud: *Beati qui habitant in domo tua* » etc.

[20] *speciem*] II Cor. 5, 6. 7.

credimus quod non videmus, tunc videbimus quod credebamus. Non confunditur qui credit, quia verum est quod videbit; dominus autem noster prius in nobis aedificavit fidem, ubi, si merces fidei reddatur, non praepostere ante quaeratur.

2. Dicit aliquis: Cur ergo psalmus dixit, PSALLAM DEO MEO QUAM DIU VIVO, et non dixit, Psallam deo meo semper? Ubi enim dicitur, QUAMDIU VIVO, quasi finis significatur, sed si non intellegatur. Si putas de hac vita dictum, QUAMDIU VIVO, discute vitam istam, utrum hic sit diu. Quantumcumque hic vixeris, diu non est. Quomodo est diu, quod te non satiat? Dicit puer diu vixisse hominem, quem videt senem; sed cum pervenerit quo ille pervenit, tunc videt quam non fuerit diu. Prorsus sic volat aetas, ita in se momenta transcurrunt, ut videamus nudius tertius fuisse nos pueros, heri iuvenes, hodie senes. Ubi ergo putas de hac vita esse dictum, QUAMDIU VIVO, PSALLAM DEO MEO, ideo quia dixit QUAMDIU VIVO, ibi verax intellectus est, de hac vita non esse dictum, quia dixit QUAMDIU; nunquam enim diceret veritas QUAMDIU de ista vita, ubi nihil est diu. Potuerunt hoc videre sapientes huius mundi, et non hoc possunt videre christiani? Quidam sapientum mundi, eloquentissimus homo dixit: QUID ENIM HOC IPSUM DIU, IN QUO EST ALIQUID EXTREMUM? Omnino negavit diu esse, quod ad finem quandocumque potuerit pervenire. Prorsus quandocumque, non quousque tu vixisti, si forte ad senectutem ultimam pervenisti. Unius enim hominis vita, praesertim hoc tempore, VAPOR EST AD MODICUM APPARENS. Hoc, quod dixi, scriptura dixit; exultantibus hominibus, et per superbiam multa pollentibus, et an continuo moriantur nescientibus, scriptura divina dixit, et eos ita superbientes et in vanis fidentes suae transitoriae fragilitatis admonuit. QUAE EST ENIM, inquit, VITA VESTRA? VAPOR EST AD MODICUM APPARENS, DEINCEPS EXTERMINABITUR. Qui ergo se erigit in elatione, confidit in vapore, extollitur in honore, et perit cum vapore. Reprimenda est ergo superbia, et quanta possumus intentione

Tullii sententia de vitae brevitate laudatur.

3 ubi] *ambo codd.; emendandum* ut *sugger. Den* 7 sed si] *in* etsi *mutandum perperam conic. Den* 8 discute] *haud male emend. Den ex* discite, *quod in CN legitur* utrum hic] *C;* hic *om. NDen* 19 sq. quid est enim hoc omnino *Migne ad textum Tullii contra fidem codicum corr.* 25 multa] *haud male C;* multam *NDen* 26 fidentes] *emendavi ex* fidenter *C: cf. infra pag. 139, l. 2;* confidentes *NDen*

7 *sed si non intellegatur*] Hanc constructionem verborum Denisius haud intellexit; cui omnino similis est locus notissimus prologi Regulae Bened.: « sed si compleamus habitatoris officium ».

20 *extremum?*] Cicero, Pro Marcello, 9. Cf. eumdem serm. Guelferb. 31, 2: « Nos christiani... non debemus intellegere quod intellexit nescio quis auctor paganorum, qui dixit, Quid est e. hoc ipsum diu » etc.

28 *exterminabitur*] Iac. 4, 15.

calcanda; et intellegendum nos in hac terra mortaliter vivere, et cogitandum esse de fine, ubi non erit finis. Non enim si tu, ut dicere coeperam, quicumque senuisti, valde extolleris, si putas te diu vixisse, qui aliquando finiturus es, sed ipse Adam, si adhuc viveret, et non modo, sed in fine saeculi moreretur, nihil haberet diu, in quo aliquid esset extremum. Et verissime dictum est, et prudenter intellectum est; et verum esse non tantum praedicatur, sed etiam ab auditoribus agnoscitur.

3. Referamus animum ad psalmum quem cantavimus, et inveniamus quia ille non diceret, PSALLAM DEO MEO, QUAMDIU VIVO, nisi de illa vita ubi diu est. Si enim in ista vita ideo nihil diu, quia est aliquid extremum, non ad istam vitam desiderandam vocamur, quando christiani efficimur. Non enim propterea christiani efficimur, ut bene nobis sit in hac vita. Si enim propterea putaverimus nos fieri christianos, ut hic nobis bene sit secundum vitam istam temporalem, secundum felicitatem volaticam et vapoream, valde erramus, et nutabunt pedes nostri, videntes aliquem tanta dignitate pollere, ut emineat ceteris cum quibus vivit, sanum esse corpore, ad senectutem decrepitam pervenire. Videt hoc christianus pauper, ignobilis, in gemitibus cotidiano labore suspirans, et dicit forte apud semetipsum: Quid mihi prodest, quia christianus sum factus? numquid ideo melior sum quam ille qui non est, quam ille qui in Christum non credit, quam ille qui deum meum blasphemat? Admonet eum psalmus: NOLITE FIDERE IN PRINCIPES. Quid te delectat flos faeni? OMNIS CARO FAENUM, propheta loquitur; non solum loquitur, sed exclamat. Exclamavit illi dominus: EXCLAMA, inquit. Et respondit: QUID EXCLAMABO? OMNIS CARO FAENUM ET OMNIS HONOR CARNIS UT FLOS FAENI. FAENUM ARUIT, FLOS DECIDIT. Ergo totum periit? Absit: VERBUM AUTEM DOMINI MANET IN AETERNUM. Quid te delectat faenum? Ecce periit faenum. Vis non perire? Tene te ad Verbum. Sic et in isto psalmo. Attendebat enim forte christianus pauper, humilis, in pagano forte divite ac potenti, attendebat florem

Non ut bene nobis sit in hac vita, christiani efficimur.

[2] non enim] *CN;* homo enim *Den* [6-8] Et verissime... agnoscitur] *hanc periodum Denisius ineptiae arguit, et e margine irrepsisse putat, cui adsentiri omnino non possum* [9sq.] inveniamus] *fort. pro* inveniemus *sive* invenimus? [17] videntes aliquem] *excidit a C*

[4] *ipse Adam, si adhuc viveret*] Sermo Guelferb. 31, ibid.: « Ego non dicerem diu vixisse nec ipsum Adam, si hodie mortuus esset ».

[16] *volaticam et vapoream*] Vide sis quae adnotavi ad serm. Denis 2, 5; 16, 4.

[16sq.] *nutabunt pedes nostri*] In mente habet Ps. 72, 2: cf. serm. Denis 21, 2.

[28] *aeternum*] Esai. 40, 6-8.

faeni, et eligebat eum fortasse patronum habere magis quam deum. Hunc alloquitur psalmus: NOLITE FIDERE IN PRINCIPES, ET IN FILIOS HOMINUM QUIBUS NON EST SALUS. Ille continuo respondet: Numquid de isto dicit, cui est salus? Ecce sanus est: hodie illum vegetum video: ego magis assidue miser aegroto. Quid attendis ista quae tibi placent, et quae te delectant? Non est salus. EXIET SPIRITUS EIUS, ET REVERTETUR IN TERRAM SUAM. Ecce tota salus, VAPOR AD MODICUM APPARENS. EXIET SPIRITUS EIUS, ET REVERTETUR IN TERRAM SUAM. Transeant aliquot anni; moveatur fluvius, sicut fieri solet, per diversa transcurrens aliqua sepulcra mortuorum; discerne ossa divitis ab ossibus pauperis. Exeunte spiritu suo revertitur in terram suam. Optime de spiritu eius nihil dixit, quia et ille, cum viveret, nihil spiritualiter cogitavit. REVERTETUR IN TERRAM SUAM, secundum carnem utique, secundum corpus, ubi pollebat, ubi efferebatur, ubi te decipiebat, in cuius te carnis felicitate fallebat. EXIET SPIRITUS EIUS, ET REVERTETUR IN TERRAM SUAM; IN ILLA DIE PERIENT OMNES COGITATIONES EORUM; cogitationes illae, quae terrenae erant: Ecce facio, ecce impleo, ecce pervenio, ecce illud emo, ecce illud acquiro, ecce ad talem et talem honorem pervenio. IN ILLA DIE PERIENT OMNES COGITATIONES eius. Si autem, quoniam VERBUM DOMINI MANET IN AETERNUM, teneas te ad Verbum, ut det tibi vitam aeternam, non solum cogitatio tua tunc non peribit, sed tunc venit; quando illius perit, tua tunc venit. Ille enim cogitabat temporalia atque terrena, opes opibus addere, pecuniarias facultates exaggerare, nitere honoribus, tumere potentia. Ergo, quia talia cogitabat, IN ILLA DIE PERIBUNT OMNES COGITATIONES eius. Tu autem, si cogitabas, quia christianus factus es, non temporalem felicitatem, sed requiem sempiternam, quando corpus tuum redierit ad terram suam, tunc invenit anima tua requiem suam.

Vis non ut faenum transire? Tene te ad Verbum.

4. Attende evangelium, et vide, atque inspice cogitationes duorum hominum. ERAT QUIDEM DIVES, QUI INDUEBATUR PURPURA ET BYSSO, ET EPULABATUR COTIDIE SPLENDIDE. Cotidie faenum, et flos faeni; non te seducat illius felicitas, qui induebatur purpura et bysso, et epulabatur cotidie splendide: superbus erat, impius erat, vana cogitabat, vana concupiscebat; quando mortuus est, in illa die perierunt cogita-

16 perient] *C;* peribunt *NDen* 19 perient] *CN;* peribunt *Den* 20 domini] *C;* dei *NDen* 23 opes *om. C* 25 peribunt *CN quoque hoc loco* 31 et flos] *NDen;* est flos *C* 32 illius] *NDen;* illa *C* 34 peribunt *C*

3 *salus*] Ps. 145, 3.
16 *eorum*] Ibid. 4.
31 *splendide*] Luc. 16, 19.

Scriptura cur dicit nomen pauperis, tacet nomen divitis.

tiones eius. Erat autem ante ianuam ipsius quidam pauper nomine Lazarus. Tacuit nomen divitis, et dixit nomen pauperis: cuius nomen ventilabatur, ipsius tacuit deus; de cuius nomine silebatur, ipsum dixit deus. Nolo mireris: deus, quod in libro suo scriptum invenit, hoc recitavit. De impiis enim dictum est: ET IN LIBRO TUO NON SCRIBENTUR; itemque apostolis, cum gloriarentur quia in nomine domini daemonia illis subiecta fuerant, ne de hac re sicut homines extollerentur, seseque iactarent, quamvis de re tam magna, quamvis de virtute praeclara: NOLITE, inquit, IN HOC GAUDERE, QUIA DAEMONIA VOBIS SUBIECTA SUNT; SED GAUDETE, QUIA NOMINA VESTRA SCRIPTA SUNT IN CAELO. Deus enim inhabitator caeli tacuit nomen divitis, quia scriptum non invenit in caelo; dixit nomen pauperis, quia ibi scriptum invenit, immo ibi scribi iussit. Sed videte illum pauperem. Diximus enim de cogitationibus impii divitis, praeclari, induentis purpuram et byssum, et epulantis cotidie splendide, quia, cum mortuus esset, perierunt omnes cogitationes eius. Pauper autem Lazarus erat ante ianuam divitis, ULCERIBUS PLENUS, ET CUPIEBAT SATURARI DE MICIS QUAE DEICIEBANTUR DE MENSA DIVITIS, ET NEMO ILLI DABAT; SED ET CANES VENIEBANT, ET LINGEBANT ULCERA EIUS. Ibi te volo videre, christiane: dicuntur enim exitus duorum istorum. Potens est quidem deus, et in hac vita salutem dare, et egestatem auferre, et sufficientiam donare christiano: et tamen, si etiam hoc non esset, quid eligeres? Ut ille pauper esse, an ut ille dives esse? Non te fallat: audi finem, et observa malam electionem. Sine dubio enim pauper ille, quoniam pius erat, in aerumnis temporalibus constitutus, finiendam quandoque illam vitam, et adipiscendam aeternam requiem cogitabat. Mortui sunt ambo, sed illius pauperis non illa die perierunt cogitationes. Contigit enim mori inopem illum, et auferri ab angelis in sinum Abrahae: in illa die sanatae sunt omnes cogitationes eius. Et quoniam Lazarus in latina lingua interpretatur « adiutus » — in latina lingua « adiutus » dicitur qui in hebraea Lazarus — bene admonuit psalmus: BEATUS CUIUS DEUS IACOB ADIUTOR EST; quando spiritus eius

Lazarus latine interpretatur *adiutus*.

[8] tam] *C; om. NDen* [12] nomen] *C;* tamen *NDen* [18] sed et] et *om. C* [25] et adipiscendam *om. C* [27sq.] in sinu *C* [28] sanae *C* [29sq.] in latina l. a. dicitur] *C; om. NDen* [31] cuius] est *inser. C* est] *C;* eius *NDen Vulg*

[2] *tacuit nomen divitis*] De quo pariter August. serm. 345, n. 1 (= Frangip. 3): « quidam dives nec nominatus nec nominandus »; cf. etiam serm. 41, n. 4.

[5] *non scribentur*] Memoriter, ut puto, ac paullo liberius ex Ps. 68, 29 et 138, 16.

[10] *in caelo*] Luc. 10, 20.

[19] *eius*] Luc. 16, 20. 21.

[29] *interpretatur adiutus*] Ita passim Aug., ut videre quisque poterit in indice opp., ad verb. « Lazarus ».

exibit, et caro eius revertetur in terram suam, non peribunt cogitationes eius, quia SPES EIUS IN DOMINO DEO EIUS. Hoc discitur in schola Christi doctoris, hoc speratur ab animo fidelis auditoris, haec est merces verissima Salvatoris.

XXIV.

Denis, Serm. XXIV, col. 104-116 (= *Den*); Migne 46, 921-932: ex cod. Neapolit., foll. 80r-83v (= *N*), cui nunc accedit Casin. XVII, p. 357-368 (= *C*). Meminit Possidius cap. 8 tractatus s. Augustini « ex evangelio, ubi de divite, qui induebatur purpura et bysso, scriptum est ». Hunc iure merito « insignem » pronuntiat Vindobonensis editor: ipsene vero sit, quem in Indiculum suum rettulit Possidius, definire non ausim, quandoquidem alibi quoque de eodem evangelii capitulo disserit Augustinus, ut puta serm. Mai 13. Certe de hoc Denisiano iam satis dat codicis Casinensis inscriptio, quae de loco et die certiores nos facit: scil. Hippone Diarrhyto, in basilica s. Quadrati, die dominica 25 septemb. (post. an. 410). Verumtamen fatendum est, textum locis nonnullis mendosum videri, codicesque ab alterutro saepius differre, quod notariorum loci vel imperitiae vel lassitudini — quippe longius solito oratio provecta est — imputandum existimo. Nihilominus multa hic grammatici, multa theologi ac veterum translationum s. scripturae studiosi reperient, quae ad rem suam pertineant, et notatione digna sint.

SERMO HABITUS HIPPONE DIARRHYTO IN BASILICA SANCTI MARTYRIS QUADRATI · DIE DOMINICA · VII · KAL · OCTOB · DE EVANGELIO · UBI DE ILLO DIVITE ET LAZARO MENDICO REFERT · EXHORTANS NE QUIS CONTRISTETUR IN AFFLICTIONIBUS MUNDI · SED POTIUS EX HOC CREDAT ETIAM PROMISSA VENTURA · QUIA VIDET MALA VENISSE PRAEDICTA

Christianorum fides quae sit.

Christianorum fides, quae ab impiis et infidelibus irridetur, haec est, quia nos dicimus esse aliam vitam post istam vitam, et esse a mortuis resurrectionem, et esse post transactum saeculum in fine iudicium. Hoc cum in rebus humanis non crederetur, praedicaretur autem, et annuntiaretur a prophetis servis dei, et a lege quae per Moysen data est, et adhuc incredibile hominibus videretur, venit dominus et salvator noster Iesus Christus, qui hoc hominibus persuaderet. Qui cum sit Filius dei, natus de Patre invisibiliter et ineffabiliter, coaeternus Patri,

3 est *om. C* 5-10 *inscriptio ex C; locum et diem more suo om. NDen* 7 eleazaro *C*

2 *deo eius*] Ps. 145, 5.

5 *Hippone Diarrhyto*] *ubi supra C*, in quo praecedit « sermo habitus Ypponi Zarito in basilica Margarita X kal. oct., v feria » (Denis 21).

et aequalis Patri, et cum Patre unus deus, cum sit Verbum Patris, per quod facta sunt omnia, et consilium Patris, per quod reguntur universa, tantam magnitudinem suam, et incomprehensibilem maiestatem ac potestatem, quae non poterat cognosci ab hominibus, deposuit ad terras, accipiendo carnem, et apparendo oculis hominum. Cum ergo deus, id est ipsa divinitas, in Christo non videretur, caro visa contemnebatur; ille autem interiorem suam divinitatem miraculis approbabat; et cum talis videretur, qui humanis oculis posset sperni, tantum faciebat, ut in ipsis operibus appareret Filius dei. Cum ergo magna faceret, utilia praeciperet, corrigeret vitia, castigaret, virtutes doceret, sanitates etiam corporum operaretur, ut sanaret mentes infidelium, iratus populus, ubi est natus et nutritus et tanta ista fecit, occidit eum. Ille autem, qui nasci venerat, utique et mori venerat; nec mortem carnis suae, quam propter exemplum demonstrandae resurrectionis acceperat, voluit esse infructuosam, sed permisit eam magis manibus impiorum, ut, cum illi nollent facere quod iubebat, pateretur ille quod volebat. Factum est: occisus est Christus, sepultus, resurrexit, ut novimus, ut testatur evangelium, ut iam toto orbe praedicavit; et adhuc Iudaei videtis quia nolunt credere in Christum, iam postea quam resurrexit a mortuis, et glorificatus in oculis discipulorum suorum ascendit in caelum, cum iam impleantur per totum orbem terrarum praeconia prophetarum. Etenim omnes prophetae, qui praenuntiaverunt Christum nasciturum, et moriturum, et resurrecturum, et in caelum ascensurum, praenuntiaverunt etiam ecclesiam eius per omnes gentes futuram. Iudaei autem, si non viderunt Christum resurgentem, et ad caelum euntem, viderent saltem ecclesiam toto orbe diffusam, quod utique cum impleretur, praedicta prophetarum dicta implerentur.

Iudaei adhuc increduli.

2. Fit in illis quod modo audivimus ex evangelio: ideo enim non audiunt Christum, qui a mortuis resurrexit, quia Christum in terra positum non audierunt. Hoc enim dixit Abraham illi diviti, qui apud inferos torquebatur, et volebat aliquem mitti ad superos, ut fratribus eius nuntiaret quid agitur apud inferos, et ante quam venirent ad loca illa tormentorum, viverent bene, agentes paenitentiam de peccatis suis, ut mererentur ire potius in sinum Abraham, non ad illa tormenta quo dives ille pervenit. Cum ergo hoc ageret ille dives sero misericors, qui pauperem iacentem ante ianuam suam contempserat, et propterea forte superbus in illum erat, ipsa lingua ardebat, et ibi stillam aquae

[2] universa] *C;* omnia *NDen* [4] ad terras] ad tempus *sugger. Den* [7] approbabat] *CDen;* approbat *N* [23] in caelo *C* [25] ad] in *C* [32] agitur] *CN, et iterum infra p. 144, l. 7;* agatur *Den* [34] ut] et *C*

desiderabat. Cum ergo non egisset apud superos quod agendum illi erat ne illuc veniret, sero coepit esse et pro aliis misericors. Sed quid ait Abraham? SI MOYSEN ET PROPHETAS NON AUDIUNT, NEQUE, SI QUIS A MORTUIS RESURREXERIT, PERSUADEBIT EOS. Omnino verum est, fratres, ideo Iudaei hodie non persuadentur ut credant in eum qui resurrexit a mortuis, quia Moysen et prophetas non audierunt: nam si illos audire vellent, ibi invenirent praedictum esse, quod modo inpletum est, et nolunt adhuc credere. Quod ergo de Iudaeis diximus, de nobis agamus, ne, cum ad alios attendimus, et nos in ipsam impietatem incidamus. Evangelium, carissimi, Iudaeis non legitur, Moyses et prophetae leguntur, quos nolunt audire; quod si audire vellent, crederent in Christum, quia Moyses et prophetae Christum venturum praedicaverunt. Non ergo nos tales simus, quando nobis legitur evangelium, quales sunt illi, quando illis leguntur prophetae; apud ipsos enim, ut dixi, evangelium non recitatur, apud nos recitatur.

In parabola divitis et Lazari significantur.

3. Ecce audistis modo ex evangelio duas vitas, unam praesentem, alteram futuram: praesentem habemus, futuram credimus: in praesenti sumus, ad futuram nondum pervenimus. Cum in praesenti sumus, futurae meritum comparemus; nondum enim mortui sumus. Numquid evangelium apud inferos recitatur? Quod utique si recitaretur, frustra illud dives audiret, quia iam fructuosa paenitentia esse non poterat. Nobis ibi legitur, et ibi a nobis auditur, ubi dum vivimus corrigi possumus, ne ad illa tormenta veniamus. Credimus quod legitur, an non credimus? Absit ut hoc opinemur de caritate vestra, quia non creditis: christiani enim estis, nec christiani ullo modo essetis, si evangelio dei non crederetis; quia ergo christiani estis, manifestum est vos evangelio credere. Audivimus, modo recitatum est: ERAT DIVES, utique superbus, utique extollens se in divitiis, QUI INDUEBATUR PURPURA ET BYSSO, ET EPULABATUR COTIDIE SPLENDIDE. Iacebat autem ad ianuam eius ulcerosus pauper quidam nomine Lazarus, cuius etiam ulcera canes lingebant; et CUPIEBAT SATURARI DE MICIS QUAE CADEBANT DE MENSA DIVITIS, et non poterat. Ecce crimen divitis, quia utique de micis saturari cupiebat, et non poterat, cui participanda humanitas erat. Ille ergo dives, si compateretur pauperi ante ianuam suam iacenti, et vellet

Crimen divitis, infidelitas

2 et pro aliis misericors] *C;* misericors pro aliis *NDen* 4 eos] *C;* eis *NDen:* cf. *l. sq. et p. 144, l. 10* 5 iudaei non persuadentur] *C;* iudaeis non persuadetur *NDen* 8 quid ergo? *C* 9 ad] *C; om. NDen* 21 poterat] *C;* posset *NDen* 27 dives, utique] *C;* utique dives *NDen* 31 linguebant *C*

4 *persuadebit eos*] Luc. 16, 31. 32 *divitis*] Ibid. 21.
29 *splendide*] Ibid. 19.

esse de divitiis illis misericors, illuc veniret et ipse, quo venit et ille pauper. Non enim illum Lazarum paupertas duxit ad requiem, et non humilitas; aut vero illum divitem ab illa tanta requie divitiae retraxerunt, et non superbia et infidelitas. Nam ut noveritis, fratres, quia apud superos dives iste infidelis fuit, de verbis ipsius approbemus, quae dixit apud inferos. Intendite. Voluit aliquem a mortuis ire, ut nuntiaret fratribus ipsius quid agitur apud inferos; et cum illi hoc non concederetur, dicente Abraham HABENT MOYSEN ET PROPHETAS, AUDIANT ILLOS; NON, PATER ABRAHAM, inquiens, SED, SI QUIS HINC AB INFERIS IERIT, PERSUADEBUNTUR, ostendit, quia et ipse, cum esset apud superos, non credebat Moysi et prophetis, sed aliquem surgere sibi a mortuis cupiebat. Attendite tales modo, et videte ubi erunt: exemplo huius divitis admonemur, si fidem habetis. Quanti sunt qui modo dicunt, Bene nobis sit, cum vivimus: manducemus et bibamus, et deliciis istis perfruamur. Quid est quod nobis dicitur quia erit postea? quis huc inde rediit? quis huc inde surrexit? Dicuntur haec; hoc dicebat dives ille, et, quod non credebat vivus, expertus est mortuus. Melius vivus fructuose corrigeretur, quam mortuus infructuose torqueretur.

4. Nunc ergo mutemus verba ipsa, si quis forte in nobis est, qui haec solet dicere. Non enim ostendet deus modo, quod nos iubet credere; ideo illud non ostendit, ut merces sit fidei. Si enim ostendat tibi, quod meritum habes quia credis? non est iam credere, sed videre: magis tibi hoc non ostendit deus, ut credas. Imperat tibi quod credas, servat tibi quod videas. Sed si non credas, cum imperat fidem, speciem suam non tibi servat; sed illud tibi servatur, unde dives ille apud inferos torquebatur. Et cum venerit dominus noster et salvator Iesus Christus, qui sic annuntiatur modo venisse, ut speretur etiam esse venturus, veniet cum retributionibus fidelium et infidelium: fidelibus praemia daturus, infideles in ignem aeternum missurus. Et dixit hoc in evangelio quomodo sit in fine iudicaturus: positurum se alios ad dexteram, alios ad sinistram, et discreturum omnes gentes, sicut pastor separat oves ab haedis; iustos ad dexteram futuros, impios ad sinistram; iustis se dicturum, VENITE BENEDICTI PATRIS MEI, PERCIPITE REGNUM, QUOD VOBIS PARATUM EST AB INITIO MUNDI; impiis autem et infidelibus, ITE IN IGNEM AETERNUM, QUI PARATUS EST DIABOLO ET ANGELIS EIUS. Quid

Imperat tibi deus quod credas, servat quod videas.

[2] eleazarum *C* [7] agitur] *CN;* agatur *Den:* cf. *p. 142, 32* [12] erunt] *CN;* ex *Den* [16] redivit *C*

[10] *persuadebuntur*] Luc. 16, 29. 30 omnino ut in sermone Guelferb. 30, 4.

[15 sq.] *Quis huc inde rediit?*] item ib.: « Quis inde surrexit? quis inde venit? »

[35] *eius*] Mt. 25, 34. 41.

tibi amplius potuit prodesse iudex, quam ut definitivam sententiam suam tibi diceret, ne in illam possis incurrere? Fratres, omnis qui minatur, non vult ferire; nam, si subitaret, et feriret. Qui dicit, Observa, non vult invenire quem feriat. Homines sibi plagas conciliant, homines sibi poenas comparant, qui tandiu dicenti deo, Observate, nolunt credere. Et quidem errantis poena quae hic est? Forte aliqua afflictio, et aliquod flagellum aut emendatorium aut probatorium est. Aut enim emendatur quisque pro peccatis suis, ne incidat in maiores poenas non emendatus; aut probatur uniuscuiusque fides, qua tolerantia aut qua patientia sub flagello patris permaneat, non murmurans de patre castigante, et gaudens ad blandientem, sed ita gaudens ad blandientem, ut gratias agat et castiganti: quia FLAGELLAT OMNEM FILIUM QUEM RECIPIT. Quanta martyres passi sunt, quanta toleraverunt! quas catenas, quos squalores, quos carceres, quos cruciatus, quas flammas, quas bestias, quae genera mortis! Calcaverunt omnia. Videbant enim aliquid spiritu, ut quod videbant corpore non curarent: erat in illis oculus fidei, tendebatur oculus in futura, contemnebant praesentia. Cuius autem oculus de futuris extinctus est, expavescit ad praesentia, et non pervenit ad futura.

Minatur deus, quia non vult ferire.

Oculus fidei.

5. Est ergo fides, quae aedificatur in nobis. Modo quicumque non vult credere quia natus est Christus de Maria virgine, quia passus est, quia crucifixus est, credat Iudaeis quia fuit et occisus est, credat evangelio quia de virgine natus est et resurrexit: est enim unde credat. Et inimici Iudaei non audent dicere, Non fuit Christus in gente nostra; aut, Non fuit iste homo nescio quis, quem colunt christiani. Fuit, dicunt, et parentes nostri occiderunt illum, et mortuus est ut homo. Si ea quae consecuta sunt mortem ipsius invenimus dicta a prophetis, quia in nomen eius cursurus erat totus mundus, quia adoraturae illum erant omnes gentes et omnes patriae gentium, quia omnes etiam reges sub iugum ipsius mittendi erant, et videmus impleta post mortem Christi quae praedicta erant ante nativitatem Christi, quomodo nos fallimus, si cetera credere nolumus, cum videamus multa in nobis impleta? Nos enim ipsi, fratres, non soli nos qui hic sumus christiani, nos totus

Ipsi Iudaei fatentur Christum fuisse, et occisum esse.

[28] nomen] *C, uti iam suggess. Den;* nomine *N* [31] quomodo] *Den;* quo *N compendio;* ut quod *C, pro* ut quid?

[3] *si subitaret*] Vox Afris familiaris, uti adposite notat Denis.

[12] *recipit*] Hebr. 12, 6.

[16] *oculus fidei*] Cf. laudatum serm. Guelferb. 30, 2: « oculos e. fidei non habebant, ideo ad ea quae promissa erant prospicere non valebant ».

[29] *patriae gentium*] Ps. 21, 28 iuxta antiquam translationem; Ps. 95, 7.

Christiani modo sunt totus mundus.

mundus sumus modo. Ante paucos annos non eramus; et mirum est quomodo factum sit, ut quod per tot saecula non erant modo sint. Legimus illud in prophetis: ne putemus casu evenisse, invenimus praedictum esse. Hinc enim augetur fides nostra, hinc aedificatur, hinc confortatur. Nemo est qui dicat, Subito accidit. Unde? Ecce hoc quod nunquam fuit in terra. Nonnunquam in scripturis debitor in illis deus tenebatur, sed tempore suo debitum redditurus. Unde autem debebat deus? an ab aliquo mutuum acceperat, qui omnibus omnia insuper donat, qui fecit quibus donaret? Non enim vel ipsi homines, quibus aliqua donarentur, erant. Potest aliquis dicere, Meritis meis deus concessit haec bona? Puta, concessit meritis tuis bona ista. Ut esses, cui concessit? Qui non eras, quid tibi donavit? Ut esses gratis: non enim promerueras illud, ante quam esses. Crede ei, quia et cetera gratis tibi donare dignatus est. Habemus ergo gratiam dei, et tenebat deum quodam modo debitorem mundus totus; immo non tenebat, quia cautionem quam fecerat nesciebat. Promittendo se fecit debitorem, non mutuum accipiendo. Nam duobus modis dicitur debitor: Redde quod accepisti, aut quod promisisti. Quia quod promisit deus, non potest dici, Redde — nihil enim ab homine accepit, qui totum homini dedit — restat ut debitor non sit, nisi quia polliceri dignatus est.

Promittendo deus se fecit debitorem, non mutuum accipiendo.

6. Haec pollicitatio in scripturis erat: hae scripturae in una gente Iudaea, quam elegit nasci de carne servi sui, fidelis sui, qui in illum credidit. Et quomodo gens illa nata est? De Abraham sene, et de Sarra sterili: ut parturiretur, ut nasceretur ipse Isaac, unde venit gens Iudaerum, miraculum fit. Nihil de membris suis senex sperabat, nihil de sterelitate coniugis suae optare audebat; quod omnino non computabat, deus illi obtulit, et offerenti deo credidit, qui a deo optare non ausus est. Et cum credidisset, et natus ei esset filius, de quo credidit nascituram innumeram prolem, petiit deus ipsum filium immolari sibi. Tantae autem fidei fuit Abraham, ut non dubitaret immolare unicum, de quo acceperat promissum. Numquid haesitavit et dixis deo: Domine, pro magno mihi concessisti filium in senectute; pro magnis votis, pro magna laetitia, insperato mihi natus est filius: hunc exigis ut occidam? nonne melius erat ut non dares, quam ut datum auferres? Non haec dixit, sed credidit utile esse, quicquid deum videbat velle. Haec est fides, fratres. Certe pauper ille in sinum Abrahae sublatus

Fides Abrahae et usus divitiarum.

[21] haec scripturae *C* [22] fidelis sui] fidelissimi *C* [23] sarra] *C;* sara *NDen* [30] tanta fide *C*, *om.* autem

[17] *non mutuum accipiendo*] Simili modo serm. Mai 19 in fine: « numquid mutuum acceperat, ut deberet?... propterea deus debitor quia promissor ».

est, et dives ille ad tormenta inferorum. Ut sciatis non in culpa esse divitias, Abraham dives erat, in cuius sinu Lazarus requiescebat. Dives hic erat in terra, sicut habemus docentem scripturam: habebat multum auri, argenti, pecorum, familiae; dives erat, sed superbus non erat. Ut noveritis quia in divite sola torquebatur superbia, sola torquebantur vitia. Ipsa meruerant poenam, non substantia dei: substantia enim dei bona, cuicumque datum fuerit; sed bene utenti merces acquiritur, male utenti poena retribuitur. Attendite autem, quomodo habebat Abraham divitias. Numquid filiis suis servabat? Si ipsum filium iubente deo obtulit, divitias quomodo contempsit?

7. Ergo haec scriptura, ubi se deus promittendo fecerat debitorem, latebat apud Iudaeos. Venit dominus noster Iesus Christus, secundum ipsam scripturam natus, quia secundum ipsam redditus; secundum ipsam scripturam passus, quia in ipsa praenuntiatus passurus: secundum ipsam scripturam resurgens, quia in ipsa praenuntiatus resurrecturus: secundum ipsam scripturam ascendens in caelum, quia in ipsa praenuntiatus ascensurus. Postea quam ascendit ignoratus a Iudaeis, coepit mittere apostolos suos ad gentes, et quodam modo excitare dormientes, et dicere: Surgite, recipite debitum quod olim vobis promissum est. Quis est qui excitat creditorem suum, et offert illi quod debet? Non enim gentes, quia debitorem habebant deum, surrexerunt: vocatae sunt, in scripturam intendere coeperunt, et ibi invenire quia quod accipiebant iam olim ipsis promissum erat. Acceperunt Christum promissum, et exhibitum; acceperunt gratiam dei, Spiritum sanctum promissum, et exhibitum; acceperunt ipsam ecclesiam per omnes gentes dispersam, promissam et exhibitam. Idola, quae colebant gentes, promiserat deus se eversurum; legitur in scripturis, ibi illud invenis. Videtis quemadmodum hoc temporibus nostris fecit deus, quod ante tot milia annorum promisit. Etenim converterant se homines, ab eo a quo facti erant, ad illud quod ipsi fecerant: et cum sit semper melior qui facit quam illud quod facit, ideo melior est deus, non solum homine quem fecit, sed omnibus angelis, virtutibus, potestatibus, sedibus, thronis, dominatio-

Quanta dei promissa et iam exhibita.

2 eleazarus *C* 7 datum] data *sugger. Den* 13 redditus] *codd;* promissus *perperam conic. Den*

2 *dives erat, in cuius sinu Lazarus*] Lege sis adnot. ad serm. Denis 21, 5.

6 *substantia dei*] Intellege, divitias a Deo concessas.

32 *sedibus, thronis*] Mirabitur aliquis, Sedes hic et Thronos ab alterutro distingui; sed confer Enarr. in Ps. 85, n. 12: « Angelos cogita, Virtutes, Potestates, Archangelos, Thronos, Sedes, Dominationes »; ceterum explorata res est, s. Doctorem suam de his angelorum ordinibus ignorantiam probe et aperte haud semel confessum esse, v. gr. Enchirid. c. 58; Contra Priscill. c. 11, n. 14.

nibus, quia omnia ipse condidit; ut sit inferius quicquid facit homo, quam est ipse homo. Ad tantam dementiam ducti erant homines, ut adorarent idolum; qui damnari deberent si adorarent fabrum, qui fecerat idolum. Manifestum est, fratres, quia faber melior quam idolum quod fecit; et, cum detestandi essent homines, si fabrum adorarent, ipsum idolum adorant, quod factum est a fabro. Detestandi essent adorando fabrum; sed meliores essent, quam qui adorant idolum. Si ergo damnantur meliores, quomodo plango peiores? Si vero adorantem fabrum damnandum esse dixi, qui dimittit fabrum et adorat idolum, qui utique meliorem dimisit et ad inferiorem se contulit, quomodo damnandus est? Sed quem meliorem primo dimisit? Deum, a quo ipse factus est. Imaginem dei quaerit? In se habet: non enim potuit facere faber imaginem dei, sed deus potuit facere imaginem sibi. Non fecit autem aliud tibi, sed te ipsum fecit ad imaginem suam. Adorando autem imaginem hominis, quam fecit faber, conteris imaginem dei, quam tibi inpressit deus. Ideo, cum te vocat ut redeas, reddere tibi vult illam imaginem, quam tu ipse cupiditate terrena quodam modo confricando perdidisti et obsoletasti.

Quomodo plangendi idololatrae.

8. Inde est, fratres, quod imaginem suam a nobis quaerit deus; hoc commemorat Iudaeos illos, quando illi obtulerunt nummum. Primo enim temptare illum voluerunt, cum dicerent, Domine, LICET TRIBUTUM DARE CAESARI? ut, si diceret ille, Licet, calumniarentur illi, quia in maledicto voluit esse Israhel, quem voluit esse tributarium, ut subiugatus esset regi, ut daret tributa. Si autem diceret, Non licet reddere tributa, calumniarentur illi, quia contra Caesarem praecepit, et auctor fuit ut non redderent tributum suum quod debebant, quia subiugati erant. Vidit temptantes, tanquam veritas falsitatem, et convicit breviter mendacium ex ore mentientium. Non enim dixit in illos sententiam ex ore suo, sed fecit ut illi in se dicerent sententiam, quia scriptum est: EX ORE TUO IUSTIFICABERIS, ET EX ORE TUO DAMNABERIS. QUID ME, INQUIT, TEMPTATIS, HYPOCRITAE? OSTENDITE MIHI NUMMUM Ostenderunt. CUIUS, ait, HABET IMAGINEM ET INSCRIPTIONEM? Responderunt: CAESARIS. Et ille: REDDITE ERGO CAESARI QUOD CAESARIS EST,

Iniuriam faciunt imagini dei.

[3] damnari] *et interpungendi rationem accepi ex C;* damnare *Den* [8] si vere *C* [10] et ad] *C;* et *om. NDen* [21] cum dicerent] et dicere *C* [23] voluit... voluit] *C;* vellet... volebat *NDen* [25sq] praecepit... fuit] *C;* praeciperet... esset *NDen* [31] inquit *om. C* [32] ait *om. C*

[18] *obsoletasti*] Verbum esse a Tertulliano iam usurpatum ostendit Denis.

[22] *Caesari?*] Mt. 22, 17.

[30] *damnaberis*] Mt. 12, 37.

ET DEO QUOD DEI EST. Sicut Caesar quaerit imaginem suam in nummo tuo, sic quaerit deus imaginem suam in animo tuo. Redde Caesari, ait, quae Caesaris sunt. Quid a te quaerit Caesar? imaginem suam. Quid a te quaerit deus? Imaginem suam. Sed Caesaris in nummo est, dei imago in te est. Si quando nummum perdis, plangis, quia imaginem Caesaris perdidisti; quando adoras idolum, non plangis, quia iniuriam facis in te imagini dei?

9. Tenete ergo, fratres, pollicitationem domini dei nostri, et numerate iam ex illo numero pollicitationum suarum quanta reddidit. Christus nondum erat natus, in scriptura erat promissus: reddidit illum, natus est. Nondum erat passus, nondum resurrexerat: et hoc reddidit; passus, crucifixus, resurrexit. Passio ipsius praemium nostrum est, sanguis ipsius redemptio nostra est. Ascendit in caelum, sicut promiserat: et hoc reddidit. Misit evangelium per omnes terras: ideo quattuor evangelia esse voluit, ut significaretur quaternario numero totus orbis terrarum, ab oriente et occidente, ab aquilone et meridiano. Ideo duodecim discipulos habere voluit, ut terni quodam modo per quattuor distributi videantur; quia in trinitate vocatus est mundus, in Patre et Filio et Spiritu sancto. Reddidit hoc; misit evangelium, sicut praedixit: QUAM SPECIOSI PEDES EVANGELIZANTIUM EORUM QUI ANNUNTIANT PACEM, EVANGELIZANTIUM BONA! sicut praedixit: NON SUNT SERMONES, NEQUE VERBA, QUORUM NON AUDIANTUR VOCES EORUM; PER OMNEM TERRAM EXIVIT SONUS EORUM, ET IN FINES ORBIS TERRAE VERBA EORUM. Quomodo dixit, sic misit: evangelium per omnes terras scribitur. Etiam ecclesia persecutionem primo passa est: reddidit, quia et martyres promiserat. Recita cautionem: PRETIOSA IN CONSPECTU DOMINI MORS IUSTORUM EIUS. Reddidit etiam martyres, quia et ipsos promiserat. Quid postea reddendum erat? ADORABUNT IN CONSPECTU EIUS OMNES REGES TERRAE. Crediderunt et reges, qui primo persequendo martyres fecerant; videmus ergo et modo reges credidisse. Reddidit etiam quod promiserat, ut iubentibus regibus idola frangerentur, quibus primo iubentibus

Iterum de praedictionibus et promissionibus dei.

6 perdidisti] perdis *C* 12 crucifixus est *C*, *et om.* resurrexit 13 redemptio nostra est sanguis ipsius *C* 23 exiit *C* 24 scribitur] creditur *C*

1 *dei est*] Mt. 22, 18-21.

2 *in animo tuo*] Omnino ut supra, serm. Denis 11, 7: « Si Caesar quaerit imaginem in numo, deus non quaerit imaginem suam in homine? »

14 sq. *ideo quattuor evangelia*] Haud infrequens ap. August. sententia; cf. inter alia Enarr. in Ps. 86, n. 4.

21 *bona!*] Rom. 10, 15, at parum exacte, ut puto; librarius enim duas translationes in unam commiscuisse videtur.

23 *eorum*] Ps. 18, 4. 5.

27 *eius*] Ps. 115, 15.

28 *terrae*] Ps. 71. 11.

christiani occidebantur. Abstulit etiam idola, quia promiserat: ET IN IDOLIS NATIONUM ERIT RESPECTUS. Cum tanta ergo reddiderit, fratres, quare non illi credimus? Minus idoneus debitor est deus? Si omnino nihil adhuc nobis reddidisset, idoneum debitorem tenebamus, qui fecit caelum et terram: non enim pauper futurus erat, ut non haberet unde redderet; aut fallit, cum ipse sit veritas. Aut tanta potestas est deus, cui possit succedi, ut non habeat tempus reddendi?

10. Iustum est, fratres, ut credatur deo, antequam aliquid reddat; quia utilibet mentiri non potest, fallere non potest: deus est. Sic illi crediderunt patres nostri. Abraham sic illi credidit. Ecce vere laudanda fides et praedicanda. Nihil ab illo acceperat, et credidit promittenti: nos nondum credimus, qui tanta iam accepimus. Numquid poterat illi dicere Abraham: Credam, quia illud mihi promisisti, et reddidisti. A primo iussu credidit, nihil tale aliud acceperat. EXI DE TERRA TUA, dictum est illi, ET DE COGNATIONE TUA, ET VADE IN TERRAM QUAM TIBI DABO. Et credidit statim, et non dedit illi ipsam terram, sed semini illius illam servavit. Et semini ipsius promisit,quid? IN SEMINE TUO BENEDICENTUR OMNES GENTES. Semen ipsius Christus: quia de Abraham Isaac, de Isaac Iacob, de Iacob duodecim, de duodecim populus Iudaeorum, de populo Iudaeorum virgo Maria, de virgine Maria dominus noster Iesus Christus. Et factus est semen Abraham dominus noster Iesus Christus; et, quod promissum erat Abrahae, invenimus impletum in nobis. IN SEMINE TUO, inquit, BENEDICENTUR OMNES GENTES. Credidit hoc, antequam aliquid vidisset: credidit, et non vidit quod promittebatur. Nos autem videmus quod illi promissum est; et quicquid illi promittebatur, futurum erat. Quid enim nondum reddidit deus? Labores in saeculo isto futuros denuntiavit, et sanctos suos et fideles suos futuros in laboribus, et fructum allaturos cum tolerantia: praenuntiavit, et videmus; ipsis laboribus atterimur. Qui nondum labores praenun-

Meritum Abrahae, cum nondum aliquid accepisset, credentis.

[2] erit] *CN;* non erit *Den Vulg* [16] illi dedit *C* sed *om. C* [23] inquit *om. C* [24] hoc *om. C* iam credidit *C* [29] nondum qui *C*

[2] *respectus*] Sap. 14, 11: sine negandi particula, ut in graeco.

Cum tanta e. reddiderit etc.] Adverte hic tam delineatum « librum Promissionum et Praedictorum Dei », quem medio seculo v ab amico et discipulo Augustini Quodvultdeo conscriptum esse plerique hodie existimant. Cf. etiam infra serm. de arbore fici (Morin 13, 4), et De catechiz. rud. c. 27, n. 53.

[9] *utilibet*] Vox lexicographis incognita, ad normam tamen latini eloquii recte composita: v. Forcellini-De Vit ad « utique » et « libet. *f* ».

[16] *dabo*] Gen. 12, 1.

[18] *gentes*] Gen. 22, 18.

[28] *cum tolerantia*] Luc. 8, 15 iuxta antiquam translationem.

tiati sunt? Neque enim putetis, fratres, quia, quod videtis atteri res humanas modo, non est scriptum in scriptura dei. Totum scriptum est, et tolerantia indicta est christianis, et magis futura bona, quia venerunt mala quae praedicta ventura erant. Nam si non venirent quae dicta erant, etiam de bonis nobis fidem auferrent; sed ideo venerunt ante mala, ut credamus futura bona.

Ipsa mala quae ventura erant christianis praedicta.

11. Modo mundus sic est quomodo et torcular, in pressuris est: sed, si amurca es, per cloacas vadis; si oleum, in gemellario manes. Nam necesse est pressurae sint. Attendite amurcam, attendite oleum. Pressura fit aliquando in mundo: verbi gratia, fames, bellum, inopia, caritas, egestas, mortalitas, rapina, avaritia; pressurae pauperum, labores civitatum sunt: ista videmus. Et praedicta sunt futura, et videmus quia sunt. Invenimus homines inter istas pressuras murmurare, et dicere: Ecce temporibus christianis quanta mala sunt! Ante tempora christiana quanta bona abundabant! Non erant tanta mala. Ista de pressura amurca exit, per cloacas currit; os ipsius propterea nigrum est, quia blasphemat: non splendet. Oleum relucet. Invenis autem alium hominem de pressura ipsa, et de ipsa tritura quae illum trivit: numquid non ipsa tritura est, quae illum trivit? Audistis vocem amurcae, audite vocem olei: Deo gratias! Benedictum nomen tuum! Ista omnia mala, quibus nos conteris, praedicta erant; securi sumus quia ventura sunt et bona. Quando nos et mali simul emendamur, fit voluntas tua. Te novimus patrem promittentem, te novimus patrem flagellantem: erudi nos, et redde haereditatem quam in finem promisisti. Benedicimus sanctum nomen tuum, quia nusquam fuisti mendax: omnia, quemadmodum praedixisti, six exhibuisti. In his laudibus de ipsa pressura emanantibus oleum currit in gemellaria. Tamen quia torcular est totus iste mundus, unde etiam dicitur alia similitudo, SICUT IN FORNACE PROBATUR AURUM ET ARGENTUM, SIC PROBAT IUSTOS TEMPTATIO TRIBULATIONIS, et de fornace aurificis similitudo ponitur. In angusto caccabo tres res

Mundus, torcular.

Contra eos, qui tempora christiana accusant, laudes de ipsa pressura emanantes.

1 sq. modo att. res. hum. *C* 11 caritas] *C; om. NDen* 12 civitatum. Sunt ista. Videmus, *interpung. NDen; C ut in textu* 19 trivit illum *C* 24 in finem] *C;* in fine *NDen* 27 gemellaria] *C, uti coniec. Den;* gemellario *N* 30 caccabo] *CN;* cacabo *Den*

1 sq. *videtis atteri res humanas modo*] Ex iis quae sequuntur apparet, oratoris animum dirigi in vastationem Urbis, quam a Gothis Alarico duce Italiam invadentibus perpessa est; ex quo conficitur, sermonem anno 410 paullo posteriorem esse.

8 *amurca*] De amurca et gemellariis cf. August. Enarr. in Ps. 136, n. 9, ubi formam pariter usurpat *gemellarium, i,* non autem *gemellaria, ae,* ut somniavit Forcellini.

11 *caritas*] Verbum haud recte, ut puto, intellectum omisit scriptor codicis *N*.

29 *tribulationis*] Ex Prov. 17, 21 et Eccli. 27, 6, ut videtur, conflatum.

30 *caccabo*] per duplicem *cc* recte in utroque cod. scribitur, ex gr. *κάκκαβος*, proprie « vas ubi coquebant cibum » iuxta Varronem.

sunt: ignis, aurum, et palea. Et ibi vides imaginem totius mundi: est ibi palea, est ibi aurum, est ibi ignis; palea comburitur, ignis ardet, aurum probatur. Sic et in isto toto mundo sunt iusti, sunt impii, est tribulatio: mundus tanquam fornax est aurificis, iusti tanquam aurum, impii tanquam palea, tribulatio sicut ignis. Numquid aurum purgaretur, nisi palea ureretur? Fit quod impii ad cineres rediguntur; cum enim blasphemant, et murmurant contra deum, cinis efficiuntur. Ibi aurum purgatum — iusti, qui tolerabiliter ferunt omnes molestias huius mundi, et in suis tribulationibus deum laudant — aurum purgatum redigitur in thesauros dei; habet enim deus thesauros, quo mittat aurum purgatum; habet etiam loca sordida, quo mittat cinerem paleae. De isto mundo totum exit. Tu vide quid sis. Nam necesse est ut veniat ignis: si aurum te invenerit, sordes tollet; si paleam te invenerit, comburet, et ad cinerem perducet. Elige tibi quid sis. Nam non potes dicere, Sine igne ero: iam in fornace es aurificis, quo necesse est veniat ignis. Magis te ibi esse necesse est, quia sine igne nullo pacto esse poteris.

Mundus, tanquam fornax aurificis.

12. Quare ergo non credimus, fratres, venturum et finem saeculi et diem iudicii, ut ibi recipiat unusquisque nostrum ea quae gessit in corpore, sive bonum, sive malum, quando videmus tot res promissas, exhibitas, et datas? Quare non nobis eligimus, cum vivimus, illud ubi semper vivamus? Puta, quia neglegentes fuimus, hodie simus diligentes. Neglegentes non debemus esse: crastinus dies nescis qui sit. Dei patientia id agere nos admonet, ut et nos et vitam nostram, si mala fuerit, corrigamus, et cum tempus est meliora eligamus. An putatis quia deus dormit, et non videt facientes mala? Sed forte patientiam nos docet et patientiam prior exhibet. Invenit autem hominem forte profecisse, et non facere quod faciebat, id est malum. Patitur iste aliquem malitiosum, et vult ut tollat illum deus; et murmurat adversus deum, quia retinet inimicum ipsius forte male facientem, et non illum tollit. Oblitus est quia in ipsum patienter egit, et, si prius agere vellet severiter, non esset qui loqueretur. Severitatem exigis dei? Quia tu transisti, transeat et alter: non enim, quia tu iam transisti, praecidisti pontem misericordiae dei; adhuc est qui transeat. Fecit te bonum, cum esses

Dei patientia erga nos imitanda.

8 huius] *C; om. NDen* 9 aurum] *C;* ut aurum *NDen* 10 redigitur] *C;* rediguntur *NDen* 12 exit] *C;* exigit *NDen* 16 nullo pacto esse] *C;* esse non *NDen* 17 venturum et] *C;* et venturum *NDen* 22 non debemus] *C;* semper *add. N, quod Denisio displicet, forte a lin. 21 iteratum* qui sit] *C;* quid sit *NDen* 23 sq. fuerat *C* 29 forte male] *C;* fortem, et male *NDen*

19 *sive malum*] Cf. II Cor. 5, 10.

malus; vult et alium ut sit et ipse bonus ex malo, sicut tu ex malo factus es bonus. Sic omnes veniunt ordinibus suis: sed alii nolunt venire, alii veniunt. Talibus enim dicit apostolus: TU AUTEM SECUNDUM DURITIAM CORDIS TUI ET COR INPAENITENS THESAURIZAS TIBI IRAM IN DIE IRAE ET REVELATIONIS IUSTI IUDICII DEI, QUI REDDET UNICUIQUE SECUNDUM OPERA SUA. Deinde si malus vult perseverare in malo, non est socius tuus, sed erit probator tuus: etenim, si malus est, et tu bonus, tolerando malum probaris bonus; tu accipies coronam probationis tuae, ille autem habebit poenam in malo perseverationis suae. Deus autem quid agat, patienter expectemus bonam eius patientiam, paternam eius disciplinam. Pater est, benignus est, misericors est; magis si dimiserit nos fluere, tunc male irascitur nobis.

Quod amphitheatra, cadunt, non dolendum.

13. Attendite enim, fratres, et videte amphitheatra ista, quae modo cadunt. Luxuria illa aedificavit: putatis, quia illa pietas aedificavit? non illa aedificavit nisi luxuria hominum impiorum. Non vultis ut aliquando cadat quod luxuria aedificavit, et surgat quod pietas aedificat? Permisit enim deus, quando ista aedificabantur, ut quandoque cognoscerent homines mala sua quae faciebant. Sed quia noluerunt cognoscere, venit dominus Iesus Christus: coepit illis mala sua praedicare, coepit evertere quod pro magno habebant; et dicunt, Mala sunt tempora christiana. Quare? quia evertitur tibi, ubi moriebaris. Sed abundabant, inquiunt, omnia bona, quando ista fiebant. Utique sic, ut bona de illis fierent. Si ergo nosti quia dedit tibi deus aliquando abundantiam, et male usus es, et ad perditionem usus es, vide quia abundantia illa fecit te fluere, et perdere animam tuam. Nonne venit severus pater, et coepit dicere: Indisciplinatus est puer iste: commisi illi hoc, aut illud: quomodo illud perdidit, et illud? Si nos semen terrae, nisi bona fuerit, non damus, ne semen intereat, quomodo vultis ut deus nobis indisciplinatis et neglegentibus vitam nostram det abundantiam suam ad male utendum, et non vultis ut praecidat deus defluxus hominum? Fratres mei, medicus est, et membrum putre novit praecidere, ne putrescant inde et alia loca. Unus, inquit, digitus inde praeciditur; quia melius est ut unus digitus minus sit, quam totum corpus putrescat. Si hoc homo medicus per artem suam facit, si ars

Deus, medicus.

1 vult *om. C* 4 in diem *C* 6 si *om. C* in malo *om. C* 7 sed *om. C* 8 tu accip.] tu *om. C* 9 quid] *forte pro* quicquid *?* 10 paternam *om. C* 17 ut quandoque] quando *C, om.* ut 18 sed quia *om. C, fortasse melius* 22 inquiunt *om. C* 24 vides *C* 25 illa *om. C* 27-34 *locus mutilus in C et corruptus* 30 sq. defluxus] *NDen;* de fluxu *C*

6 *sua*] Rom. 2, 5.

medicinae aliquam partem membrorum tollit, ne omnia putrescant, quare deus quicquid novit putre esse non secet in hominibus, ut perveniant ad salutem?

14. Nolite ergo, fratres, taediari ad deum flagellantem, ne dimittat vos, et in aeternum pereatis; sed magis rogemus illum ut moderetur ipsas plagas, et sic temperet ne sub ipsis deficiamus; et rogemus ut emendet cum salute, metiatur, et reddat postea quod promisit sanctis suis. Videte quid dixit scriptura: IRRITAVIT DOMINUM PECCATOR; PRO MAGNITUDINE IRAE SUAE NON EXQUIRET. Quid est, PRO MAGNITUDINE IRAE SUAE NON EXQUIRET? Quia multum irascitur, NON EXQUIRET, id est, dimittet illos perire. Si ergo multum iratus est quando non exquirit, etiam multum misericors est quando exercet. Tunc autem exercet, quando flagellat, quando cor nostrum affigit ad se. Teneamus ergo salutare eius, et non fugiamus flagellum ipsius: hoc nos docet, hoc monet, in hoc nos aedificat. Ipse Filius ipsius, qui ad hoc venit ut consoletur nos, quid boni hic pertulit? dicite mihi. Certe Filius dei est, Verbum dei est, per quod facta sunt omnia: quid boni hic pertulit? Non ipse est, qui, cum daemonia eiceret, tales contumelias audiebat, ut diceretur illi: DAEMONIUM HABES? Filio dei, qui daemones eiciebat, Iudaei dicebant: DAEMONIUM HABES. Iam meliores daemones, qui confitebantur Filium dei, quam illi; nam et illi confitebantur, et illi non confitebantur. Tanta autem erat potentia illius, et tanta magnitudo, et tanta patientia, ut omnia toleraret. Flagellatus est, contumelias audivit, alapas accepit, consputus est in faciem, spinis coronatus est, crucifixus est, ad extremum ligno suspensus est, irrisus est, delusus est, interfectus est, sepultus est. Filius dei tanta hic pertulit: si dominus, quanto magis servus? si magister, quanto magis discipulus? si ille qui nos creavit, quanto magis nos creatura illius? Qui, ut nobis exemplum daret, patientiam nobis dimisit. Quare nos deficimus in ipsa patientia, quasi caput nostrum perdiderimus, quod nos praecessit ad caelum? Ideo enim caput nostrum praecessit ad caelum, tanquam dicens: Ecce qua, venite: per molestias, per patientiam; haec est via quam vobis

Multum iratus est deus, quando poenas non exquirit.

Quanta hic pertulit dei Filius.

8 sq. pro magnitudine] *C uti etiam NDen l. seq.;* secundum multitudinem *NDen Vulg hoc loco* 10 sq. id est *om. C* 11 iratus est] *C;* irascitur *NDen* 12 etiam multum] et *tantummodo C* 15 qui *om. C* 19 filio dei *om. C* 20 et iudaei *C* 21 confitentur *C* 24-26 *codicem C hoc loco secutus sum;* crucifixus est *om. NDen, cuius loco iam anticipat* irrisus est, delusus est; *tunc pergit* ad extr. l. suspensus interfectus est, postea sepultus est 26 sq. si dominus, quanto magis servus?] *CN; om. Den*

8 *non exquiret*] Ps. 10 iuxta hebr., v. 4. 19 *habes*] Ioh. 7, 20.

tradidi. Sed quo ducit via, qua me videtis ascendere? In caelum. Qui non vult hac ire, non vult illuc pervenire; qui vult ad me pervenire, per viam veniat quam monstravi. Et non potestis pervenire nisi per viam molestiarum, dolorum, tribulationum, angustiarum. Sic pervenies ad requiem, quae tibi non tollitur. Vis autem istam requiem quae est ad tempus, et recedere a via Christi? Observa tormenta divitis illius qui apud inferos torquebatur; quia et ipse requiem praesentem desideravit, et poenas sempiternas invenit. Fratres carissimi, eligite potius duriora, quae sine fine requiem habebunt in aeternum. Conversi ad dominum.

Nobis quoque duriora eligenda.

XXV.

Denis, Serm. XXV, col. 116-124 (= *Den*); Migne 46, 932-940: ex cod. Neapolit. fol. 89r-91r (= *N*). Cui emendando partim tantum suppetias fert basilicae Liberianae cod. EE. 3. 3, fol. 92v (= *L*), ex quo Franciscus Liverani in *Spicileg. Liberian.* p. 32 sq. sermonem quemdam edidit, qui nihil aliud est, atque pars prior sermonis huius Denisiani, n. 1-2. Ubi et quando is habitus sit, incertum est, deficiente codicis Casinensis adminiculo. Incredibili fere ardore Manichaeis de Christo nato ex virgine Maria controversiam facit s. Doctor; simulque de ecclesia, quod sit Mariae simillima, amantissimis verbis disputat, ubi etiam audientes sic appellat: « Audio vocem cordis vestri: MATER ECCLESIA ». Ne multa, quicquid de traditione textus desideratur, incommodum longe pensat splendidum eloquendi genus; ut haec quoque inter praestantissimas Hipponiensis nostri computanda sit oratio.

DE VERBIS EVANGELII: ECCE PLUS QUAM IONAS HIC, ET CETERA.

Ea quae de sancto evangelio recitata sunt, fratres mei, si omnia pertractare cupiamus, vix tempus sufficit singulis: quanto magis non sufficit omnibus. Ionam prophetam, qui deiectus in mare beluae marinae utero exceptus est, et die tertia vivus evomitus, figuram gessisse salvatoris, qui passus est et die tertio resurrexit, ipse salvator ostendit.

5 vis autem] *C;* si autem vis *NDen* 11-12 *inscriptio sermonis a Denisio composita est; deest in indice capitulorum codicis N* 13 fratres mei] *L;* fr. carissimi *Den: quo exemplo docemur hanc compellationem plerumque a scribis aevi posterioris in Augustini sermones intromissam esse* 13 sq. si per omnia *L* 14 sq. magis ergo non sufficiet *L* 15 in mari *L* 16 evomitur *L* 17 tertio *N;* tertia *Den L*

8 *fratres carissimi*] Quod ita auditores alloquatur Augustinus, raro quidem contingit, contingit tamen; itaque praepropere nasutus ille Erasmus orationes omnes subditicias esse censuit, in quibus huiuscemodi compellatio occurreret.

Accusatus est populus Iudaeorum in comparatione Ninivitarum, quoniam Ninivitae, ad quos missus est redarguendos Ionas propheta, agendo paenitentiam iram dei placaverunt, et misericordiam meruerunt: ET ECCE, inquit, PLUS QUAM IONAS HIC, volens intellegi se ipsum dominus Christus. Audierunt illi servum, et vias suas correxerunt; audierunt isti dominum, et non solum se non correxerunt, sed insuper illum occiderunt. Regina AUSTRI EXURGET, INQUIT, IN IUDICIO CUM GENERATIONE HAC, ET CONDEMNABIT EAM: VENIT ENIM A FINIBUS TERRAE AUDIRE SAPIENTIAM SALOMONIS, ET ECCE PLUS QUAM SALOMON HIC. Non fuit magnum Christo plus esse quam Ionas, plus esse quam Salomon: ille enim dominus, illi servi erant; sed tamen quales sunt, qui praesentem dominum contempserunt, quando alienigenae servos eius audierunt?

Audierunt Ninivitae servum; dominum Iudaei occiderunt.

2. Deinde sequitur: CUM AUTEM SPIRITUS IMMUNDUS EXIERIT AB HOMINE, AMBULAT PER LOCA ARIDA QUAERENS REQUIEM, ET NON INVENIT. TUNC DICIT: REVERTAR IN DOMUM MEAM, UNDE EXIVI. ET VENIENS INVENIT EAM VACANTEM, SCOPIS MUNDATAM, ET ORNATAM. TUNC VADIT, ET ASSUMIT SECUM ALIOS SEPTEM SPIRITUS NEQUIORES SE, ET INTRANTES HABITANT IN EA; ET FIUNT NOVISSIMA HOMINIS ILLIUS PEIORA PRIORIBUS. SIC ERIT GENERATIONI HUIC PESSIMAE. Hoc ut intellegatur, si congruenter exponatur, multum sermo immorabitur: breviter tamen attingam, quantum dominus donat, ne vos ab huius rei intellectu ieiunos dimittam. Quando fit in sacramentis remissio peccatorum, mundatur domus; sed habitator est necessarius Spiritus sanctus: Spiritus autem sanctus non habitat nisi humiles corde. Deus enim dicit: SUPER QUEM REQUIESCET SPIRITUS MEUS? Et respondet proposito: SUPER HUMILEM, ET QUIETUM, ET TREMENTEM VERBA MEA. Ille ergo cum fuerit habitator, implet, regit, agit, frenat a malis, ad bona excitat, suavem facit iustitiam, ut homo bene faciat amore recti, non timore supplicii. Hoc, quod dixi, agere per semetipsum homo minus idoneus est; sanctum autem Spiritum si habuerit habitatorem, ipsum in omnibus bonis invenit et adiutorem. Superbi autem quidam, peccatis sibi remissis, si praesumpserint ad bene vivendum de solo libero humanae voluntatis arbitrio,

Bene faciat homo amore recti, non timore supplicii.

Contra praesumentes de libero arbitrio.

3 et *om. L* 5 Christus] Iesus *L* 10 pro Christo *L* 17 intrantes] *NL;* inhabitantes *Den* 18 fient *L* 19 si] et *L* 21 rei] *om. L* 24 humiles] in humilibus *L* deus] dominus *L* 25 respondit *L* 29 autem] vero *L* 30 ipsum] aptum *L* bonis] etiam *add. Den contra fidem codicis* invenit et] *Den;* inveniet *L* 31 sq. praesumpserint] *NL;* praesumserunt *Den*

4 *Ionas hic*] Mt. 12, 41.

9 *Salomon hic*] Ibid. 42.

9 sq. *Non fuit magnum Christo...*] Dicendi modus Augustino familiaris: cf. inter alia serm. Guelferb. 11, 1: « Non erat magnum Christo esse quod erat... »

19 *pessimae*] Mt. 12, 43-45.

26 *mea*] Esai. 66, 2.

ipsa superbia a se excludunt Spiritum sanctum; et remanet domus quasi mundata a peccatis, sed inanis omnibus bonis. Dimissa sunt peccata tua, caruisti malis; sed non te nisi Spiritus sanctus implebit bonis. Hunc repellit superbia. Praesumis de te, dimittit te; confidis tibi, donaris tibi. Sed illa cupiditas, qua malus eras, repulsa ab homine, hoc est a mente tua, quando remissa sunt peccata tua, vagatur per deserta quaerens requiem; et non inveniens requiem redit ad domum illa cupiditas, invenit mundatam, adducit secum alios spiritus septem nequiores se; et erunt peiora hominis illius novissima, quam erant prima. Septem alios adducit secum. Quid est, ALIOS SEPTEM? Ergo et ipse immundus spiritus septenarius est? Quid est hoc? Per septem universitas significatur. Totus ierat, totus venit; et utinam solus veniret! Quid est, ADDUCIT SECUM ALIOS SEPTEM? Quos non habebat, quando erat malus, habebit alios falso bonus. Intendite, ut, si possum, quantum adiuvor, explanem quod dico. Spiritus sanctus operatione septenaria commendatur, ut sit in nobis SPIRITUS SAPIENTIAE ET INTELLECTUS, CONSILII ET FORTITUDINIS, SCIENTIAE ET PIETATIS, ET TIMORIS DEI. Huic septenario bono constitue a contrario septenarium malum: spiritum stultitiae et erroris, spiritum temeritatis et ignaviae, spiritum ignorantiae et impietatis, et spiritum superbiae contra timorem dei. Isti sunt septem nequam: qui sunt alii septem nequiores? Alii septem nequiores in hypocrisi inveniuntur: unus malus spiritus stultitiae, alter peior simulatio sapientiae; spiritus malus spiritus erroris, alter peior simulatio veritatis; spiritus malus spiritus temeritatis, alter peior simulatio consilii; spiritus malus spiritus ignaviae, alter peior simulatio fortitudinis; spiritus malus spiritus ignorantiae, alter peior simulatio scientiae; spiritus malus spiritus impietatis, alter peior simulatio pietatis; spiritus malus spiritus elationis, alter peior simulatio timoris. Septem non ferebantur: quis ferat quattuordecim? Necesse est ergo, ut, cum malitiae fuerit addita simulatio veritatis, sint peiora hominis novissima, quam erant prima.

Septem alii peiores spiritus qui sint.

1 excludent *L* 2 munda *L* sunt] tibi *add. L* 3 nisi] *om. L* implevit *L* 6 dimissa *L* desertum *L* 9 erant] *om. L* 15 explanare *L* 16 commendatur] coniunctim datur *L aperte falsus* 18 e contrario *L* 21 septem spiritus nequam *L* 22 hypocrita *L* unus] unde *L* 23 alter] alius *L hoc loco corruptus* 30 addita] adiuncta *L* 31 prima] *hucusque fragmentum in Spicileg. Liberiano editum*

17 *dei*] Esai. 11, 2. 3.

31 *quam erant prima*] Latius hic exsequitur s. Doctor, quod in Quaest. evangel. l. I, n. 8 (Migne 35, 1325) adumbravit: « Cupiditas enim carnis expulsa... Et quoniam non solum habebit illa septem vitia, quae septem virtutum spiritibus sunt contraria, sed etiam per hypocrisim se ipsas virtutes habere simulabit... ipsa septenaria simulatione, redit illa concupiscentia, ut sint novissima hominis peiora quam erant prima ».

3. HAEC EO LOQUENTE AD TURBAS — evangelium sequor — MATER EIUS ET FRATRES EIUS STABANT FORIS VOLENTES LOQUI CUM ILLO. NUNTIAVIT EI QUIDAM DICENS: ECCE MATER TUA ET FRATRES TUI FORIS SUNT, LOQUI TECUM VOLUNT. ET ILLE: QUAE MIHI MATER EST? AUT QUI FRATRES? ET EXTENDENS MANUM SUPER DISCIPULOS SUOS AIT: HI SUNT MATER MEA ET FRATRES MEI. ET QUICUMQUE FECERIT VOLUNTATEM PATRIS MEI QUI IN CAELIS EST, IPSE MIHI FRATER SOROR ET MATER EST. Hinc solum vellem loqui; sed, quia superiora nolui praeterire, non parvam partem temporis, quantum sentio, consumpsi. Hoc enim, quod modo proposui, multos habet sinus nodosque quaestionis; quomodo pie dominus Christus contempserit matrem, non qualemcumque matrem, sed quanto magis virginem matrem, tanto magis talem matrem, cui sic attulit fecunditatem, ut non adimeret integritatem: matrem virginem concipientem, virginem parientem, virginem perpetuo permanentem. Talem matrem ille contempsit, ne operi, quod agebat, maternus se insereret, eumque impediret affectus. Quid enim agebat? Populis loquebatur, veteres homines destruebat, novos aedificabat, animas liberabat, vinctos solvebat, caecas mentes illuminabat, bonum opus faciebat, in bono opere actu et sermone fervebat. Inter haec nuntiatus illi est carnalis affectus. Audistis quid responderit: ut quid ego repetam? Audiant matres, ne impediant carnali affectu bona opera filiorum. Si enim voluerint impedire, et agentibus sic irruerint, ut saltim interpolent quod differri non oportet, contemnentur a filiis; audeo dicere, contemnentur, pietate contemnentur. Et quando erit filio suo bono operi mente intento, et ideo matrem venientem contemnenti, quando erit irata mulier, sive maritata, sive vidua, quando contempta est virgo Maria? Sed dictura es mihi: Ergo filium meum Christo comparas? Nec illum Christo comparo, nec te Mariae. Non ergo dominus Christus maternum damnavit affectum, sed contemnendae matris pro opere dei magnum in se ipso demonstravit exemplum. Et in loquendo doctor erat, et in contemnendo doctor erat; et ideo dignatus est contemnere matrem, ut pro dei opere te contemnere doceret et patrem.

Mariae perpetua virginitas.

Pro dei opere etiam contemnendi parentes.

4. Non enim poterat dominus Christus homo fieri sine matre, qui potuit sine patre? Si oportebat, immo quia oportebat, ut homo fieret propter hominem, qui fecit hominem, considerate et recolite, unde ipsum primum hominum fecit. Primus homo factus est sine patre, sine matre. Quod potuit primo humanis instruendis rebus aptare, non potuit postea tale aliquid ad reparandas res humanas sibi coaptare?

[7] *mater est*] Mt. 12, 46-50.

Difficile erat sapientiae dei, Verbo dei, virtuti dei, unigenito Filio dei, difficile erat, quem sibi coaptaret, facere hominem, undecumque voluisset? Angeli se homines hominibus praebuerunt. Abraham sanctos angelos pavit, et tanquam homines invitavit: nec tantum vidit, sed et tetigit, nam pedes lavit. Numquid illa quasi per phantasmata ludicra ab angelis facta sunt? Si ergo potuit angelus humanam speciem, cum voluit, veram exhibere, non potuit dominus angelorum, undecumque vellet, quem susciperet verum hominem facere? Sed noluit hominem habere patrem, ne per concupiscentiam carnalem veniret ad homines; voluit tamen matrem, ut matrem haberet inter homines, quam pro dei opere contemnendo doceret homines. Voluit sexum virilem suscipere in se, et muliebrem sexum honorare dignatus est in matre. Etenim antiquitus et femina peccaverat, et viro peccatum propinaverat; utrumque coniugium diaboli fraude deceptum est. Si veniret Christus vir non cum feminei sexus commendatione, desperarent de se feminae, maxime quia per illam lapsus est homo: utrumque honoravit, utrumque commendavit, utrumque suscepit. De femina natus est. Nolite desperare, viri: vir esse dignatus est Christus. Nolite desperare, feminae: de femina nasci dignatus est Christus. Ad salutem Christi sexus uterque concurrat: veniat masculus, veniat femina; in fide nec masculus est nec femina. Docet ergo te Christus contemnere parentes tuos, amare parentes tuos. Tunc enim ordinate et pie amas parentes, quando deo non praeponis parentes: QUI AMAT — domini verba sunt — QUI AMAT PATREM AUT MATREM PLUS QUAM ME, NON EST ME DIGNUS. His verbis quasi videtur admonuisse ne amares: immo, si attendas, admonuit ut amares. Potuit enim dicere, Qui amat patrem aut matrem, non est me dignus. Non hoc dixit, ne loqueretur contra legem quam dedit, ipse enim legem illam per Moysen famulum suum dedit, ubi scriptum est: HONORA PATREM TUUM ET MATREM TUAM. Non contrariam legem promulgavit, sed illam commendavit; et ordinem te docuit, non pietatem subvertit: QUI AMAT PATREM AUT MATREM, sed PLUS QUAM ME. Amet ergo, sed non plus quam me: deus deus est, homo homo est. Ama parentes, obsequere parentibus, honora parentes; sed, si te deus ad aliquid amplius vocat, ubi possit impedimento esse parentalis affectus, serva ordinem, noli evertere caritatem.

Sexum in se virilem, muliebrem in matre Christus honoravit.

Sic amandi parentes, ut deo non praeponantur.

17 natus est] « *Addo* vir », *inquit in nota Denisius; quidni melius* Christus?

24 *dignus*] Mt. 10, 37.
29 *tuam*] Exod. 20, 12 et al.
34 *parentalis affectus*] Cf. serm. 293, n. 1 « aetas congrua non erat *parentalis* ».

Contra Manichaeos, qui Christum asserunt non habuisse matrem.

5. In tanta veritate doctrinae domini et salvatoris nostri Iesu Christi quis credat calumniam quaesisse Manichaeos, qua conarentur asserere dominum Iesum Christum non habuisse ullam matrem? Hoc enim sapiunt, immo desipiunt, quod dominus Iesus non habuerit hominem matrem, contra evangelium, contra lucem ipsius veritatis. Et unde argumententur attendite. Ecce, inquiunt, ipse dicit. Quid dicit? QUAE EST MATER MEA? AUT QUI SUNT FRATRES MEI? Ipse, inquiunt, negat, et tu ei vis imponere quod negat; ipse dicit: QUAE EST MATER MEA, AUT QUI SUNT FRATRES MEI, et tu dicis, Habet matrem? O stulte, o contentiose, o merito odiose! responde mihi, unde scias dixisse dominum, QUAE EST MATER MEA, AUT QUI SUNT FRATRES MEI? Tu negas Christum habuisse matrem, et, quod intendis, per hoc docere conaris, quia dixit: QUAE EST MATER MEA, AUT FRATRES MEI? Si alius existat, et dicat hoc dominum Christum non omnino dixisse, unde convinces? Responde, si potes, ad hominem negantem quod hoc dixerit Christus. Unde convinces, inde convinceris. Numquid enim hoc se dixisse, in aurem tibi Christus ipse indicavit? Responde, ut ore tuo convincaris, responde, ut hoc Christum dixisse convincas. Novi quod dicturus est: Codicem sumam, evangelium aperiam, verba eius recitabo scripta in sancto evangelio. Bene, bene: ipso evangelio tenebo te, cum ipso evangelio alligabo te, de ipso evangelio suffocabo te. In ipso evangelio recita quod pro te putas: aperi, lege. QUAE EST MATER MEA? Quare hoc dixit, supra leges. NUNTIAVIT EI QUIDAM: ECCE MATER TUA ET FRATRES TUI FORIS STANT. Nondum premo, nondum teneo, nondum suffoco; adhuc potes dicere, Ille quidem falsus nuntius fuit, non verum dixit, mendacia suggessit: propterea dominus falsum nuntium refutavit. Post nuntium quippe eius respondit: QUAE EST MATER MEA? Quasi diceret: Tu dicis, Foris stat mater tua; ego dico, Quae est mater mea? Cui vis, inquit, credamus? nuntio suggerenti, an quod nuntiaverat Christo respuenti? Audi ergo, adhuc interrogo te: tantum evangelium tene, noli mihi codicem proicere post te: tene, da auctoritatem evangelio; quam nisi dederis, non erit unde probes dominum dixisse, QUAE EST MATER MEA? Cum vero auctoritatem dignam tribueris evangelio, vide quid interrogem. Paulo ante interrogaveram, unde scires utrum dixerit Christus, QUAE EST MATER MEA? Quid praecesserat? Nuntius quidam dixerat Christo: Mater tua foris stat. Antequam hoc diceret nuntius, vel ut hoc diceret

Ex ipso evangelii loco, quem allegant, confutantur.

2 quaesisse] *N;* quaesivisse *Den* 13 aut] qui sunt *add. Den, quod non habet N*

7 *mei?*] Mt. 12, 48.

nuntius, quid praecessit? Cogo, ut legas. Video te iam timere ne legas. RESPONDIT DOMINUS, ET DIXIT. Quis dixit? Non dico, Quis dixit QUAE EST MATER MEA? respondebis enim, Dominus dixit. RESPONDIT DOMINUS, quis dixit? Responsurus es, Evangelista dixit. Evangelista iste verum dixit, an falsum? Dicturus es: Quid verum dixit, an falsum? RESPONDIT DOMINUS, ET AIT ILLI. Quod evangelista dixit, verum dixit, an falsum? Si dicturus es falsum, dixisse evangelistam, dominum respondisse; unde scis QUAE EST MATER MEA? dominum dixisse? Si autem propterea convincis QUAE EST MATER MEA? dominum dixisse, quia hoc eum dixit evangelista dixisse, non convincis hoc dominum dixisse, nisi credideris evangelistae. Iam si credis evangelistae — quia nihil dicis, si non credideris evangelistae — lege superius quid dixit ipse evangelista.

6. Quandiu tibi moras facio! quandiu te suspendo! Beneficium est, ut cito vincaris. Attende, inspice, lege. Video te nolle. Da codicem, ego lego: HAEC EO LOQUENTE AD TURBAS. Quis hoc dicit? Evangelista, cui si non credis, nihil Christus dixit. Si nihil Christus dixit, QUAE EST MATER MEA? Christus non dixit. Si autem QUAE EST MATER MEA? Christus dixit, verum est quod evangelista scripsit. Vide quid ante dixit: HAEC EO LOQUENTE AD TURBAS, MATER EIUS ET FRATRES EIUS FORIS STABANT, VOLENTES LOQUI CUM EO. Nondum aliquid nuntius ille nuntiavit, quem potes dicere fuisse mentitum. Quid nuntiaverit vide, quid evangelista praemiserit attende: HAEC DOMINO LOQUENTE AD TURBAS, MATER EIUS ET FRATRES EIUS FORIS STABANT. Quis hoc dicit? Evangelista, cui credis dominum dixisse QUAE EST MATER MEA? Sed si haec dicta non credis ut illa, dominus ergo non dixit QUAE EST MATER MEA? Sed vere dominus dixit QUAE EST MATER MEA? Crede ergo ei, qui dixit dominum dixisse QUAE EST MATER MEA? Qui enim dixit dominum dixisse QUAE EST MATER MEA? ipse dixit: HAEC EO LOQUENTE, FORIS STABAT MATER EIUS. Quare ergo negavit matrem suam? Absit! intellege: non negavit, sed aliquid quod faciebat matri praeposuit. Postremo sola causa est, quaerere quare dominus dixerit QUAE EST MATER MEA? Prima causa est, videre quod habuerit de quo diceret QUAE EST MATER MEA? Habuit: foris stabat, loqui cum eo volebat. Dic mihi, unde scis? Evangelista dicit, cui si non credidero, nihil dominus dicit. Ergo habuit matrem. Sed quid est, QUAE EST MATER MEA? Ad ista, quae ego facio, quae est mater mea? Si dicas alicui periclitanti, et patrem habenti, Liberet te pater tuus, quem scit ille non esse idoneum liberando filio suo, nonne respondet

Quid significent verba, Quae est mater mea?

1 cogo] « *fortasse* rogo » *Den; immo* cogo *profecto magis ad rem* 5 quod *Den* an] *in* aut *perperam mutat Den* 12 dixit] *N;* dixerit *Den* 30 postremo] *N;* postrema *Den* sola] *in* solum *mutare vult Den, vereor ut recte*

tibi summa pietate, integra veritate: Quid est pater meus? Ad hoc quod volo, ad hoc quod mihi nunc opus esse sentio, quid est pater meus? Ad illud ergo quod agebat Christus, quod vinctos solvebat, caecas mentes illuminabat, interiores homines aedificabat, templum spirituale sibi fabricabat, quae est mater eius? Sed, si putas ideo Christum non habuisse matrem in terra, quia dixit QUAE EST MATER MEA? nec discipuli eius habuerunt patres in terra, quia dixit eis ipse dominus: NE VOBIS DICATIS PATREM IN TERRA. Domini verba sunt: NE VOBIS DICATIS PATREM; UNUS EST ENIM PATER VESTER DEUS. Non patres non habebant: sed ubi venturum est ad regenerationem, quaeratur pater regenerationis; non damnetur pater generationis, sed ei praeponatur pater regenerationis.

7. Ecce illud magis attendite, fratres mei, illud magis attendite, obsecro vos, quod ait dominus Christus, extendens manum super discipulos suos: HAEC EST MATER MEA ET FRATRES MEI; ET QUI FECERIT VOLUNTATEM PATRIS MEI, QUI ME MISIT, IPSE MIHI ET FRATER ET SOROR ET MATER EST. Numquid non fecit voluntatem Patris virgo Maria, quae fide credidit, fide concepit, electa est de qua nobis salus inter homines nasceretur, creata est a Christo, antequam in illa Christus crearetur? Fecit, fecit plane voluntatem Patris sancta Maria: et ideo plus est Mariae, discipulam fuisse Christi, quam matrem fuisse Christi: plus est felicius discipulam fuisse Christi, quam matrem fuisse Christi. Ideo Maria beata erat, quia, et antequam pareret, magistrum in utero portavit. Vide si non est quod dico. Transeunte domino cum turbis sequentibus, et miracula faciente divina, ait quaedam mulier: FELIX VENTER QUI TE PORTAVIT! Beatus venter qui te portavit! Et dominus, ut non felicitas in carne quaereretur, quid respondit? IMMO BEATI QUI AUDIUNT VERBUM DEI, ET CUSTODIUNT. Inde ergo et Maria beata, quia audivit verbum dei, et custodivit: plus mente custodivit veritatem, quam utero carnem.

Plus est Mariae, discipulam fuisse Christi, quam matrem.

12 fratres mei] carissimi *praemitt. NDen: cf. supra p. 155, l. 13* 20sq. plus est felicius] *legendumne* plus est, felicius est? 25 beatus venter qui te portavit] *Denisio verba haec redundare videntur, et re vera ab amanuensi Vulgatae translationi assuefacto facile addita fuerint* 26 beati] *hic quoque fortasse pro* felices, *quae est lectio Aug. usitata: in dubio tamen sum, propter id quod sequitur*, Inde ergo et Maria beata *etc.*

9 *deus*] Mt. 23, 9. Cf. Enarr. in Ps. IX^2, n. 31: « Quae mihi mater, aut qui fratres? Unde volunt perniciosissimi haeretici asserere, non eum habuisse matrem; nec vident esse consequens, si haec verba attendant, ut nec discipuli eius patres habuerint » etc.

27 *Inde ergo et Maria beata* etc.] Tract. 10 in Ioh., n. 3: « hoc est dicere: Et mater mea, quam appellatis felicem, inde felix, quia verbum dei custodit, non quia in illa Verbum caro factum est ». De sancta virginitate, n. 3: « Beatior ergo Maria percipiendo fidem Christi, quam concipiendo carnem Christi. Nam et dicenti cuidam, Beatus venter qui te portavit, ipse respondit, Immo beati qui audiunt verbum Dei, et custodiunt ». Unde palam fit hoc loco ab Augustino modo *felix*, modo *beatus*, lectum fuisse.

Veritas Christus, caro Christus: veritas Christus in mente Mariae, caro Christus in ventre Mariae; plus est quod est in mente, quam quod portatur in ventre. Sancta Maria, beata Maria, sed melior est ecclesia quam virgo Maria. Quare? quia Maria portio est ecclesiae, sanctum membrum, excellens membrum, supereminens membrum, sed tamen totius corporis membrum. Si totius corporis, plus est profecto corpus quam membrum. Caput dominus, et totus Christus caput et corpus. Quid dicam? Divinum caput habemus, deum caput habemus.

Melior est ecclesia quam virgo Maria.

8. Ergo, carissimi, vos attendite: et vos membra Christi estis, et vos corpus Christi estis. Attendite quomodo sitis quod ait, ECCE MATER MEA ET FRATRES MEI. Quomodo eritis mater Christi? ET QUICUMQUE AUDIT, ET QUICUMQUE FACIT VOLUNTATEM PATRIS MEI QUI IN CAELIS EST, IPSE MIHI FRATER, SOROR ET MATER EST. Puta, fratres intellego, sorores intellego: una est enim hereditas; et ideo Christi misericordia, qui, cum esset unicus, noluit esse solus, voluit nos esse Patri heredes, sibi coheredes. Talis est enim illa hereditas, quae coheredum multitudine angusta esse non possit. Intellego ergo fratres nos esse Christi, sorores Christi esse sanctas et fideles feminas. Matres Christi quomodo possumus intellegere? Quid igitur? audemus nos dicere matres Christi? Immo audemus nos dicere matres Christi. Dixi enim vos fratres eius omnes, et matrem suam non auderem? sed multo minus audeo quod Christus dixit negare. Eia, carissimi, intendite quomodo sit ecclesia, quod manifestum est, coniux Christi; quod difficilius intellegitur, sed tamen verum est, mater Christi. In ipsius typo Maria virgo praecessit. Unde, rogo vos, Maria mater est Christi, nisi quia peperit membra Christi? Vos, quibus loquor, membra estis Christi: quis vos peperit? Audio vocem cordis vestri: Mater Ecclesia. Mater ista sancta, honorata, Mariae similis, et parit et virgo est. Quia parit, per vos probo: ex illa nati estis; et Christum parit, nam membra Christi estis. Probavi parientem, probabo virginem: non me deserit divinum testimonium, non me deserit. Procede ad populum, beate Paule, esto testis assertionis

Ecclesia, mater et virgo.

13 mihi] *N;* meus *Den* et soror *Den, etsi N non habet* et

13 *Puta, fratres intellego*] Istud *puta* aegre primum intellexi: postmodum tamen mihi iterum occurrit, Enarr. in Ps. 127, n. 12, ubi de eo ipso evangelii loco tractat Augustinus: « *Puta,* frater propter sexum virilem quem habet ecclesia; soror, propter feminas quas hic in membris habet Christus: mater quomodo, nisi quia ipse Christus est in christianis, quos christianos per baptismum cotidie parit ecclesia? Ergo in quibus intellegis coniugem, in illis matrem, in illis filios ».

17 *angusta esse non possit*] Serm. Guelferb. 32, 12: « quod possideo non fiet angustum, si multi mecum possideant ».

28 *et parit, et virgo est*] Serm. Guelferb. 1, 8: « Numquid non virgo sancta Maria et peperit, et virgo permansit? Sic et ecclesia et parit, et virgo est ».

meae; exclama, et dic quod volo dicere: SPONSAVI VOS UNI VIRO VIRGINEM CASTAM EXHIBERE CHRISTO. Ubi est ista virginitas? ubi timetur corruptio? ipse dicat, qui virginem dixit. SPONSAVI VOS UNI VIRO VIRGINEM CASTAM EXHIBERE CHRISTO; TIMEO AUTEM, inquit, NE SICUT SERPENS EVAM SEDUXIT VERSUTIA SUA, SIC ET VESTRAE MENTES, inquit, CORRUMPANTUR A CASTITATE QUAE EST IN CHRISTO. Tenete in mentibus virginitatem: mentis virginitas, fidei catholicae integritas; ubi corrupta est Eva sermone serpentis, ibi debet esse virgo ecclesia dono omnipotentis. Ergo in mente pariant membra Christi, sicut Maria in ventre virgo peperit Christum; et sic eritis matres Christi. Non est longe a vobis, non est praeter vos, non abhorret a vobis: fuistis filii, estote et matres. Filii matris, quando baptizati estis, tunc membra Christi nata estis: adducite ad lavacrum baptismatis quos potestis; ut, sicut filii fuistis quando nati estis, sic etiam ducendo ad nascendum matres Christi esse possitis.

Mentis virginitas, fidei integritas.

Ad baptismum, quos possumus, adducendi.

7 mentis] *cum* virginitatem *minus recte coniung. NDen*

6 *in Christo*] II Cor. 11, 2. 3.

7 *mentis virginitas*] Enarratio in Ps. 147, n. 10: « Virginitas carnis, corpus intactum; virginitas cordis, fides incorrupta ». Cf. etiam serm. 93, n. 4; 241, n. 5 etc.

II.

EX SERMONIBUS AB OCTAVIO FRAJA FRANGIPANE EDITIS

Octavius Fraja Frangipane (1763-1843), monachus Casinas, Puteolis ortus, quadraginta annos bibliothecae monasterii sui haud sine magno totius literarum rei publicae commodo temporibus difficillimis praefuit. Sedulus patiensque membranarum rimator multa ex eis collegit monumenta, verba, nomina, quae pluribus voluminibus comprehensa in tabulario hodie adservantur. [1] Pauciora edidit, quae tamen acuti eum fuisse ingenii virum, quique latini sermonis elegantia polleret, abunde testentur: inter alia decem s. Augustini Sermones an. MDCCCXIX. Romae in lucem emisit, ac Romano pontifici Pio septimo dedicavit; [2] quos postea apud Gallos A. B. Caillau [3] et J. P. Migne [4] vicissim denuo evulgarunt.

Ex his porro sermonibus quattuor priores antea quidem cognitos, at mutilos atque imperfectos, casinensium codicum ope fretus editor suae integritati restituit; quos ita demum Augustino dignos ac prorsus genuinos esse, nemo infitias ibit. Reliqui sex omnino novi atque antea inediti: quorum quinque (V-IX) insignem Hipponiensis episcopi eloquentiam, ut ego arbitror, manifesto praeferunt. Ultimus tantum (X), ex lectionariis depromptus, in dubium vocandus videtur, et quem procul dubio Maurini in Appendicem reiciendum iure censuissent. Illud itaque Casinati nostro laudi profecto dandum, ut, si decem modo, at novem ex eis probatos Augustini fetus protulerit; cum ex quam plu-

[1] Paucis verbis at ex intimo pectore laudes eius praedicavit cl. abbas Ludovicus Tosti, Prolegom. ad tom. I *Bibliothecae Casinensis*, p. L-LII; cf. p. XIX.

[2] *Sancti Aurelii Augustini Hipponensis episcopi Sermones X ex cod. Cassinen. nunc primum editi cura et studio D. Octavii Fraja Frangipane.* Romae MDCCCXIX.

[3] *Sancti Aurelii Augustini sermones recens editi, Supplementum IV.* Parisiis MDCCCXXXIV, p. 65-96.

[4] Patr. lat. tom. 46 (Augustini Opp. XI). Paris 1842, col. 945-1004.

rimis contionibus a tantopere laudato Angelo Mai evulgatis vix unam ex novem, cui fides habeatur, invenias.

Dolendum sane Frangipanio nonnisi paucissimos libros, immo aliquando unum, praesto fuisse, eosque exiguae plerumque auctoritatis; quos utinam debita diligentia editor saltim excripsisset. Cui vitio mederi conatus sum adhibitis aliorum praestantiorumque codicum exemplis, quae Reverendissimus P. Antonius Casamassa consueta liberalitate mihi suppeditavit; sicque textum plurimis locis orationum praesertim I. VII. et VIII. emendare potui.

Novem igitur priores sermones ad unum omnes in hoc opere repetere visum est; ubi, quae notatione maxime digna essent, in fronte uniuscuiusque contionis breviter praemonui.

I.

Frangip., Serm. I, p. 1-11; Migne 46, 945-960. Sermonis huius, quem merito potius libellum dixeris, sponsorem habemus, praeter Possidium, Indic. cap. 9, Caesariumque Arelatensem (Append. August. serm. 21), Eugippium abbatem, qui magnam illius partem inter Excerpta sua recepit; immo ipsum Augustinum in Enarratione psalmi 77, n. 27, ubi scribit: « De quibus e contrario inter se comparandis, id est, plagis et praeceptis, QUONIAM ALIBI DIXIMUS, expositionem psalmi huius in his onerare non opus est ». Cum igitur illa Enarratio summum anno 415 dictata sit, uti apparet ex epistola 169 ad Evodium, n. 1, consequens est, ab Augustino nondum ita aetate provecto contionem rogantibus « fratribus » habitam esse; et quidem Carthagine « ad mensam Cypriani », quod ex his verbis, n. 16, perspicuum fit: « Sanctus, CUIUS MENSA EST ISTA, Cyprianus » etc. Porro ad principium usque saeculi XIX nonnisi eae partes notae erant, quas Eugippius excerpserat, quibusque constat sermo apud Maurinos octavus; donec anno demum 1819 Octavius Fraja Frangipane mon. Casin. multa, quae adhuc deerant, ex codice Casin. XVII, p. 393-403, supplevit. At nec sic profecto contionis forma emunctae naris iudicibus placitura erat: textus quidem plenior, innumeris autem lacunis ac vitiis scatens, inter quae etiam n. 15 verrucae instar locus quidam ostentui erat ex Enarratione in ps. 93 impudenter expilatus. Quae omnia hic primum integra sanaque exhibere contingit ope venerandi codicis Bobiensis, nunc Vatic. 5758, ex quo Angelus Mai paucas tantum lectiones variantes veluti quaedam specimina protulit NPB. I, serm. VII, p. 15-17. His porro notis in adnotatione critica usus sum:

V = cod. Vatican. 5758 « de arca domni Boboleni » saec. VII, p. 307-340.
A = cod. Mediol. Ambros. H 62 inf., fol. 61^{v}-66^{v}, qui ex cod. *V* descriptus videtur saec. XI.
C = cod. Casin. XVII, p. 393-403, saec. XI.
M = serm. Augustini ap. Maur. VIII.
K = Eugippii Excerpta ex recens. Pii Knoell (CSEL t. VIIII, p. 366-379).
H = eadem ex recens. Heroldi: Migne 62, 723-730.
E = eadem Excerpta, ubi *M* et *K* consentiunt.
Frang = Edit. Frangipan. (Romae 1819), ubi a codice *C* diversa est.
Caes = Caesarii Arelaten. in Append. August. serm. 21, qui plerumque cum codice *V* convenit.

DE DECEM PLAGIS ET DECEM PRAECEPTIS.

Domino deo nostro, cuius cultores sumus, in laude dictum est quodam scribturarum loco: OMNIA IN MENSURA ET NUMERO ET PONDERE DISPOSUISTI. Deinde apostolica doctrina edocemur, invisibilia dei per

[1] plagis] aegyptiorum *add. V* praeceptis] legis *add. V;* quae per mosen data sunt populo iudaeorum *add. C* [3] scribturarum] *ita V* [4] invisibilia dei per] *V; om. C*

[4] *disposuisti*] Sap. 11, 21. *invisibilia dei*] Cf. Rom. 1, 20.

ea quae facta sunt intellecta conspicere, et ea quae latent per manifesta investigare. Unde interrogata quodammodo ubique creatura, dominum deum se artificem habere, ipsa speciei suae quadam quasi voce respondet. Deinde apostolus ea, quae conscribta sunt in libris, quod dicitur testamentum vetus in figura contigisse commemorat; SCRIBTA AUTEM SUNT AD CORREPTIONEM NOSTRAM, IN QUOS FINIS SAECULORUM OBVENIT. Proinde, carissimi, si ea, quae videntur in rerum natura quasi fortuito provenire, perscrutata diligenter atque discussa, et prudenter vestigata et inventa laudem intimant creatoris, divinamque providentiam per cuncta diffusam, et disponentem, ut dictum est, suaviter omnia, cum attingit a fine usque in finem fortiter; quanto magis ea, quae non solum facta, verum etiam divinis litteris commendata recitantur? Unde propositam nobis a fratribus quaestionem, immo inquisitionem et disputationem, quid sibi velit, quod decem plagis percutiuntur Aegyptii, et decem praeceptis instruitur populus dei, suscepimus in nomine domini dei nostri, adiuvante ipso et donante, adnitente nobiscum pia intentione cordis vestri, quantum possumus, explicare. Qui proposuerunt, quod proposuerunt sciunt, id est, proposuisse se noverunt, nec me hoc tempore ad vos protulisse recordantur. Quicumque autem non proposuistis, pariter audite quod possumus; ut propositum fratrum cura sit omnium, et expositum ministerii nostri alimentum sit universorum. Arbitramur enim ipsum adiuturum, etsi non propter nos, certe propter vos, ut ea dicamus. quae et dici oportet, et audire utile est; ut in via veritatis eius pariter ambulantes, et ad patriam pariter festinantes, hostes et insidiatores itineris nostri, agnoscendo voluntatem legis dei, evitare mereamur.

Propositae a fratribus quaestioni hic respondet Augustinus.

2. Decem sunt plagae, quibus populus Pharaonis percussus est: decem sunt praecepta, quibus dei populus instructus est. Videamus ergo,

3 quadam quasi] *V; om. C* 4 apostolus] Paulus *add. C* conscribta *V;* scripta *C* 4sq. quod dicitur testamentum vetus] *V;* veteris testamenti *C* 6 sunt] inquit *add. C* 7 si] *V; om. C* quasi] *om. C* 8 perscrutata] *V;* interrogata *C* 10sq. suaviter omnia ut dictum est *C* 12 facta, verum] *V;* fa vēr *C, non* faverunt sed, *ut scribit Frang* 15 instruitur] *V, et ita legendum esse palam fit ex l. 28 infra;* instituitur *C* 16 dei] *recepi ex C; om. V* 17 adnitente] *V*; adveniente *C insulse* 18-22 Qui proposuerunt *usque* universorum] *V; om. C* 23 adiuturum] *V;* adiutorium *C* 24 quae et dici oportet, et audire] *V;* certe quae didici et audiri *C; irrepsisse mendum librarii Frangipanius ipse animadvertit* utile est] *V;* ut ille est *C* 25 hostes et] *V; om. C* 26 dei] *om. C* 27 Faraonis *V, sed* Pharaonis *infra* 28 populus dei *C* ergo] *C; om. V*

6 *obvenit*] I Cor. 10, 11, uti fere constanter Aug.

11 *fortiter*] Cf. Sap. 8, 1.

13 *a fratribus*] Fortasse ex clero vel monasteriis urbis Carthaginiensis.

fratres, quoniam corporaliter facta spiritaliter sunt intellegenda: non enim negamus esse facta, ut putemus tantum dicta atque conscribta, non facta; sed facta credimus, quemadmodum facta legimus, et tamen ipsa facta umbras fuisse futurorum apostolica doctrina cognoscimus. Putamus ergo spiritaliter esse investiganda, quae facta sunt, facta tamen esse negare non possumus. Nemo ergo dicat: Scribtum est quidem, aquam conversam in sanguinem in plaga Aegyptiorum; sed significat aliquid, non enim revera fieri potuit. Hoc qui dicit, ita quaerit voluntatem dei, ut iniuriam faciat potentiae dei. Quid enim? Si dicendo significare potuit, etiam faciendo non potuit? An numquid non est natus Isaac, aut non Ismahel? Nati erant, homines erant; et ex Abraham nati erant et unus ex ancilla, alter de libera. Quamvis ergo homines fuissent, quamvis nati essent, figurarunt tamen duo testamenta, vetus et novum. Ita prius in fundamento posita rerum gestarum firmitate significantiam debemus inquirere, ne subtracto fundamento in aere velle aedificare videamur. Arbitror ergo omnes, qui decem legis praecepta contempnunt, et non observant, spiritaliter pati ea, quae Aegyptii corporaliter passi sunt; hoc propositum donec in adiutorio domini explicem, intentos vos volo et orantes pro nobis, ut dicamus utilia vobis. Quod enim ad nos pertinet, fortasse cogitamus; quod autem loquimur, vobis servimus.

Rerum gestarum spiritalis significantia quaerenda.

3. Illud ergo prius accipite, ne in numero fallamini: ad plagas istas decem non pertinere, quod primo factum est signi causa, ut virga in serpentem converteretur. Aditus enim erat ipse ad Pharaonem, quo commendabatur Moyses educturus ex Aegypto populum dei; nondum autem contumaces feriebantur, sed divino signo iam terrebantur. Neque nunc opus est, neque propositum est, de ipsa virga in serpentem

1 quoniam] *VC;* quomodo *scripsit Frang* intellegenda sunt *C* 2 negamus esse facta, ut putamus *C;* putamus *tantum habet V* 4 umbras] *V;* umbram *C* 6 negare non possumus] *V; om. C* 9 qui enim *Frang, sed* quid *C* 10 an numquid non] *VC;* an non? non *Frang; cf. Thes. l. lat. II, p. 3, l. 74 sq.* 11 aut non] *C;* non *om. V* et ex] *V;* et *om. G* 14 prius in fundamento posita] *ab his verbis incipiunt Excerpta Eugippii, et sermo in Maurinorum editione octavus* significantiam] *MH, quae lectio est codicis Paris. 11642 Excerptorum Eugippii;* significantia *VCK* 15 velle] vel *C compendio* 16-21 arbitror *usque* fallamini] *VC; om. E* 16 ergo] *V;* enim *C* 17 et non observant] *C; om. V* 18 in adiutorio] *scripsi;* in adiutorium *V;* adiutorio, *omissa praepositione, C* domini] *VC;* dei *Frang* 19 utilia] *V;* u *C in fine versus; om. Frang* 21 ⟨sed⟩ ad plagas *M* 22 pertinet *E* 23 ipse] *VE;* iste *C* 24 moses *K;* mosen *C* 25 sqq. neque nunc *usque* breviter dicimus *om. E* 26 nunc] *V; om. C* propositum] nobis *add. Frang nescio unde*

18 *in adiutorio domini*] Cf. serm. 275, n. 1: « in adiutorio domini cuncta superantem »; serm. 207 incipit: « In adiutorio misericordiae domini ».

conversa aliquid dicere. Verumtamen, quia eius mentionem necessitate fecimus, ne quisquam in numero erraret, nec debet in cuiusquam auditoris animo tamquam non intellectae rei scrupulus remanere, breviter dicimus, virgam significare regnum dei, idemque regnum esse utique populum dei; serpentem autem, tempus mortalitatis huius: mors enim a serpente propinata est. Tamquam ergo cadentes de manu domini in terram mortales effecti sunt; unde proiecta virga ex manu Moysi serpens effecta est. Fecerunt et magi Pharaonis similiter: virgis eorum proiectis serpentes facti sunt. Sed prius serpens Moysi, id est, virga Moysi devoravit omnes serpentes magorum; tunc demum cauda conpraehensa identidem virga facta est, et regnum remeavit ad manum. Sunt enim virgae magorum populi impiorum: qui tamen populi impiorum, victi Christi nomine, cum in eius corpus transferuntur, tamquam a serpente Moysi devorantur, donec redeat regnum dei ad manum dei, sed in fine mortalis saeculi, quod significat cauda serpentis. Magnum signum: fiat, fiat. Audistis quid debeatis desiderare: audite quid debeatis vitare.

Virga in serpentem conversa quid significet.

Primum praeceptum, prima plaga.

4. Primum praeceptum in lege de colendo uno deo: NON ERUNT TIBI, inquit, DII ALII PRAETER ME. Prima plaga Aegyptiorum, aqua conversa in sanguinem. Conpara primum praeceptum primae plagae. Deum unum, ex quo sunt omnia, in similitudine intellege aquae, ex qua generantur omnia. Quo autem pertinet sanguis, nisi ad carnem mortalem? Quid est ergo conversio aquae in sanguinem, nisi quia OBSCURATUM EST INSIPIENS COR EORUM? DICENTES ENIM SE ESSE SAPIENTES, STULTI FACTI SUNT; ET COMMUTAVERUNT GLORIAM INCORRUPTIBILIS DEI IN SIMILITU-

[2] quisquam] *VC;* quis *Frang* [3] animum *V* scrupulos *V* [4] virgam] *tractu calami super* a *superducto V;* virgas *C;* virga *E* significare] *C;* significari *V;* significat *E* [5] serpentem] *VCK;* serpens *MH* [8] moysi] *V;* mosi *C et sic const.; om. E* faraonis *heic rursus V; om. C* [10] id est, virga moysi] *CE; om. V* [12] enim] *VC;* ergo *E* [13] qui tamen populi impiorum] *V;* qui autem populi impiorum? *C; om. E* [14sq.] redeat regnum dei] *E optime, ut videtur;* redeamus ad regnum dei *VC* [15] ad manum dei] *VE; om. C* sed] *CE; om. V* in finem *C* [16] magnum signum: fiat fiat] *VK;* magnum signum fiat *CHM* [16sq.] quid... quid] *VK;* quae... quid *C;* quae... quod *H;* quae... quae *M* [18] primum] est *add. V* [18sq.] tibi, inquit] *VC;* inquit tibi *E Frang* dii] *VCHM;* di *K* [21] similitudine] *VCE;* similitudinem *Frang* [23] est] *om. Frang, et si in C legitur* [24] eorum] *VE;* ipsorum *C* esse] *VE; om. C* [25sq.] gloriam i. d. i. s. i. corruptibilis *bis continua serie codex V* [25] incorruptibilis] *E, V 1° loco;* incorrupti *C, V 2° loco*

[19] *praeter me*] Exod. 20, 3.

[22] *ad carnem mortalem?*] Cf. Enarr. in Ps. 77, n. 27: « Aqua in vinum conversa mihi videtur significare, de rerum causis sentire carnaliter ».

DINEM IMAGINIS CORRUPTIBILIS HOMINIS. Gloria incorruptibilis dei, sicut aqua; similitudo imaginis corruptibilis hominis, sicut sanguis. Et hoc quidem fit in corde impiorum, nam deus incommutabilis manet: neque enim quia et apostolus dixit COMMUTAVERUNT, ideo mutatus est deus.

5. Secundum praeceptum: NON ACCIPIES NOMEN DOMINI DEI TUI IN VANUM; QUI ENIM ACCIPIT NOMEN DOMINI DEI SUI IN VANUM, NON MUNDABITUR. Nomen domini dei nostri Iesu Christi veritas est: ipse enim dixit, EGO SUM VERITAS. Veritas ergo mundat, vanitas inquinat. Et quoniam, qui loquitur veritatem, de dei loquitur — QUI enim LOQUITUR MENDACIUM, DE SUO LOQUITUR — veritatem loqui est rationabiliter loqui; vanitatem autem loqui est strepere potius quam loqui. Merito, quia secundum praeceptum est dilectio veritatis, cui contraria est dilectio vanitatis; loquitur autem veritas, perstrepit vanitas: huic praecepto secundo contrariam videte secundam plagam. Quae est illa secunda plaga? Ranarum abundantia. Habes expressam significatam vanitatem, si attendas ranarum loquacitatem. Vide amatores veritatis, non accipientes in vanum nomen domini dei sui, loqui sapientiam inter perfectos, etiam inter imperfectos: non quidem loqui quod capere non possunt, non tamen recedere a veritate, et pergere in vanitatem. Quamvis enim inperfecti non capiant, si quid paulo excelsius fuerit disputatum de Verbo dei, deo apud deum, per quod facta sunt omnia; possintque capere, quod inter eos loquitur Paulus tamquam inter parvulos, CHRI-

Secundum.

1. 2 hominis] et volucrum et quadrupedum et serpentium *add. V unus* 1sq. Gloria *usque* hominis] *om. C* 1 gloriam *V* incorrupti *heic rursus V* dei] ex quo sunt omnia *add. V unus* 4 et apostolus] *CE; corr. ex* et postolus *V;* et *om. Frang* 6 accepit *C* sui] *om. C* 8 vanitas] autem *add. C* 9 de dei] *VK,* veritate *m. poster. add. C;* de deo *HM* 11 autem] *VE; om. C.* 13 perstrepit] *VE;* est per strepitum *C* (est *2 m. s. l.*) 14 videte] *VE;* videt *C;* vide esse *Frang* 15 habes] congruenter *add. VA Caes* expressam] *CE;* expressius *fort. melius cod. Casin. 13 Excerptorum Eugippii; om. VA Caes* significatamque *C* 17 in vanum] *om. C; post* dei sui *traicit Frang* 19 in] *CE;* ad *VA; cf. p. 174, l. 8 infra* 20 enim] *om. C* capiunt *HM* paulo] *CE;* aliquando *VA* excelsius] expellentius *C* 21 aput *V 1 m.* 22 inter] *ante* parvulos *om. V post* parvulos *habet* in christo iesu christum *VA;* christi iesu christum *C;* christi iesum christum *M;* christi iesum *K; unde suspicor in archetypo fuisse post* parvulos *tantummodo* christum iesum, *uti saepius legit Aug. ad I Cor. 2, 2*

1 *hominis*] Rom. 1, 21. 22. 23; ubi lectio *incorrupti* nota fuit Augustino.

6sq. *non mundabitur*] Exod. 20, 7; pro *Non accipies*, legit Aug. infra p. 187, l. 27 *Ne accipias*.

8 *veritas*] Ioh. 14, 6.

10 *de suo loquitur*] Ioh. 8, 44. Probandam esse lin. 9 lectionem *de dei loquitur*, cognosce ex Aug. Tract. 5 in Ioh., n. 1: « Si ergo qui loquitur mendacium, de suo loquitur; qui loquitur veritatem, de dei loquitur »; similiter serm. 166, n. 3: « Qui loquitur mendacium, de suo loquitur...; qui ergo loquitur veritatem, non de suo loquitur, sed de dei ».

16 *ranarum loquacitatem*] Enarr. Ps. 77, n. 27: « Rana est loquacissima vanitas ».

17sq. *inter perfectos*] Cf. I Cor. 2, 6.

STUM IESUM, ET HUNC CRUCIFIXUM, non tamen illa est veritas, et ista vanitas. Vanitas autem esset, si Christum mortem non implevisse, sed finxisse diceremus: si vulnera illa in phantasmate fuisse, si sanguinem non verum sed simulatum de vulneribus emanasse, si falsas eum cicatrices tamquam post falsa vulnera demonstrasse. Cum vero ista omnia vera dicimus, facta dicimus, certa, expressa, impleta credimus et praedicamus; quamvis de sublimi illius et de incommutabili veritate non loquamur, non tamen imus in vanitatem. Qui autem illa omnia in Christo falsa et simulata dicunt, ranae sunt clamantes in palude: strepitum vocis habere possunt, doctrinam sapientiae insinuare non possunt. Denique in ecclesia loquuntur haerentes veritati veritatem, per quem facta sunt omnia: veritatem, Verbum carnem factum et habitantem in nobis: veritatem, Christum natum de deo, unum de uno, unigenitum et coaeternum: veritatem, accepta forma servi natum ex virgine Maria, passum, crucifixum, resurgentem, ascendentem; ubique veritatem, et quam parvulus capere potest, et quam parvulus capere non potest: veritatem et in pane et in lacte, in pane magnorum, in lacte parvulorum. Idem quippe panis, ut lac fiat, per carnem traicitur. Qui autem huic veritati contradicunt, et in sua vanitate decepti decipiunt, ranae sunt taedium afferentes auribus, non cibum mentibus. Audi denique homines rationabiliter loquentes: NON SUNT LOQUELLAE NEQUE SERMONES, QUORUM NON AUDIANTUR VOCES EORUM; sed voces non inanes, quia IN OMNEM TERRAM EXIIT SONUS EORUM, ET IN FINES ORBIS TERRAE VERBA EORUM. Si autem et ranas vis e contrario in-

Veritati dogmatis christiani loquax haereticorum vanitas opponitur.

[2] christus... implevisset *C* *unus* [3] fantasmate *VA* fuissent *C* [3sq.] sanguis non verus s. simulatus d. v. emanasset *C* [4] eum] *om. C* [5] demonstrasset *C* [6] vera] *om. C* [7] et de] de *om. C* [9] falsa] esse *add. VA* in palude] limosa *add. VA;* in paludibus limosis *Caes* [11sq.] veritatem, per quem facta sunt omnia] *Frang ex cod. Casin 13 et nonnulli antiqui codd. Eugippii;* v. per quam f. s. o. *MK; om. VC* [12sq.] verbum carnem factum e. h. i. nobis *om. C.* [13] habitantem] *M et Frang, aeque ut codd. P et Casin 13 Eugippii;* habitare *VAK metu credo soloecismi* natum] *C unus add.* deum [16sq.] et quam parvulus capere potest, et quam parvulus capere non potest] *ita VA, atque optime ut reor;* et quam perfecti capiant, et quam parvulus capere potest *M, quae recentior coniectura esse videtur, librorum auctoritate destituta;* et quam parvulus aetate capere non potest *K priore membro omisso, sine quo claudicat oratio; item C, in quo insuper deest verbum* aetate, *ut in pluribus Eugippii codd.* parvolus... parvolus *V 1 m.* [17] et in pane] *CE;* in pane *VA;* quae in pane *cod. Casin 13 Eugippii* [20] afferentes] *VA Caes;* offerentes *CK;* inferentes *M* [21] non sunt] inquid *add C* [23] exiit] *VCM;* exivit *K*

[1] *crucifixum*] I Cor. 2, 2.

[15] *ex virgine Maria*] non ut alias *Maria virgine*, pertinuisse videtur ad symbolum ecclesiae Hipponiensis: v. sermonem inter novos Guelferbytanos primum, n. 3 et 4.

[24] *verba eorum*] Ps. 18, 4. 5.

tellegere, illum versum psalmi recole: VANA LOCUTUS EST UNUSQUISQUE AD PROXIMUM SUUM.

6. Tertium praeceptum: MEMENTO DIEM SABBATI SANCTIFICARE EUM. In tertio isto praecepto insinuatur quaedam vacationis indictio, quies cordis, tranquillitas mentis, quam facit bona conscientia: ibi sanctificatio, quia ibi Spiritus dei. Denique videte vacationem, hoc est, quietem: SUPER QUEM, inquit, REQUIESCIT SPIRITUS MEUS? SUPER HUMILEM, ET QUIETUM, ET TREMENTEM VERBA MEA. Inquieti ergo resiliunt ab Spiritu sancto, rixarum amatores, calumniarum seminatores, contentionis quam veritatis cupidiores, inquietudine sua non ad se admittunt quietem sabbati spiritalis. Contra istorum inquietudinem dicitur, tamquam ut sabbatum habeant in corde sanctificationem Spiritus dei: ESTO MANSUETUS AD AUDIENDUM VERBUM, UT INTELLEGAS. Quid intellecturus sum? Deum dicentem: Cessa ab inquietudine tua: non sit tumultus quidam in corde tuo per corruptionem volitantibus fantasmatis et compungentibus te, non sit; ita deum enim intellecturus es dicentem tibi, VACATE ET VIDETE QUIA EGO SUM DEUS. Tu per inquietudinem vacare non vis, contentionumque tuarum corruptione caecatus exigis videre quod non potes. Attende enim et contrariam tertiam plagam huic praecepto tertio: scinifes natae sunt in terra Aegypti de limo. Muscae quaedam sunt minutissimae, inquietissimae, inordinate volitantes, in oculos inruentes, non permittentes hominem quiescere, dum abiguntur et inruunt, dum abactae rursus redeunt, sicut omnino vana fantasmata cordis contentiosorum. Tenete praeceptum, cavete plagam.

Tertium praeceptum, tertia plaga.

[1] locutus est] *VA qui hic quoque genuinam lectionem servarunt;* locuti sunt *cet.* [5] quies cordis, tranquillitas mentis] *VA cum Caesario, quae lectio optimum sensum exhibet; at E et C* quae est cordis tranquillitas ac (et *C*) mentis [7] requiescit] *VAC;* requiescet *E* [8] meus?] *cum interrogationis nota VAM;* nisi *inser. CK* [10] ad se] *VAM; om. CK* [11] sabbati spiritalis] *VA Caes;* sabbati spiritalem *CM;* sabbata spiritalem *K evidenter falsus;* id est sabbatum spiritale *cod. Casin 13 Eugippii* [13 sq.] quid intellecturus sum? deum dicentem] *E; item C, om. tamen* dicentem; *totam periodum om. VA Caes* [15] phantasmatis] *CA;* fantasmatis *V;* phantasmatibus *E* [16] te] *om. K* non sit ita. deum *certe interpung. VC et cod. Casin 13 Eugippii; K vero* non sit. ita deum enim; *M* non sit. ita enim deum, *quorum distinguendi ratio mihi praeferenda videtur* enim] *om. C* [17] videte] *VE;* cognoscite *C* quia] *VC;* quoniam *E* deus] *VCM;* dominus *K* [19] quod] *VAC; om. E* [20] tertio] contrariam *VA iterum* scinifes] *VK;* scaenifes *C;* ciniphes *Frang;* sciniphes *M* [21] sunt] *om. C* inquietissimae] *CE; om. V* volitantes] *E;* volantes *VAC Caes* [23] redeunt] *CM;* adeunt *K;* non redeunt *VA* vana] *CE;* varia *VA* fantasmata] *VAC;* phant. *E* [24] tene... cave *C*

[2] *suum*] Ps. 11, 3; *locutus est* etiam Aug. Enarr. in h. Ps., necnon serm. inter Maianos 94, 7.

[4] *eum*] Ex. 20, 8.

[8] *mea*] Es. 66, 2; Aug. modo addit, modo omittit voculam *nisi* post *spiritus meus.*

[13] *ut intellegas*] Eccli. 5, 13.

[17] *deus*] Ps. 45, 11.

Quartum. 7. Quartum praeceptum est: HONORA PATREM TUUM ET MATREM TUAM. Huic contraria quarta Aegyptiorum plaga, cynomyia. Quid est cynomyia? Est canina musca: graecum vocabulum est. Caninum est, parentes non agnoscere: nihil tam caninum, quam cum illi qui genuerunt non agnoscuntur. Merito ergo et catuli canum caeci nascuntur.

Quintum. 8. Quintum praeceptum est: NON MOECHABERIS; quinta plaga est mors in pecora Aegyptiorum. Comparemus. Da hominem moechantem, coniugio non contentum suo: appetitum quendam carnis in se domare non vult, qui est nobis pecoribusque communis. Etenim concumbere et generare etiam pecorum est; ratiocinari et intellegere hominum est. Ideo ratio, quae praesidet in mente, motus inferioris carnis tamquam regnans et dominans frenare debet, non inmoderate et inlicite passim vageque laxare. Ideoque ipsis pecoribus natura datum est, instituente creatore, ut non moveantur ad feminas et ad concubitum nisi certis temporibus: neque enim ratione se cohibet alio tempore pecus, sed omnino ipso motu frigescente torpescit. Homo autem ideo semper moveri potest, quia et frenare motum potest. Tibi dominationem rationis creator dedit; tibi praecepta continentiae tamquam in bestias inferiores lora concessit: tenes tu quod pecus non potest, et ideo speras tu quod pecus non potest. Laboras aliquantum in continendo, non laborat pecus; sed gaudebis semper in aeternitate, ad quam non pervenit pecus. Si opus fatigat, merces consoletur: et ipsa enim patientia est, interiorem motum frenare, et, quod habes commune cum pecore, non tamquam pecus in omnia relaxare. Quod si contempseris te in te, et imaginem dei, in qua fecit te, neglexeris, victus cupiditate bestiarum, tamquam amisso homine eris pecus: non quasi conversus in naturam pecoris, sed in hominis forma habens similitudinem pecoris, qui non

[2] cynomyia] *VK;* cynomia *AC;* *κυνομυῖα M* [2sq.] Quid est cynomyia?] *ex Eugippio; om. VA;* quid est *om. C* [4] tam] tamen *Frang* [7] moechantem] *VC;* moechari meditantem *E* [8] contentum] *E;* contentus *C;* coitum *V 2 m. A* [10] pecorum] *V;* pecudum *E;* porcinum *C* hominum] *VC;* humanum *E* [11] inferioris] *V;* inferiore *C;* inferiores *MK* [19] non potest] *codd. omnes;* non habet *Frang, quod unde sumserit nescio* [19sq.] et ideo s. t. q. p. n. potest] *om. C* [20] labores *Frang, at* laboras *C et cet. codd.* in] *VE; om. C* continendo] quod *inser. C* [21] semper] *C cum cet.; om. Frang* aeternitate] aeternum *C* quam] quod *C* [22] consoletur] *CE;* excitet *V* [22sq.] interiorem] *omnes codd. et edd., fort. pro* inferiorem: *cf. supra l. 11 et 18 sq.* [24] te in te] *VC et nonnulli codd. Eugipp;* in te *om. K; M leg.* te, et in te imaginem d. [25] bestiarum] *VC cum Caes;* insinuatarum rerum *E*

[2] *tuam*] Ex. 20, 12.

[5] *caeci nascuntur*] Enarr. Ps. 77, n. 27: « Cynomyia, canini mores sunt, qui nec parentes, quando nascuntur, vident ».

[6] *non moechaberis*] Ex. 20, 14.

audis dicentem, NOLITE ESSE SICUT EQUUS ET MULUS, NON HABENTES INTELLECTUM. Sed forte eligis tibi esse pecus, et libera vagari libidine, nulla lege appetitum carnis ad continentiam refrenare? Attende plagam: si pecus esse non times, saltem mori sicut pecus time.

9. Sextum praeceptum: NON OCCIDES; sexta plaga, pustulae in corpore, et vesicae bullientes et scatentes, et incendia vulnerum ex favilla fornacis. Tales sunt animae homicidales: ardent ira, quia per iram homicidii fraternitas deperiit. Ardent homines iracundia, ardent et gratia: sed alius est fervor sanitatis, alius fervor ulceris. Ardentes papulae per totum corpus concepta homicidia scatent, et sanum non est. Fervet, sed non de Spiritu dei. Nam et qui vult subvenire fervet, et qui vult occidere fervet: ille praecepto, ille morbo; ille bonis operibus, ille saniosis ulceribus. Si possemus videre animas homicidarum, plus plangeremus quam putrescentia corpora ulceratorum. Sextum.

10. Sequitur NON FURABERIS, praeceptum septimum, et plaga septima, grando in fructibus. Quod contra praeceptum subducis, de caelo perdis: nemo enim habet iniustum lucrum sine iusto damno. Verbi gratia, qui furatur, adquirit vestem, sed caelesti iudicio amittit fidem. Ubi lucrum, ibi damnum: visibiliter lucrum, invisibiliter damnum: lucrum de sua caecitate, damnum de domini nube. Neque enim aliquid sine providentia, carissimi. Aut vere putatis ea, quae patiuntur, homines dormiente deo pati? Passim videntur fieri haec, nubes colligi, imbres infundi, grandinem iaci, tonitru terram concuti, coruscatione terreri; passim putantur fieri, et quasi ad divinam providentiam non pertinere. Contra tales cogitationes vigilat ille psalmus: LAUDATE DOMINUM DE Septimum.

1 esse] *CE;* fieri *V* 1sq. non habentes intellectum] *E;* in quo non est intellectus *V;* quibus n. e. intellectus *C* 2 intellectum] *V unus add.* et homo cum in honore esset non intellexit; comparatus est iumentis insipientibus, et similis factus est illis sed forte] *E;* et forte *VC* pecus] *CE;* vacuus *V* liber *C* 3 refrenare] *V;* refrenando *CE, ubi tamen in diversum abeunt codd.* 4 esse] *VC;* es et *M;* es *K* sicut pecus] *VC Caes; om. E* time] *VCM Caes;* times *K* 6 scaturientes *M Caes* vulnerum] ulcerum *Caes* ex] et *V* fabilla *V 1 m.* 8 iracundia] *VC;* ira *E* 10 corpus] *VC; om. E* scatent] *CE;* scatet *V* non est] quod fervet *add. cod. C unus* 11 et qui vult subvenire fervet] *CE Caes; om. V* 11sq. et qui vult occidere fervet] *VC Caes cum M; quae verba etiam recepit K, quamquam in libris a se visis deerant* 12 iste morbo *M* 13 animas] *om. C* homicidiarum *V* 15 sequitur, non furaberis, praeceptum septimum] *E;* sequitur p. s. non furaberis *V;* septim. pr. seq. non fur. *C* et] *om. C* 18 furatur. verbi gratia, qui furatur *C* 23 tonitruis *E*

2 *intellectum*] Ps. 31, 9; *esse* pro *fieri* item legit Aug. in h. ps.

5 *non occides*] Ex. 20, 13. Animadverte hic versuum 13 et 14 ordinem inverti, uti saepe alias ap. Aug.

15 *non furaberis*] Ex. 20, 15.

TERRA – cum laudes dictae essent de caelo – DRACONES ET OMNES ABYSSI, IGNIS, GRANDO, NIX, GLACIES, SPIRITUS TEMPESTATIS, QUAE FACIUNT VERBUM EIUS. Ergo qui suo malo desiderio forinsecus furantur, iusto dei iudicio intrinsecus grandinantur. O si possent inspicere agrum cordis sui! profecto lugerent, dum ibi non invenirent quod in os mentis mitterent, et si in furto suo invenirent, quod gutturis aviditate sorberent. Maior fames est hominis interioris, maior fames et periculosior plaga, et gravior mors: multi mortui ambulant, et multi famelici de vanis divitiis exultant. Denique servum dei scribtura intus dicit locupletem: ABSCONDITUS, inquit, CORDIS VESTRI HOMO, QUI EST ANTE DEUM DIVES; non ante homines dives, sed ante deum dives: ubi deus videt, ibi dives. Quid ergo tibi prodest, si ubi homo non videt furaris, et ubi deus videt grandinaris?

Octavum.

11. Octavum praeceptum: FALSUM TESTIMONIUM NON DICES; octava plaga, lucusta, animal dente noxium. Quid autem vult falsus testis, nisi nocere mordendo, et consumere mentiendo? Denique admonens homines dei apostolus, ne se falsis criminationibus appetant: SI MORDETIS, inquit, ET COMEDITIS INVICEM, VIDETE NE AB INVICEM CONSUMAMINI.

Nonum.

12. Nonum praeceptum: NON CONCUPISCES UXOREM PROXIMI TUI; nona plaga, densae tenebrae. Etenim est quaedam moechia, contra quam supra praeceptum datum est, etiam in non appetenda castitate uxoris alienae: moechus est enim et qui non it ad uxorem alienam, tantum quia non contentus est sua; iam vero non solum post suam peccare, sed etiam alienam adtemptare, vere densae sunt tenebrae. Nihil enim sic dolet in corde patientis; et, qui hoc facit alteri, nihil sic nollet pati. Ad alia paratior est omnis homo: hoc autem nescio utrum inventus est, qui tolerabiliter ferat. O densas tenebras ista facientium, talia

1 cum laudes d. e. de caelo] *CE; om. V* 2 tempestatis] *CE;* procellae *V* 3 malo desiderio suo *C* iusto] *CM Caes; om. VK* 4 possint *VC* 6 et si – sorberent] *deest in C* et si] *E;* etiam si *V* gutturis aviditate sorberent] *V Caes;* in aviditatem ventris mitterent *E* 7 famis... famis *V* est] *VC;* esset *E* fames *2° loco*] est *repet. VC* 8 famelici] *VC Caes;* facinorosi *E* 9 locupletem] *CE;* divitem *V Caes* 11 videt, ibi dives] vide tibi, dives *C insulse* 12 si] *VM; om. CK* 15 lucusta] *VK;* locusta *CM* 22 datum] *VC; om. KM* in non] *E;* si non *C;* non in *V* 26 nollet] *VC;* volet *E;* vellet *Frang;* velit *Caes* 27 alia] alienam *M* 27sq. utrum inventus est] *VC;* utrumne est *E*

3 *eius*] Ps. 148, 7. 8; *tempestatis* etiam solito leg. Aug.

10 *dives*] I Petr. 3, 4; *ante deum dives* plerumque Aug., ubi Vulg. habet *in conspectu dei locuples*, etsi in libro De bono coniug. aliter legit.

14 *non dices*] Ex. 20, 16.

18sq. *consumamini*] Gal. 5, 15: sic Aug. in h. l.

20 *tui*] Ex. 20, 17, pariter Augustino consonat.

26sq. *nihil sic nollet pati*] Graecismus est, de quo v. H. Rönsch, Itala u. Vulg. p. 446 sq.

concupiscentium! Vere excaecantur furore horribili: furor enim indomitus est, commaculare viri uxorem.

13. Decimum praeceptum: NON CONCUPISCES ULLAM REM PROXIMI TUI, NON PECUS, NON POSSESSIONEM, NON SUBIUGIUM, NON ALIQUID OMNINO PROXIMI TUI CONCUPISCES. Huic mandato plaga contraria est decima, mors primogenitorum: in qua plaga cum comparationem quandam quaero, nihil mihi interim occurrit — fortassis occurrat melius diligentius inquirentibus — nisi quia omnes res, quas habent homines, heredibus servant; et in heredibus nihil est primogenitis carius. Repraehenditur hic autem concupiscere rem proximi tui. Concupiscit et qui furto aufert: nam quis rem proximi nisi concupiscendo furatur? Sed de furto iam superius praeceptum est; ubi intellegas et rapinam. Non enim de furto praeciperet, et de rapina taceret scribtura, nisi te intellegere voluisset, quia, si poenale est clanculo auferre, multo maioris poenae est violenter eripere. Auferre ergo nolenti sive occulte sive palam, habet praeceptum suum. Concupiscere autem rem proximi, quod notat deus in corde, etiam si iustam ibi successionem quaeras, non licet. Denique qui volunt res alienas tamquam iuste possidere, heredes se quaerunt fieri a morientibus. Quid enim tam iustum videtur, quam rem sibi derelictam possidere, habere iure communi? Quid apud te facit, homo? Dimissum est mihi, hereditatem consecutus sum, testamentum lego. Nihil videtur iustius ista voce avaritiae. Tu laudas quasi iure possidentem: deus damnat iniuste concupiscentem. Vide qualis es, qui optas te ab aliquo heredem fieri: non vis utique ut habeat suos heredes; in heredibus autem nihil carius primogenito. Proinde in primogenitis tuis puniris, qui concupiscendo res alienas, id, quod tibi iure non debe-

Decimum.

1 horribili] terribili *C unus* 2 commaculare] *VC Caes et duo codd. Maurinorum;* conculcare *MK* 3 praeceptum] est *add. CK* 5 concupiscas *V cum quo concordat cod. T Eugippii apud Knoell* mandato] *V;* malo *CE* 6 comparatione quaedam *C* 7 fort. occurret *2 m. V* 7sq. diligentius] *V;* diligentiusque *E;* ac diligentius *C* 8 nisi quia *etc.*] *locus omnino vitiatus et mutilus in CE* habent homines] *V Caes;* homines habent *C;* habet (*om.* homines) *E* 9 est] esse *2 m. V* carius] 2 *m. ex* caris *V* 9sq. depraehenditur *V 2 m;* 10 autem] non *2 m. s. l. add. V;* clamat *add. E* concupiscere] *V;* concupiscens *C, et om.* tui concupiscit] enim *add. C* 12 ubi] *E;* ibi *V;* ut ibi *C* et] *om. V* 15 ergo] *om. C* 18 possidere] et *add. V* 20 apud] *fort. pro* ad*? cf. infra p. 181, l. 7* te] hoc *add. V, sed om.* homo 21 hereditate *M* 22 laudas] *omnes codd. praeter C, qui habet* iuste tenes 24 utique] *V unus* suos] *V item unus* 24sq. in heredibus autem] *E;* in quibus *V;* in heredibus *C* 25 nihil] est *add. V* primogenito] *CE;* primogenitis *V Caes* in] *omisso,* pro *2 m. s. l. habet V* 26 punieris *M* iure non] *CE Caes;* non iure *V*

4 *subiugium*] Gr. *τοῦ ὑποξυγίου*: vox deest ap. Rönsch; paulo aliter et magis ad verbum Aug. quaest. 71 in Exod. (Migne 34, 621).

5 *concupisces*] Ex. 20, 17.

batur, quasi iuris umbra perquiris. Et facile est quidem, fratres, corporaliter amittere primogenitos; moriuntur enim homines: sive ante parentes suos sive post parentes suos morituri moriuntur. Illud molestum est, ne per hanc occultam et iniustam concupiscentiam primogenita cordis tui perdas. Primogenitus enim in nobis imaginem habet gratiae dei: novus natus, prior natus; inter omnes tamquam natos cordis nostri primogenita fides est. Nemo enim bene operatur, nisi fides praecesserit. Omnia opera tua bona, filii tui sunt spiritales; sed inter hos tibi primo nata est fides. Quisquis rem alienam occulte concupiscis, interius fidem perdis. Eris enim primo sine dubio simulator, obsequens non caritate sed fraude: veluti amans eum, a quo te cupis fieri heredem; amando eum mori quaeris, et, ut in re eius te videas possessorem, illi invides successorem.

14. Eia, fratres, decursa decem praecepta et decem plagae, comparati contemptores praeceptorum contumaciae Aegyptiorum cautos vos fecerint, ut habeatis securi res vestras in praeceptis dei; res vestras, inquam, res vestras interioris arcae vestrae, interioris thesauri vestri; res vestras, quas vobis nec fur nec latro nec vicinus potens possit auferre: ubi nec tinea nec robigo metuenda est, cum quibus dives exit et naufragus. Sic enim eritis populus dei inter iniquos Aegyptios, illis haec in corde patientibus, vobis autem incolumibus in ipsis interioribus hominibus vestris, donec educatur populus de Aegypto quodam exodo suo; quod et fit: nam illud semel factum est, hoc non cessat fieri. Nam, si attendamus, etiam expoliamus Aegyptios. Neque enim illud

Exodus in nobis spiritaliter completur.

[1] umbram *K;* sub umbra *cod. Casin 13 Eugippii* [2] moriuntur] *CE;* mortales *V Caes, et add.* sunt *ante* homines [3] suos] *utroque loco om. V Caes* morituri] *VCM;* mortui *K* [7] praecesserit] *Codex C unus add.* sicut dicit apostolus: sine fide, inquit, impossibile est placere deo [8 sq.] primo nata] *VCK;* primogenita *M Caes* [9] quisquis] ergo *add C unus* interius] *E;* internam *VC Caes* [11] amas *V* [14] eia] *M et cod. Casin 13 Eugippii;* heia *K;* haec *VC Caes* decursis d. praeceptis *M* plagae] *V;* plagas *CK;* plagis *M* [14 sq.] comparati] *V;* comparatos *CK;* comparantes *M* [15] contemptores] *CE;* contumaces *V* contumaciae] damnatae *add. V* [16] fecerint] *V;* fecimus *E;* faciemus *C. Multam quidem mihi difficultatem attulit hic locus, et aliquando suspicatus sum tot variantes lectiones ex eo exortas esse, quod scribae speciem accusativi absoluti refugerent, quem alibi quoque in his Augustini contionibus deprehendisse me memini* in praeceptis dei: res vestras] *CE; om. V* [17] interiores... interiores *C* [19] rubigo *V 2 m.* [19 sq.] exit et] extitit *C* [20] eritis] et *add. C* [20-22] illis haec *usque* de aegypto] *deest in VC propter homoeoteleuton* [23] suo] *E;* vestro *V; om. C* nam illud] *CE;* illud enim *V* [24] nam si attendamus] *omnia haec, usque* quantumque credimus, *p. 184, l. 20 sq., perinde apud Eugippium atque apud Maurinos omissa primum edidit Frang ex cod. Casin 17*

[19] *ubi nec tinea* etc.] Cf. Mt. 6, 20.

praeter mysterium factum est, quomodo homines minus intellegentes accusare hic audent deum, quia iussit peti ab Aegyptiis aurum et argentum et vestem. Data sunt haec, et ablata: fures isti essent, nisi deo iubente fecissent. Intendat caritas vestra: fures, inquam, isti essent, nisi deo iubente fecissent; quia vero deo iubente fecerunt, fures non fuerunt. Hos iam non accusas: ipsum deum accusare paratus es. Ad illos obtemperare pertinuit: ad deum fuit iubendi consilium, qui novit quis quid pati debeat, quis quid quo merito patiatur. Parricidium apertissimum et funestum esset Abrahae, si ultro filium percussisset: hoc tantum secus laudabiliter faciebat, quia deo iubenti oboediebat; et quod esset in spontanea voluntate crudelitas, sub dei praecepto facta est pietas.

Omnino criminis expers, quicquid fit iubente deo.

Exemplo Abrahae demonstratur.

15. De Actibus apostolorum volo aliquid dicere, demonstratum in duobus apostolis, magnis gregis arietibus, quorum natalicium uno die celebramus, in Petro et Paulo. Petrus cum esset inclusus in carcere, venit ad eum angelus, solutisque catenis de manibus eius iussit exire. Egressus ille secutus est angelum: de carcere liberatus est domini imperio, dei auctoritate. Postero die iudex eum quaesivit ad audiendum: abscessisse cognovit, custodes carceris duci iussit. Milites, inquit, interrogatos duci iussit: dedit in illos sententiam legum, quam sibi videbatur iuste fuisse prolaturus in Petrum. Quid dicimus? Petrus auctor fuit mortis illorum? Nonne esset perverse pius, si voluntati dei contradiceret, responderetque angelo iubenti ut exiret: Non exeam, ne propter me miseri homines custodes carceris moriantur? Responderetur ei: Dimitte ista creatori; quia non es artifex, ut homo nascatur, non esse potes iudex, quomodo moriatur. Paulus autem, cum inclusus et vinctus cantaret in deum, tremefacta terra et relaxatis vinculis non

Petri item et Pauli

3 vestem] *V;* vestes *C: cf. infra p. 182, l. 24* 7 ad deum] *V;* apud deum *C; cf. supra p. 179, l. 20* iubendi] *V;* iuventis *C* 10 secus] *C;* scelus *VA* 13-15 demonstratum *usque* et Paulo] *V; om. C* 16 solutis] *V;* salutis *C* 18 ad] *C; om. V* 19 carceris duci iussit] *C; om. V, rima tamen, ut videtur, ad marginem notata* inquit] *C;* inquam *Frang; om. VA* 20 legum] *V;* legem *C* 21 iuste f. prolaturus in] *V;* nisi inveniret *C;* nisiinvenirent *Frang* dicimus?] *V;* dicit *C;* dicis *Frang* 22 voluntate *1 m. V* 23 responderet] *V;* diceret *C* 26 iudex potes *C* 26 sqq. Paulus autem *usque* iubebatur] *i. e. exemplum de Paulo apostolo om. C, quamquam de eo supra l. 15 pollicitus erat orator*

3 *et vestem*] Ita singulari numero, Exod. 12, 35.

14 *apostolis, magnis gregis arietibus*] Verba haec, ex iis quae in uno codice *V* leguntur, quam bene referant Augustinum, accipe ex serm. 135, n. 7: « apostoli sancti, primi, summi arietes gregis »; serm. 311, n. 2: « primi beati apostoli, arietes gregis sancti »; item serm. inter Guelferbytanos 33, 1 etc.

15 sqq. *Petrus cum esset* etc.] Cf. Act. 12, 4-19.

26 sqq. *Paulus autem* etc.] Cf. Act. 16, 25-28.

abscessit, ne mali aliquid custos carceris pateretur. Dabatur enim humanae iustitiae cogitandae locus, ne alius pro alio puniretur, quando nihil contra divinitus iubebatur. Nemo moritur, nisi quem vult deus mori: consilium iudicii dimittitur deo, sed tamen concupiscentia homicidae damnatur. Neque enim hic attendendum est, quid deus iudicaverit, sed quid mala mens concupiverit. Per traditorem Iudam liberati sumus, sed hoc nobis Iudas non praestitit: occidere voluit, non liberare. Deo laus, Iudae damnatio: nec tamen hoc faceret Iudas, nisi permisisset deus, qui PROPRIO FILIO NON PEPERCIT, SED PRO NOBIS OMNIBUS TRADIDIT EUM.

Impium ac stultum est, discutere deum.

16. Nemo ergo, fratres, nemo discutiat deum: superbum est, impium est, stultum est. Tu concupiscentias tuas frena, nihil facias animo malo; obtemperare paratus esto, non nocere. Itaque fecerunt illi, fecit deus: si illi furtum fecissent, etiam sic voluerat deus pati eos qui paterentur, quando permitteret eos qui fecerunt facere: servaret tamen furibus poenam, exigeret autem aliquam temporalem vindictam de iis qui passi sunt furtum. Nunc vero illi ultro non fecerunt: deus iusto iudicio fieri voluit. Cum, si appendas causam, forte non aurum alienum tulerunt, sed debitam mercedem exegerunt. Iniuste oppressi diu in Aegypto lateres fecerunt: pro duris operibus servitutis sine mercede non exierunt. Et tamen deus certa aliqua causa fecit hoc. Si sumus tamquam populus Israel in Aegypto in hoc mundo, certe audeo vobis dicere — puto enim quia Spiritu dei loquor ad vos: tollite aurum, argentum, vestem Aegyptiis. Aurum ipsorum, sapientes ipsorum: argentum ipsorum, eloquentes ipsorum: vestes ipsorum, varietates linguarum ipsorum. Nonne haec omnia videmus in ecclesia? nonne cotidie hoc facit ecclesia? Quanti sapientes in saeculo credunt

Quomodo a nobis expoliandi Aegyptii.

[3] nemo] enim *add. C* [4] mori] *cum verbo seq. V et C coniungunt* iudicii] *1 m. V;* iudici *C, 2 m. V* deo dimittitur *C* [6] mens concupiverit] *V;* gens cogitaverit *C. Prolixum fragmentum* iudas quippe tradidit... quamvis christi venditio sit nostra redemptio *hoc loco in C et Frang legitur, ex Enarr. in Ps. 93, n. 28, emendicatum; pro quo e contrario quatuor versus seqq. in V uno habentur* per traditorem... tradidit eum [11] discutiat] s *1 m. s. l. suppl. V* [12] tu] ut *V* [14] voluerat] forte *add. C* deus] christus *C;* deus christus *Frang* eos] *om. C* [15] permitteret] *V;* permisit *C* eos] pati *add. V* facere] *C; om. V* [16] autem] *V; om. C* iis] *C;* his *V* [17] furtum] *C;* fures *V* [19] tulerant *V* oppraessi *V* [20] fecerant *V* [24] vestem] *V;* vestes *C; cf. supra p. 181, l. 3* [25] ipsorum] *post* argentum *om. C* varietas *C*

[6] *concupiverit*] Animadvertendum hoc loco in cod. *C* plagiarii furtum ex Enarr. in Ps. 93, quod ansam mihi aliquando dederat de recensionis Casinensis fide dubitandi; donec codicis *V* auctoritate omnis demum suspicio levata est.

Christo! Ablatum est aurum Aegyptiis. Sanctus, cuius mensa est ista, Cyprianus fuit aliquando vel aurum vel argentum Aegyptiorum. Vestes autem, quibus quodam modo sensus induuntur, linguae sunt variae. Videtis eas ex Aegypto ad populum dei migrare: NON SUNT enim LOQUELLAE NEQUE SERMONES, QUORUM NON AUDIANTUR VOCES EORUM. Hic aurum, hic argentum, hic vestes Aegyptiorum: et divites eximus, et mercedem nostram portamus; non enim sine causa in luto Aegypti laboravimus.

Ad mensam Cypriani contio habita.

17. Sic omnia, fratres, sive quae exponi a nobis possunt, sive quae nondum possunt, sive quae potestis intellegere, sive quae nondum potestis, sive hoc modo quo a nobis dicta sunt, sive alio meliore modo, credite omnino quia OMNIA TUNC IN FIGURA CONTINGEBANT EIS, SCRIBTA AUTEM SUNT AD CORREPTIONEM NOSTRAM, IN QUOS FINIS SAECULORUM DEVENIT. Itane ego non fierem intentus ad ea? Et tu, quilibet christiane spiritualis, non essemus intenti, et sine causa factum diceremus, quod in tertia plaga magi Pharaonis defecerunt? Nihil hic quaererem? frustra factum vel scribtum putarem? Faciunt magi Pharaonis contra Moysen de virgis serpentes, de aqua sanguinem, faciunt ranas, faciunt haec. Veniunt ad tertiam plagam, id est, ad illas musculas quae appellantur scinifes; et ibi deficiunt qui fecerunt serpentes, qui fecerunt ranas, deficiunt ad muscas. Non est prorsus, non est sine causa: pulsate mecum. Tertia plaga haec cui contraria est? Praecepto dei tertio, ubi de sabbato praecipitur populo, ubi quies praedicatur, ubi sanctificatio commendatur. Ibi enim dictum est, MEMENTO DIEM SABBATI SANCTIFICARE EUM. Denique et in primis operibus mundi facit deus diem, facit caelum et terram, mare, luminaria, stellas, animalia ex aquis, ex terra

Non sine causa in tertia plaga magi Pharaonis defecerunt.

1 est] *V; om. C* ista] vocatur *add. C* 2 cyprianus] *V; om. C* 3 autem] aegyptiorum *repet. C* 5 audiantur] *V 2 m;* audientur *V 1 m, C* 6 hic vestes] *V; om. C* divites] *V;* videntes *C* 7 eximus] *C;* exigimus *V perperam* portamus] *V;* ferimus *C* 8 aegypti] *C;* aegyptii *V* 13 sq. fines s. devenerunt *C* 14 itane] *V;* itaque *C* ego] *C; om. V* fieremus intenti *V* ad ea?] *C; om. V* 14-15 et tu – intenti] *C; om. V* 16 in tertiam plagam *C* 19 muscas *C* 20 scinifes] *ex* scinifex *C;* sciniphes *V 2 m* 21 ranas] deficiunt *repet. Frang, non autem C* 22 cui] *et interrogationis signum in C uno habentur* 24 dictum est] *V;* dicitur *C* 25 fecit... fecit *C* 26 et *om. C*

1 sq. *Sanctus, cuius mensa est ista, Cyprianus*] opportune ac disertius codex *V*, ex quo certior fias, Carthagine « ad mensam Cypriani » longissimam hanc quoque contionem habitam esse.

6 *eorum*] Ps. 18, 4.

14 *devenit*] I Cor. 10, 11; *devenit* heic, at supra p. 170, l. 6, *obvenit*.

19 *musculas*] quo verbo etiam utitur Aug. De civ. dei 22, 24, 2: « in qualibet minutissima muscula »; ex quo lectioni codicis *V* nonnihil auctoritatis accedit.

25 *eum*] Ex. 20, 8.

hominem ad imaginem suam. Facit haec omnia: nusquam sonat aliquid sanctificatum. Peraguntur ista sex diebus, et sanctificatur dies septimus vacationis dei: opera non sanctificat, vacationem sanctificat. Quid dicturi sumus? Quomodo nobis laborantibus plerumque dulcius est otium quam opus, ita putamus et deo? Non hoc putare debemus, nec sic laborando fecisse, et non iubendo creavisse. DIXIT DEUS, FIAT, ET FACTUM EST. Hoc modo faciendo nec ipse homo laboraret. Sed in illo die commendata est nobis quaedam requies ab omnibus operibus nostris, ut post bona opera nostra intellegeremus nos requieturos sine termino. Nam omnes dies ibi habent vesperum, septimus non habet: operamur enim cum fine, requiescimus sine fine. Ibi sanctificatio sonat magno quodam mysterio pertinens ad Spiritum sanctum. Utcumque me dicentem, fratres, accipite cum venia, obsecro vos, magis intuentes quid coner, quam quid explicem. Novi quae loquar, et quis loquar, divina hominibus homo. Ecce adnitimini mecum, laborate mecum, ut quiescatis mecum. Quantum dominus donat, quantum aperit, quantum significat, quantum innuit ipsa sapientia ostendens se amatoribus suis in viis hilariter, et in omni providentia occurrens illis, sanctificatur dies sabbati, quies dei; ibi primum sonat sanctificatio. Quantum mihi videtur, quantum et vos cognoscitis, quantumque credimus, sanctificatio nulla divina et vera est nisi ab Spiritu sancto. Non enim frustra dictus est proprie Spiritus sanctus: cum sit et Pater sanctus et Filius sanctus, nomen tamen proprium hoc Spiritus accepit, ut tertia in trinitate persona sanctus Spiritus diceretur. Ipse requiescit super humilem et quietum, tamquam in sabbato suo. Ad hoc septenarius numerus etiam sancto Spiritui deputatur; hoc scribturae nostrae satis indicant. Viderint meliora meliores, et maiora maiores, et de isto septenario numero subtilius aliquid et divinius dicant et explicent; ego tamen, quod in praesenti sat est, illud video, illud vos ad videndum com-

Septimi dei sanctificatio et mysterium.

Tertia in trinitate persona non frustra dicta sanctus Spiritus.

2 et *om. C* 5 deum *C* debemus] *C;* deberemus *V* 6 sic] *C;* si *V* laborando fecisse] *C unus; om. V* non] *C; om. V* creavisse] *C;* fecisset *V* 12 sq. utcumque] *V;* ut cum *C;* at eum *Frang* 14 intuentes] *V;* inquirentes *C* 14 sq. quae loquar, et quis loquar] *V;* quis loquar et quid vobis loquar *Frang, et si C* quid loquar e. q. us l. *habet* 15 homo] *C; om. V* 19 illis] *V;* eis *C* quies] *C;* qui est *V* 20 quantumque] *C;* que *om. V* 21 sanctificatio nulla] *etc: abhinc rursus Eugippius* 23 cum sit *ante* et filius *repet. C* proprium hoc] *VM;* hoc proprium *CK* 24 sanctus spiritus] *VK;* spir. sanctus *CM; cf. infra p. 185, l. 26* 27 *post* viderint *cod. V oscitanter repet.* deputatur 29 praesenti] *CMK;* praesentia *V* satis *V 2 m*

7 *nec ipse homo laboraret*] Cf. De Genesi ad litt 4, c. 8, n. 15: « Ita quippe nec homo laborat, si aliquid faciendum, mox ut dixerit, fiat ».

18 *hilariter*] Cf. Sap. 6, 17.

21 sq. Haec et sequentia fere iisdem verbis habentur serm. 270, n. 5-6.

memoro, septenariam istam rationem numeri proprie sancto Spiritui deputatam, quia septimo die sonat sanctificatio. Et unde probamus sancto Spiritui deputari septenariam numeri rationem? Dicit Esaias Spiritum dei venire super fidelem, super christianum, super Christi membrum, sapientiae et intellectus, consilii et fortitudinis, scientiae et pietatis, spiritum timoris dei. Si secuti estis, septem res percucurri, tamquam descendentem ad nos Spiritum dei a sapientia usque ad timorem, ut nos ascendamus a timore ad sapientiam: INITIUM enim SAPIENTIAE TIMOR DOMINI. Ita ergo et septenarius Spiritus et unus Spiritus, septenaria operatione unus. An aliquid evidentius vultis? Pentecosten diem festum scribtura sancta de septimanis factum commemorat: habes in scribtura Tobiae, ubi evidenter dicit istum diem festum factum de septimanis. Septies enim septeni quadraginta novem in summa redeunt. Sed, tamquam ut redeatur ad caput — Spiritu enim sancto ad unitatem colligimur, non ab unitate dispergimur — ideo ad · XLVIIII · additur unum honor unitatis, et fiunt quinquaginta. Non ergo iam sine causa quinquagesimo die post ascensionem domini venit Spiritus sanctus. Resurrexit dominus, ascendit ab inferis, nondum in caelum. Ab illa resurrectione, ab illa ab inferis assumptione numerantur quinquaginta dies; et venit Spiritus sanctus in quinquagenario numero tamquam natalem sibi apud nos faciens. Quadraginta enim diebus hic conversatus est dominus cum discipulis suis: quadragensimo die ascendit in caelum; et peractis ibi decem diebus, tamquam decem praeceptorum signo venit Spiritus sanctus: quia nemo implet legem nisi per gratiam Spiritus sancti. Itaque, fratres, manifestum est septenarium istum numerum ad sanctum Spiritum pertinere. Quisquis autem non co-

Septenaria numeri ratio proprie sancto Spiritui deputata.

Septem dona.

Pentecostes.

1 numeri] *VC;* inveniri *E* 2 septimo] *VE;* septenario *C* 3 numeri rationem] *VE;* numerationem *C* 5 spiritum *ante* sapientiae *add. C unus* 6sq. Si secuti estis *usque* spiritum dei] *ex Eugippio; om. CV manifesta, ut ait Frangipanius, lacuna* 9 domini] *VCK;* dei *M* 10 operatione] *VCE;* ratione *Frang* 12 habes] *VCK;* habetis *M Frang* Tobiae] *CE;* tobi *V* ubi] *E;* ubi et *C;* ubi etiam *Frang; om. V* festum factum] *VCK;* festum *om. M;* factum *om. Frang* 13 septeni] *VCK;* septem *M Frang* et novem *C* 13sq. redeunt] *CE;* reddunt *V* ut] *CE; om. V* 16 honor] *VC, pro* honore*?; om. E* 17 post] per *Frang* 18 resurrexit] *E;* resurgit *VC* 21 apud] *CE;* ad *V facili errore, ut supra p. 179, l. 20 et p. 181, l. 6sq.* 22 dominus] *Frang et M cum nonnullis Eugippii codd.; om. VCK* quadragensimo] *VK;* quadragesimo *C* 23 decem] *VC;* decimo *E* 24 signo venit] *VE;* signavit *C* 25 fratres] videtis *add V unus* manifestum est] *E;* manifeste *VC* 26 sanctum spiritum] *V;* spirit. sanct. *CM: cf. supra p. 184, l. 24*

3 *dicit Esaias*] Cf. Es. 11, 2. 3.
9 *domini*] Ps. 110, 10.
12 *scribtura Tobiae*] Cf. Tob. 2, 1, iuxta gr. Similiter Aug. serm. 270, n. 6: « Habes in Tobiae libro ipsam festivitatem, id est, Pentecosten constare de septimanis ».

haeret unitati Christi, et oblatrat adversus unitatem Christi, intellegendus est non habere Spiritum sanctum. Contentiones enim et dissensiones et divisiones non faciunt nisi animales, de quibus apostolus dicit: ANIMALIS AUTEM HOMO NON PERCIPIT QUAE SUNT SPIRITUS DEI. Deinde scribtum est et in epistula Iudae apostoli: HII SUNT QUI SEGREGANT SEMETIPSOS — reprehendens loquebatur — HII SUNT QUI SEGREGANT SEMETIPSOS, ANIMALES, SPIRITUM NON HABENTES. Quid manifestius? quid evidentius? Merito veniunt, et si eadem credentes quae nos, tamen accepturi Spiritum sanctum, quem habere non possunt, quamdiu sunt hostes unitatis. Hos autem comparat apostolus magis Pharaonis: HABENTES, inquit, FORMAM PIETATIS, SED VIRTUTEM EIUS ABNEGANTES. Habendo formam pietatis, similia fecerunt; sed virtutem eius abnegantes, in signo tertio defecerunt.

Spiritum sanctum habere non possunt hostes unitatis.

18. Sed adhuc quaerite mecum quare in tertio signo. In secundo enim defecissent, in primo, in quarto. Quid interest, ubi deficerent defecturi? Quare ergo in tertio? Sed prius videte, quod promiseram, utrum illis magis haereticos comparaverit apostolus Paulus. HABENTES, inquit, FORMAM PIETATIS, VIRTUTEM AUTEM EIUS ABNEGANTES; ET HOS DEVITA. EX HIS SUNT QUI PENETRANT DOMOS, ET CAPTIVAS DUCUNT MULIERCULAS ONERATAS PECCATIS, QUAE DUCUNTUR VARIIS DESIDERIIS, SEMPER DISCENTES, ET AD VERITATIS SCIENTIAM NUMQUAM PERVENIENTES. Testimonium quippe de ecclesia catholica semper audiunt, et ad ecclesiam catholicam venire nolunt. SEMPER DISCENTES: neque enim non

1 et oblatrat a. u. christi] *VE; om. C* 4 dicit] ait *C* 5 hii] *VC;* hi *E Frang* 6 reprehendens loquebatur] *VE; om. C* 6sq. hii s. q. s. semetipsos] *secundo VM, non repet. CK* 8 veniunt] *VC;* veniant *E* 10 comparat apostolus magis] *CE;* apostolus similes dicit magorum *V* 12sq. habendo f. p. s. f. sed v. e. abnegantes] *VC; om. E propt. homoeotel.* 13 in] *VCK;* qui in *M* 14 Sed adhuc quaerite *usque* sicut et illorum fuit, *p. 187, l. 14, deest in Excerptis Eugippii* signo] *C; om. V, sed repet.* defecerunt 14sq. defecissent enim in secundo, defecissent (*om.* in primo) in quarto *C* 19 evita *C* penetrante *C* 20 a variis *C*

4 *dei*] I Cor. 2, 14.

7 *non habentes*] Iud. 1, 19: hoc exemplo alibi quoque usus est Noster adversus Donatistas, v. gr. serm. 265, n. 11; 269, n. 3 et in deperdito Libro probationum et testimoniorum contra Donatistas: cf. Retract. II, 53, 3.

8sq. *tamen accepturi spiritum sanctum*] Cf. Siricii papae epist. ad Himerium Tarraconensem c. 1, qua docet, Novatianos aliosque haereticos « sicut est in synodo constitutum, per invocationem solam septiformis Spiritus, episcopalis manus impositione, catholicorum conventui sociari »; quem ritum hactenus reconciliandis haereticis Romana servat ecclesia: Migne 13, 1133.

11 *abnegantes*] II Tim. 3, 5.

14 *Sed adhuc quaerite mecum*] Viden' quam alacri studio Augustinus rationi investigandae, cur magi Pharaonis in signo tertio defecerint, incumbat? At postea, cum Psalmum 77 anno 415 dictando exponeret, prudentior factus aperte confessus est: « An, quod verius dicendum est, occulta causa est, et vires nostrae inquisitionis excedit? » (n. 29).

21 *pervenientes*] II Tim. 3, 5-7.

semper audiunt, IN SEMINE TUO BENEDICENTUR OMNES GENTES; non semper audiunt, POSTULA A ME, ET DABO TIBI GENTES HEREDITATEM TUAM, ET POSSESSIONEM TUAM TERMINOS TERRAE; non semper audiunt, COMMEMORABUNTUR ET CONVERTENTUR AD DOMINUM UNIVERSI FINES TERRAE, ET ADORABUNT IN CONSPECTU EIUS UNIVERSAE PATRIAE GENTIUM; non semper audiunt, DOMINABITUR A MARI USQUE AD MARE, ET A FLUMINE USQUE AD TERMINOS ORBIS TERRAE. Semper ista audiunt, sed semper discentes, et ad veritatis scientiam numquam pervenientes. Videte iam quod promisi, quid apostolus consequenter adiungat: SICUT AUTEM IAMNES ET MAMBRES RESTITERUNT MOYSI, SIC ET ISTI RESISTUNT VERITATI: HOMINES MENTE CORRUPTI, REPROBI CIRCA FIDEM. Quid deinde? SED ULTRA NON PROFICIENT. Merito in tertio signo deficiunt, sed ultra non proficiunt. Quare non proficiunt? DEMENTIA ENIM EORUM MANIFESTA ERIT OMNIBUS, SICUT ET ILLORUM FUIT. Iam videte quare in tertio signo defecerint. Mementote eos, qui adversantur unitati, non habere Spiritum sanctum. Tria vero illa praecepta prima in decalogo ad dei dilectionem pertinere intelleguntur, ut septem cetera intellegantur ad dilectionem proximi pertinere; ut duabus tabulis legis et decem praeceptis duo illa tamquam summaria praecepta teneantur: DILIGES DOMINUM DEUM TUUM EX TOTO CORDE TUO, ET EX TOTA ANIMA TUA, ET EX TOTA VIRTUTE TUA; ET DILIGES PROXIMUM TUUM TAMQUAM TE IPSUM. IN HIS DUOBUS PRAECEPTIS TOTA LEX PENDET ET PROPHETAE. Referamus ergo tria prima praecepta ad dilectionem dei. Quae tria prima? Primum: NON ERUNT TIBI DII ALII PRAETER ME. Cui contraria plaga est aqua conversa in sanguinem; propter quod summum principium creatoris ad simulationem humanae carnis adductum est. Secundum praeceptum, NE ACCIPIAS NOMEN DOMINI DEI TUI IN VANUM, pertinet, quantum arbitror, ad Verbum dei, quod est Filius dei: UNUS ENIM DEUS, ET UNUS

Similes haeretici magis Pharaonis.

4 commemorabantur et convertebantur *C* 4sq. universi f. t. e. a. i. c. eius] *V; om. C* 6 a mari] *om. C* 7 terminos] *V;* fines *C* sed] *V; om. C* 9 consequenter adiungat] *V;* sequitur *C* 12sq. merito in *usque* proficiunt?] *V; om. C ob homoeoteleuton* 13 proficiunt] *2° loco V, fort. pro futuro* 14 omnibus] hominibus *add. C* iam videte] *abhinc rursus cum Eugippio* 15 defecerint] *V;* defecerunt *CE* 19 summaria] summa tria *V* 21 tamquam] *VE;* sicut *C* 23 quae tria prima?] *CE; om. V* 24sq. aqua conversa] *V 2 m. E;* aquae conversae *C; 1 m. V* 26 simulationem] *VC;* similationem *M;* similitudinem *K* humanae] *CE; om. V* est] *V; om. CE* 28 verbum] *VC;* regnum *E*

1 *gentes*] Gen. 22, 18 et al.
3 *terrae*] Ps. 2, 8.
5 *gentium*] Ps. 21, 28, quo modo legere solebat Aug.
7 *orbis terrae*] Ps. 71, 8.
14 *fuit*] II Tim. 3, 8-9, pariter ut Aug.
22 *et prophetae*] Mt. 22, 37. 39. 40.
24 *praeter me*] Ex. 20, 3.
27 *in vanum*] Ex. 20, 7.

DOMINUS NOSTER IESUS CHRISTUS, PER QUEM OMNIA. Contra Verbum ranae. Vide contra Verbum ranas, contra rationem strepitum, contra veritatem vanitatem. Tertium praeceptum de sabbato, pertinens ad Spiritum sanctum propter sanctificationem, quae prima in sabbato sonuit; quod vobis paulo ante vehementer, quantum potuimus, commendavimus. Huic praecepto contraria inquietudo in muscis de corruptione nascentibus, in oculos inruentibus; unde et illi dicti sunt homines mente corrupti. Ideo in hoc tertio signo defecerunt, qui unitatis inimici Spiritum sanctum non habuerunt. Facit enim hoc Spiritus sanctus poena; aliud enim facit gratia, aliud poena: aliud enim facit implendo, aliud deserendo. Denique, ut iam evidenter ipsis confitentibus Pharaonis magis agnoscere valeamus, quomodo appellatus est in evangelio Spiritus dei, videamus quod nomen accepit. Obicientes domino convicium Iudaei cum dixissent, HIC NON EICIT DAEMONIA NISI IN BEELZEBUB PRINCIPE DAEMONIORUM, respondit ille: SI EGO IN SPIRITU DEI EICIO DAEMONIA, CERTE SUPERVENIT IN VOS REGNUM DEI. Quod alius evangelista sic narrat: SI EGO IN DIGITO DEI EICIO DAEMONIA. Quod ille dixit Spiritus dei, alius dixit digitus dei: ergo Spiritus dei, digitus dei. Ideo lex data scribta digito dei; quae lex data est in monte Sina quinquagesimo die post occisionem ovis. Celebrato pascha a populo Iudaeorum implentur quinquaginta dies post occisionem ovis, et datur lex scribta digito dei: implentur quinquaginta dies post occisionem Christi, et venit Spiritus sanctus, hoc est, digitus dei. Gratias domino occultanti providenter, aperienti suaviter. Iam videte hoc etiam Pharaonis magos evidentissime confiteri. Deficientes in tertio signo dixerunt: DIGITUS DEI EST HIC. Laudemus dominum, datorem intellectus, datorem verbi. Haec si non mysteriis gererentur, numquam studiose quaererentur; si autem non studiose quaererentur, non tam suaviter invenirentur. EXPLICIT SERMO DE DECEM PLAGIS ET DECEM PRAECEPTIS LEGIS.

Mysteriorum sacrae scripturae utilitas.

[2] ranae] sane *V* vide] *VCK;* videte *M* strepitus *C* [5] quantum potuimus] *CE; om. V* [6] contraria] plaga *add C unus* [7] in oculos] *CE;* in oculis *V* [7sq.] unde e. i. d. s. h. m. corrupti] *V unus, cf. supra p. 187, l. 11; om. CE* [11] ut iam] ut inam *V* [13] accipit *C* [15] belzebul *V;* belzebub *C* [17] narrat; *VCK;* enarrat *M Frang* in] *om. C* ille] *V;* alius evangelista *CE* [20] celebrato] enim *add V* [23] hoc est, digitus dei] *V; om. CE* [24] etiam] *add.* fratres *E* [26] Laudemus dominum] *et reliqua usque ad finem om. Eugippius* datorem verbi] *C unus; om. V* [27] gererentur] *an pro* tegerentur? numquam] *V;* non *C*

[1] *omnia*] I Cor. 8, 6.

[15] *daemoniorum*] Mt. 12, 24.

[16] *dei*] Ibid. 28: quo loco etiam *certe supervenit* aliquando leg. Aug.

[17] *daemonia*] Lc. 11, 20.

[26] *est hic*] Ex. 8, 19: ubi tamen *hoc* pro *hic* cum graeco habet Aug.

[28] *non tam suaviter invenirentur*] De vera relig. c. 17, n. 33: « si ea tantum essent, quae facillime intelleguntur, nec studiose quaereretur, nec suaviter inveniretur veritas ».

II.

Frangip., Serm. II, p. 12-19 (= *Frang*); denuo ap. Migne 46, 960-971: ex cod. Casin. XVII, p. 368-377 (= *C*). Permagni profecto aestimanda contio haec, cuius ad nostram usque aetatem duo tantum fragmenta nota erant: sermones nempe apud Maurinos 339 et 40, qui capitula 25 et 11 caesarianae collectionis « Quinquaginta Homiliarum » olim constituere (= *Caes*). At vero Caesarius rei suae unice intentus, multis « producti sermonis » locis praetermissis, nonnulla invicem de suo inseruerat: hic habes totam ac genuinam Augustini orationem, unam scilicet quae hactenus superest ex omnibus, quas s. episcopum die ordinationis suae quotannis habuisse haud dubium est, si brevem sermonem 383 a Maurinis inter dubios reiectum excipias. Hic primum comperimus, quae lectiones ex scriptura sacra fuerint in ecclesia Hipponiensi hac die recitatae: hic commemoratio fit convivii pauperibus ab episcopo « natalitiario » adponendi: hic sensus sublimes ac plane augustinianos percipies de fide ad comparandam beatitudinem augenda atque firmanda: hic denique vocabula quaedam praesto sunt, quae hucusque apud lexicographos non exstabant. Quodque pro texenda historia magni interest, ex hac primigenia contionis forma demum discimus, non ad Hipponiensem nostrum, immo vero ad Caesarium Arelatensem pertinere verba haec in serm. 339, n. 3, abrupte interiecta « Natalis Domini imminet », quae ansam plerisque doctis viris dederunt, Augustini ordinationem in anni 395 aut etiam 396 finem referendi; cum de utrocumque anno omnes consentiant, de anni autem tempore nihil nobis compertum sit.

TRACTATUS SANCTI AUGUSTINI DE PROPRIO NATALI.

Hodiernus dies, fratres, admonet me adtentius cogitare sarcinam meam, de cuius pondere etiamsi mihi dies noctesque cogitandum sit, nescio quo tamen modo anniversarius dies iste inpingit eam sensibus meis, ut ab ea cogitanda omnino dissimulare non possim; et quantum anni accedunt, immo decedunt, nosque propinquiores faciunt diei ultimo, utique quandoque sine dubitatione venturo, tanto mihi est acrior cogitatio, et stimulis plenior, qualem domino deo nostro rationem possim reddere pro vobis. Hoc enim interest inter unumquemque vestrum et nos, quod vos paene de vobis solis estis reddituri rationem; nos

[1] *ita C; in collect. L homil. inscribitur modo* de natale suo, *modo* de die ordinationis suae [2] hodiernus dies] *cf. serm. ap. Maur. 339, qui est 25us collectionis L homiliarum a Caesario Arelatensi confectae* dies] iste *add. Caes* [7] tanta *C* [10] solis] *Caes;* solliciti *C Frang*

[6] *anni accedunt, immo decedunt*] Cf. serm. Guelferb. 12, 2: « Et dicunt tamen, Accedunt anni homini. Ego dico quia recedunt »; 30, 1: « non ergo anni... accesserunt, sed... recesserunt ».

autem et de nobis, et de omnibus vobis. Ideo maior est sarcina, sed bene portata maiorem comparat gloriam, infideliter autem gestata ad immanissimam praecipitat poenam. Quid ergo mihi hodie maxime faciendum est, nisi ut commendem vobis periculum meum, ut sitis gaudium meum? Periculum autem meum est, si attendam quomodo laudatis, et dissimulem quomodo vivitis. Ille autem novit, sub cuius oculis loquor, immo sub cuius oculis cogito, non me tam delectari laudibus popularibus, quam stimulari et angi, quomodo vivant qui me laudant. Laudari autem a male viventibus nolo, abhorreo, detestor, dolori mihi est, non voluptati: laudari autem a bene viventibus, si dicam nolo, mentior; si dicam volo, timeo ne sim inanitatis appetentior quam soliditatis. Ergo quid dicam? Nec plene volo, nec plene nolo. Non plene volo, ne in laude humana pericliter; non plene nolo, ne ingrati sint quibus praedico.

Laudari ab auditoribus nec plene vult, nec plene recusat Augustinus.

2. Sarcina autem mea est, quam modo audistis, cum Ezechihel propheta legeretur. Parum est enim, quia dies ipse admonet nos eandem sarcinam cogitare; insuper etiam talis lectio recitatur, quae nobis incutiat magnum timorem, ut quid portemus cogitemus; quia nisi nobiscum qui inposuit portet, deficimus. Ecce audistis: TERRA, inquit, SUPER QUAM INDUXERO GLADIUM, ET POSUERIT SIBI EXPLORATOREM QUI VIDEAT GLADIUM SUPERVENIENTEM, ET DICAT, ET DENUNTIET; VENIENTE AUTEM GLADIO TACEAT ILLE EXPLORATOR, ET SUPERVENIENS GLADIUS SUPER PECCATOREM OCCIDAT; PECCATOR QUIDEM PRO SUA INIQUITATE MORIETUR, SANGUINEM AUTEM EIUS DE MANU EXPLORATORIS INQUIRAM. SI AUTEM VIDERIT GLADIUM SUPERVENIENTEM, ET TUBA CECINERIT, ET NUNTIAVERIT, ET ILLE, CUI NUNTIAT, NON OBSERVAVERIT, ILLE QUIDEM IN SUA INIQUITATE MORIETUR, EXPLORATOR AUTEM ANIMAM SUAM LIBERAVIT. ET TU, FILI HOMINIS, EXPLORATOREM POSUI TE FILIIS ISRAHEL. Exposuit quid dixerit gladium, exposuit quid dixerit exploratorem, exposuit quam dixerit mortem; non nos permisit in obscuritate lectio-

Lectus erat Ezech. 33, 2-11.

2 gesta *Caes* 6 dissimilem *C* 8 me] *C Caes; om. Frang* 9. 10 a] *Caes Frang; om. C* 13 non *2° loco*] *C Caes;* nec *Frang* 15 ezechihel] *C* 17 etiam] *C Caes, om. Frang* 22 et] *Caes; om. C Frang* 23 peccatorem] *Caes Frang;* peccatores *C* 24 inquiram] *ex* exquiram *corr. C* 27 sq. liberavit] *iuxta gr.* ἐξείλατο *Caes;* liberaverit *C Frang* 30 dixerit mortem] *Caes;* dixerat m. *C Frang*

15 sq. *cum Ezechihel p. legeretur*] Animadverte lectiones iuxta liturgiam ecclesiae hipponiensis in Natale episcopi usitatas: Ezech. 33, 2-11; Luc. 14, 12-14: quae quidem evangelica lectio ad convivium ab episcopo hac die parandum manifeste refertur; cf. infra p. 193, l. 2 sqq. et p. 195, l. 10. Eundem porro locum Ezechihelis Lib. com. ecclesiae Toletanae « legendum in ordinatione episcopi » adsignat: vid. Anecd. Mareds. I, 299.

28 *Israhel*] Ezech. 33, 2-7.

nis excusare neglegentiam nostram. POSUI ergo TE, inquit, EXPLORATOREM. SI DIXERO PECCATORI, MORTE MORIERIS, ET TU TACUERIS, ET ILLE IN PECCATO SUO MORTUUS FUERIT, ILLE QUIDEM IN PECCATO SUO MORIETUR digne et iuste, SANGUINEM AUTEM EIUS DE MANU TUA INQUIRAM. SI AUTEM TU DIXERIS PECCATORI, MORTE MORIERIS, ET ILLE SE NON OBSERVAVERIT, ILLE IN INIQUITATE SUA MORIETUR, TU VERO ANIMAM TUAM LIBERASTI. Et addit verba, quae voluerit dici populo Israhel. DICES ITAQUE FILIIS ISRAHEL: QUID EST QUOD DICITIS APUD VOSMETIPSOS: INIQUITATES NOSTRAE SUPER NOS SUNT, IN PECCATIS NOSTRIS CONTABESCIMUS, QUOMODO VIVERE POSSUMUS? HAEC DICIT DOMINUS: QUONIAM NOLO MORTEM IMPII, QUANTUM REVERTI IMPIUM A SUA VIA PERVERSA, ET VIVERE. Hoc voluit ut nuntiemus vobis. Hoc si non nuntiamus, malam rationem huius speculationis reddituri sumus. Hoc autem si nuntiamus, egimus quod ad nos pertinet. Vos videte; nos iam securi sumus. Sed quomodo securi, vos periclitantes et morituri? Nolumus sit nostra gloria cum vestra poena. Data est quidem securitas, sed facit sollicitos caritas. Ecce dicimus, et scitis me semper dixisse, scitis me numquam tacuisse: Hoc dicit deus, Nolo mortem impii, quantum reverti impium a sua via pessima, et vivere. Quid est quod dicebat impius? Dixit verba impiorum et iniquorum: Iniquitates nostrae super nos sunt, in peccatis nostris contabescimus, quomodo vivere possumus? Aeger desperat, sed medicus spem promittit. Homo sibi dixit, Quomodo possum vivere? Deus dicit, Potes vivere. Si omnis homo mendax, deus solus verax: deleat quod dixit homo, et scribat quod dixit deus. Noli desperare, potes vivere, non de praeteritis malis tuis, sed de futuris bonis tuis: delebis mala, si recedis a malo. Omnia sive bona sive mala mutatione delentur. De vita bona inclinasti te ad malam, delesti bonam. Vide quo adtendas, quid percipias: thesauri duo sunt tibi praeparati; quod miseris, hoc invenies; fidelis custos est deus, reddet tibi quod feceris.

Omnia sive bona sive mala mutatione delentur.

3. Sunt autem alii, qui non desperatione pereunt; non sibi dicunt, Iniquitates nostrae super nos sunt, in peccatis nostris contabescimus, quomodo vivere poterimus? Sed alio modo se fallunt: de nimia misericordia dei sibi blandiuntur, ut numquam corrigantur. Hoc enim dicunt: Etsi facimus mala, etiamsi iniquitates committimus, etiamsi luxuriose

5 se] *C Caes;* si *Frang* 7 Et addit verba *usque* caelum et terram, *p. 192, l. 36, a Frang primum e cod. C evulgata sunt* verba] *C;* verbo *Frang* 11. 18 sq. sua via] *C;* via sua *Frang* 12 nuntiamus] *C;* annuntiamus *Frang* 27 quo] *C;* quid *Frang* 33 sibi blandiuntur] *ita corr. C;* bland. sibi *Frang C 1 m*

7 *liberasti*] Ezech. 33, 7-9; paulo aliter leg. 11 *vivere*] Ibid. 10-11. August. serm. 46, n. 20.

et facinorose vivimus, etiamsi pauperem et egentem contemnimus, etiamsi superbia nos extollimus, etiamsi nullum dolorem cordis de nostris malis habemus, perditurus est deus tantam multitudinem, et paucos liberaturus? Duo sunt ergo pericula: unum quod modo audivimus ex propheta, alterum quod non tacuit apostolus. Nam contra eos, qui desperando moriuntur, quomodo gladiatores quasi destinati ad ferrum, inhiando voluptatibus et vivendo nequiter, quasi addictas iam animas suas contemnunt, ait quod dicunt sibi: Iniquitates nostrae super nos sunt, et in peccatis nostris contabescimus, quomodo vivere poterimus? Aliud autem, unde apostolus dicit: AN DIVITIAS BONITATIS ET MISERICORDIAE ET LONGANIMITATIS EIUS CONTEMNIS? Contra eos qui dicunt, Bonus est deus, misericors est deus, non perdet tantam multitudinem peccatorum et liberat paucos; nam utique si nollet illos esse, nec viverent: quando faciunt tanta mala et vivunt, utique si deo displiceret, de terra eos statim auferret. Contra hos apostolus: IGNORAS, inquit, QUIA PATIENTIA DEI AD PAENITENTIAM TE ADDUCIT? TU AUTEM SECUNDUM DURITIAM CORDIS TUI, ET COR IMPAENITENS THESAURIZAS TIBI IRAM IN DIE IRAE ET REVELATIONIS IUSTI IUDICII DEI, QUI REDDET UNICUIQUE SECUNDUM OPERA EIUS. Quibus hoc dicit? Qui dicunt: Bonus est deus, non reddet. Reddet prorsus unicuique secundum opera eius. Tu quid facis? Thesaurizas. Quid? Iram. Appone iram super iram, auge thesaurum: reddetur tibi quod thesaurizas. non te fraudat cui commendas. Si autem in alium thesaurum mittas bona opera, fructus iustitiae, vel continentiam, vel virginitatem, vel pudicitiam coniugalem; a fraude, ab homicidio, ab scelere alienus sis; memineris egentis, quia et tu eges; memineris pauperis, quia et tu pauper es; quantumlibet abundes divitiis, pannis carnis indutus es; si haec cogitans et haec agens mittis in thesaurum bonum per diem iudicii, ille qui neminem fraudat, et reddet unicuique secundum opera sua, dicet tibi, Tolle quod misisti, quia abundat; quando mittebas, non videbas, sed ego servabam quomodo redditurus eram. Quia et revera, fratres, unusquisque, quod mittit in thesaurum, quia mittit scit, nec videt cum miserit. Pone thesaurum in terra obrutum, habentem unum aditum vel rimulam, qua mittas: paulatim quicquid acquisieris mittis, et non vides; si quod miseris et non videris servat tibi terra, non tibi servabit qui fecit caelum, et terram?

Pereunt alii desperando, alii male sperando.

Duplex thesaurus, irae et bonorum operum.

13 liberat] *ex* liberet *corr. C* 23 te fraudat] *C;* defraudat *Frang*

11 *contemnis?*] Rom. 2, 4: ubi quidem Aug. non semper eadem utitur lectione. 19 *eius*] Ibid. vers. 4-6.

4. Relevate ergo, fratres, relevate sarcinam meam, et portate mecum: bene vivite. Pascendos habemus hodie compauperes nostros, et cum eis communicanda est humanitas: vobis autem fercula mea verba ista sunt. Pascere omnes pane tractabili et visibili non sufficio: inde pasco, unde pascor; minister sum, paterfamilias non sum; inde vobis appono, unde et ego vivo, de thesauro dominico, de epulis illius patrisfamilias, qui PROPTER NOS PAUPER FACTUS EST, CUM DIVES ESSET, UT EIUS PAUPERTATE NOS DITAREMUR. Si panem vobis ponerem, fracto pane singula frusta ablaturi eratis; et si ego multum ponerem, perparum ad singulos perveniret. Modo autem quod dico, et omnes totum habent, et singuli quique totum habent. Numquid enim verbi mei inter vos syllabas divisistis? Numquid ipsius producti sermonis singula verba abstulistis? Unusquisque vestrum totum audivit. Sed videat quomodo audivit, quia erogator sum, non exactor. Si non erogem, et pecuniam servem, terret me evangelium. Possem enim dicere: Quid mihi est, taedio esse hominibus? dicere iniquis, Inique agere nolite sic vivite, sic agite, sic agere desistite? Quid mihi est, oneri esse hominibus? Accepi quomodo vivam: vivam quomodo iussus sum, quomodo praeceptus sum. Assignem quod accepi: de aliis reddere rationem quo mihi? Evangelium me terret. Nam ad istam securitatem otiosissimam nemo me vinceret: nihil est melius, nihil dulcius, quam divinum scrutari nullo strepente thesaurum: dulce est, bonum est; praedicare autem, arguere, corripere, aedificare, pro unoquoque satagere, magnum onus, magnum pondus, magnus labor. Quis non refugiet istum laborem? Sed terret evangelium. Processit servus quidam, et ait domino suo: SCIEBAM TE HOMINEM MOLESTUM METERE UBI NON SEMINASTI; servavi pecuniam tuam, nolui eam erogare: tolle quod tuum est; si aliquid minum est, iudica; si integrum est, noli mihi molestus esse. Ait autem ille: SERVE NEQUAM, EX ORE TUO TE CONDEMNO. Quare hoc? Quia avarum me dixisti, lucra mea quare neglexisti? Sed timui dare, ne perderem. Hoc dicis? Plerumque enim

Pauperes die natali episcopi pane visibili pascendi.

Ceteri verbo dei.

Praedicationis oneri contemplationis otium quam praeferret Augustinus.

1 relevate ergo] *hinc rursus Caes* 2 bene vivite] *Caes inser.* natalis domini imminet, *quae verba etiam in caesariano sermone Append. August. 116, n. 6, redeunt; ut plane agnoscas, Arelatensem episcopum dicta Augustini suae ipsius ordinationis anniversario adaptasse* hodie] *om. Caes* 8 singula] *C Caes;* singuli *Frang* 18 vivam] *non repet. Caes* 24 terret] me *add. Frang, non autem C neque Caes* 27 minum] *C, ut serm. Denis 21, 8 (supra, p. 132, l. 21);* minus *Frang*

2 *Pascendos habemus hodie compauperes nostros*] Ergo non tantum ad cathedram defuncti pontificis (cf. « Festum beati Petri epularum » die 22 febr.) convivia agebantur, sed ab adhuc vivens Hipponiensis episcopus die natali ordinationis « compauperes » suos ad mensam adhibere solebat.

8 *ditaremur*] II Cor. 8, 9 uti alias Aug.

26 *seminasti*] Luc. 19, 21.

29 *condemno*] Ibid. 22.

dicitur: Quid corripis? perit ad illum quod dicis; non te audit. Et ego, inquit ille, nolui dare, ne perderem pecuniam tuam. Ait illi, TU DARES PECUNIAM MEAM, ET EGO VENIENS CUM USURIS EXIGEREM: erogatorem, inquit, posueram te, non exactorem; tu exerceres erogationem, mihi relinqueres exactionem. Hoc timens ergo unusquisque videat quomodo accipiat. Si ego erogans timeo, qui accipit securus esse debet? Qui malus fuit heri, bonus sit hodie. Haec est erogatio mea: qui malus fuit heri, bonus sit hodie. Malus fuit heri, et non est mortuus; si mortuus esset malus, isset unde non redisset. Malus fuit heri, vivit hodie; prosit illi quod vivit, non male vivat. Quare ergo diei hesterno hodiernum vult addere malum? Longam vitam vis habere, bonam non vis? Quis longum ferat malum, vel prandium? Usque adeo caecitas mentis obcalluit, usque adeo surdus est homo interior, ut omnia bona velit habere, praeter se ipsum? Vis habere villam? nego te velle habere malam villam. Uxorem vis habere nonnisi bonam, domum nonnisi bonam. Quid curram per singula? Caligam non vis habere malam, et vis habere vitam malam? quasi plus tibi noceat mala caliga, quam vita mala. Cum tibi caliga mala et constricta nocuerit, sedes, decalcias te, abicis aut corrigis aut mutas, ne digitum laedas, et calcias te. Malam vitam, qua animam perdis, corrigere non curas. Sed hoc plane video unde fallaris: caliga nocens dolorem facit, vita nocens voluptatem facit: illud nocet, illud libet; sed quod ad tempus libet, postea peius dolet; quod autem ad tempus dolet salubriter, postea infinita voluptate et abundanti gaudio laetificat.

Caecitas hominis qui omnia velit habere bona praeter se ipsum.

5. Videte libentem et dolentem, divitem illum libentem, et pauperem illum dolentem: ille epulabatur, ille cruciabatur; ille circumdatus familia honestabatur, ille a canibus linguebatur; ille epulis crudior reddebatur, ille nec micis saturabatur. Transiit voluptas, transiit neces-

[2]sq. ait i. t. d. p. m. et] *haec verba desunt apud Caes* [2] tu] si tu *Frang, C manu poster.* [4] tu exerceres] *Caes, C 1 m;* si tu exerces *Frang* [9] redisset] *C Caes;* rediisset *Frang* [14] velle] *in marg. 1 m. ante* habere *suppl. C;* habere velle *Frang* [16] calligam *C* [17] calliga *C const.* [18] decalcias] *scripsi, cf. Thes. ling. lat. V. 116, 35;* dedecalcias *C;* dedecalceas *Frang;* discalceas *Caes* [19] calceas *Caes Frang* [20] perdis] *Caes; ex* perdas *1 m. corr. C;* perdit *Frang* [21] fallaris] *C Caes;* falleris *Frang* [24] abundanti] *Caes;* habundantia *C;* abundantia *Frang.* laetificat] *quae sequuntur usque ad finem sermonis 339 Maurin. edit. nihil aliud exhibent quam clausulam solitam Caesarii* [25] vide libentem *usque* in cor meum *p. 197, l. 9*] *haec quoque ex cod. C primum eruta sunt* [27] familias *C* linguebatur] *C Frang; cf. K. E. Georges ad h. v.* crudior] *cf. Thes. ling. lat. IV. 1236, 24 sqq.*

[3] *exigerem*] Luc. 19, 23. Augustino sane consentanee, nisi quod hic excidisse videtur vox *nummulariis:* cf. serm. Morin 1, 3.

[28] *voluptas... necessitas*] Cf. Reg. Bened. ed. Butler. c. 7, l. 96 sq.

sitas; praeterierunt bona divitis, mala pauperis; successerunt mala diviti, bona pauperi. Quae praeterierunt, non revocabantur; quae successerunt, non minuebantur. Ardebat dives apud inferos, laetabatur pauper in gremio Abrahae. Desideraverat prius pauper de mensa divitis micam, desideravit postea dives de digito pauperis guttam. Illius egestas satietatis fine terminata est, illius voluptas succedente dolore sine fine peracta est. Epulis successit sitis, voluptati dolor, purpurae ignis. Hoc est prandium, quod Lazarus visus est habere in gremio Abrahae; hoc volumus ut omnes habeatis, hoc volumus ut simul habeamus. Nam quid esset prandium quod vobis exhiberem, si omnes vos invitarem, et ista ecclesia plena esset mensis epulantium? Transitoria ista sunt. Ista cogitate quae dico, ut ad illas epulas veniatis, quas nunquam finiatis. Ibi enim nemo est indigestus epulando; nec ipsae epulae tales sunt, ut sua corruptione nos pascant, et sua defectione reficiant: et illae integrae erunt, et nos ab eis reficimur. Si oculus noster pascitur luce, nec deficit lux, quales erunt illae epulae in contemplatione veritatis, in conspectu aeternitatis, in laudibus dei, securitate felicitatis, mente stabili, corpore inmortali, nullo senio tabescente carne nostra, nulla fame lassante animam nostram? Ibi nemo crescit, nemo decrescit: ibi nemo nascitur, quia nemo moritur: ibi nec ulla opera vos cogimini facere, quae modo hortamur ut faciatis.

De illis epulis cogitandum, quae nunquam finiantur.

6. Modo enim audistis dominum dicentem, omnibus nobis dixit: QUANDO FACIS EPULUM, NOLI VOCARE AMICOS TUOS. Ostendit ubi esses largus. NOLI PARENTES, QUI HABENT UNDE TIBI RETRIBUANT; SED VOCA PAUPERES, DEBILES, CAECOS, CLAUDOS, EGENTES, QUI NON HABENT UNDE TIBI REDDANT. Et numquid perdes? RETRIBUETUR TIBI IN RETRIBUTIONE IUSTORUM. Tu eroga, inquit, ego accipio, annoto, reddo. Deus hoc dixit, et hoc nos hortatus est, ut faciamus ista, et reddat nobis. Quando nobis reddiderit, quis nobis auferet? SI DEUS PRO NOBIS, QUIS CONTRA NOS? Peccabamus, et mortem Christi nobis donavit; iuste vivimus, et nos decipiet? Non enim Christus pro iustis, sed pro impiis mortuus est. Si donavit iniquis mortem Filii sui, iustis quid servat? quid illis servat? Non habet melius, quod illis servet, quam quod pro illis dedit. Quid pro illis dedit? FILIO PROPRIO NON PEPERCIT. Quid illis servat? Ipsum Filium: sed deum ad fruendum, non hominem ad morien-

Lectum evangelium Luc. 14, 12 sqq.

Iustis quid servet, qui iniquis donavit mortem Filii sui.

15 reficimur] *C;* reficiemur *Frang* 19 lassante] *C;* laxante *Frang* 20 ibi] *2° loco C;* ubi *Frang* 28 reddat] *C;* reddet *Frang*

22 *Modo e. audistis*] Evangelium, ut dixi, in Natale episcopi.
27 *iustorum*] Luc. 14, 12.
29 *contra nos?*] Rom. 8, 31.
31 *mortuus est*] Cf. Rom. 5, 6.
34 *non pepercit*] Rom. 8, 32.

dum. Ecce quo vos vocat deus: sed quomodo adtendis? quo dignare adtendere, et qua dignare adtendere, et quomodo? Sed plane cum veneris, numquid hoc dicetur tibi: FRANGE PANEM TUUM ESURIENTI; SI VIDES NUDUM, VESTI? Numquid recitatur tibi hoc capitulum: CUM FACIS EPULUM, VOCA CLAUDOS, CAECOS, EGENTES, INOPES? Ibi inops nullus erit, ibi nullus claudus, nullus caecus, nullus debilis, nullus hospes, nullus nudus; omnes sani, omnes vegeti, omnes abundantes, omnes aeterna luce vestiti. Quem ibi vides peregrinum? Patria nostra ipsa est: hic sumus peregrini, illam desideremus. Iussa faciamus, ut promissa exigamus. Immo non bene dixi, emendo quod dixi: absit ut promissa exigamus, ultro data sumemus. Si enim exigimus, quasi deus nolit dare: prorsus dabit, neminem fraudabit. Hoc considerate, fratres mei, videte dominus deus noster quanta bona det malis: lucem, vitam, salutem, fontes, fructus, generationes, plerumque honores, celsitudines, potestates; haec omnia dat bona et bonis et malis. Putamusne nihil est quod servat bonis, qui tanta bona dat et malis? Nemo hoc inducat in cor suum. Fratres mei, magna bona servat deus bonis, sed QUOD OCULUS NON VIDIT, NEC AURIS AUDIVIT, NEC IN COR HOMINIS ASCENDIT. Non potes cogitare antequam accipias, videre potes cum acceperis; cogitare antequam accipias non potes. Quid est quod vis videre? Non est cithara, non est tibia, non est sonus, qui facit in auribus voluptatem. Quid vis cogitare? In cor hominis non ascendit. Et quid facio? Nec video, nec audio, nec cogito. Quid facio? Crede: magnum compendium, vas magnum, ubi possis accipere magnum donum, fides est. Para tibi vas, quia ad magnum fontem habes accedere: para tibi vas. Quid est para? Crescat fides tua, augeatur fides tua, firmetur fides tua; non sit lubrica et lutea fides tua, tribulationibus huius mundi non frangatur sed coquatur fides tua. Cum autem feceris, et habueris fidem, tanquam vas idoneum, capax, firmum, implebit illud deus. Non enim dicet tibi, quomodo dicunt homines deprecanti et dicenti, Da mihi aliquid vini, rogo te; et ille, Do, veni, et facio. Ille urnam adtulit, et dicit, Ut iusseras

Bonis quid servet, qui tanta bona dat et malis.

Vas magnum ad beatitudinem accipiendam fides est.

[1] quo] *conieci;* quod *C Frang* [1sq.] quo dignare adtendere, et qua dignare adtendere] *ita C hoc loco manifeste corruptus* [6] nullus caecus] *C;* caecus nullus *Frang* [29] implevit *C* illud] *ex* illum *emendavi; cf. infra p. 199, l. 17*

[4] *vesti*] Esai. 58, 7.

[18] *ascendit*] II Cor. 2, 9; cf. Esai. 64, 4.

[20] *videre?*] Iure suspicatur Casinensis editor nonnulla verba heic excidisse, ut puta « Non est color. Quid vis audire? »

[23] *Crede: magnum compendium* etc.] Merito haec Frangipanius grandioribus litteris: pauca enim etiam apud vulgatum Augustinum invenias, quae ita sententiarum gravitate ac pulchritudine praecellant.

veni; et ille, Ego putabam te allaturum unam lancellam: quid attulisti, aut quo venisti? Ego non sufficio tantum dare: revoca vas maius quod attulisti, et affer aliquid breve; affer mihi, cui possit paupertas mea sufficere. Non hoc dicit deus: plenus est, plenus eris, et cum te impleverit, ipse tantum habebit, quantum habebat antequam te impleret. Copiosa sunt dona dei, nulla talia invenis in terra; crede, et probabis, sed non modo. Et quando, inquies? SUSTINE DOMINUM, VIRILITER AGE, ET CONFORTETUR COR TUUM; ut cum acceperis dicas, DEDISTI LAETITIAM IN COR MEUM.

Quid sit, sustinere dominum.

7. Sustine dominum, viriliter age, et confortetur cor tuum, et sustine dominum. Quid est, Sustine dominum? Ut tunc accipias quando dabit, non tunc exigas quando vis. Tempus dandi nondum est: sustinuit te, sustine illum. Quid est quod dixi, Sustinuit te, sustine illum? Si iam iuste vivis, si iam ad illum conversus es, si tibi displicent facta tua praeterita, si iam placuit tibi eligere vitam bonam novam, noli festinare exigere: sustinuit te, ut mutares vitam malam; sustine illum, ut coronet vitam bonam. Si te ille non sustineret, non esset cui daret; sustine ergo, quia sustentatus es. Tu vero, qui non vis corrigi; o quisquis hic es, qui adhuc non vis corrigi. Quasi unus sit! Magis dicere debui, Quisquis hic es, si tamen hic es, qui statuisti corrigi; tamen sic loquar quasi ad unum. Quisquis non vis corrigi, quid tibi promittis? Desperando peris, an sperando? Quisquis desperando peris, hoc dicis in animo tuo: Iniquitas mea super me est, in peccatis meis contabesco, quae mihi spes est vivendi? Audi prophetam dicentem: NOLO MORTEM IMPII, QUANTUM REVERTATUR IMPIUS A SUA VIA PESSIMA, ET VIVAT. Sperando peris? Quid est, sperando peris? Hoc dicis in animo tuo: Bonus est deus, misericors est deus, ignoscit omnia, non reddet mala pro malis. Audi apostolum dicentem: IGNORAS QUONIAM PATIENTIA DEI AD PAENITENTIAM TE ADDUCIT? Quid ergo restat? Quasi fecisti aliquid, si intravit in cor quod

Iterum de iis, qui desperando aut male sperando pereunt.

10 Sustine dominum] *Hic incipit sermo apud Maurinos 40, qui est collectionis L homiliarum undecimus, in quo tamen Caesarius singula de industria omisit, quae ad natalem Augustini pertinebant, ut videlicet de sola conversione ageretur* 18 hic] *post. s. l. add. C* 19sq. quisquis hic es – corrigi; tamen] *sic omnino C, a quo recedere nolui; Frang vero* quicumque hic estis. Tu tamen qui hic es, si tamen hic es, qui non statuisti corrigi; sic loquar, *partim ex Caes, partim ex cod. C* 25 sua via] *C, ut supra p. 191, l. 11 et 18 sq.;* via sua *Frang. ex Caes* 29 fecisti] *C;* obtinuimus apud te *Caes*

1 *lancellam*] Hoc diminutivum, a voce *lanx, lancis* manifesto deductum, frustra quaesivi in lexicis.

7 *Sustine dominum* etc.] Ps. 26, 14.

8sq. *in cor meum*] Ps. 4, 7.

25 *et vivat*] Ezech. 33, 11.

29 *adducit?*] Rom. 2, 4.

dixi. Video quid mihi respondeatur: Verum est, nec despero, ut desperando peream, nec male spero, ut sperando peream; non mihi dico, Iniquitas mea super me est, iam nullam spem habeo; nec illud mihi dico, Bonus est deus, nemini reddet mala; nec illud dico, nec illud dico; premit me propheta, premit apostolus. Et quid dicis? Adhuc modicum tempus vivam quomodo volo. Isti sunt qui nos fatigant: plurimi sunt, molesti sunt. Adhuc modicum tempus vivam quomodo volo; postea, quando me correxero — utique verum est quod dicit propheta, Nolo mortem impii, quantum revertatur impius a via sua pessima, et vivat — quando conversus fuero, delebit omnia mala mea: quare non addo aliquid voluptatibus meis, et vivo quantum volo, quomodo volo, postea me conversurus ad deum? Quare hoc dicis, frater, quare? Quia promisit deus indulgentiam, si me mutavero. Video, scio, promisit indulgentiam: per sanctum prophetam hanc promittit, et per me minimum servum suum promittit. Verum est quod promittit: hanc promisit per unicum suum. Sed quid vis addere dies malos diebus malis? Sufficiat diei malitia sua: malus dies hesternus, malus et hodiernus, malus et crastinus. An putas bonos dies esse, quando facis satis voluptatibus tuis, quando in luxuriis enutris cor tuum, quando insidiaris alienae pudicitiae, quando fraude contristas proximum tuum, quando commendata negas, quando falsum pro nummo iuras, quando exhibes tibi bonum prandium? Ideo putas quia bonum diem ducis? Unde fieri potest, ut dies bonus sit, cum malus sit homo? Malos dies addere vis malis diebus? Rogo aliquantum, inquit, dimittatur mihi. Quare? Quia promisit mihi deus indulgentiam. Sed crastino die te victurum nemo tibi promisit. Aut lege mihi, quomodo mihi legis prophetam, evangelium, apostolum, quia cum te converteris delet deus omnes iniquitates tuas: lege mihi, ubi tibi promissus est crastinus dies, et vive crastino die male. Quamquam, frater meus, non tibi hoc debui dicere. Longa erit forte vita tua; si longa erit, bona sit: quare vis habere vitam longam, et malam? Aut longa non erit: et illa longa te debet delectare, quae non habet finem. Aut longa erit: et quid mali erit, quia diu bene vixisti? Tu male vis diu vivere, bene non vis; et tamen crastinum diem nemo tibi promisit. Corrige te: audi de scriptura. Ne me quasi hominem nata-

De dilatione conversionis in crastinum.

1 respondeatur] *etiam Caes iuxta codd. emendatiores;* respondeas *edit. Maur* 5 premit] me *repet. Caes* 9 sua] *C Caes; om. Frang* 14 et] *C Caes; om. Frang* 16 unicum] filium *add. Frang ex Maur* quid] quod *C* 34 sq. ne me – tibi loquor] *consulto om. Caes*

17 *malitia sua*] Cf. Mt. 6, 34.

34 sq. *nataliciarium*] Haec quoque vox ignota lexicographis videtur.

liciarium contemnas, de scriptura tibi loquor: NE TARDES CONVERTI AD DOMINUM. Verba ista mea non sunt, sed et mea sunt: si amo, mea sunt; amate, et vestra sunt. Sermo iste, quem modo dico, scriptura sancta est: si contemnis illum, adversarius tuus est. Sed audi dominum dicentem: CONCORDA CUM ADVERSARIO TUO CITO. Quis est iste sermo terribilis? Ad laetitiam venistis, natalis hodie episcopi dicitur: numquid aliquid ponere debeo, unde vos contristem? Immo hoc pono, unde gaudeat dilector, irascatur contemptor: melius est mihi contemptorem contristare, quam fidelem fraudare.

Natalis episcopi, dies laetitiae.

8. Audiant omnes, verba recito de scriptura. O male dilator, o crastini male appetitor, audi dominum dicentem, audi scripturam sanctam praedicentem. De isto loco speculator sum. NE TARDES CONVERTI AD DEUM, NEQUE DIFFERAS DE DIE IN DIEM. Vide si non vidit illos, vide si non inspexit illos, qui dicunt, Crastino bene vivo, hodie male vivam. Et cum cras venerit, hoc dicturus es. NE TARDES CONVERTI AD DEUM, NEQUE DIFFERAS DE DIE IN DIEM: SUBITO ENIM VENIET IRA EIUS, ET IN TEMPORE VINDICTAE DISPERDET TE. Quid ego feci? Delere illud possum? timeo deleri. Tacere illud possum? timeo taceri. Praedicare cogor, territus terreo. Timete mecum, ut gaudeatis mecum. Ne tardes converti ad deum. Domine, vide quia dico: domine, scis quia terruisti me, cum tuus propheta legeretur: domine, nosti in illa cathedra tremorem meum, cum tuus propheta legeretur. Ecce dico: Ne tardes converti ad deum, neque differas de die in diem; subito enim veniet ira eius, et in tempore vindictae disperdet te. Sed nolo perdat te: nolo mihi dicas, Perire volo; quia ego nolo: melius est nolo meum, quam volo tuum. Si lethargicus pater tuus aegrotaret inter manus tuas, et adesses iuvenis aegrotanti seni, et diceret medicus, Periclitatur pater tuus, somnus iste gravedo est quaedam letalis: observa eum, noli eum permittere dormire; si videris eum dormire, excita; si parum est excitare, vellica; si et hoc parum, stimula eum, ne moriatur pater tuus: adesses, tu esses iuvenis seni onerosus. Ille in dulcem morbum resolutus iret, oculos gravedine illa premente clauderet; tu contra, Noli dormire. Et ille, Dimitte me, dormire volo; et tu, Sed medicus dixit: Si voluerit dormire,

Non vult auditores perire s. episcopus, etiam si ipsi perire volunt.

2 et] *Frang, Caes iuxta optimos codd; om. C* 5-9 quis est – fraudare] *ex C primum restituta verba; Caes om.* 6 venistis] *haud male coniecit Frang;* venisti *C* 8 sq. contristare... fraudare] *Frang;* contristarem... fraudarem *C* 17 quid ego feci?] *C;* numquid ego hoc scripsi? *Caes* illud] *Caes Frang;* illum *C; cf. supra p. 196, l. 29* 20 scis] *C Caes;* tu scis *Frang* 26 et adesses] *C;* at adesses *Frang* 30 tu esses] *C;* et esses *Frang;* om. *Caes* 32 et ille] *C;* at ille *Frang ex Caes*

1. 12. 15 *Ne tardes* etc.] Eccli. 5, 8. 9. 5 *cito*] Mt. 5, 25.

non dormiat. Et ille: Rogo, dimitte me, mori volo. Sed ego nolo, dicis filius patri. Cui? utique optanti se mori. Et tamen vis differe mortem patris tui, et aliquanto diutius vivere cum morituro sene patre tuo. Dominus tibi clamat: Noli dormire, ne in aeternum dormias; evigila, ut mecum vivas, ut patrem habeas, quem nunquam efferas. Et surdus es.

9. Quid ergo feci speculator? Liber sum, non vos gravo. Scio dicturos quosdam, Quid nobis voluit dicere? terruit, gravavit nos, reos nos fecit. Immo a reatu volui liberare. Faedum est, turpe est, nolo dicere malum, nolo dicere periculosum, nolo dicere exitiosum; turpe est, ut vos fallam, si deus me non fallit. Dominus minatur mortem impiis, nequissimis, fraudatoribus, sceleratis, adulteris, voluptatum inquisitoribus, suis contemptoribus, de temporibus murmurantibus, et mores suos non mutantibus; dominus illis mortem minatur, gehennas minatur, interitum sempiternum minatur. Quid volunt, ut ego promittam, quod ille non promittit? Ecce dabit tibi securitatem procurator: quid tibi prodest, si paterfamilias non acceptet? Procurator sum servus sum. Vis dico tibi, Vive quomodo vis, dominus te non perdet? Securitatem tibi procurator dedit: nihil valet securitas procuratoris. Utinam dominus tibi daret, et ego te sollicitum facerem! Domini enim securitas valet, etiamsi nolim; mea vero nihil valet, si ille noluerit. Quae est autem securitas, fratres, vel mea, vel vestra, nisi ut domini iussa intente et diligenter audiamus, et promissa fideliter expectemus? In his quibus fatigamur, quia homines sumus, ipsius adiutorium imploremus, ad illum ingemiscamus: preces nostrae non sint pro rebus saecularibus, praetereuntibus, transitoriis et vice vaporis evanescentibus; sed sint preces nostrae pro ipsa implenda iustitia, et sanctificatione pro nomine dei; non pro vincendo vicino, sed pro vincenda libidine; non pro satianda, sed pro domanda avaritia. Hinc sint preces nostrae: intus nos adiuvent luctantes, et coronent vincentes.

Nihil valet securitas procuratoris, si paterfamilias non acceptet.

[2] cui? u. optanti se] *Frang ex Caes;* quia u. optante te *C* [3] aliquando *C* [5] ut patrem] *C;* et patrem *Frang ex edit. Caes* efferas] audis *inser. Caes* et] et tu *Frang* [9] faedum est] *repet. C* [14sq.] gehennas m. i. s. minatur] *om. edit. Maur, sed habent mss.* [18] dico] *C;* dicam *Frang ex Maur* [28] vincendo vicino] *recepi ex Caes;* vincendos vicinos *C;* vincendis vicinis *Frang* [29] nos] non *C* [30] et] *C;* ut *Caes Frang*

III.

Frangip., Serm. III, p. 20-26; Migne 46, 971-980: ex codicibus Casin. CLXXIII, p. 150-163, saec. XI; CCXIX, p. 252-261, saec. XI. Et anno quidem iam 1631 eundem fere sermonem ex codice tunc Pithoeano, postea Colbert. 1785 edidit Sirmondus, ipsum scilicet qui est in Maurina editione 345[us]. At luce clarius est, nonnisi ieiunam atque in multis deturpatam retractationem illius contionis in eo exprimi, quam primum palam fecit Octavius Frangipane; cuius textum excussis denuo codd. Casinensibus heic aliquanto emendatiorem exhibeo. Habitus est sermo post Romae a Gothis vastationem, aut etiam post primam Vandalorum inruptionem, die XXX iulii, anno quo natale sanctarum martyrum Tuburbitanarum in dominicam incidebat. Singula in eo Augustinum referunt, cum exempla ex sacris libris adducta, tum multa alia, quibus similia apud Hipponiensem nostrum passim leguntur. Verba rara aliquot inter adnotanda posui, locumque pulcherrimum de Christo domino martyrum exemplo sequendo. In apparatu critico nota *Frang* editio Romana an. 1819 designatur; *Sirm* edit. Paris. 1631 sermonum XL s. Augustini; *C* cod. Casin. CLXXIII; C^2 cod. CCXIX.

TRACTATUS SANCTI AUGUSTINI DE CONTEMPTORIBUS TEMPORALIUM RERUM: HABITUS IN NATALE MARTYRUM TUBURBITANARUM.

Admonet nos et sollemnitas martyrum, et dominicus dies, hoc loqui caritati vestrae, quod pertineat ad contemptum praesentis saeculi, et ad spem futuri. Si quid contemnas quaeris, omnis sanctus et pius martyr etiam vitam praesentem contempsit. Si quid speres quaeris, hodie dominus resurrexit. Si titubas in re, esto fortis in spe; si te opus turbat, Dies dominicus, dies resurrectionis.

[1] contemptoribus] CC^2; contemptu *Frang ex Sirm* [1 sq.] temporal. rer.] CC^2 *Frang;* mundi *Sirm* [2 sq.] habitus – tuburbitanarum] *addidi exemplo Maurinorum: cf. infra p. 207, l. 15 sq.* [4] admonet – et dominicus dies] *deerant haec verba in codice quo usus est Sirmondus, et sermo ita exorditur:* Loquar caritati vestrae, fratres, quod pertineat *etc.*

[2 sq.] *Tuburbitanarum*] Quas Perpetuam esse ac Felicitatem Sirmondus autumavit, contra vero Henricus Valesius Maximam, Donatillam ac Secundam; et hic quidem iure, ut patet ex vetere Kalendario Carthaginiensi, quod « III kal. Aug. sanctarum Tuburbitanarum » meminit. Die ergo Iulii XXX°, qui hoc anno « dies dominicus » erat, sermonem habitum esse constat; idque verosimiliter anno 411 vel 416, quo tempore scribendis libris « De civitate dei » Augustinus maxime intentus erat: cf. infra p. 208, l. 8 sqq. Quod si eum cum Frangipane ad primam persecutionem Vandalicam referre malis, tunc anno demum 428 prolatum fuisse necesse est.

[7 sq.] *hodie dominus resurrexit*] Ex his verbis intulerunt Tillemont, Frangipane aliique, diebus paschalibus, immo ipso Resurrectionis die hanc esse habitam contionem: quibus tamen adsentiri nequeo, atque heic « dominicum diem », de quo supra l. 4, omnino intellegendum mihi constat.

erigat merces. Prima apostolica lectio, in epistola quam scribit ad Timotheum, nos quoque admonet quod ei praecepit dicens: PRAECIPE DIVITIBUS MUNDI HUIUS, NON SUPERBE SAPERE, NEQUE SPERARE IN INCERTO DIVITIARUM, SED IN DEO VIVO, QUI PRAESTAT NOBIS OMNIA ABUNDANTER AD FRUENDUM. DIVITES SINT IN OPERIBUS BONIS, FACILE TRIBUANT, COMMUNICENT, THESAURIZENT SIBI FUNDAMENTUM BONUM IN FUTURUM, UT APPREHENDANT VERAM VITAM. Et ista lectio non nobis videatur minus congrua sollemnitati martyrum beatorum: habet enim contemptum saeculi. Nam cum divitibus praecipitur, ut thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurum, et apprehendant veram vitam, sine dubio ista falsa vita est. Et maxime hoc divites audire debent, quos quando pauperes intuentur, murmurant, gemunt, laudant, invident, aequari optant, impares se esse dolent, et inter laudes divitum hoc plerumque dicunt: Soli sunt isti, isti soli vivunt. Propter haec ergo verba, quibus homines tenues divitibus adulantur quia ipsi vivunt, et soli vivunt, ne his adulantium inflati verbis putent se vivere, Praecipe, inquit, divitibus huius mundi non superbe sapere, neque sperare in incerto divitiarum, sed in deo vivo, qui praestat nobis omnia abundanter ad fruendum. Divites sint: sed ubi? in operibus bonis; facile tribuant, quia non perdunt quod tribuunt; communicent cum eis qui non habent. Et quid ex hoc? Thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant veram vitam; non assentientes adulantibus, qui eos dicunt vivere, et solos vivere. Vita ista somnium est; divitiae istae velut in somnis fluunt. Audi psalmum, o dives pauperrime: DORMIERUNT SOMNUM SUUM, ET NIHIL INVENERUNT OMNES VIRI DIVITIARUM IN MANIBUS SUIS. Aliquando et mendicus in terra iacens, frigore tremens, occupatus tamen somno, thesauros somniat, et gaudet et superbit in somnis, et patrem suum pannosum non dignatur agnoscere, et donec evigilet dives est. Cum ergo dormierit, invenit quod falsum gaudeat; cum evigilaverit, invenit quod verum doleat. Dives ergo moriens similis est pauperi vigilanti, qui thesauros videbat in somnis. Nam et ille induebatur purpura et bysso, quidam dives nec nominatus nec nominandus, con-

Prima lectio, ex I Tim. 6, 17 sqq.

Verba quibus homines tenues divitibus adulantur.

Somnum suum divites qualiter dormiant.

4 in deum vivum *Sirm* 4 sq. abundanter ad fruendum *om. Sirm* 6 in futurum *om. Sirm* ut] et CC^2 14 sunt isti] CC^2; isti sunt *Frang Sirm* 22 vitam] *scripsi;* iustitiam *mendose* CC^2; *Sirm hic deficit* 31 vigilanti] *an pro* evigilanti?

7 *veram vitam*] I Tim. 6, 17-19: deest apud Sirmondum mentio huius « primae apostolicae lectionis » in sollemnitate martyrum recitatae.

14 *isti soli vivunt*] Similiter August. serm. 41, n. 5: « Adulantium e. linguas audivit (dives)... Soli estis, soli vivitis ».

26 *suis*] Ps. 75, 6.

32 *nec nominatus n. nominandus*] Cf. serm. Denis 23, 4; Maurin. 14, n. 4 et al.

temptor pauperis iacentis ante ianuam suam; induebatur purpura et bysso, sicut evangelicum testimonium est, et epulabatur cotidie splendide. Mortuus est, sepultus est: evigilavit, et se in flammis invenit. Dormivit ergo somnum suum, et nihil invenit ille vir divitiarum in manibus suis, quia nihil boni egit manibus suis.

2. Propter vitam ergo quaeruntur divitiae, non vita propter divitias. Quam multi cum suis hostibus pacti sunt, ut totum tollerent, et vitam relinquerent! Quantumcumque habuerunt, tanti vitam emerunt. Quanti comparanda est vita aeterna, si tam pretiosa est vita peritura? Da Christo aliquid, ut vivas beatus, si totum das hosti, ut vivas mendicus. Vita tua temporali, quam tanto pretio redimis, appende quanti valeat aeterna, quam neglegis, ut vivas diebus paucis, etsi ad senectutem perventurus sis. Omnes enim dies hominis ab infantia usque ad senectam pauci dies sunt: et si ipse Adam hodie moreretur, paucos dies vixerat, quia omnes finierat. Paucos ergo dies, et hos laboriosos, in tanta inopia, in tanta temptatione redimis? Quanti? Nihil habere vis, ut habeas te. Vis nosse quanti valeat vita aeterna? Adde et te. Ecce inimicus, qui te captivaverat, dixit tibi: Si vis vivere, quidquid habes da mihi; et ut viveres, dedisti totum: hodie redemptus, cras forte moriturus: ab isto dimissus, forte ab illo trudendus. Erudiant nos pericula, fratres mei. Quid tam indocti, et inter dei verba, et inter humana experimenta? Ecce totum dedisti, et abisti gaudens, quia vivis: etsi pauper, etsi egens, etsi nudus, etsi mendicus, gaudes tamen, quia vivis, et dulcis est lux. Appareat Christus: paciscatur et ipse, non qui te captivavit, sed qui pro te captus est; non qui te quaerit occidere, sed qui pro te occidi dignatus est. Qui dedit se pro te — quantum pretium! — qui te fecit, dicit tibi: Mecum paciscere. Te vis habere, et totum perdere? Si habere vis te, me habere oportet; ut oderis te, ut diligas me, et vitam tuam perdendo invenias, ne tenendo perdas. De divitiis istis tuis, quas amas possidere, et quas tamen pro vita tua praesente paratus es dare, iam dedi salubre consilium. Si amas et ipsas, noli et illas perdere: sed ubi eas amas, tecum periturae sunt. Consilium et de ipsis do. Amas eas? Mitte eas, quo sequaris eas; ne cum eas amas in terra, aut vivus amittas, aut mortuus dimittas. Et hinc, inquit, consilium dedi. Non dixi, Perde, sed Serva.

Ut vitam redimat homo, paratus est dare totum.

De divitiis servandis salubre consilium.

11 vita] CC^2; a vita *Frang; deficit Sirm* quam tanto] quanto C^2 20 trudendus] *recte* CC^2 *Frang;* trucidandus *Sirm* 22 abiisti *Frang Sirm* 22 sq. etsi nudus, etsi egens *Frang*

14 *et si ipse Adam* etc.] Cf. serm. Guelferb. 31, 2: « Ego non dicerem diu vixisse nec ipsum Adam, si hodie mortuus esset ».

Thesaurizare vis? Non dico, Noli, sed dico ubi. Consultorem accipe, non prohibitorem. Ubi ergo dico thesaurizare? THESAURIZATE VOBIS THESAURUM IN CAELO, QUO FUR NON ACCEDIT, NEC TINEA, NEC RUBIGO EXTERMINAT.

3. Sed non video, inquis, quod pono in caelo. Vides enim quod obruis in terra. Securus es obruendo in terra: et sollicitus es ei dando, qui fecit caelum et terram? Serva ubi vis: si inveneris meliorem Christo, custodi commenda. Commendo, inquis, servo meo. Quanto melius domino tuo? Servus fortassis aufert, atque fugit; et inter tanta mala, quae iam acciderunt, hoc optandum fuit, ut servus auferret, et fugeret, non ad dominum suum hostes duceret. Multi servi dominis suis repente inimici extiterunt, et eos, cum illo quod habebant, hostibus prodiderunt. Cui ergo commendas? Interim, inquis, servo meo commendo aurum meum. Aurum tuum servo: animam tuam cui? Commendo, inquis, deo animam meam. Quanto melius illi et aurum tuum, cui et animam tuam? An forte fidelis est in custodiendo animam tuam, et infidelis est in custodiendo pecuniam tuam? Non servat tibi, qui servat te? Fac ergo fidem. Servus agit ne tollat: numquid agit ne perdat? Tota fides eius est, ne te fraudet: fidem eius attendis, et infirmitatem non attendis? Posuit, non latuit; venit alius, abstulit. Numquid hoc Christo quisquam facturus est? Pigritiam excute, consilium accipe: thesauriza in caelo. Et quid dixi, pigritiam excute? Quasi labor sit in caelo thesaurizare. Etsi labor esset, faciendum erat, et suscipiendus labor erat, et reponenda ea, quae pro magno habemus, in loco munito, unde ea nemo posset auferre. Non tamen dicit tibi Christus, In caelo thesauriza, scalas quaere, pennas apta; sed, Mihi in terra da, et ibi servabo. In terra, inquit, mihi da: ideo veni pauper hic esse, ut tu ibi dives sis. Fac traiecticium. Times fraudatorem, ne perdas? Quaeris qui portet quo migras? Christus tibi in utroque adest: non facit imposturam, sed facit laturam.

Christo custodi sunt commendandae.

4. Sed Christum, inquies, ubi invenio? Cum habeat fides mea, quod audivi in ecclesia, hoc didici, sic credidi, hoc sacramento imbutus sum: sepultus est, resurrexit tertia die, post quadraginta dies ascendit in caelum coram oculis discipulorum suorum, sedet in dextera Patris,

6 sollicitus et *Frang* 30 inquies] *CC*^{2}*;* inquis *Frang* 32 sepultus] *Sirm praem.* passus est, mortuus et

4 *exterminat*] Mt. 6, 20.

18 *ne perdat?*] Cf. serm. Morin 11, 5: « Servus tuus... potest perdere vel invitus; nihil potest perdere deus tuus ».

27 sq. *Fac traiecticium*] Ita saepe Augustinus: cf. notam ad eundem sermonem, n. 6.

29 *laturam*] Vox rara, ut videtur, ex qua « laturarius », apud August. haud ita infrequens.

31 *hoc sacramento*] i. e. symbolo apostolorum.

in fine venturus est. Quando hic eum invenio? cui dabo? Noli satagere, totum audi; aut si totum audisti, totum dic. Scio quia hoc accepisti: suspensus est Christus in cruce, depositus est de ligno, positus est in sepulcro, resurrexit, ascendit in caelum. Et illud legisti, quia, cum eius ecclesiam Saulus persequeretur superbiens, crudelis, anhelans caedes, et christianorum sanguinem sitiens, cum saeviret, cum persequeretur, litteras portans Damascum, ut, quos inveniret huius disciplinae viros ac mulieres, vinctos ad poenas adduceret; audisti quid ei clamavit, quem sedentem confiteris in caelo? Recole ergo quid dixit, quid audisti, quid legisti: SAULE, SAULE, QUID ME PERSEQUERIS? Paulus enim nec eum videbat, nec tangebat; et tamen dicebat ille, Quid me persequeris? Non ait: Quid persequeris familiam meam, servos meos, sanctos meos, adde honorem, fratres meos? Nihil horum: sed quid ait? Quid me persequeris? id est, membra mea, pro quibus in terra calcatis caput de caelo clamabat: quia et pro pede tuo, si calcetur in terra, clamat lingua tua, non Calcas pedem meum, sed Calcas me. Quid ergo dubitas, cui des? Qui dixit, Saule, Saule, quid me persequeris? ipse tibi dicit, Pasce me in terra. Saulus saeviebat, et tamen Christum persequebatur: sic et tu in terra eroga, et Christum pascis. Nam istam quaestionem, qua moveris, praedixit ipse dominus, qua movebuntur et illi, qui ad dexteram ponentur; et cum dixerit, ESURIVI, ET DEDISTIS MIHI MANDUCARE, respondebunt: DOMINE, QUANDO TE VIDIMUS ESURIENTEM? Et audient continuo: CUM UNI EX MINIMIS MEIS FECISTIS, MIHI FECISTIS.

Christus in terra pascendus.

5. Si ergo non vis dare, habes quod in te accuses, non habes quod excuses. De divitiis ergo istis dicit tibi dominus tuus: Dedi consilium saluberrimum. Amas eas? migra eas; et cum migraveris, sequeris. Sequere eas interim corde: UBI ENIM EST THESAURUS TUUS, ILLIC ERIT ET COR TUUM. Si terrae commendas thesaurum, in terra obruis et cor;

2 aut si totum] *Frang; aliter* CC^2 ut sit totum. audisti totum, dic, scio *etc.* 4 sed et *Frang* 8sq. quid ei cl.] *accepi a Sirm;* quid declamavit CC^2 *Frang* 18 saulus] *Frang Sirm;* paulus CC^2 20sq. qua moveb.] *conieci;* quo mov. *C;* quod mov. C^2; commovebuntur *Frang Sirm* 25 non habes] C^2; nam non habes *C Frang minus recte* 27 sequeris *om. C*

5sq. *anhelans caedes*] Ita solito Aug. ad Act. 9, 1.

10 *persequeris?*] Ibid. 4.

13 *adde honorem*] Verba haec cum non intellegeret is, qui Sirmondianam formam sermonis digessit, amputare haud dubitavit; quae tamen facile erat interpretari ex simili loco Augustini, Tract. 28 in Ioh., n. 1: « Noluit tamen dicere, sanctos meos, postremo honorabilius fratres meos; sed, me, hoc est membra mea, quibus ego sum caput ».

24 *mihi fecistis*] Mt. 25, 35-40.

29 *cor tuum*] Mt. 6, 21.

cum autem in terra obrueris cor, erubesce, cum respondes, quando audis
Sursum cor. SURSUM COR, HABEMUS AD DOMINUM. Dedi ego, inquit, salubre consilium de divitiis tuis. Si feceris, si audieris, si talis dives fueris, qualem describit apostolus, ut non superbe sapias, neque speres in incerto divitiarum, facile tribuas, communices, thesaurizes tibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendas veram vitam; iam interroga me, inquit dominus tuus. Ecce obmigravi in caelum quod habeo, sive totum erogando, sive quod remansit sic habendo tanquam non habens, utens hoc mundo tanquam non utens. Tanti valet regnum caelorum? Ecce si feci hoc, tanti valet? Care est. Carius valet: non enim vere tale est, ut tanti valere debeat. In aeternum vives. Nam omnes thesauros istos vel pro vita paucorum dierum dares; verus dives ibi eris, quia non egebis. Sed enim hoc agis, cum esse dives vis, ne in terra egeas: et ideo tibi exaggeras et congeris densum lutum, quo graveris, quo premaris, quo siccato artius concludaris. Ideo itaque, ne egeas, quaeris ad vectionem multa animalia, ad victum epulas copiosas, ad indumentum pretiosissimas vestes. Ne vero multa habendo tu dives, et angelus pauper, qui nec equo utitur, nec reda vehitur, nec implet apparatibus mensam, nec tegitur vestibus, quia luce vestitur. Disce veras divitias. Tu istas habere
Quae sint verae divitiae, discendum. vis, ut habeas unde fauces mulceas, et ventrem impleas: ille te vere divitem facit, qui donat tibi ne esurias. Hoc est non egere omnino, non esurire: nam quantumvis habeas, cum venerit hora qua prandeas, vel antequam ad mensam accedas, cum esuris egenus es. Postremo remotis epulis anhelas superbus. Non est expletio ista indigentiarum, sed fumus curarum. Vide quid cogitas de divitiis istis tuis augendis: vide si facile dormis, cum cogitas, vel ne perdas ubi servasti, vel ut augeas quod servasti. Divitias ergo invenisti, qui requiem invenisti. Cum vigilas, augmentum divitiarum cogitas; cum dormis, latrones somnias: in die sollicitus, in nocte pavidus, semper mendicus. Verum divitem te vult facere, qui tibi promittit regnum caelorum. Et putas quanti empturus es illas veras divitias, illam veram vitam, eamque aeternam? Quid? Ideo veram putas, quod tanti eam empturus es, quanti paratus fuisti

7 obmigravi] CC^2 *Frang;* iam migravi *Sirm* 11 nam] CC^2; qui *Frang* vel] *conieci;* ut CC^2; *om. Frang* 12 ibi verus dives eris *Frang* enim] CC^2; *om. Frang* 17 ne vero] *optime* CC^2 *Frang;* si revera *Sirm* 19 tegitur vestibus] C^2; texitur vestis *C;* ei vestis texitur *Frang ex Sirm* 21 tibi donat *Frang* 22 qua prandeas] quinta *Sirm* 30 putas quanti] *scripsi;* putas quanto C^2; putas quid tanto *C;* putas quia tanto *Sirm;* quanti putas *Frang* 32 ideo veram] *fort. pro* id verum?

7 *obmigravi*] Verbum in lexicis non inveni. 9 *non utens*] Cf. I Cor. 7, 29. 31.

emere paucos istos laboriosos, et miseros dies? Aliquid plus valere debet, quod longe maius est.

6. Et quid faciam? inquis. Totum quod habui pauperibus dedi, et quod habeo cum indigentibus communico: quid plus possum? Habes plus, te ipsum: te habes plus, tu es de rebus tuis, tu addendus es. Attende consilium domini tui, quod dedit diviti: VADE, VENDE OMNIA QUAE HABES, ET DA PAUPERIBUS. Et numquid dimisit eum, posteaquam dixit hoc? Et ne se ille quod amabat perdere putaret, primo eum securum fecit, quia non perdidit, sed condidit: HABEBIS, inquit, THESAURUM IN CAELO. Sufficit hoc? Non. ET VENI, SEQUERE ME. Amasti? sequi vis? Cucurrit, volavit, quem vis sequi. Qua? Per pressuras, per opprobria, per falsa crimina, per sputa in faciem, per alaparum et flagellorum verbera, per coronam spineam, per crucem, per mortem. Quid piger es? Sequi volebas, demonstrata est via. Et tu: Quis illuc sequitur? Erubesce, barbate: feminae secutae sunt, quarum hodie natalicia celebramus. Feminarum martyrum Tuburbitanarum sollemnitatem hodie celebramus. Dominus vester, dominus noster, dominus illarum, dominus omnium, redemptor vitae, de via angusta praecedendo stratam fecit, stratam regalem, munitam, et puram, in qua delectaret et feminas ambulare; et adhuc piger es? Non vis fundere sanguinem pro tanto sanguine? Hoc dicit tibi dominus tuus: Prior pro te passus sum; da quod accepisti, redde quod bibisti. Non potes tu? Potuerunt pueri et puellae: potuerunt delicati et delicatae: potuerunt divites, et magni divites, qui subito irruente temptatione passionis non retenti sunt copia divitiarum, nec capti huius vitae dulcedine, cogitantes illum divitem finientem divitias, et invenientem tormenta; et non suas divitias praemiserunt, sed eas potius in martyrio praecesserunt. Tantis exemplis praecedentibus piger es? Et tamen festa martyrum celebras. Natalis est hodie martyrum: Procedam, dicis, et forte cum meliore tunica. Vide qua conscientia: ama quod agis, imitare quod celebras, fac quod laudas. Sed ego non possum. DOMINUS IN PROXIMO EST, NIHIL SOLLICITI FUERITIS. Ego, inquis, non

Non solum res suas, se ipsum homo impendat.

Martyrum Tuburbitanarum sollemnitas.

In natali martyrum cum meliore tunica procedendum.

9 sed non condidit C^2 10 et quid? veni *Frang Sirm* 11 quem vis sequi. Qua?] CC^2; *horum loco intrudit Frang. ex Sirmondo:* quaere qua? nescio qua. O christianum! nescis qua ivit dominus tuus? Vix dico tibi qua eum sequaris? 14 illuc] CC^2; illum *Frang* 18 vitae] nostrae *add. Frang ex Sirm* angusta] et aspera *item add. Frang ex Sirm* 18 sq. munitam] *hic doxologia concluditur sermo apud Sirm* 19 et] *ante* feminas *om.* CC^2 28 sq. procedam] CC^2 *recte;* praecedam *Frang*

10 *sequere me*] Mt. 19, 21.

14 *barbate*] Cf. serm. Denis 18, 6: « Non te pudet, barbate...? »

31 *fueritis*] Phil. 4, 6.

possum. Tu fontem ipsum noli timere: unde impletae sunt illae, potes et tu impleri, si avidus accedas, si non quasi collis tumescas, sed quasi vallis humilieris, ut impleri merearis.

7. Non ergo nobis dura sint, fratres, maxime his temporibus abundante pressura: contemptus est a martyribus mundus, cum floreret; vere magna laude contemptus est florens, et amatur periens. Contempserunt illi flores eius, et tu amplecteris spinas eius. Si migrare piger es, vel domus ruinosa te terreat. Sed insultat tibi paganus. Unde tibi insultat paganus? Re vera tempus est ut insultet tibi paganus, quia implentur praedicta domini tui: rectius tibi insultaret, si non implerentur quae ille praedixit. Ille deum negat, quem colis: tu ex his, quae patitur mundus, ostende veracem, et non contristatus praedictis, gaudeas promissis. Venit enim eo tempore, quo iam mundus aetate vergente, quasi ita factus ut finiendus, abundaturus erat cladibus et calamitatibus et angustiis et molestiis. Ad solacium tuum venit, qui tunc venit: ne deficeres in pressuris vitae pereuntis atque transeuntis, promisit alteram vitam. Antequam mundus his afflictionibus et calamitatibus laboraret, missi sunt prophetae: missi sunt servi ad aegrotum istum grandem, ad genus humanum, quasi unum hominem languidum ab oriente usque ad occidentem distentum et iacentem; misit medicus potens servos suos. Ventum est ut tales accessiones venirent aegroto huic, in quibus multum laboraturus erat. Et ait medicus: Multum laboraturus est iste aegrotus, ego sum necessarius. Iam stultus aegrotus dicat medico: Domine, laboro ex quo venisti. Stulte, non laboras de eo quia veni, sed, quia eras laboraturus, veni. Compendio igitur, fratres, quid multa dicimus? VERBUM CONSUMMANS BREVIAVIT DOMINUS SUPER TERRAM. Bene vivamus, et pro bona vita nostra bona terrae transeuntia non speremus. Vilis merces est bonae vitae terrena felicitas: non tanti valet quod hic bene vivis, quanti valet quod hic concupiscis, quamvis talia concupiscendo nec bene vivis. Si vis mutare vitam, muta concupiscentiam. Servas fidem deo, et ideo ut in terra sis felix. Hoc est totum, quare servas fidem deo? Fides tua tanti valet? tanti illam aestimas? sic

Mundus a martyribus contemptus est florens, amatur periens.

Venit Christus medicus ad aegrotum genus humanum.

[2] implere *C* [12] gaudes *C* [31] hoc est totum] *CC*²*;* et hoc tibi est totum *Frang*

[8] *insultat tibi paganus*] Videlicet de vastatione Romae aliisque pressuris mundi: cf. August. serm. 81, n. 7-9; 296, n. 6-10 et al.

[13] *mundus aetate vergente*] « Vergente mundi vespere », uti in hymno de Adventu etiam nunc canit ecclesia.

[21] *accessiones*] Verbum medicinae artis proprium. de quo vide sis Thes. ling. lat. I, 284 sq.; cf. Caillau II 19, n. 8: « praedixerunt futuram quamdam accessionem ».

[26] *terram*] Esai. 10, 22; Rom. 9, 28.

illam abducis? Si aliquid venale habeas in terra, et cum emptore paciscaris, tu carius pretium dicis, ille vilius: Tanti valet, inquis, quoniam quod vendis exaggeras; et ille, Non valet tanti, sed tanti; et dat sibi minus pretium, volens vilius emere. Dominus Christus corrigit te. Dicis tu domino tuo Christo: Domine, servo tibi fidem, et tu da mihi in terra. Stulte, non tanti valet quod vendis; erras, nescis quod habes. Servas fidem, et quaeris terram? Plus valet fides tua, quam terra; nescis illam appretiare. Ego novi quanti valeat, qui tibi donavi; tanti valet, quantum est tota terra; adde terrae et caelum, plus valet. Et quid est plus quam terra et caelum? Ille qui et terram fecit et caelum. Conversi ad dominum.

Plus valet fides nostra quam terra et caelum.

IV.

Frangip., Serm. IV, p. 27-28; Migne 46, 981-983. Brevis quidem sed vivida adlocutio, qua constat sermo genuinus apud Maurinos 189 (= *Maur*). At quem hi nusquam in manuscriptis se vidisse fatebantur, hunc Frangipane ex septem codd. mss. in integritatem suam restituit. Codices ipse iterum non contuli, sed neque heic de fide editoris Casinensis ambigendi locus est.

DE NATALI DOMINI.

Sanctificavit nobis istum diem dies, qui fecit omnem diem; de quo psalmus cantat CANTATE DOMINO CANTICUM NOVUM, CANTATE DOMINO OMNIS TERRA. CANTATE DOMINO ET BENEDICITE NOMEN EIUS, BENE NUNTIATE DIEM DE DIE SALUTARE EIUS. Quis est iste dies de die, nisi Filius de Patre, lumen de lumine? Sed dies ille, qui genuit diem, qui de virgine nasceretur hoc die; dies ergo ille non habet ortum, non habet occasum. Diem dico Patrem deum. Non enim esset Iesus dies de die, nisi esset et Pater dies. Quid est dies nisi lumen? non oculorum carnalium, non lumen commune hominibus et pecoribus, sed lumen quod angelis lucet, lumen cui videndo corda purgantur. Transit enim ista nox, in qua modo vivimus, in qua nobis accen-

Dies de die, Filius de Patre.

1 abducis] *conieci;* adducis *codd. Frang* 6 vendes *CC*[2] 19sq. non enim – pater dies] *Frang; om. Maur* 19 iesus] *pro* filius? 21 non lumen] *bis habet Frang*

10sq. *Conversi ad dominum*] Sollemnia verba huius ad precem invitationis habes repetita ap. Migne 37, 1966.

16 *eius*] Ps. 95, 1. 2: ubi *diem de die* scribi oportere Maurini ex iis quae sequuntur merito suspicati sunt, etsi teste Frangipane codicum Casinensium auctoritas non accedit: atqui norunt omnes, quam indiligenter recentioris aevi librarii locos ex s. scriptura plerumque descripserint, quandocumque a textu recepto ii discrepabant.

duntur lucernae scripturarum; et veniet illud, quod in alio psalmo canitur, MANE ADSTABO TIBI, ET CONTEMPLABOR TE.

2. Dies ergo ille Verbum dei, dies qui lucet angelis, dies qui lucet in illa patria unde peregrinamur, vestivit se carne, et natus est de Maria virgine. Mirabiliter natus est. Quid mirabilius virginis partu? Concepit, et virgo est; parit, et virgo est. Creatus est enim de illa quam creavit; et attulit ei fecunditatem, non corrupit integritatem. Maria unde? ex Adam. Adam unde? de terra. Si Adam de terra, et Maria de Adam, ergo et Maria terra. Si Maria terra, agnoscamus quod cantamus: VERITAS DE TERRA ORTA EST. Quale nobis beneficium praestitit? VERITAS DE TERRA ORTA EST, ET IUSTITIA DE CAELO PROSPEXIT. Iudaei enim, sicut dicit apostolus, IGNORANTES DEI IUSTITIAM, ET SUAM VOLENTES CONSTITUERE, IUSTITIAE DEI NON SUNT SUBIECTI. Unde potest homo esse iustus? a semetipso? Quis pauper sibi dat panem? quis nudus cooperitur, nisi acceperit vestem? Iustitiam non habebamus; peccata hic sola erant. Unde iustitia? quae iustitia sine fide? IUSTUS enim EX FIDE VIVIT. Qui sine fide se dicit iustum, mentitur. Quomodo non mentitur, in quo non est fides? Si vult verum dicere, convertat se ad veritatem. Sed longe erat. VERITAS DE TERRA ORTA EST. Dormiebas, venit ad te: stertebas, excitavit te: viam tibi fecit per se, ne perderet te. Ergo quia veritas de terra orta est, dominus noster Iesus Christus de virgine natus est; iustitia de caelo prospexit, ut haberent homines iustitiam non suam, sed dei.

Maria, terra de qua orta veritas.

3. Quantam dignationem! Qualis praecessit indignatio. Indignatio quae praecessit? Mortales eramus, peccatis premebamur, poenas nostras portabamus. Omnis homo, quando nascitur, inchoat a miseria. Noli quaerere prophetantem; interroga nascentem, et vide flentem. Cum ergo ista esset in terra magna dei indignatio, qualis subito facta est dignatio? Veritas de terra orta est. Creavit omnia, creatus est inter omnia: fecit diem, venit in diem: erat ante tempora, signavit tempora. Dominus Christus in aeternum sine initio apud Patrem: et tamen hodie quaere quid est. Natalis est. Cuius? Domini. Habet natalem? Habet. In principio Verbum, deus apud deum, habet natalem? Habet. Nisi haberet ille humanam generationem, nos non perveniremus ad divinam rege-

Homo vitam inchoat a fletu.

6 concipit *Maur* 15 iustitiam – sola erant] *Frang; om. Maur* 17 quomodo non mentitur] *Frang;* quoniam mentitur *Maur* 19 stertebas] *Frang;* gravi opprimebaris somno *Maur* 22 ut haberent – sed dei] *Frang: cf. supra l. 12 sqq;* ut per iustitiam homines resipiscerent, qui per iniustitiam desipuerant *Maur* 23 quantam – quae praecessit?] *Frang; om. Maur* 30-32 *multa heic omissa aut mutata in Maur*

2 *contemplabor te*] Ps. 5, 5, quem quidem aliter atque aliter legit Augustinus, v. gr. Enarr. in h. Ps., n. 5, et Enarr. 2 in Ps. 26, n. 8.

11 *prospexit*] Ps. 84, 12.

13 *subiecti*] Rom. 10, 3.

16 *vivit*] Rom. 1, 17.

nerationem: natus est, ut renasceremur. Nemo dubitet renasci, Christus natus est: generatus est, non regenerandus. Cui enim necessaria erat regeneratio, nisi cuius est damnata generatio? Fiat itaque in cordibus nostris misericordia eius. Portavit eum mater in utero, portemus in corde; gravidata est virgo incarnatione Christi, gravidentur pectora nostra fide Christi; peperit salvatorem, pariamus laudem. Non simus steriles: animae nostrae fecundae sint deo.

4. Generatio Christi a Patre sine matre; generatio Christi a matre sine patre: ambae generationes mirabiles. Prima generatio aeterna, secunda temporalis. Quando natus est de Patre? Quid est, quando? Quaeris ibi quando, ibi, ubi non invenies tempus? Noli ibi quaerere quando. Hic quaere quando: quando de matre bene quaeris. Quando de Patre non bene quaeris: natus est, et non habet tempus; natus est aeternus de aeterno, coaeternus. Quid miraris? Deus est. Sit consideratio divinitatis, et perit causa admirationis. Et quando dicimus, natus est de virgine, magna res, miraris. Deus est, noli mirari: transeat admiratio, accedat laudatio. Fides adsit: crede quia factum est. Si non credideris, illud factum est, tu remanes infidelis. Dignatus est homo fieri: quid quaeris amplius? Parumne pro te humiliatus est deus? Qui deus erat, homo factus est. Angustum erat diversorium: involutus pannis, in praesepe positus: audistis cum evangelium legeretur. Quis non miretur? Ille, qui mundum implebat, in diversorio locum non inveniebat; in praesepe positus, cibaria nostra factus est. Accedant ad praesepe duo animalia, duo populi: AGNOVIT enim BOS POSSESSOREM SUUM, ET ASINUS PRAESEPE DOMINI SUI. Attende ad praesepium: noli erubescere esse iumentum domini. Christum portabis, non errabis ambulans per viam: sedet supra te via. Meministis asellum illum adductum ad dominum? Nemo erubescat, nos sumus. Sedeat supra nos dominus, et quo vult nos vocet. Iumentum ipsius sumus, ad Ierusalem imus. Ipso sedente non premimur, sed elevamur; ipso ducente non erramus: ad illum imus, per illum imus, non perimus.

Christi generatio utraque mirabilis.

Nativitas Christi, humilitatis mysterium.

10-13 quando natus – habet tempus] *haec desunt in Maur* 15 sq. et quando – noli mirari] *om. Maur* 17-19 Si non – amplius?] *om. Maur* 20 homo] *Frang; om. Maur* 21 positus] est *add. Maur* audistis c. e. legeretur] *Frang; om. Maur* 23 cibaria nostra] *Frang;* cibus noster *Maur* 25 attende ad praes.] *Frang; om. Maur* 26 ambulas *Maur* 27 sq. via *usq.* nos sumus] *Frang; om. Maur* 29 vocet] *Frang;* dirigat *Maur, ubi et tota clausula satis differt a Frang*

23 *cibaria nostra*] Femin. singul., ut in antiquis s. scripturae translationibus, et apud ipsum Augustinum in fine sermonis 292, n. 8: «ut esset ipse Christus cibaria iumentorum suorum, natus in praesepi positus est»; cf. Thes. ling. lat. III, 1035, l. 15 sqq.

25 *sui*] Esai. 1. 3.

V.

Frangip., Serm. V, p. 29-32 (= *Frang*) denuo ap. Migne 46, 983-988: ex cod. Casinen. XVII, p. 325-330 (= *C*). De auctoritate nihil dubitandum esse, cum ex ipsa inscriptione, tum ex tota contionis indole apparet. Habita fuit oratio Carthagine ad mensam s. Cypriani die VIII Septembris, anno fortasse 410, cum s. episcopus ab Hippone suo diutius abesse omnino aegre ferret. Porro cum priores sermones quattuor a Frangipane editi aliquam saltim partem iam antea noti essent, hic contra ex Casinensi libro totus primum innotuit. Neque enim editori assentiri possum, « ex hoc fonte hausisse Florum ad priores versiculos capit. 6. epistolae ad Galatas »; cf. Migne 119, 371 sq. Haud unam sententiam heic quoque reperies notatione dignam; rara item aut etiam prorsus ignota hucusque vocabula. Quid multa? Hanc orationem, licet ex uno codice descriptam, inter praestantiores ab omni parte computandam esse existimo ex iis, quae Augustinianis opibus hoc opere refunduntur. Romanam editionem cum codice contuli, nec profecto sine mercede, cum incredibili neglegentia exemplar suum Frangipane heic reddiderit, uti ex apparatu critico cuique perspicuum fiet.

SERMO HABITUS CARTHAGINE AD MENSAM MARTYRIS CYPRIANI · VI · IDUS SEPTEMBR · DE EO QUOD APOSTOLUS AD GALATAS DICIT: FRATRES, SI PRAEOCCUPATUS FUERIT HOMO IN ALIQUO DELICTO, VOS, QUI SPIRITUALES ESTIS, INSTRUITE HUIUSMODI · ET CETERA ·

Recolite commemorantem epistolae apostolicae lectionem: FRATRES, inquit, SI PRAEOCCUPATUS FUERIT HOMO IN ALIQUO DELICTO, VOS, QUI SPIRITUALES ESTIS, INSTRUITE HUIUSMODI IN SPIRITU LENITATIS, INTENDENS TE IPSUM, NE ET TU TEMPTERIS. ALTER ALTERIUS ONERA PORTATE, ET SIC IMPLEBITIS LEGEM CHRISTI. QUI ENIM PUTAT SE ESSE ALIQUID, CUM NIHIL SIT, SE IPSUM SEDUCIT. OPUS AUTEM SUUM PROBET UNUSQUISQUE, ET TUNC IN SEMETIPSO TANTUM HABEBIT GLORIAM, ET NON IN ALTERO. UNUSQUISQUE ENIM PROPRIUM ONUS PORTABIT. COMMUNICET AUTEM, QUI CATE-

10 implebitis] *C;* adimplebitis *Frang, et ita etiam infra p. 214, l. 4; p. 215, l. 19* 11 opus autem suum probet se unusquisque *C, ubi* suum *postea minut. litteris suppletum est,* se *tamen non deleto; August. quoque De serm. dom. in monte, lib. I, c. 7, n. 18, legit* « *probet autem se homo* » *etc.* 12 sq. *verba* unusquisque – portabit, *quae exciderant, restitui non haesitanter*

8 *lenitatis*] Aliquando etiam Augustinus, etsi plerumque *mansuetudinis* legebat.
intendens] Rursus cum Aug., ubi Vulg. *considerans* habet.

9 *Alter alterius*] Hanc lectionem novit Aug; saepius tamen *invicem* habet, ut infra p. 213, l. 13.

CHIZATUR VERBUM, EI, QUI SE CATECHIZAT, IN OMNIBUS BONIS. NOLITE ERRARE, DEUS NON SUBSANNATUR: QUOD ENIM SEMINAVERIT HOMO, HOC ET METET; QUIA QUI SEMINAVERIT IN CARNE, EX CARNE METET CORRUPTIONEM; QUI AUTEM SEMINAVERIT IN SPIRITU, DE SPIRITU METET ET VITAM AETERNAM. BONUM AUTEM FACIENTES NON INFIRMEMUR: TEMPORE ENIM SUO METEMUS INFATIGABILES. ITAQUE, DUM TEMPUS HABEMUS, OPEREMUR BONUM AD OMNES, MAXIME AUTEM AD DOMESTICOS FIDEI.

Augustinus totam pericopen ex apostolo tanquam lector recitat.

2. Huc usque recitatum est de epistola apostoli: huc usque vobis tanquam lector fui. Sed, fratres mei, si intellectus est lector, cui rei necessarius est disputator? Ecce audivimus, intelleximus: faciamus, et vivamus. Et quid opus est vestram onerare memoriam? tenete ista, et inde cogitate. An forte movet aliquem vestrum, quomodo intellegendum sit quod ait, INVICEM ONERA VESTRA PORTATE; et paulo post ait, UNUSQUISQUE PROPRIUM ONUS PORTABIT? Dicitis enim in cordibus vestris, qui tamen hoc advertistis: Quomodo invicem onera nostra portamus, si unusquisque proprium onus portabit? ⟨Quomodo unusquisque proprium onus portabit⟩, si invicem onera nostra portamus? Fateor, quaestio est. Pulsate, et aperietur vobis: pulsate intendendo, pulsate studendo, pulsate etiam pro nobis, ut aliquid dignum vobis dicamus, orando; ita pulsantes adiuvatis nos, et cito ista quaestio soluta erit. Utinam, quam cito solvetur, tam efficaciter quisque quod intellexerit operetur! In pondere infirmitatis invicem onera nostra portamus: in ratione pietatis unusquisque proprium onus portabit. Quid est quod dixi? Omnes homines quid sumus nisi homines, ac per hoc infirmi, et qui omnino sine peccato non sumus? In hoc enim invicem onera nostra portamus. Si enim taedium passus fueris ad peccatum fratris tui, et ille ad tuum, neglegitis invicem, et facitis vere grande peccatum. Si autem quod ille non potest toleras tu, et quod tu non potes tolerat ille, invicem onera vestra portatis; et quia invicem onera vestra portatis, impletis legem

Quomodo et proprium quisque onus, et tamen invicem onera portemus.

2 seminaverit] *C;* seminavit *Frang* 3 quia qui – corruptionem] *paulo post in marg. suppl.* 4 metet et] *ubi* et *ex abundanti esse putaverim* 8 apostoli] *C;* pauli *Frang* 14 portavit *C* 15sq. *locus in C perturbatus, quem tamen suppletis verbis, quae uncinis includuntur, facile restitui posse existimo* 26 fratris] *recte correxit Frang ex* patris *quod in C legitur* 28 potes] potest *C* tolerat] *C;* tolleret *Frang*

2 *subsannatur*] Ita Aug. in Gal. 6, 7, qui fere in omnibus cum cod. Frising. concordat.

5 *infirmemur*] Sic Aug. pariter cum Frising.

6 *infatigabiles*] Item.

7 *fidei*] Gal. 6, 1-10.

8sq. *huc usque... tanquam lector fui*] De hoc, qui s. episcopi mos erat, lectoris partes agendi lege sis Tillemont H. E. XIII, 208; cf. etiam Aug. epist. 29, n. 3 sqq.; serm. 356, n. 1; 362, n. 25 etc.

12 *An forte movet aliquem* etc]. Eandem quaestionem solvit Aug. serm. 164, n. 2.

18 *vobis*] Cf. Mt. 7, 7; Luc. 11, 9.

Lex caritatis, lex Christi.

sacratissimam caritatis. Ipsa est enim lex Christi; lex caritatis est lex Christi. Ideo venit, quia nos amavit; et non erat quod amaret, sed amando amabiles fecit. Audistis quid sit, INVICEM ONERA VESTRA PORTATE, ET SIC IMPLEBITIS LEGEM CHRISTI. Quid est ergo, UNUSQUISQUE PROPRIUM ONUS PORTABIT? Unusquisque pro peccato suo rationem reddet; de peccato alieno nemo rationem redditurus est. Habet quisque causam suam; deo redditurus est rationem suam. Sed et ipsi praepositi, qui rationem reddunt de gregibus Christi, de peccato suo rationem reddunt, si neglexerint de gregibus Christi.

3. Ergo, fratres, SI PRAEOCCUPATUS FUERIT HOMO IN ALIQUO DELICTO, VOS, QUI SPIRITUALES ESTIS, quicumque estis qui spirituales estis, INSTRUITE HUIUSMODI IN SPIRITU LENITATIS. Et si clamas, intus ama. Hortaris, blandiris, corripis, saevis: dilige, et quicquid vis fac. Non enim pater odit filium: et tamen pater, si opus est, verberat filium; incutit dolorem, ut tueatur salutem. Hoc est ergo, IN SPIRITU LENITATIS. Si enim praeoccupatus fuerit homo in aliquo delicto et dixeris, Non ad me pertinet; et dixero tibi, Quare ad te non pertinet? et responderis mihi, Quia unusquisque proprium onus portabit; respondebo tibi: Certe libenter audisti, et intellexisti: Invicem onera vestra portate. Ergo si praeoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, tu ⟨qui⟩ spiritualis es, instrue huiusmodi in spiritu lenitatis. De peccato quidem suo ipse redditurus est rationem, quia unusquisque proprium onus portabit: sed tu vulnus illius si neglexeris, de peccato neglegentiae tuae malam redditurus es rationem; ac per hoc, si invicem onera vestra non portaveritis, malam rationem habebitis in eo quod unusquisque proprium onus portabit. Facite illud, ut invicem onera vestra portetis, et parcit vobis deus, quod unusquisque proprium onus portabit. Si enim portabis onus alterius, quando praeoccupatur in aliquo delicto, ut in spiritu lenitatis instruas eum, venies ad eum locum ubi audisti, Unusquisque proprium onus portabit; et bona conscientia dicis deo, DIMITTE NOBIS DEBITA NOSTRA. Ergo, fratres, mementote: Si praeoccupatus fuerit homo in

Dilige, et quicquid vis fac.

1 sq. lex caritatis est lex christi] *add. ad marg. m. coaeva, fort. glossema* 4 implebitis] *C;* adimplebitis *Frang* 6 rationem redditurus est] *corr. ex* rationem reddet *C;* redditurus est rationem *Frang* 7 praepositi] pp. *calami tractu superducto C* 9 de gregibus] *Frang, cuius constructionis extant exempla;* de *om. C* 19 audisti, et intellexisti] *C;* audistis et intellexistis *Frang* 20 qui] *suppl. Frang, om. C* 21 ipse] *s. l. add. C*

13 *dilige, et quicquid vis fac*] Habes heic unam ex sententiis, quibus statim dignoscatur Augustinus.

31 *nostra*] Mt. 6, 12.

aliquo delicto... Non transeunter accipias, homo. Potuit enim dicere, Si praeoccupatus fuerit quispiam, si praeoccupatus fuerit quicumque; non hoc dixit, sed dixit, homo. Valde autem difficile est, ut non in aliquo delicto praeoccupetur homo: quia quid est homo?

4. Sed spirituales isti, quos admonuit, ut in lenitate instruant eum hominem, qui delicto fuerit praeoccupatus, forte dicebant in cordibus suis: Portemus onera eorum, qui praeoccupantur delictis; quia nos non habemus, quid in nobis ipsi portare possint. Audi, quia non debes esse securus, sequentia verba: vide INTENDENS TE IPSUM, NE ET TU TEMPTERIS. Ne superbirent spirituales, ne se extollerent: quamquam, si sunt spirituales, non se extollent: timeo ne propterea se extollant, quia carnales sunt; tamen attendat et spiritualis, ne et ipse tentetur. Numquid enim quia spiritualis est, homo non est? Numquid quia spiritualis est, non portat CORRUPTIBILE CORPUS quod AGGRAVAT ANIMAM? Numquid quia spiritualis est, finivit hanc vitam, quae tota TEMPTATIO EST SUPER TERRAM? Ergo bene illi dictum est, omnino bene: Intendens te ipsum, ne et tu tempteris. Et cum admonuisset illos, id est spirituales, intulit continuo generalem illam sententiam: ALTER ALTERIUS ONERA PORTATE, ET SIC IMPLEBITIS LEGEM CHRISTI. Quid est, alter alterius? Carnalis portet onus alterius carnalis; spiritualis portet alterius spiritualis. Invicem onera vestra portate, peccata vestra invicem nolite neglegere. Apud quos fiducia est vobis, arguite: apud quos arguendi fiducia non fuerit, admonete; et si hoc necesse est, ne quisquam peccet, orate, rogate. An forte humilavi vos, quia dixi, rogate? Apostolum audite: PRAECIPIENTES AUTEM, inquit, ET ROGAMUS, NE IN VACUUM GRATIAM DEI SUSCIPIATIS. Medicus si vires invenerit in aegroto, corripit; si autem vires non invenerit, et timet ne sub amaritudine correptionis forte deficiat, supplicat, rogat, ut audiat, faciat et vivat. Constat ergo propter hoc dixisse apostolum, INVICEM ONERA VESTRA PORTATE, quia spiritualem admonuerat, et dixerat, INTENDENS TE IPSUM, NE ET TU TEMPTERIS;

Etiam spirituales onus habent, quod ab aliis portetur.

1 transeunter] *scripsi;* transeuntes *C Frang* 6 fuerint *C* 14 corruptibilem *C* 18 alter] *s. l. suppl. C* 19 adimplebitis *Frang constanter, contra codicis fidem* 22 apud quod *C 1° loco* vobis] *Frang recte corr. ex* nobis 24 humilavi] *C 1 m., quam scribendi rationem multis in locis etiam servavit vetus cod. Bobiensis, iam Vatic. 5758;* humiliavi *Frang C corr* 27 correptionis] *C;* correctionis *Frang*

14 *animam*] Sap. 9, 15.

16 *terram*] Hiob 7, 1.

24 *humilavi*] Hanc formam *humilare* uti Augustinianam ab optimis quibusque ac recentioribus editoribus receptam esse, ac quinquies saltem in Veronensi Psalterio comparere, iure admonuit Donat. De Bruyne, « Les fragments de Freising » (Collect. bibl. lat. vol. V, Romae 1921), Introd., p. XLVII.

26 *suscipiatis*] II Cor. 6, 1: ubi quidem lectiones *et rogamus... suscipiatis* alibi quoque apud Aug reperiuntur, nusquam vero *praecipientes.*

ne tantum sibi arrogaret iste spiritualis, ut putaret se non habere onus, quod debeat ab altero subportari.

5. Audi ipsum rursus, propter typhum, propter tumorem, propter inflationem, audi ipsum iterum: QUI ENIM PUTAT SE ESSE ALIQUID, CUM NIHIL SIT, SE IPSUM SEDUCIT. Non potuit dici melius, se ipsum seducit. Non in omnibus diabolus est accusandus; aliquando enim ipse homo diabolus suus est. Cur enim cavendus est diabolus? Nempe ideo ne te seducat. Nonne ergo tu ipse es diabolus tuus, quando te ipsum seducis? Quid deinde? OPUS AUTEM SUUM PROBET UNUSQUISQUE, ET TUNC IN SEMETIPSO TANTUM HABEBIT GLORIAM ET NON IN ALTERO. Quando facis aliquid boni, si propterea tibi placet, quia laudat te alter: si autem alter te hinc non laudaret, in faciendo opere bono deficeres, destitutus vocibus laudatoris: in altero habes gloriam, non in te ipso. Si laudat, facis; si forte bonum opus tuum displicuerit homini stulto, non facis. Nonne vides homines res suas effundentes histrionibus, et nihil pauperi porrigentes, quam multorum ore laudantur? Numquid ideo bonum est quod faciunt, quia laudantur? Expergiscere tandem: LAUDATUR PECCATOR IN DESIDERIIS ANIMAE SUAE. Omnes adclamastis, quia scripturam sanctam, unde testimonium commemoravimus, nostis; audiant et qui nesciunt. Scriptura santa dixit, scriptura sancta praedixit, QUONIAM LAUDATUR PECCATOR IN DESIDERIIS ANIMAE SUAE, ET QUI INIQUA GERIT BENEDICITUR. Modo iam si laudatur peccator in desideriis animae suae, et qui iniqua gerit benedicitur, quaere laudatores. Dilaniant te desideria mala: fac iniquitates cotidie ad explenda desideria tua, et quaere laudatores. Mihi crede, non invenis nisi adulatores aut seductores. Quomodo adulatores, quomodo seductores? Debeo verborum meorum reddere rationem. Adulatores sunt, qui sciunt te male facere, et tamen laudant; qui vero ideo te laudant male facientem, quia bonum putant esse quod facis, non sunt adulatores, quia ex animo laudant, sed sunt seductores, quia ad illa mala facienda te suarum laudium frequentatione

Aliquando ipse homo diabolus suus est.

Adclamatio auditorum.

Quinam sint adulatores, qui seductores.

[3] typhum] h *s. l. C;* thyphum *Frang* [10] habebit gloriam] *C 1 m., ut supra p. 212, l. 12;* gloriam habebit *C male corr., Frang* [18] adclamastis] *s. l. corr. ex* adamastis *C* [19] commemoravimus] *C;* commemoramus *Frang* [21] iniqua] *C;* inique *Frang* [23] iniqua] *hic et ipse Frang* dilaniant] *C;* dilanient *Frang, qui et notam interrogandi post* mala *intrudit* [26] quomodo seductores? q. adulatores *Frang, C mox corr. ut in textu* [28] male fac.] *C;* malum f. *Frang* [30] laudium] *C, quae dictio apud Sidonium quoque occurrit Carm. 23, 31;* laudum *Frang*

[6] sq. *aliquando e. ipse homo diabolus suus est*] Lepide profecto et cordate dictum.

[15] *res suas effundentes histrionibus*] Contra huiusmodi abusum divitiarum alibi quoque invehitur s. episcopus, uti v. gr. Epist. 138, 14; Tract. 100 in Ioh., n. 2; Enarr. in Ps. 102, n. 13, etc.

[22] *benedicitur*] Ps. 9^2, 3.

seducunt, et respirare non sinunt. Is enim in auras inanes, putas bonum esse quod facis: praecipitas bona tua, exinanis domum tuam, nudos relinquis filios tuos. Laudes illae insanum fecerunt: curris, manus moves, favores accipis, ad os ponis; fundis domum, et colligis ventum. Quomodo, inquis, sunt isti seductores mei, qui me ex animo laudant? Ideo sunt seductores tui, quia prius errando fuerunt et sui. Itane vero scalas ad te ponere laborabit, ut non te seducat, qui seipsum seducit? Ergo laudatur peccator in desideriis animae suae, et qui iniqua gerit benedicitur. Cave tu talem laudatorem, vita huiusmodi benedictorem. Immo tu bonum fac. Sed, inquies, displicebo tali illi, si fecero. Et displice illi, et place deo: si enim illi displicueris, et deo placueris, in te ipso habebis gloriam, et non in altero. Sed detrahunt mali bonis, et amatores huius saeculi maledicunt contemptoribus saeculi, dicunt opprobria, quaerunt quid reprehendant: mox ut aliquid mali dictum fuerit, continuo credunt: si aliquid boni dictum fuerit, credere nolunt; et turbatur cor tuum, ut deficias in benefaciendo, quia non est inventus laudator vel adulator aut deceptor, et non tibi sufficit testimonium conscientiae tuae, in theatro pectoris tui, sub oculis dei. Quare turbaris, obsecro te, quare turbaris? Quia multa dicuntur de me mala. Hoc dicis? Non turbareris in navi cordis tui, nisi Christus ibi dormiret.

Quid sit, gloriam in se ipso habere, non in altero.

6. Audisti, cum evangelium legeretur, irruit magna tempestas, et navis turbabatur, et operiebatur fluctibus. Quare? quia Christus dormiebat. Quando dormit Christus in corde tuo, nisi quando oblivisceris fidem tuam? Fides Christi in corde tuo, tanquam in navi Christus est. Audis obprobria, fatigaris, turbaris: dormit Christus. Excita Christum, excita fidem tuam. Habes quid facias vel turbatus: excita fidem tuam. Evigilet Christus, et loquatur tibi: Turbant te opprobria? quae non ego prior audivi pro te? Hoc tibi dicit Christus, sic te alloquitur fides tua: audi illam, et vide quia sic te alloquitur; nisi forte oblitus es, quia pro nobis passus est Christus, et ante quam pro nobis tanta mala pateretur, audivit opprobria. Daemonia eiciebat,

Lectum erat evangelium Matth. 8, 24 sqq.

3 insanum] *Frang fort. recte, etsi in C* insanos *habetur* 9 tu] *C; om. Frang* 13 maledictum *C* 16 benefaciendo] *C;* bono faciendo *Frang* 17 aut] *C;* vel *Frang* 20 ibi] *C; om. Frang* 26 habes – tuam] *in marg. suppl. C* 29 quia sic] *C;* quia si *Frang* nisi] *C;* an *Frang, qui multa hic, ut vides, ad libidinem suam immutat*

9 *benedictorem*] Hoc quoque verbum in lexicis quibusvis incassum quaesieris.

22 *fluctibus*] Cf. Mt. 8, 24.

23 sqq. *nisi q. obliviscaris fidem tuam? ... Excita Christum*] Cf. serm. 63, n. 2: « Quid est, dormit in te Christus? Oblitus es Christum. Excita ergo Christum,... evigilet in te Christus » etc.

30 *passus est Christus*] Cf. I Petr. 2, 21.

et dicebatur ei: Daemonium habes. De illo per prophetam dictum est: OPPROBRIA EXPROBRANTIUM TIBI CECIDERUNT SUPER ME. Excita ergo Christum, et dicet tibi in corde tuo: CUM VOBIS DETRAXERINT HOMINES, ET DIXERINT OMNE MALUM ADVERSUM VOS PROPTER ME, GAUDETE ET EXSULTATE, QUONIAM MERCES VESTRA COPIOSA EST IN CAELIS. Crede quod dictum est, et fit in corde tuo tranquillitas magna. Si ergo putat se esse aliquid homo, cum sit nihil, se ipsum seducit; opus autem suum probet unusquisque, et tunc in semetipso gloriam habebit, et non in altero. Sive laudet, sive reprehendat, tu in temetipso habes gloriam, quia gloria tua deus tuus est in conscientia tua; et eris similis virginibus sapientibus, quae tulerunt oleum secum in vasis, ut non in altero haberent gloriam, sed in se ipsis. Nam illae, quae non tulerunt oleum secum, mendicaverunt ab ipsis, et extinctae sunt lampades earum, et dixerunt: DATE NOBIS DE OLEO VESTRO. Quid est, Date nobis de oleo vestro, nisi, laudate opera nostra, quia non nobis sufficit conscientia nostra? Quod obscurum videbatur in apostolica lectione, sicut dominus donavit, exposui. Cetera plana sunt: non quaerunt expositorem, sed factorem. Ut autem quod audivimus faciamus, ipsum rogemus, sine cuius adiutorio facere nihil boni poterimus; quoniam ipse dixit suis discipulis: SINE ME NIHIL POTESTIS FACERE. Conversi ad dominum.

Cum nos turbant opprobria, excitandus Christus i. e. fides in corde dormiens.

Et post sermonem, quia plebs postulavit ut ante diem natalis beati Cypriani non proficisceremur, adiecit:

Vere dico caritati vestrae, quia nostrorum desiderium et querellas etiam per litteras ferre non possumus; sed quia hoc, quod petitis, iam iussit et sanctus senex, sic concludo sermonem. Natalis beati Cypriani

Post tractatum, de visibi facta, et ieiunio ante festum Cypriani.

17 sq. expositorem] *C;* expositionem *Frang* 18 faciamus] *C;* facimus *Frang* 22 proficisceremur] *C;* proficisceretur *Frang perperam emendavit* 23 nostrorum] *C;* nostrum *Frang, cuius inconsiderantia in hoc edendo sermone explicari vix potest* querellas] *C 1 m.*, querelas *Frang, C corr.*

1 *habes*] Cf. Ioh. 7, 20 et al.

2 *super me*] Ps. 68, 10.

5 *in caelis*] Cf. Mt. 5, 11. 12; Luc. 6, 22. 23, sed paulo liberius ac memoriter, ut videtur, hic Augustinus.

14 *vestro*] Mt. 25, 8.

15 sq. *conscientia nostra?*] Cf. serm. 93, n. 12 sqq. et al.

19 *facere*] Ioh. 15, 5.

22 *proficisceremur*] Frang. absque causa mutavit in *proficisceretur:* verba sunt illius, qui sermonem excepit, quique Augustino comes fuerat itineris Carthaginiensis; ideo de se et de s. pontifice plurali numero, uti Lucas de se et de Paulo in Actibus, loquitur.

23 sq. *querellas etiam per litteras*] In mentem subit Augustini epistula CXXII anno 410 ante hiemem scripta, qua clero et populo Hipponiensi excusat absentiam suam, amplius forte, quam illos, ea se contristari adseverans.

25 *sanctus senex*] Aurelius, Carthaginiensis episcopus.

certe iam propinquat; propter eam sollemnitatem in me retinendo violenti esse voluistis: ergo, qui verbo studemus, bonum est ut etiam corpore ieiunemus.

VI.

Frangip., Sermo VI, p. 33-34 (= *Frang*); Migne 46, 988-991. Ex codice Casinensi XII eum prodire monuit editor, haud minoris in hoc neglegentiae atque Angelus Mai, qui et ipse falso plerumque quasi de industria libros mss. designat, quos adhibuit. Re vera in solo cod. Casin. XVII, p. 444-446 (= *C*) sermo hic reperitur, nec ulla ex parte antea notus erat. Quem profecto et genuinum, et in natale martyrum, quorum Passio lecta erat, habitum esse primo adspectu quisque dinoscet. Quorum autem martyrum, difficile iudicium videtur. Multa quidem sunt, quae in Abitinenses martyres tota Africa celebratissimos quadrent, ut in adnotationibus indicavi; alia vero a Gestis quae habentur haud parum differunt: ut puta, quod « qui primus confessus est, Primus vocabatur » (p. 220, l. 17 et p. 221, l. 2 sq.), quod ultima testimonium dixit mulier nomine Victoria Perpetua (p. 220, l. 17 sq. et p. 221, l. 3), quod iudex « illum et illum gladio animadverti » iussit (p. 220, l. 15 sq.). Quae causa fuit, ut de laterculo Martyrologii Hieronymiani VI. kl. febr. aliquando cogitarem, quo martyrum turba *in Africa* commemoratur, inter quos et *Primus*, et *Perpetua*, et *Victoria*. Sed haec nimium incerta, ac pro Abitinensibus interim cum Frangipane standum existimo: praesertim cum exploratum habeamus, Augustino horum Gesta in promptu fuisse, ab Actis, quae a Donatistis confecta sunt, aliquatenus dissimilia. Cf. P. Monceaux, Hist. littér. de l'Afrique chrét. III, 144.

IN SOLLEMNITATE MARTYRUM · QUORUM UNUS PRIMUS, ALIA VICTORIA PERPETUA VOCABATUR.

Martyrum nomen graecum est, latine testes dicuntur: si ergo testes sunt, pro testimonii sui veritate tanta perpessi sunt. Serviebat veritas deo, mentiebatur iniquitas sibi. Sic enim scriptum est; corpus Christi loquitur in psalmo, quod est ecclesia: EXSURREXERUNT MIHI TESTES INIQUI, ET MENTITA EST INIQUITAS SIBI. Testes et testes: testes iniqui, et testes iusti: et testes diaboli, et testes Christi. Utriusque testis genus

1 certe] *C; om. Frang* propterea sollempnitate *C, merito a Frang hoc loco corr.* 4 in sollemn. mart.] *inscriptionem supplevi ex p. 220, l. 1 sq. infra;* de pluribus martyribus *C Frang, quae verba nimirum ab homiliastro prodeunt* 9 exsurrexerunt] *correxi ex* et surrexerunt 11 et testes diab.] *C; et om. Frang*

2 sq. *etiam corpore ieiunemus*] Hic quoque adverte haud indubiam liturgiae Africanae cum Hispaniensi cognationem; in hac enim triduanum ieiunium praescribitur ante festum S. Cypriani. Cf. Migne 85, 850-856; 86, 708-724; M. Férotin, Liber ordinum, p. 478-9.

6 *Martyrum nomen graecum est*] Cf. sermonis 286 exordium, et serm. 328, n. 2, ubi eadem sententia iisdem fere verbis exprimitur.

10 *sibi*] Ps. 26, 12; *exsurrexerunt* et *mihi* pro *in me* alibi quoque legit August.

Testes Christi et testes diaboli in Passione quae lecta erat.

vidimus, spectavimus, audivimus, cum beatorum martyrum, quorum dies sollemnitatis agitur, passio legeretur. Interrogati responderunt, collecta⟨m⟩ se egisse, quia christiani essent. Hoc est testimonium veritatis. Iudex dicebat: QUONIAM DE SCELERE CONFESSI ESTIS. Hoc est testimonium iniquitatis. Praedicabatur deus, et vocabatur scelus. In praedicatione dei oboediebat veritas deo: in appellatione sceleris mentiebatur iniquitas sibi. In ipsos enim, quod dicebant, revertebatur, et falsum scelus vero scelere damnabatur. Non faciebant scelus martyres nostri; non faciebant scelus Christi martyres congregando se in collecta ad laudandum deum, ad audiendam veritatem, ad sperandum regnum caelorum, et contemnendum praesens nequissimum saeculum. Non faciebant isti scelus. Haec pietas vocatur, huius rei nomen religio est, huius rei nomen devotio est, huius rei nomen verum testimonium est. Quod ergo scelus faciebant, qui de pietate confessos insuper occidebant? ILLUM ET ILLUM, ait iudex iniquitatis, testis falsitatis, ILLUM ET ILLUM GLADIO ANIMADVERTI PLACET. Ecce scelus. Audi et vocem pietatis: DEO GRATIAS, dixit testimonium primus Primus; clusit testi-

1 spectavimus]' *scripsi;* expectavimus *C Frang* 2 legeretur] *C;* legebatur *Frang* 2 sq. collectam] *scripsi;* collecta *C Frang* 7 dicebant] *C;* dicebat *Frang* 17 sq. *aliter verba disting. C Frang:* dixit testimonium primus. Primus cl. testim. victoria perpetua, *quod mihi sensu carere videtur* clusit] *C;* clausit *Frang*

1 sq. *quorum dies soll. agitur*] Qui sint hi martyres, quorum natalis agebatur, quorum passio lecta erat, certo definire non ausim; quamquam, quin fuerint Abitinenses, ut in praevia admonitione dixi, vix equidem dubito.

3 *quia christiani essent*] Ita prorsus respondet Abitinensis martyr Thelica: « Christiani sumus nos, nos collegimus »; nec aliter Victoria: « In collecta fui, quia christiana sum »; ceteri quoque martyres, tamquam ex uno ore: « Christiani sumus, collectam gloriosissime celebravimus » etc.

4 *quoniam de scelere confessi estis*] Haec verba ex Passione recitata esse facile crediderim; atque eodem pertinet sententia Anullini proconsulis audita confessione Emeriti lectoris: « Omnes, inquit, secundum confessionem vestram poenas meritas persolvetis ».

5 *et vocabatur scelus*] Quam bene transferri possunt haec ad Mexicanam illam in christianos persecutionem, qua aeternum obprobrium tantopere iactatis aevi nostri moribus et cultui inuretur!

16 *gladio animadverti placet*] Iterum ex Passione quae modo lecta erat, etsi nihil eiusmodi in Gestis Abitinensium martyrum, quae extant, nunc habetur.

17 *Deo gratias d. t. primus Primus*] Hoc « per figuram, quam rhetores notationem nominis dicunt, positum » recte advertit Frangipane; at profecto qui primus testimonium dixit, si Gestis stemus quae habentur, Thelica, non *Primus*, vocabatur, quamquam re vera « Deo gratias » carnificibus saevientibus clamaverit.

17 sq. *clusit testim. Victoria Perpetua*] Cum Gestis rursum convenienter, ex quibus, si Hilarianum puerum excipias, nobilis virgo Carthaginiensis Victoria ultima quaestioni subiecta est; cuius forsitan plenum nomen, quod Vibiam Perpetuam in memoriam revocat, in suo exemplari legerit Augustinus. Viginti quoque martyrum turba Hipponiensis « clausit ad fidelem feminam sanctam Victoriam », coepit vero « ab episcopo Fidentio », uti auctor est Aug. serm. 325, n. 1. Sermo autem subditicius inter Maianos 66, *De natale sanctae Victoriae*, ad aliam martyrem Romanam pertinet, ex sermonibus Aug. 180. 181. magnam partem excerptus.

monium Victoria Perpetua. Credo quod advertit caritas vestra, quando sanctorum passio legebatur, qui primus confessus est, Primus vocabatur ante novissimum; Victoria in fine Perpetua. O victoria sine labe! o finis sine fine! Quid est enim victoria perpetua, nisi victoria sine fine? Hoc est vincere carnis illecebras, vincere perversi iudicis minas, vincere corporis dolorem, vincere vitae amorem.

2. Dicam, si potuero domino adiuvante, fratres mei, quod sentio: in sanctis martyribus amor vitae amor⟨e⟩ victus est vitae. Qui adclamastis, intellexistis: sed propter eos, qui non intellexerunt, patimini me, qui intellexistis, paulisper aperire quod dixi. Hoc dixi: in sanctis martyribus amor vitae amor⟨e⟩ victus est vitae; amando vitam contempserunt vitam. Quis amando argentum contemnit argentum? quis amando aurum contemnit aurum? quis amando praedia contemnit praedia? Nemo contemnit quod amat. Invenimus martyres, qui amaverunt vitam, et contempserunt vitam. Non pervenirent ad illam, si non calcarent istam. Noverant quod agebant, qui erogando acquirebant. Ne putetis eos, carissimi, consilium perdidisse, quando vitam amabant, et vitam contemnebant; non consilium perdiderunt. Semina spargebant et messem quaerebant. Video agricolae consilium, et cognosco in martyribus sapientiam. Agricola amando triticum spargit triticum. Qui nescis quid faciat seminator, forte corripies illum, et dicis: Quid agis, insane? quod tanto cum labore collegisti, profers, spargis, ab oculis tuis aufers, in terra proicis, insuper obruis? Respondet tibi: Amo triticum, ideo proicio triticum; si non amarem, non proicerem; crescat volo, non pereat. Ecce quod fecerunt martyres nostri, incomparabiliter sapientiores agricolis. Pauca enim grana spargunt seminatores, et colligunt multa messores. Sed et quod spargunt, et quod colligunt habet finem: quod spargitur non est multum, quod colligitur multum est, tamen utrumque finitur. Et nolebatis ut martyres nostri spargerent vitam, quandoque morte finiendam, ut acciperent vitam, quae non habet mortem? Boni feneratores, boni seminatores; qui multiplicat, deus est. Ipse multiplicat et in agro fruges; ipse, quidquid de terra gignitur, nutrit. Grana multipli-

Adclamatio.

Amor vitae in martyribus vitae amore victus.

3 ante novissimum] *fort. minus recte, quod tamen aliorum codd. ope destitutus emendare nequeo* 8.11 amore] *corr. Frang*, amor *C* 16 istam] *C;* illam *Frang* 22 sq. in terra] *C;* in terram *Frang* 28 multum est quod colligitur *Frang* 29 morte] *C;* mortem *Frang*

20 *amando triticum spargit triticum*] Cf. serm. 330, n. 2: « Sed interdum et agricola perdit quod seminat: profert, spargit, abicit, obruit »; 331, n. 1: « Agricola triticum si non perdit in semine, non amat in messe »; Guelferb. 27, 2: « Amas frumentum, et spargis frumentum...; veniente sementis tempore proferes, sparges, obrues, ne videas quod spargis. Ecce amando frumentum spargis frumentum » et al.

care deus potest: martyres suos servare non potest? Ecce dico vobis, audite quod audierunt.

3. Audistis et vos modo, cum evangelium legebatur; quid eis promissum sit, accepistis: TRADENT, inquit, VOS IN CONCILIIS, ET IN SYNAGOGIS SUIS FLAGELLABUNT VOS, ET EX VOBIS OCCIDENT; DICO AUTEM VOBIS, CAPILLUS DE CAPITE VESTRO NON PERIBIT, ET IN VESTRA PATIENTIA POSSIDEBITIS ANIMAS VESTRAS. Possidebitis, et non perditis: nemo enim ibi persequitur inimicus, nemo moritur amicus. Ibi eritis, ubi perpetuus dies non habet hesternum praecedentem, nec crastinum consequentem. Ibi eritis boni feneratores, quo vos diabolus sequi non potest. Ferte ad tempus; gaudete in aeternum. Dura sunt quae toleratis, sed magnum fructum habet quod seminatis. Legite quid de vobis, cum seminaretis, dictum est: EUNTES IBANT ET FLEBANT, MITTENTES SEMINA SUA. Quo fructu? quo fine? qua consolatione? VENIENTES AUTEM VENIENT IN EXULTATIONE, PORTANTES MANIPULOS SUOS. De manipulis istis coronae fiunt. Celebremus ergo martyrum dies, honorando martyrum passiones, non amando potiones. Conversi ad dominum.

Contra potationes in diebus martyrum.

VII.

Frangip., Serm. VII, p. 35-37 (= *Frang*); Migne 46, 991-994: ex codd. Casin. XII, p. 228-230, saec. xi; XVII, p. 419-420. Sermonem haud adulterinum confictumve esse, ex ipso iam patet exordio; textus vero in lectionariis medii aevi pessumdatus est. Cuius tres praecipuae recensiones extant: 1° cod. Casin. XII, qui praefatum exordium unus servavit, clausulam vero aliunde adsumpsit (= C^2); 2° Casin. XVII, plerumque corruptus, cuique propterea fides haberi non possit (= *C*); 3° Bobiensis olim, iam Vatic. lat. 5758, p. 146-152 (= *V*), qui licet exordio careat, ac saepe in breve contractus sit, optimas tamen lectione passim continet, quarumque, attenta praesertim veneranda codicis antiquitate, ratio utique habenda sit; ex hoc codice A. Mai sermonem suum XVIII evulgavit: NPB, t. I, p. 38-40. Porro editionem suam Frangipane ex ambobus codd. Casinensibus, prout libuit, adornavit; ego e contra codicem Casin. XII fere in omnibus ducem secutus sum, adhibito interdum Vatic. 5758, cuius etiam clausulam ceteris praeferendam existimavi. Ceterum vix opus est, ut lectorem moneam, nullam fere hic sententiam inveniri, de qua in ceteris Augustini de hoc festo contionibus non agatur.

[7] *vestras*] Libere, ut videtur, ex Mt. 10, 17, et Luc. 21, 16. 18. 19.

[13] *sua*] Ps. 125, 6.

[15] *manipulos suos*] Ibid. August. Enarr. in Ps. 120, n. 2, legit *gremia sua* (cf. serm. Morin 5, 2: « iam *gremia portas*, non semina iactas »); neque in hoc multum fiduciae in scriba Casinensi collocare expedit.

[16] sq. *passiones... potiones*] Multa eiusdem generis oxymora in Augustini sermonibus occurrunt, quibus rhetorem in episcopo superfuisse apparet.

DE NATALICIO SANCTI IOHANNIS.

Quoniam voluit dominus hodierno die reddere caritati vestrae vocem et praesentiam nostram, et hoc fecit ipse non secundum dispositionem nostram, sed secundum voluntatem suam, agimus ei gratias vobiscum, et reddimus vobis sermonis obsequium, quod est ministerium nostrum, in quo nos servire vobis et oportet et decet. Vestrum est autem, carissimi, dispensationem qualemcumque servorum dei accipere cum caritate, et illi gratias agere nobiscum, qui nobis donavit hunc diem simul agere vobiscum.

Ex tempore et in itinere sermo habitus est.

2. Unde ergo loquamur hodie, nisi de illo cuius natalis est hodie? Iohannes ergo sanctus, natus de sterili, praecursor domini nati de virgine, factus est domini sui salutator ex utero, adnuntiator post uterum. Sterelis quae pareret non erat, virgo unde pareret non habebat: genuit sterelis praeconem, virgo iudicem. Sed multos praecones dominus ipse Iesus Christus ex utero virginis venturus ad homines praemiserat. Omnes prophetae ab ipso praemissi sunt, sed ipse in ipsis loquebatur, qui venit post illos. Cum ergo multos praecones ante se miserit dominus, quid tantum iste meruit, quid tantae excellentiae amplius habuit, cuius natalis nobis hodie commendatur? Nam neque hoc sine signo cuiusdam magnitudinis fuit, ut non lateat dies natalis eius, sicut non latet dies natalis domini eius. Alii prophetae quando nati fuerint ignoramus; de Iohanne nescire non licuit. Etiam hoc magnum ipsius meritum apparuit, quia caeteri prae-

Iohannis prae ceteris prophetis plurima excellentia.

1 *inscriptio ex V;* de s. ioh. baptista *C Frang; deficit* C^2 2-9 *exordium ex tempore, ac certo genuinum,* C^2 *unus servavit; pro quo verba pauca et cotidiana supposuere CV* 10 loquamur] *V;* loquimur C^2 12 salutator] C^2 *Frang;* salvator, *corr. 2 m.* salvatoris *V* ex utero] *perperam cum* adnuntiator *coniung.* C^2 *Frang* post uterum] *om. Frang, etsi in* C^2 *habetur, et supponit* huic iohannis mater, *quod a C accepit; cum seqq. coniung.* C^2 13 sqq. *codices V et* C^2 *sequor, quibus Frang pessimum heic C praetulit* 13.14 sterelis] C^2 13 unde] *VC;* quae C^2 habebat] *recepi ex C Frang, quae lectio etiam correctori codicis V nota esse videtur;* erat C^2 15sq. praemiserat] *V;* ante se *add.* C^2 *Frang;* miserat ante se *C* 16 ipsis] *V;* eis *C;* illis C^2 *Frang* 17 post illos] erat ante illos *add. CC*^{2} *Frang* 18 quid tantum iste meruit, quid tantae] C^2 *Frang;* tantum iohannes meruit, quid *C; om. V* 19 nobis] *VC; om.* C^2 *Frang* 20 fuit] *V;* est *ceteri* 21 sicut non latet dies natalis domini eius] C^2 *Frang; item C,* eius *in fine omisso; om. V* 23 licuit] *C Frang add.* quando natus sit; *nihil vero* VC^2 hoc] VC^2; hinc *C Frang* meritum apparuit] *add. ex uno C Frang*

7 *dispensationem qualemcumque*] Recte ex his verbis suspicatus est Frangipane, sermonem ab Augustino extra suam ecclesiam consistente esse prolatum.

14 *sterelis praeconem, virgo iudicem*] Serm. 288, n. 1: « sterilis peperit praeconem, virgo iudicem »; 289, n. 1: « Concipit sterilis praeconem, virgo iudicem ».

nuntiaverunt dominum, et videre desideraverunt et non viderunt; et si viderunt in spiritu, futurum viderunt, praesentem autem non hic fuerunt ut viderent. Dicit autem ipse dominus de illis ad discipulos suos, quia MULTI PROPHETAE ET IUSTI VOLUERUNT VIDERE QUAE VIDETIS, ET NON VIDERUNT, ET AUDIRE QUAE AUDITIS, ET NON AUDIERUNT. Numquid non ipse illos mittebat? Sed erat in omnibus desiderium, si fieri posset, videre hic in carne Christum. Sed quia praecesserunt moriendo, sicut praecesserunt nascendo, non hic eos Christus invenit, sed tamen eos in aeternam vitam Christus redemit. Et ut noveritis quale circa omnes desiderium erat videre hic Christum, recordamini senem illum Symeonem, cui non pro parvo bono nuntiavit Spiritus dei, quod non esset exiturus de hoc saeculo, nisi vidisset Christum. Natus est Christus: cognovit illum infantem in manibus matris, accepit, tenuit in manibus, cuius divinitate ipse portabatur; et tenens in manibus infantem Verbum, benedixit deum dicens: NUNC DIMITTIS DOMINE SERVUM TUUM IN PACE, QUONIAM VIDERUNT OCULI MEI SALUTARE TUUM.

3. Prophetae ergo alii non viderunt: Symeon infantem vidit: Iohannes conceptum agnovit et salutavit, iuvenem adnuntiavit et vidit. Excellentior ergo iste omnibus ceteris. Audi de illo testimonium domini: se illi praetulit, neminem alium. Valde magnus erat, cui qui praeferretur praeter Christum non erat. Proinde ipse dominus ita dicit: IN NATIS MULIERUM NEMO EXURREXIT MAIOR IOHANNE BAPTISTA. Et ut se illi praeponeret: QUI AUTEM MINOR EST IN REGNO CAELORUM MAIOR ILLO EST. Se dixit minorem et maiorem: minorem nascendo, maiorem dominando; minorem aetate, maiorem maiestate. Post illum enim natus est dominus, sed in carne, sed de virgine; ante illum autem IN PRINCIPIO ERAT VERBUM. Magna res: post Iohannem Christus, et tamen Iohannes per Christum. OMNIA enim PER IPSUM FACTA SUNT, ET SINE IPSO FACTUM EST NIHIL. Quare ergo venit Iohannes? Ostendere viam humilitatis, ut praesumptio hominis minueretur, gloria dei augeretur. Venit ergo

Iohanni qui praeferretur praeter Christum non erat.

Christus Iohanne minor aetate, maior maiestate.

[3] fuerunt ut viderent] CC^2 *Frang;* viderunt *V* [5] audistis *V unus* [8] praecesserunt] *2° loco* VC^2*;* praecesserant *C Frang* [10] recordamini] in evangelio *add. C* [10 sq.·17] symeon.] *V;* simeon. *reliqui* [11] pro] *om. V* [15] dimittes *V* [17] non] hic *add. C Frang* [18] iuvenem] VC^2*;* iohannem *C, corr.* iohannes; iohannes *item Frang* vidit] *C Frang add.* digito demonstravit, et dixit: ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi; *nesciunt additamentum* VC^2 [19] domini] ubi *add. C Frang* [20] cui] iam *inser. V* [22] se illi] VC^2 *Frang:* ille se ei *C* [22 sq.] praeponeret] secutus adiunxit *add. Frang ex C* [23] est illo *C* [25] minorem ae. m. maiestate] *C Frang; om.* VC^2 illum enim] *V;* illum C^2*;* iohannem *C Frang*

[5] *audierunt*] Mt. 13, 27.
[16] *tuum*] Luc. 2, 29.
[23] *illo est*] Mt. 11, 11.
[26 sq.] *Verbum*] Ioh. 1, 1.
[29] *nihil*] Ibid. 3.

Iohannes magnus commendans magnum; venit Iohannes mensura hominis. Quid est, mensura hominis? Plus quam Iohannes nullus homo esse poterat: quicquid Iohanne plus erat, iam plus quam homo erat. Si enim mensura magnitudinis humanae in Iohanne fuerat terminata, non inveniebas iam hominem maiorem; et tamen invenisti maiorem. Confitere deum, quem profecto homine potuisti invenire maiorem. Iohannes homo, et Christus homo: sed Iohannes solum homo, Christus deus et homo. Secundum quod deus est, ipse fecit Iohannem; secundum quod homo, natus est post Iohannem.

4. Sed tamen ille praecursor domini sui, dei et hominis, quantum se humiliat videte. Quo nemo exsurrexit maior inter natos mulierum, interrogatur utrum ipse esset Christus. Tam magnus erat, ut possint falli homines. Dubitatum est de illo, utrum ipse esset Christus; et ita dubitatum est, ut interrogaretur. Iam si esset filius superbiae, non doctor humilitatis, apponeret se hominibus errantibus, et non ageret ut id putarent, sed iam quod putabant acciperet. Forte nimium illi erat, velle persuadere hominibus, quod ipse esset Christus? Si conaretur persuadere, et non crederetur, remansisset abiectus et deiectus, et inter homines contemptus, et apud deum damnatus. Sed non illi opus erat persuadere hominibus, iam videbat eos hoc putare: acciperet errorem illorum, et augeret honorem suum. Sed absit hoc a fideli amico sponsi, ut se pro illo ab sponsa diligi vellet. Confessus est se non esse quod non erat, ne perderet quod erat. Non erat ille sponsus Iohannes; nam, cum interrogaretur, hoc ait: QUI HABET SPONSAM, SPONSUS EST; AMICUS AUTEM SPONSI STAT, ET AUDIT EUM, ET GAUDIO GAUDET PROPTER VOCEM SPONSI. EGO QUIDEM BAPTIZO VOS IN AQUA IN PAENITENTIA: QUI AUTEM VENIT POST ME, MAIOR ME EST. Quantum maior? CUIUS NON SUM DIGNUS

Iohannes, doctor humilitatis.

1-11 venit ioh. mensura hominis *usque* inter natos mulierum] CC^2 *Frang; om. V* 3 plus quam hominis *C* 4 in iohanne] C^2*; om. C;* fuerat term. in iohanne *Frang* 5 iam] C^2 *Frang; om. C* 6 potes *C* 7 solus *C* 11 exsurrexit] C^2 *Frang;* surrexit *C* 12 interrogatur] *ab his V ita prosequitur:* nam cum a iudaeis interrogaretur *etc.* 15 apponeret] *V Frang;* opponeret C^2C, *etiam fort. primum V, sed statim corr.* ageret] *s. l. male corr.* augeret *V* 15 sq. putarent] *C add.* quod essent, *corr.* quod esset 16 iam] id *C* acciperet] ad honorem suum augendum *add. V, ac porro pergit ut infra l. 21:* sed absit hoc *etc.* nimium] C^2 *Frang;* minimum *C* 17 sq. hominibus – persuadere] *Frang ex C; decidit in* C^2 *propter homoeotel.* 18 et non] C^2; ei non *C Frang* 19 damnatus] C^2 *Frang;* eiectus *C* 20 sq. iam videbat – errorem illorum] C^2 *Frang; om. C* 22 ab sponsa] VC^2 *Frang; om. C* 23 non 2° *loco*] enim *add.* C^2 *Frang* ille] *om. C* sponsus iohannes] VC^2*;* ioh. spons. *C. Frang* 24 hoc ait] *V;* sic ait *C;* ait C^2 *Frang* 25 qui stat *C* 26 in aqua baptizo *C*, vos *omisso* in paenitentia] VC^2C 1 *m.*, in paenitentiam *C corr. Frang* 27 quantum maior?] *om. V*

1 sq. *mensura hominis*] Cf. Apoc. 21, 17. 26 *sponsi*] Ioh. 3, 29.

CORRIGIAM CALCIAMENTI SOLVERE. Videte quantum minor esset, si dignus esset; quantum se humiliaret, si hoc diceret: Maior me est, cuius ego dignus sum corrigiam calciamenti solvere; dignum enim se curvari ad pedes eius dixerat. Nunc autem quam altum commendavit, quando et ipsis pedibus, immo calciamentis eius indignum se dixit! Venit ergo docere superbos humilitatem, adnuntiare viam paenitentiae.

5. Venit vox ante Verbum. Quomodo vox ante Verbum? De Christo quid dicitur? IN PRINCIPIO ERAT VERBUM, ET VERBUM ERAT APUD DEUM, ET DEUS ERAT VERBUM; HOC ERAT IN PRINCIPIO APUD DEUM. Sed ut veniret ad nos, Verbum caro factum est, ut habitaret in nobis. Ergo quia Christum Verbum audivimus, quia vox Iohannes audiamus. Dum diceretur illi: TU QUIS ES? respondit: EGO SUM VOX CLAMANTIS IN EREMO. Si ergo Christus Verbum, vox Iohannes, ut diceretur nobis Verbum, adsumptus est Iohannes tamquam vox; et ut veniret ad nos Verbum, praecessit vox. Ideo et Christus ante Iohannem erat in aeternum; et tamen nasci prior non debuit, nisi Iohannes et vox ad nos praecederet Verbum. Erit ergo tempus, quando videbimus Verbum sicut videtur ab angelis: nunc tamen proficiamus in Verbo, ut cum ipso maneamus in aeternum.

Vox ante Verbum.

6. ILLUM autem OPORTET CRESCERE, ME AUTEM MINUI. Hoc et per nativitates ipsas Verbi et vocis apparuit. Natum est Verbum octavo kalendas ianuarias, unde incipit augeri dies; nata est vox ante Verbum dei, quando incipit minui dies. Illum, inquid, oportet crescere, me autem minui. Et ipsae passiones hoc ostenderunt: minutus est Iohannes percussus capite: crevit Christus, erectus est in cruce. Itaque, fratres celebremus natalem vocis in honore Verbi: NON IN EBRIETATIBUS ET COMISATIONIBUS, sicut dicit apostolus, sed omnia quaecumque agitis, omnia in nomine dei facite, et deus pacis erit vobiscum. EXPLICIT DE NATALICIO SANCTI IOHANNIS.

1 sq. dignus esset; quantum] *om. C* 2-5 quantum se – se dixit] *om. V* 3 curvari] C^2; curvare *Frang, C hoc loco pessime corruptus* 4 altum commendavit] C^2; multum commendavit humilitatem *C Frang* 5 venit] *hinc rursus V* ergo] C^2; ergo iohannes *C Frang; nihil horum habet V* 7 quomodo vox ante verbum?] C^2, *Frang; om. VC* 8 quid] *V;* qui C^2; enim *C Frang* 8 sq. aput... aput *V* 11 iohannes] VC^2; est *add. C Frang* dum] VC^2; nam cum *C;* nam dum *Frang* 12 illi] *om. C* eremo] *Frang;* heremo C^2; deserto *VC. Reliqua ex V descripsi, Frang vero ex C; clausulam codicis* C^2, *a nescio quo homiliastro concinnatam, exhibet Frangipane in nota ad p. 37* 24 erectus est] *V*, est *fort. ex abundanti*

1 *solvere*] Ex Mt. 3, 11 et Luc. 3, 16 uti fere August. Tract. 6 in Ioh., n. 7.
1-6 Ita fere ad verbum Aug. serm. 292, n. 8.
9 *deum*] Ioh. 1, 19.
12 *es?*] Ioh. 1, 19.
in eremo] Ibid. 23. Plerumque *in deserto* apud Aug; attamen *in eremo* quoque habetur serm. 289, n. 3; 292, n. 4; 293, n. 2. 3.
19 *minui*] Ioh. 3, 30.
25 sq. *comisationibus*] Rom. 13, 13.
27 *facite*] Cf. Col. 3, 17.
vobiscum] Phil. 4, 9.

VIII.

Frangip., Sermo VIII, p. 38-40; Migne 46, 904-907. Ex duobus codd. Casinen. CXV, p. 301-307, saec. XII-XIII, et CXXIII, p. 288-290, saec. XI-XII, primum vulgatus, hic vero ex vetusto lectionario unciali Agimundi presbyteri, Vatic. lat. 3835, fol. 206v-209r (= *A*), cuius variantes aliquot lectiones Angelus Mai in NPB, t. I, p. 368, olim palam fecit, multis locis emendatus. Qui licet parum aut etiam nihil addat iis, quae s. Doctor in aliis de Christi praecursore contionibus edisserit, illud saltem proprium habet, quod et « sermonis matutini » in eo mentio fit, et « putentium flammarum », quibus pridie post vesperam igne a superstitiosis pueris admoto civitas tota flagrarat. Sane neque appellationem « Fratres carissimi » initio positam, neque doxologiam praeter morem in fine additam sermonis auctoritati praeiudicare censebit, quisquis hunc medii aevi dumtaxat lectionariis ad nos usque traditum esse perpenderit.

SERMO SANCTI AUGUSTINI DE NATALE SANCTI IOHANNIS BAPTISTAE.

Natalem hodie magni hominis celebramus: et vultis nosse quam magni? NEMO, inquit scriptura, SURREXIT MAIOR INTER MULIERUM NATOS. Hoc de illo dixit virginis natus: hoc testimonium perhibuit testi suo: hanc sententiam protulit iudex de praecone suo; sic voluit Verbum honorare vocem suam, sicut nostis, et audistis hodie etiam in sermone matutino.

Praecesserat sermo matutinus de Verbo et voce.

2. Verbum Christus est, vox Iohannes, quoniam de Christo scriptum est, IN PRINCIPIO ERAT VERBUM. Iohannes autem cum de se ipso loqueretur: EGO SUM, inquid, VOX CLAMANTIS IN DESERTO. Verbum ad cor pertinet, vox ad aurem: quando vox ferit aurem, et verbum non perducit ad mentem, habet inanem sonum, sed non habet utilem fructum. Ut autem nascatur in meo corde verbum, voce non indiget; ut autem

[2] baptistae] *inscriptio ex A;* de S. Ioanne Baptista *Frang* [3] natalem] *A et Frang praem.* fratres carissimi, *videlicet ut mos est in lectionariis* [4] natos] *Frang add.* Ioanne baptista [9 sq.] scriptum est] quia *inser. Frang* [12] ferit] *A;* fuerit ad *Frang* verbum] *ex* vox *1 m. corr. A* [13] inane *A* sonum] *A;* usum *Frang* [14] meo corde] *A;* corde meo *Frang*

[4] *natos*] Cf. Mt. 11, 11.

[7 sq.] *in sermone matutino*] His iam ex verbis, sermonem et genuinum esse, et verosimiliter in synaxi vespertina habitum, intellegitur. Ex sermone Aug. 24, n. 5, qui die dominica, 16 iun. 401, habitus est, etiam mane populo locutum esse Aurelium episcopum discimus. Porro in cod. ms. Cantabrig. Universit. Addit. 3479 post hunc sermonem 24, et sermones 279 + Morin 1, qui die dominica 23 iun. 401 habiti sunt, immediate sequitur sermo Aug. 288, die 24 habitus, qui « De voce et verbo » inscribitur.

[10] *Verbum*] Ioh 1. 1.

[11] *deserto*] Ibid. 23.

[13] *inanem sonum*] Cf. serm. 288, n. 3.

perferatur ad tuum cor, quod in meo corde iam natum est, ministerium vocis adsumit. Potest ergo verbum vocem praecedere, sed non potest sine voce procedere. Ad hoc vox creatur, non ut verbum quod non erat gignat, sed ut quod erat et latebat appareat. Hoc ergo, quod de verbo et voce diximus, in Christo et Iohanne videamus. Quaere Christum. IN PRINCIPIO ERAT VERBUM. Ubi erat? ET VERBUM ERAT APUD DEUM. IN PRINCIPIO APUD DEUM. Quantum ante nos! quantum supra nos! ET VERBUM CARO FACTUM EST, ut habitaret in nobis. Et hoc unde sciremus, si vocem non audiremus? Ambulabat enim inter homines Christus mortali iam carne vestitus; et tamen veniebant homines ad Iohannem, et dicebant ei: TU ES CHRISTUS? Ille autem, ut se vocem probaret, Verbum quod praecedebat insinuabat; honorem indebitum repellebat, ad Christum digitum porrigebat. Dicentibus enim TU ES CHRISTUS? respondebat Iohannes: ECCE AGNUS DEI, ECCE QUI TOLLIT PECCATUM MUNDI. Audite illum, agnoscite illum; ipsum praecedo, ipsum annuntio. Mementote quid dixerit: EGO SUM VOX CLAMANTIS IN DESERTO, PARATE VIAM DOMINO; non mihi, sed domino. Quando enim ego clamo, illum annuntio, quoniam vox praeconis adventus est iudicis. Quando autem venerit ille, quem ego annuntio, et in vestro corde requieverit, ILLUM OPORTET CRESCERE, ME AUTEM MINUI. Nostis enim, dilectissimi, quoniam verbum quando adiumento vocis adrepto per semitas aurium in regionem cordis influxerit, verbum illud in corde crescit, in aure vox

Vox verbum non gignit, sed apparere facit.

Verbo in corde crescente, in aure vox deficit.

[2] vocem] *A;* vox *Frang et codd. Casin* potest] verbum *repet. Frang* [3 sq.] non erat] *A;* noverat *Frang, cuius editio, ut vides, saepe mendosa est* [4] et latebat appareat] *A;* emittat, *omisso* et latebat *Frang* [5] in] *A;* id est *Frang* [5 sq.] quaere christum] *A;* videamus quale christus verbum, qualis sit et ioannes vox *Frang* [6] erat verbum] erat christus *A* [11-13] ille autem – tu es christus] *A; om. Frang propter homoeotel.* [14] peccatum] *A;* peccata *Frang* [20] dilectissimi] *duplicem* D *codicis A ita coniciendo interpretor;* dixerunt novimus *Frang vix ad sensum apposite* [21] adiumento] *Frang;* iumento *A, lectio minime spernenda* aurium] *ex coniectura emendavi;* artium *A;* arctius *Frang*

[7] *deum*] Ioh. 1, 1. 2.

[8] *in nobis*] Ibid. 14.

[11. 13.] *Christus?*] Cf. ibid. 19. 20. Illud quidem et si in evangelio non ita legitur, Augustinus tamen huic versiculo haud semel intexuit, uti Serm. 289, n. 3. 4.

[14] *mundi*] Ibid. 29.

[17] *domino*] Cf. ibid. 23; August. quoque legit *domino*, pro *domini*.

non mihi, sed domino] Serm. 289, n. 3: « Parate viam domino: non mihi, sed domino ».

[20] *minui*] Ioh. 3, 30.

[21] *adiumento vocis adrepto*] Cf. serm. 28, n. 5: « quaero qua ad te transeat quasi vehiculum sonum, et quasi impono intellectum »; 120, n. 2: « Vehiculum verbi sonus est vocis »; 225, n. 3: « Quaero illi sonum, quaero quasi vehiculum »; item Denis 2, 3.

[22 sq.] *in aure vox deficit*] Serm. 288, n. 5: « Minuitur ergo ministerium vocis, cum fit mentis profectus ad verbum ».

deficit. Non enim permanet sonus, qui percussit aurem, quam permaneat infinitus, quia descendit ad mentem. Hoc quare? quia illum oportet crescere, me autem minui.

3. Baptizat Iohannes, baptizat et Christus. Dictum est Iohanni: SUPER QUEM VIDERIS SPIRITUM DESCENDENTEM SICUT COLUMBAM ET MANENTEM SUPER EUM, IPSE EST QUI BAPTIZAT IN SPIRITU SANCTO ET IGNI. Nostis hoc, fratres, factum est quando baptizatus est Christus: et ecce iam toto orbe terrarum ipse est qui baptizat. Crevit ubique baptismum Christi; baptismum vero Iohannis, quamvis habet mysterium in recordatione praeteriti, non tamen habet ministerium in celebratione praesenti. Cessavit baptismum Iohannis, crevit baptismum Christi; unde et dicit: Illum oportet crescere, me autem minui. Hanc sententiam et in nativitatibus amborum, et in passionibus invenimus. Quamvis enim de Iohanne dixerit Iohannes, hoc est, Iohannes evangelista de Iohanne baptista; quamvis dixerit de eo, FUIT HOMO MISSUS A DEO, CUI NOMEN ERAT IOHANNES: HIC VENIT IN TESTIMONIUM, UT TESTIMONIUM PERHIBERET DE LUMINE; quamvis occurrerit testimonium perhibere de lumine, hodie tamen natus est, fratres, quando nox crescit, et minui incipit dies; Christus vero hiemali solstitio, sicut nostis, quando in lucrum lucis noctis incipiunt damna transferri: quoniam fuimus ALIQUANDO TENEBRAE, NUNC AUTEM LUX IN DOMINO. Quare sic nati sunt? Quia illum oportet crescere, hunc autem minui. In passionibus etiam Iohannes decollatur gladio, Christus exaltatur in ligno; ille erigitur, iste prosternitur; iste ut minuatur capite truncatur, ille ut crescat extenditur. Illum oportet crescere, hunc autem minui. Non inmerito, quantum arbitror, etiam aetates in parentibus eliguntur: parit enim Iohannem mulier grandaeva, Christum virgo primaeva; istum desperata sterelitas, illum

Christus quomodo creverit, Iohannes autem minutus sit.

1 deficit] *ex* defecit *corr. A* 1 sq. quam permaneat] *A, quem immutare haud visum est;* quia non permanet *Frang* 2 quia] *fort. pro* qui? 7 et ecce] *A;* et *om. Frang* 9 habet] *A;* habeat *Frang* 10 ministerium] *A;* mysterium *repet. Frang* 11 iohannis] et *add. Frang* 17 quamvis occurrerit t. p. d. lumine] *A; om. Frang* 18 crescit] *A;* crevit *Frang* 19 nostis] natus est *repet. Frang* lucrum] *A;* luctum *insulse Frang* 21 quare hoc? signati sunt *A mendose* 23 christus] autem *add. Frang* 23 sq. ille ... iste ... ille] *trino loco add.* vero *Frang* 24 capite truncatur] *A;* est capite truncatus *Frang* extenditur] *A;* in crucis patibulo est exaltatus *Frang, et inser. frigida verba haec:* hi vero duo, dominus et servus: dominus in patibulo crucis, servus in decollatione mortis. unde et dicimus 27 primaeva] *A;* iuvencula *Frang, et rursum inficete add.* in utero portabatur virginis, et in caelis adorabatur ab angelis desperata] edit *inser. Frang* sterelitas] *1 m. corr.* steril. *A*

6 *et igni*] Ex Ioh. 1, 33 et Mt. 3, 11.

11 *Cessavit baptismum Iohannis*] Serm. 293, n. 3: « Baptismus Iohannis modo ubi est? Ministravit, et abiit. Christi nunc baptismus frequentatur ».

21 *in domino*] Cf. Eph. 5, 8.

intacta virginitas; postremo illum iuvencula crescens, istum senecta deficiens.

4. Illud autem, quale est, fratres mei, quanta est hominis huius dignitas, quod eum nasciturum, sicut et dominum Christum, angelus parentibus nuntiavit? Quare hoc meruit? Quia NEMO SURREXIT MAIOR INTER MULIERUM NATOS. Sicut enim scitis, Gabrihel angelus ad Zachariam mittitur sacerdotem, Gabrihel ad Virginem Mariam mittitur; promittit utrique filium, accipit ab utroque responsum. Respondit Zacharias angelo filium promittenti: UNDE SCIAM? EGO ENIM SUM SENEX, ET UXOR MEA STERELIS, ET PROVECTA IN DIEBUS SUIS. Respondit et Maria: QUOMODO FIET ISTUD? QUONIAM VIRUM NON COGNOSCO. Ambo de naturae lege desperant: adhuc credo nesciebant, accedente dono gratiae dei legem cessare naturae. Ergo ambo de dubitatione respondent; et tamen ille punitur, ista benedicitur. Illi dicitur, ECCE ERIS TACENS; Mariae dicitur, BENEDICTA TU INTER MULIERES. Zacharias amittit vocem; Maria concipit Verbum. Post haec Verbum caro fit in virgine, et vox nascitur de tacente; Iohannes natus reddit patri vocem, pater loquens dat filio nomen. Mirantur omnes, stupescunt omnes, et inter se murmura alterna miscentes dicunt sibi: QUID PUTAS ERIT PUER ISTE? Modo de evangelio loquamur. ETENIM MANUS DOMINI ERAT CUM ILLO. Quid putas erit, qui sic coepit? Adhuc tantillus est, et iam tantus est. Et si iste, qui modo coepit, magnus erit, qui semper erat, quid erit? Ille, quem Iohannes adhuc in secreta materni ventris inclusus etiam ipsum latentem in thalamo uteri virginalis agnovit, et quia nondum poterat vocibus, motibus salutavit; ille ergo quid erit? Vultis scire quid erit? Breviter

Uterque ab angelo nuntiatus.

3 hominis huius] *A;* huius hominis *Frang* 4 eum] *A; om. Frang* et] *A; om. Frang* 6 natos] ioanne baptista *add. Frang ut p. 227, l. 4 supra* enim] vos *add. Frang* 6 sq. ad zach. mitt. sacerdotem, gabrihel] *A; horum loco Frang solum habet* et 8 promittit u. filium] *A;* promittitur u. filius *Frang* utrique] *2 m. corr.* utrisque *A* accipit ab utroque] *A;* accepit ab utraque *Frang* 9 angelo f. promittenti] *A;* ad angelum f. promittentem *Frang* unde] hoc *add. Frang* 10 sterelis] *1 m. corr.* sterilis *A* 16 haec] vero quid? *add. Frang* 17 natus est. reddet *A cum nota tamen correctoris* 18 murmura] *A optime quidem;* murmurant *Frang* 19 modo] *A; om. Frang* 20 loquatur *A* 21 tantus] *A;* magnus *Frang* 23 in secreta] *A Frang, fort. pro* inter secreta *vel* in secreto? latentem] *A;* iacentem *Frang* 25 brebiter *A*

6 sqq.] His omnino similia leguntur in serm. 290, n. 4; 291, n. 3-5.
10 *suis*] Luc. 1, 18.
11 *cognosco*] Ibid. 34.
14 *tacens*] Ibid. 20.
15 *mulieres*] Ibid. 28.
19 *iste?*] Ibid. 66.
20 *illo*] Ibid.
22 *qui semper erat, quid erit?*] Serm. 291, n. 2: « Utique valde magnus erit, qui tam magnus coepit. Quid erit, qui tantillus tantus est?... Si ille, qui modo coepit esse, tam magnus erit, quid erit qui erat? »

dicam, audite prophetam: IPSE, inquid, DOMINUS UNIVERSAE TERRAE VOCABITUR.

5. Beati ergo Iohannis dominici praecursoris, hominis magni, natalem diem festis coetibus celebrantes, orationum eius auxilia postulemus. Quia enim sponsi amicus est, potest etiam et nobis praestare, ut ad sponsum pertinere possimus, ut eius gratiam invenire mereamur. Sed si volumus invenire eius gratiam, non faciamus iniuriam natali eius. Cessent reliquiae sacrilegiorum, cessent studia atque ioca vanitatum; non fiant illa quae fieri solent, non quidem iam in daemonum honorem, sed adhuc tamen secundum daemonum morem. Hesterno die post vesperam putentibus flammis civitas tota flagrabat; universum aerem fumus obduxerat. Si parum adtenditis religionem, saltim iniuriam cogitate communem. Scimus, fratres, haec a pueris fieri; sed maiores prohibere debuerant. Ait enim quidam: QUI NON VETAT PECCARE, CUM POTEST, IUBET. Equidem, fratres, in nomine domini proficit ecclesia per annos singulos: ista minuuntur, et utique omnis diminutio tendit ad nihilum; sed nondum ita consumpta sunt, ut securi tacere possimus. Nec tacere poterimus, nisi cum vetustas et novitas pervenerit ad debitos fines; ut vetus superstitio consummetur, et nova religio perficiatur. Per dominum nostrum Iesum Christum, cui est honor et gloria cum deo Patre omnipotente, et cum Spiritu sancto in saecula saeculorum. Amen. EXPLICIT.

Contra reliquias veteris superstitionis hac die persistentes.

[4] coetibus] *A;* coelestibus *Frang* [5] etiam et] *Frang;* enim *A* [7] natali eius iniuriam *Frang* [8] reliquiae] *A;* religiones *Frang* sacrilegiorum] *Frang;* sacrilegorum *A* atque ioca] *Frang; om. A* [9] quidem] *A;* quaedam *Frang* [11] putentibus] *A;* putrescentibus *Frang* flammis] antiquitus more daemoniorum *add. Frang* tota civitas *Frang* flagrabat] atque putrescebat et *add. Frang* [13] pueris] *A optime;* pauperibus *Frang* [13 sq.] maiores prohibere] *A;* a maioribus fieri prohiberi *Frang* [15] iubet. Equidem] *A;* iubet quidem *Frang* domini] *Frang inser.* et dei nostri Iesu Christi, quia [16] ista (*om.* minuuntur) utique, et *Frang* [18] nec t. p. nisi cum] *A; Frang hoc tantum habet:* nihil est novitas] *hic inser.* nisi *Frang* [19] ut] *A;* et *Frang* consummetur] *A; cf. Thes. ling. lat. IV. 604, l. 21 sqq;* consumetur *Frang* [20] gloria] *Frang add:* et potestas, una [21] in] *A;* nunc et semper, et per omnia *Frang*

[2] *vocabitur*] Esai. 54, 5.

[12] *fumus obduxerat*] Scribit in praevia admonitione Frangipane, superstitionis huiusmodi in pervigilio festivitatis s. Iohannis a plebe servari solitae in nullo hucusque ex Augustini sermonibus fieri mentionem: verum ea conferas velim, quae in serm. Morin 1 de conversione Faustini argentarii n. 4 leguntur: « etiam pagani eundem diem videntur sibi celebrare. Male, nequiter, infeliciter... Veterescent ista... Veterescunt, minuuntur, finientur » etc.

[13 sq.] *maiores prohibere debuerant*] Sic etiam serm. 302, n. 19 ostenditur, in civitate, in qua plures christiani sint quam pagani, occulta mala fieri posse, publica non posse, si christiani nollent: quod nostrae aetatis hominibus perbelle aptari posse ecquis non intellegat?

[15] *iubet*] L. A. Seneca, Troades, 291 (al. 294), ubi tamen *possit*, non *potest*, in omnibus editt. legitur.

[20] *Per dominum* etc.] Hanc doxologiam ut subtraherem, non mihi sumpsi, et si apud Augustinum omnino insolitam, praeter quam in fine orationis *Conversi ad dominum* etc.

IX.

Frangip., Sermo IX, p. 41-44 (= *Frang*); Migne 46, 997-1000: ex uno codice Casin. CLXX, p. 13-19, saec. XI-XII. Qui quidem videtur optimae notae esse; iterum eum contuli, haud sine profectu, ope imaginis photographicae a P. Antonio Casamassa benigne transmissae (= *C*). Profecto genuinus sermo est, et in ecclesia ea die habitus, qua lectum erat ex evangelio Matth. 18, 21-35, cantatus psalmus 85; cumque adversus nascentem semipelagianismum contionator initio invehatur, affecta iam aetate ab Augustino pronuntiatum eum esse putaverim.

TRACTATUS SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI DE EVANGELIO: DIMITTE, ET DIMITTETUR TIBI.

Praeceptum saluberrimum audivimus de sancto evangelio, ut dimittamus peccatum fratri qui in nos peccaverit. Ne sufficiat hoc semel fecisse, sed quotienscumque peccaverit dimittendum esse, si veniam postulabit. Hoc ergo ait: SI SEPTIES IN DIE PECCAVERIT IN TE, ET SEPTIES IN DIE CONVERSUS FUERIT AD TE DICENS, PAENITET ME, DIMITTE ILLI. Si septies in die intellegas, ergo quotiescumque; solet enim numerus septenarius pro universitate poni. Unde est illud: SEPTIES CADET IUSTUS ET RESURGET; id est, quotienscumque fuerit aliqua tribulatione humiliatus, non deseritur, sed ab omnibus suis tribulationibus liberatur. Inde est illud: SEPTIES IN DIE LAUDABO TE; hoc est enim septies in die, quod est semper. Hoc ergo, septies in die, quod alibi dicitur: SEMPER LAUS EIUS IN ORE MEO. Non enim laudes domini lingua tantummodo personamus, et quando tacemus non laudamus: plane in omnibus bonis cogitationibus nostris, in omnibus actibus et bonis moribus nostris illum laudamus, a quo haec nos accepisse gaudemus. Videmus enim etiam apostolos petere, ut augeatur eis fides. Numquid primitias fidei ipsi sibi dederunt, et augmenta a domino petiverunt? Absit. Hoc ergo petierunt, ut qui inchoavit

Septenarius numerus pro universitate positus.

4 peccatum] *C; om. Frang* 6-7 si septies – dimitte illi] *verba haec editor Casinas ex Vulgata supplevit; paulo aliter infra n. 2, p. 233, l. 13 sq., ab ipso Augustino proferuntur* 11 inde] etiam *nescio unde inser. Frang* 18 sq. augmenta] *C;* augmentum *Frang*

7 *illi*] Luc. 17, 4.

8 sq. *septenarius pro universitate*] Cf. serm. 114, 1 ac praecipue alium nuper a me evulgatum « De sancto Quadrato » (Morin 15, 3), in quibus eadem exempla ex s. scriptura adducuntur.

10 *resurget*] Prov. 24, 16.

humiliatus] Serm. Morin 15, ibid.: « Cadere quippe humiliari est ».

12 *laudabo te*] Ps. 118, 164.

14 *meo*] Ps. 33, 2.

16 sq. *a quo haec nos accepisse gaudemus*] Cf. indic. opp. August. ap. Migne 46, 388 med.

18 *fides*] Cf. Luc. 17, 5.

primitias fidei] Ex hoc loco haud immerito quis coniectarit, tractatum hunc ad annos circiter 423-429 pertinere.

ipse perficiat, secundum apostolum dicentem: QUONIAM QUI IN VOBIS OPUS BONUM COEPIT, PERFICIET USQUE IN FINEM. Et quod cantavimus modo, quid aliud demonstrat, carissimi? DEDUC ME, inquit, DOMINE, IN VIA TUA, ET AMBULABO IN VERITATE TUA. Non ait: Adduc me ad viam tuam; nam et hoc ipse facit; sed non, cum adduxerit, dimittat. Parum est ergo ad viam adduxisse, nisi sequatur in via deduxisse, et ad patriam perduxisse. Cum ergo bona omnia habeamus a deo, in omnibus bonis operibus nostris, quando datorem bonorum omnium cogitamus, deum sine fine laudamus: cum autem deum, si bene vivimus, sine fine laudamus, benedicamus dominum in omni tempore, et semper laus eius propter hoc in ore sit nostro. SEPTIES, inquit, IN DIE LAUDABO TE: septenario numero universitatem significans.

Etiam primitias fidei et perfectionem a deo habemus.

2. Ergo SI SEPTIES IN DIE FRATER TUUS PECCAVERIT IN TE, ET VENIENS DIXERIT, PAENITET ME, DIMITTE ILLI. Non tibi sit taedium, semper ignoscere paenitenti. Si non es debitor, inpune esses molestus exactor; cum vero debitor habeas debitorem, et tu eius sis debitor qui non habet debitum, vide quid facias cum debitore tuo: hoc enim deus facturus est cum suo. Audi et time: LAETETUR, inquit, COR MEUM, UT TIMEAM NOMEN TUUM. Si laetaris quando tibi dimittitur, time ut dimittas. Quantum enim timere debeas, idem ipse salvator ostendit, proponens servum illum in evangelio, cum quo rationem dominus fecit, et invenit eum debitorem centum milium talentorum: IUSSIT EUM VENUNDARI, ET OMNIA QUAE HABEBAT, ET REDDI. Ille provolutus ad pedes domini sui orare coepit, ut acciperet dilationem, et meruit remissionem. Ille autem exiens a facie domini sui, omni sibi debito relaxato, invenit etiam ipse debitorem suum conservum suum, qui ei debebat centum denarios, et obtorto collo coepit trahere ad solutionem. Quando ei dimissum est, laetatum est cor eius, sed non sic ut timeret nomen domini dei sui. Servus dicebat conservo, quod servus dixerat domino: PATIENTIAM HABE IN ME, ET REDDAM TIBI. At ille: Non, hodie reddis. Renuntiatum est patrifamilias; et, quod nostis, non solum minatus est ei quod deinceps non esset remissurus, si debitorem inveniret, sed totum quod rela-

Parabola evangelica de debitore immisericorde erga debitorem suum.

1 dicentem] *praetermis. Frang* 3 domine, inquit *Frang* 5 dimittat] *Frang, quae emendatio sane mihi probatur;* dimittit *C* 6 ergo est *Frang* 15 non es] *pro* non esses*?*

2 *in finem*] Philipp. 1, 6.
4 *tua*] Ps. 85, 11; *ambulabo* pariter leg. Aug. Enarr. in h. ps., n. 15.
14 *illi*] Luc. 17, 4: et hic quidem *veniens dixerit*, ut in serm. 114, 1; at supra p. 232, l. 7, *conversus fuerit ad te dicens* Frang. ex Vulg.
19 *tuum*] Ps. 85, 11.
23 *reddi*] Mt. 18, 25.

xaverat in caput eius replicavit, et reddere eum quicquid donaverat iussit. Quomodo ergo timendum est, fratres mei, si est in nobis fides, si evangelio credimus, si mendacem dominum non putamus? Timeamus, observemus, caveamus, dimittamus. Quid enim perdis, ex eo quod dimittis? Veniam das, non pecuniam.

De eroganda pecunia et danda venia praeceptum evangelicum.

3. Quamquam et in ipsa eroganda pecunia aridae arbores non esse debetis. In eroganda pecunia indigenti tribuis: in danda venia peccanti ignoscis; utrumque dominus videt, utrumque remunerat, utrumque uno loco commendavit: DIMITTITE, ET DIMITTETUR VOBIS; DATE, ET DABITUR VOBIS. Tu autem nec ignoscis nec erogas: tenes iram, servas pecuniam. Observa, ira, ubi non possis liberari per pecuniam: NON PRODERUNT THESAURI INIQUIS. Non est ista mea, sed divina sententia: noverunt qui legerunt. Legi ut dicerem, credidi ut loquerer: NON PRODERUNT THESAURI INIQUIS. Videntur prodesse, sed non proderunt. Forte in praesenti: forte, si tamen aliquid prosunt; sed in die illo non proderunt. Teneantur, et non proderunt; contemnantur, et proderunt. Iustitia tunc bene uteris, si amaveris: quia, si non amaveris, non habebis. Fortitudine, temperantia, castitate, caritate aliisque animi bonis bene uteris, si amaveris: pecunia tunc bene uteris, si non amaveris. Postremo pecunia, si amatur, in caelo servetur: si timendum est ne amittatur, loco tutiore custodiatur. Neque enim in conservanda pecunia fidem tibi servat servus tuus, et fallit te dominus tuus. Nonne dicentem audis, THESAURIZATE VOBIS THESAURUM IN CAELO? Ecce non tibi praecepit perdere, sed migrare: THESAURIZATE VOBIS THESAURUM IN CAELO, QUO FUR NON ACCEDIT, NEQUE TINEA CORRUMPIT; UBI ENIM EST THESAURUS TUUS, IBI ET COR TUUM. In terra thesaurizas, in terra cor ponis. Quid futurum est in terra cordi tuo? Tabescit, putrescit, cinerescit. Sursum leva quod amas, et ibi ama. Et noli putare hoc te recepturum esse quod ponis: ponis enim mortalia, recipies immortalia; ponis temporalia, recipies aeterna; ponis terrena, recipies caelestia; postremo erogas quod tibi dedit dominus tuus, et mercedem accipies ab ipso domino tuo.

Pecunia tunc bene uteris, si non amaveris.

[3] credimus evangelio *Frang* [11] ira] *C; in* iram *mut. Frang* [17 sq.] non habebis. fortitudine *etc.*] *indubitanter emendavi; Frang leg. cum C* non habebis fortitudinem, temperantiam, castitatem, caritatem [18] aliisque] *C;* que *om. Frang, et exinde tota periodus corrupta est* [22] nonne] *conieci;* non me *C;* non eum *mut. Frang*

[1] *in caput eius replicavit*] Recte hunc locum comparat Frang. cum serm. Maur. 5, n. 2, ubi s. Doctor reviviscere aliquando culpas remissas iisdem fere verbis inculcat.

[10] *vobis*] Luc. 6, 37. 38.

[14] *iniquis*] Prov. 10, 2; eadem translatione utitur Paulin. Nolan. epist. 25, n. 2.

[22] *et fallit te dominus tuus*] Cf. serm. Frang. 3, 3 (supra p. 204) et ibid. not. ad l. 18.

[24] *sed migrare*] Similia item leguntur serm. Frang. 3, 2.

[26] *tuum*] Mt. 6, 20. 21.

[27] *cinerescit*] Serm. 327, n. 1: « illi cinerescunt ».

4. Sed dices: Quomodo sum in caelo positurus? per quas machinas cum auro et argento meo sum ascensurus in caelum? Quid quaeris machinas? Migra. Laturarii tui pauperes sunt, et per contritionem mundi facti sunt laturarii. Postremo traiecticium facis: hic das, et ibi accipis. Prorsus si hic dederis, ibi accipies, et cui dederis, ab illo accipies. Non tibi modo veniat in mentem pannosus quisque mendicus; sed veniat in mentem, QUANDO UNI EX MINIMIS MEIS FECISTIS, MIHI FECISTIS. In paupere accipit, qui pauperem fecit: a divite accipit, qui divitem fecit; quod enim dedit, inde accipit: de suo das Christo, non de tuo. Quid enim te iactas, quia hic multa invenisti? Recole qualis venisti. Cuncta hic invenisti; et multis inventis si male uteris, superbia tumuisti. Nonne de ventre matris nudus existi? Da ergo, da, ne perdas quod habes. Si dederis, ibi inventurus es: si non dederis, hic relicturus es; tamen, dederis, non dederis, migraturus es. Sed aliquando, etsi nugatoriam et inprobandam et respuendam ab auribus fidelium, tamen habet aliquam excusationem avaritia nolens erogare pauperi ex eo quod abundat. Dicit enim sibi: Si dedero, non habebo; et multum dando, egebo: et postea requiram, a quo et ipse accipiam. Debet mihi abundare, non solum ad victum et tegumentum, et domui meae et familiae meae, sed etiam propter bonos casus, ut habeam quod calumniatori impendam, ut habeam unde redimam: casibus plenae sunt res humanae; debeo mihi servare, unde me possim liberare.

Pauperes, laturarii.

De suo das Christo, non de tuo.

Nugatoria avarorum excusatio.

5. Haec dicis, cum vis pecuniam servare: quid dicturus es, quando peccanti non vis dare veniam? Si pecuniam piget erogare indigenti, eroga veniam paenitenti. Quid perdis, si dederis? Novi quid perdas, novi quid amittas; video, sed bono tuo amittis: amittis iram, amittis indignationem, amittis de corde odium fratris. Maneant illic ista, ubi eris? Ira, indignatio, odium permanens, quid de te facit? quid mali de te non facit? Audi scripturam: QUI ODIT FRATREM SUUM, HOMICIDA EST. Ergo et si septies in die peccaverit in me, dimittam illi? Dimitte. Christus hoc dixit, veritas dixit, cui cantasti: DEDUC ME DOMINE IN VIA TUA, ET AMBULABO IN VERITATE TUA. Noli timere, non te decipit. Sed nulla, inquies, erit disciplina: impunita erunt semper quaecumque peccata; delectat enim semper peccare, quando te ille qui peccat cogitat semper

Nihil amittit nisi iram, qui veniam dat.

20 quod] *C;* qui *Frang;* quid *Migne 46, 999* 28 permanens] *C;* permanent *Frang*

3 sq. *machinas... migra... laturarii traiecticium facis*] Haec singula totidem verbis in serm. de Beatitudinibus: Morin 11, 6.

7 *fecistis*] Mt. 25, 40.

12 *existi?*] Cf. Hiob 1, 21.

29 *est*] I Ioh. 3, 15.

Non obstat disciplinae praeceptum veniae erogandae.

ignoscere. Non est ita. Et disciplina vigilet, et benevolentia non dormitet. Quia enim putas, malum pro malo te reddere, cum peccanti dederis disciplinam? Absit: bonum pro malo reddis; et tunc non bene facis, si non dederis. Aliquando quidem etiam ipsa disciplina mansuetudine temperatur: data est. Sed non aliud est eam neglegentia extinguere, aliud mansuetudine temperare? Vigilet disciplina: ignosce, et caede. Videte ipsum dominum, audite ipsum dominum, cogitate cui cotidiani mendici dicimus: DIMITTE NOBIS DEBITA NOSTRA. Et taedia pateris, quando tibi frater assidue dicit: Ignosce mihi paenitenti? Tu quotiens hoc dicis deo? taces ab hac supplicatione in omni oratione? Numquid vis ut dicat tibi deus: Ecce heri ignovi, nudiustertius ignovi, per tot dies ignovi; quotiens adhuc ignosco? Non vis ut dicat tibi. Semper cum illis verbis venis, semper dicis DIMITTE NOBIS DEBITA NOSTRA, semper pectus tundis; et tamquam ferrum durum non corrigis. Sed quia agebamus de disciplina, numquid non dimittit nobis dominus deus noster, quia ex fide dicimus, dimitte nobis debita nostra? Et tamen, quamvis dimittat nobis, quid de illo dictum est? quid de illo scriptum est? QUEM ENIM DILIGIT DEUS CORRIPIT. Sed forte verbis? FLAGELLAT AUTEM OMNEM FILIUM QUEM RECIPIT. Ne indignetur peccator filius flagellatus corripi, et ipse unicus sine peccato dignatus est flagellari. Ergo da disciplinam, sed ex corde dimitte iram. Sic enim ait et ipse dominus, cum de illo ageret debitore, cui replicavit omne debitum, quod inhumanus fuerit in conservum: SIC ET VOBIS, inquit, FACIET PATER VESTER CAELESTIS, SI NON DIMISERITIS UNUSQUISQUE FRATRI SUO DE CORDIBUS VESTRIS. Ubi deus videt, ibi dimitte: inde noli perdere caritatem, exercere salubrem severitatem; dilige et caede, dilige et verbera. Aliquando enim blandiris, et saevis. Quomodo blandiris et saevis? Quia peccata non arguis; et illa peccata interfectura sunt eum, quem perverse parcendo diligis. Verbum tuum aliquando asperum, aliquando durum, quod est laesurum, attende quid facturum est. Peccatum cor vastat, interiora demolitur, animam suffocat, animam perdit: miserere, caede.

Et deus dimittit, et tamen corripit peccatorem.

Dilige, et caede.

6. Constituite vobis, carissimi, ante oculos, ut planius intellegatis quod loquor, homines duo. Puerulus quilibet incautus volebat sedere, ubi noverant in gramine latere serpentem. Si sederet, morderetur, et

5 data] tamen *ex se inser Frang* non] *pro* nonne? *cf. supra p. 234, l. 22* 30 eam] ea *C* 30 quid] *Frang;* quod *C* est facturum *Frang* 31 perdet *C* 33 duo] *ex C retinui; in* duos *mut. Frang*

8 *nostra*] Mt. 6, 12.
19 *recipit*] Hebr. 12, 6.
25 *vestris*] Mt. 18, 35.
33 *homines duo*] Apte Frangipane lectorem remittit ad serm. 82, n. 2.

moreretur: noverant hoc homines duo. Ait unus: Noli ibi sedere. Contemptus est: ibit sedere, ibit perire. Ait alter: Non vult nos iste audire; corripiendus, tenendus, avellendus, colapho est percutiendus; quicquid possumus faciamus, ne hominem perdamus. Ait alius: Dimitte, noli ferire, noli offendere, noli laedere. Quis horum misericors? Parcens, ut homo a serpente moriatur; an saeviens, ut homo liberetur? Et sic intellegite, eos qui sunt vobis subditi etiam corrigitis; moribus imponite disciplinam, servate benivolentiam. De corde dimittite, intus non sit ira; quia ira illa recens festuca est tenuis et quasi contemptibilis: ira recens turbat oculum, tanquam festuca in oculo: TURBATUS EST IN IRA OCULUS MEUS; sed festuca illa suspicionibus nutritur, productione temporis roboratur: ad trabem perventura est ista festuca. Inveterata ira odium erit; iam ubi odium, homicidium erit: QUI ODIT FRATREM SUUM, HOMICIDA EST, inquit. Et aliquando homines habentes in corde odium reprehendunt irascentes. Odium tenes, irascentem reprehendis? Festucam in oculo fratris tui vides, trabem in tuo non vides. Sermo concludatur. Dominus invocetur, ut quod praecipit donare dignetur: DIMITTITE, ET DIMITTETUR VOBIS; DATE, ET DABITUR VOBIS · EXPLICIT.

Exemplo ostenditur, misericordiorem esse aliquando, qui saevit, quam qui parcit.

[2] ibit... ibit] *C;* ivit... ivit *emend. Frang* iste nos *Frang* [3] colafo *C* [7] etiam] *C; om. Frang* corrigitis] *fort. pro* corrigite

[11] *meus*] Ps. 6, 8. [16] *non vides*] Cf. Mt. 7. 3.

III.

EX SERMONIBUS
AB A. B. CAILLAU ET B. SAINT-YVES
EDITIS

Largiorem quidem prae ceteris nostra aetate novorum Augustini sermonum copiam suppeditarunt duo Galliarum ecclesiae presbyteri A. B. Caillau (1794-1850) et B. Saint-Yves, quorum prior praecipue indefatigabili industria eminuit. Nam praeter *Lectiones variantes sermonum genuinorum S. Augustini a Benedictinis editorum* [1] contiones antea ineditas, ut putabat, haud minus CCLXIX ex Archivio Montis Casini et Bibliotheca Laurentiana-Medicea eruit. Quas in sua *Collectione selecta SS. Ecclesiae Patrum* (1829-1842), tom. XXII-XXIV primum evulgatas, annis deinde 1836-1839, una cum sermonibus a Denisio et Frangipanio editis, distincto atque ampliori volumine iterum emisit, additis praeterea adversus operis sui detractores acerrimis *Vindiciis sermonum S. Augustini ineditorum* (ante classem III, pag. I-XXIV).

Verum enim vero ex tanta sermonum silva paucissimos tantum inveniri, quorum auctoritas probari queat, viri eruditi iam dudum animadverterunt. Ceterum nec ipse editor genuinos omnes esse existimavit: immo ex eis centum, nimirum plus tertiam partem, uti aperte spurios in Appendicem coniecit. Probe quidem: quid autem de reliquis CLXIX, quorum auctoritatem defendi posse praesumsit? Sine fuco loquar, vix duodecim deprehendi ego, qui non primo adspectu e medio pellendi sint: prioris partis sermones 47. 51. 52. 57; alterius 5. 6. 11. 12. 19. 60. 65. 92. At ne omnium quidem par conditio: nam qui inter eos sine ulla controversia optimus est, II, 65 « In natali martyris Quadrati », iam antea a Denisio, serm. 18, vulgatus erat. Sermones autem duo « De conversione S. Pauli » (I, 51. 52) nonnisi fragmenta eorum sunt, quos ex codice Guelferbytano 4096 ordine 24 et 23 integros nuper edidi. Truncum quiddam etiam videri sermonem I, 57 « De s. Iohanne

[1] Typis repetitas apud Migne 47, 1157 sqq.

Baptista » Caillau ipse fatetur. Orationum II, 12 « De pharisaeo et publicano », II, 19 « De adventu Domini », maxime autem II, 60 « De secunda feria paschae » textus passim mendis et, quod peius est, interpolamentis depravatus, quibus tuto discernendis resecandisque melioris notae codices nulli suppetunt. Sicque fit, ut ex iis fere trecentis sermonibus, quos publici iuris Caillau fecit, septem demum exstent, qui genuini ac vere novi et si non integri omnes dici possint. Exiguum sane tanti laboris totque satorum proventum! Et si de hoc etiam beneficio, quantillum id esse videatur, gratos esse nos decet; at deplorare fas est, quod vir ceteroquin egregius ne minimam quidem censoriae artis portiunculam habuisse videatur. Quis enim non subrideat, dum illum audit assidue ac plerumque intempestive exclamantem: « hic sermo admiratione dignissimus », « magni momenti, et nulla ratione s. Augustino abnegandus », « est certo s. Augustini », « manifestus est s. Augustini stylus, etsi paulisper durus » etc.: dum aliquando codice Casinensi XII « solummodo s. Augustini fetus contineri » pronuntiat, in quo paulo ante sermones « ridicule scriptos » deprehenderat? Ut facilem fuisse adversariis ludum intellegas, contra quos *Vindicias* suas, telum imbelle sine ictu, coniecit.

Atqui si lectiones saltem codicum, quibus utebatur, probe ac diligenter reddere conatus esset! At disquisitione instituta manifesto comperi, multa passim ab eo ex libidine immutata, plurima etiam addita aut ex toto praetermissa: ex quo intelleges, illorum etiam sermonum, qui genuinis annumerandi sunt, textum semper plus minus suspectum esse.

Hanc igitur viam mihi ineundam proposui, ut paucos sermones fide dignos (I, 47. 57; II, 5. 6. 11. 19. 92) excussis denuo codicibus in hanc *συναγωγήν* caute reciperem;[1] aliorum quoque, quos supra enumeravi (i. e. I, 51. 52; II, 65) lectiones variantes cum contionibus a me et Denisio evulgatis componerem; de reliquis, si quid forte ad notitiam pertinens contineant, inter Initia in extrema operis parte posita postea disserturus.

[1] Prius quidem sermones II, 12 et II, 60 illis accensere statueram; cum autem horum textus horrendum in modum corruptus nullam prope medelam recipiat, nec quicquam in eis occurrat, quod non alicubi verbis similibus Augustinus expresserit, eos interim seponere et in Initiorum indicem amandare satius duxi.

I, 47.

Caillau I, Serm. 47, p. 67-68, ex cod. Casin. XII, p. 319-320, denuo a me collato (= *C*). Sive sententias, sive dicendi genus adtendas, maximam similitudinem habet cum aliis s. Doctoris de martyre Vincentio sermonibus; nec quicquam omnino perspicio, ex quo in dubium iure revocari possit.

IN NATALE SANCTI VINCENTII.

Vincentii martyris sancti fortissimam et gloriosissimam passionem celebrare Christus sollemniter iubet, et non segniter praedicare. Vidimus animo, et cogitatione conspeximus, quanta pertulerit, quae audierit, quae responderit, et quodammodo ante oculos nostros mirandum spectaculum constitutum est: iudex iniquus, tortor cruentus, martyr invictus, crudelitatis pietatisque certamen; et hinc insania, inde victoria. Lectione personante in auribus nostris exarsit caritas in cordibus nostris: amplecti et osculari, si fieri posset, dilaniata illa membra vellemus, quae tantis poenis sufficere mirabamur, et inexplicabili affectu quae cruciari nolebamus. Quis enim velit saevientem videre carnificem, et hominem in corpus humanum humanitate amissa furentem? quem cernere libeat divaricatos artus machinatione tormenti? naturae figuram arte humanitatis arreptam, ossa extendendo separata, exarando nudata, quis non adversetur? quis non exhorreat? Et tamen haec omnia et horrenda iustitia martyris pulchra faciebat; et ipsa pro fide, pro pietate, pro spe futuri saeculi, pro caritate Christi tam mirabilis fortitudo tetram et funestam tormentorum et vulnerum faciem decore gloriae perfundebat. Denique in eodem ipso uno spectaculo studia cum persecutore divisimus. Illum delectabat martyris poena, nos causa: illum quae patiebatur, nos quare patiebatur: illum cruciatus, nos virtus: illum vulnera, nos corona: illum quod in doloribus diutissime tenebatur, nos quod minime frangebatur doloribus: illum ⟨ quia ⟩ vexabatur in carne, nos quia permanebat in fide. Itaque illum ubi sua pascebat imma-

Omnia horrenda iustitia martyris pulchra faciebat.

Persecutoris et spectantium studia divisa.

1 sermo eiusdem *C* 9 obsculari *C: cf.* « *Obsculta* » *in codd. Casin. Regulae s. Bened.* 11 quae] *emendavi ex* qui 13 libeat] *conieci;* debeat *C* 14 separatam *C* 15sq. exorreat... orrenda *C* 16 ipsa] *scripsi;* ipse *C* 20 nos] *ex* non *emendavi* 22 quo in *C* 23 quia] *supplevi*

4sq. *quanta pertulerit... mirandum spectaculum*] Serm. 275, n. 1: « Magnum et mirandum spectaculum... quas voces audierit, quas reddiderit, quae tormenta devicerit, decursa lectio declaravit ».

6 *iudex iniquus, tortŏr cruentus*] Serm. 276, n. 1: « iudex ferox, tortor cruentus, martyr invictus ».

16sq. *pro fide, pro pietate*] Serm. 274 med: « pro veritate, pro iustitia, pro deo, pro Christo, pro fide, pro ecclesiae unitate, pro individua caritate certavit ».

nitas, ibi torquebat martyris veritas; nos autem horrenda quidem iubente vix ferebamus, sed deficiente vincebamus Vincentio.

2. Nec noster tamen ipse luctator in se ipso aut per semet ipsum extitit victor, sed in illo et per illum qui prae omnibus exaltatus praebet auxilium, qui prae omnibus passus reliquit exemplum. Ille exhortatur ad praelium, qui ad praemium vocat; et ita spectat certantem, ut laborantem adiuvet. Athletae suo ita praecipit quid faciat, et proponit quid accipiat, ut etiam ne deficiat subvenit. Oret ergo simpliciter, qui simpliciter vult certare, superare perniciter, regnare feliciter. Audivimus loquentem conservum, et persecutoris linguam constantibus et veracibus responsionibus convincentem; sed prius audivimus dominum dicentem: NON ENIM VOS ESTIS QUI LOQUIMINI, SED SPIRITUS PATRIS VESTRI QUI LOQUITUR IN VOBIS. Ac per hoc iste ideo superavit adversarios suos, quia sermones suos in domino laudavit. Noverat dicere: IN DEO LAUDABO VERBUM, IN DOMINO LAUDABO SERMONEM; IN DEO SPERABO, NON TIMEBO QUID FACIAT MIHI HOMO. Vidimus martyrem inmania tormenta patientissime tolerantem: sed deo se subiciebat anima eius, ab ipso enim patientia eius. Et ne humana fragilitas per inpatientiam deficiens Christum negaret, et in gaudium veniret inimici, sciebat cui diceret: DEUS MEUS, ERUE ME DE MANU PECCATORIS, DE MANU LEGEM PRAETEREUNTIS ET INIQUI: QUONIAM TU ES PATIENTIA MEA. Sic enim significavit, qui cantavit ista, quomodo christianus petere debeat ab inimicorum erui potestate, non utique nihil patiendo, sed ea quae patitur sustinendo patientissime. ERUE ME DE MANU PECCATORIS, DE MANU LEGEM PRAETEREUNTIS ET INIQUI. Si autem quaeris quomodo se velit erui, intende quod sequitur: QUONIAM TU ES PATIENTIA MEA. Ibi est gloriosa passio, ubi pia est ista confessio: ut, QUI GLORIATUR, IN DOMINO GLORIETUR. Nemo itaque praesumat de corde suo, cum per-

Martyris ut sapientia, ita patientia a deo est.

[2] iubente] *pro accusativo?* deficiente v. Vincentio] *ita C, nescio an recte* [4sq.] prae... prae] *an* pro... pro? [5] reliquid *C* exortatur, *ex* exortator *s. l. corr. C* [6] spectat] *scripsi;* expectat *C* ut] et ut *C*, *fort. pro* ut et [7] adlete *C* [8] subvenit] *pro coniunctivo?* simpliciter] *fort. pro* suppliciter? [13] ac] 2 *m. mut. in* ad *C* [18] per inpatientia *C*

[3] *nec noster tamen...*] Serm. 274: « Sed hoc totum non ad hominis sed ad dei gloriam referatur. Ab ipso vere est patientia » etc.

[13] *in vobis*] Mt. 10, 20. Idem locus adducitur in aliis de s. Vincentio sermonibus, v. gr. 275, n. 1; 276, n. 2.

[16] *homo*] Ps. 55, 11.

[21] *mea*] Ps. 70, 4. 5. De versione huius versiculi lege sis adnot. ad serm. Mai 15, 1; cf. etiam serm. Maur. 274 init.

[28] *glorietur*] I Cor. 1, 31: cf. serm. 275, n. 1 med.

nemo itaque praesumat etc.] Ita fere etiam serm. 276, n. 1: « Nemo ergo de corde suo praesumat, quando profert sermonem; nemo de suis viribus confidat, quando suffert temptationem: quia et ut bona prudenter loquamur, ab illo est nostra sapientia; et ut mala fortiter perferamus, ab illo est nostra patientia ».

fecerit sermonem: nemo de viribus, cum temptationem suffert; quia, ut et bona loquamur, ab illo est nostra sapientia: ut et mala sufferamus, ab illo est patientia nostra. Nostrum est ergo velle, sed vocati exigimur ut velimus: nostrum est petere, sed nescimus quid petamus: nostrum est accipere, sed quid accipiamus, si non habemus? nostrum est habere, sed quid habemus, si non accipimus? Proinde QUI GLORIATUR IN DOMINO GLORIETUR. Dignus itaque martyr Vincentius a domino coronari, in quo elegit et per sapientiam et per patientiam gloriari; dignus sollemni celebritate, dignus felicitate aeterna, pro qua adipiscenda leve quicquid minacissimus iudex terruit, quicquid carnifex cruentus inflixit. Transactum est quippe, quod pertulit; non transiturum est, quod accepit. Certe enim sic vexata sunt membra, sic viscera cruciata, tam crebro et tam crudeliter repetita tormenta, sic, sic, quemadmodum facta sunt ista, et si fierent multo graviora, NON SUNT CONDIGNAE PASSIONES HUIUS TEMPORIS AD FUTURAM GLORIAM QUAE REVELABITUR IN NOBIS.

I, 57.

Caillau I, Serm. 57, p. 77 (= *Caill*): ex cod. Casin. XII, p. 230-231, saec. XI, quem denuo contuli (= *C*). Fragmentum esse apparet sermonis prolixioris, quod pro natali s. Iohannis baptistae homiliarii compositor excerpserit; at fragmentum certo augustinianum, uti adversarii acerrrimi editoris Parisiensis agnoscere coacti sunt, et nemo peritus non adsentietur, qui miras congruentias infra subnotatas aequi ponderis aestimarit. Textus non nusquam a librario depravatus est, cui medicam manum, quoad facultas tulit, exhibui.

DE DUOBUS HOMINIBUS, CHRISTO ET IOHANNE.

IN PRINCIPIO ERAT VERBUM, ET VERBUM ERAT APUD DEUM, ET DEUS ERAT VERBUM. Numquid dedit, unusquisque eorum diceretur de illo, OMNIA PER ILLUM FACTA SUNT? Divinitatem apud se tenuit, gratiam donavit

[1] sed] *scripsi coniectura, et Caillau quoque supplevit; C autem absurde* nostrum est petere quod nescimus. Quid petamus? [8] per sapientia *C* [10] inflixit] *coniectura emendavi ex* infixit, *quod in C et Caill legitur* [17] *inscriptionem, quae deest in C, ego supplevi: cf. p 247, l. 26 sq. infra* [19] unusquisque e. d. de illo] *ita diserte codex C, non* alicui eorum ut quis eorum diceretur, *ut somniavit Caill* unusquisque] *fort. pro* unicuique

[4] *quid petamus*] Cf. Rom. 8, 26.

[6] *si non accipimus?*] Serm. 276, n. 1: « Acceperat haec utraque levita Vincentius, acceperat et habebat: si enim non accepisset, quid haberet? »

[8] *et per sapientiam et per patientiam*] Serm. 274 med: « poenas et tormenta infligit, vincitur per patientiam; errores suggerit, vincitur per sapientiam ».

[16] *in nobis*] Rom. 8, 18.

[19] *Verbum*] Ioh. 1, 1.

[20] *facta sunt*] Ibid. 3; cf. serm. 293, n. 5.

nobis. Hominem agnoscamus propter nos, deum agnoscamus super nos: ipsum hominem, ipsum deum. Sed ambos homines vides, et Iohannem et Christum: sed, quem vides hominem, Iohanne maior est... et tamen non est dignus solvere corrigiam calciamenti eius. Hunc ergo intellege maiorem: et tanto maiorem, ut Iohannes minor illo sit, quamvis maior sit omnibus iustis. Iste autem maior terra et caelo: maior angelis, maior omnibus virtutibus, maior omnibus sedibus, potestatibus, dominationibus. Unde maior? quia OMNIA PER IPSUM FACTA SUNT, ET SINE IPSO FACTUM EST NIHIL. Per hoc aequalis Patri, per hominem minor Patre: ipse enim dixit EGO ET PATER UNUM SUMUS, qui dixit, PATER MAIOR ME EST. Ambae sententiae quasi contrariae, et ambae verae: cor tuum non litiget, et verba domini non litigant. EGO ET PATER UNUM SUMUS, aequalitatem ostendit; PATER MAIOR ME EST, imparilitatem ostendit.

Christus homo Iohanne homine unde maior.

2. Ubi EGO ET PATER UNUM SUMUS, audi apostolum sententiarum ambarum interpretem in uno loco: QUI CUM IN FORMA DEI ESSET, NON RAPINAM ARBITRATUS EST ESSE SE AEQUALEM DEO, quia hoc erat natus. Rapina est usurpati: sicut Adam, rapina illi facta sunt ista: et ideo, quia voluit rapere quod non erat, perdidit quod habebat. Quomodo rapinam voluit? Ait illi serpens, unde et ipse ceciderat: PONAM SEDEM MEAM AD AQUILONEM, ET ERO SIMILIS ALTISSIMO. Ista cogitatio diabolum deiecit: ista suggestio hominem diaboli fecit per superbiam illam suam participem. Invidit enim stantem, qui iam ceciderat; inde deiecit, unde ipse cecidit. Ecce quibus erat rapina. Illi autem non erat, quia natus aequalis, et ab aeternitate in aeternitatem manens, aequalis numquam

Quod rapina fuit diabolo et Adamo, Christo non fuit.

[3] hominem, iohanne] *C et Caill, qui tamen postea in suis Vindiciis p. XXI legendum existimavit* homine Iohannes maior est, *at nec sic mendum tollitur; conicio nonnulla post* maior est *deesse, puta* in natis mulierum Iohannes maior est, *et propter homoeoteleuton excidisse* [4] calciamentis *C*, s *post. expuncta* hunc] *ex* hinc *corr. C* [17] adeo *C* [19] pono *C* [21] hominem diaboli] *coniectura emendavi ex* homini diabolus illa sua *C Caill; vero totam periodum sic maluit immutare:* per istam suggestionem hominem diabolus fecit superbiae illius suae participem

[4] *eius*] Ioh. 1, 27.

[7] sq. *dominationibus*] Serm. 293, n. 5: « Cum ad caelestes exercitus angelorum veneris, audies ab eis, Transi et nos. Cum veneris ad sedes, dominationes principatus, potestates, audies, Transi et nos; et nos facti sumus: *Omnia per ipsum facta sunt* ».

[9] *nihil*] Ioh. 1, 3.

[10] *sumus*] Ioh. 10, 30.

[11] *est*] Ioh. 14, 28.

[16] *deo*] Phil. 2, 6.

[17] *rapina est usurpati*] Serm. 361, n. 16: « Quod enim non naturaliter inest, sed usurpatur illicite, rapina est ».

[20] *altissimo*] Esai. 14, 13. 14 omnino ut Aug. Enarr. in Ps. 1, n. 4.

[22] *Invidit enim stantem* etc.] De civit. dei 14, 11, 2: « cui utique stanti, quoniam ipse ceciderat, invidebat ».

[22] sq. *inde deiecit u. i. cecidit*] Serm. Guelferb. 11, 3: « unde cecidit, inde deiecit ».

[23] sq. *quia natus aequalis*] Serm. 361, n. 5: « hic autem, qui natus est aequalis » etc.

non fuit, numquam non erit; nec dicendum, Fuit, Est, et Erit, sed Est: quod ergo dicitur, Fuit, iam non est; quod autem dicitur, Erit, nondum est. Ideo ibi ipse, quando mandavit famulo suo Moysi, cum diceret illi Moyses, QUID VOCARIS? et dixit, QUID DICTURUS SUM FILIIS ISRAHEL? respondit: EGO SUM QUI SUM. DICES ITAQUE FILIIS ISRAHEL: QUI EST MISIT ME AD VOS. Ubi dicitur, Est, germanum est, sincerum est; mutari numquam et nusquam potest. Hoc deus, hoc Filius dei, hoc Spiritus sanctus. Itaque, fratres, hoc supra omnia, et ideo aequalis Filius Patri; unde apostolus: NON RAPINAM ARBITRATUS EST ESSE SE AEQUALEM DEO.

In deo non dicitur Fuit, aut Erit, sed Est.

3. Unde est, PATER MAIOR ME EST? SED SEMETIPSUM EXINANIVIT — videte, distinguite verba — FORMAM SERVI ACCIPIENS. Infigite hoc auribus, et discernite quomodo, formam servi cum diceret, ACCIPIENS dixit: de forma autem dei non dixit, accipiens, sed dixit: QUI CUM IN FORMA DEI ESSET, FORMAM SERVI ACCPIPIENS, IN SIMILITUDINEM HOMINUM FACTUS, ET HABITU INVENTUS UT HOMO, HUMILIAVIT SE, FACTUS OBOEDIENS USQUE AD MORTEM, MORTEM AUTEM CRUCIS, PROPTER QUOD ET DEUS EUM EXALTAVIT, ET DONAVIT ILLI NOMEN QUOD EST SUPER OMNE NOMEN. Secundum quod factus est, exaltatus est: secundum hoc exaltatus, secundum quod humilis; nam secundum quod aequalis Patri, non exaltatus, quia numquam humilis. Secundum quod mortuus resurrexit, DONAVIT ILLI NOMEN QUOD EST SUPER OMNE NOMEN. Ecce Christus veniens, et tamen ibi erat; resurrexit, et ascendit in caelum, et tamen inde non recesserat. Hominem putas? noli putare. Ecce homo: quo NEMO SURREXIT MAIOR IN NATIS MULIERUM. Audi illum de ipso homine: NON SUM DIGNUS SOLVERE CORRIGIAM CALCIAMENTI EIUS. Duos ergo homines intellege: sed unum hominem deum, alterum hominem bonum propter deum; unum hominem veritatem, alterum hominem ex veritate veracem.

Christus, homo deus; Iohannes, homo bonus propter deum.

2 ergo] *pro* enim? 3 ipse ibi *Caill; C quoque, sed mox correctus* suo] *C;* tuo *Caill* 4 et dixit] *Caill;* sed dixit *C* 5 dicis *C* 12 infigito *C* 16 habitus *C* 19 hoc] quod *male interser. C* 24 unde *C* 25 de se ipso *Caill* 28 propter deum] *C add.* homo deus, christus; homo bonus propter deum, iohannes, *quae mihi videtur glossa textui perperam inserta*

6 *ad vos*] Exod. 3, 13. 14.

6 sq. *germanum est, sincerum est*] Serm. 7, n. 7: « Esse verum, esse sincerum, esse germanum... »

13 sq. *accipiens dixit*] Serm. 361, n. 5: « Distinguit apostolus: cum formam dei diceret, *esset* dixit; cum formam servi nominaret, *accipiens* dixit ».

18 *nomen*] Phil. 2, 7-9.

25 *mulierum*] Mt. 11, 11.

II, 5.

Sermonem qui sequitur primus in lucem emisit Caillau anno 1842 in Supplem. II, Serm. 5, p. 6-7 (= *Caill*), ex cod. Casin. CIX, p. 396-398, saec. XI in. (= *C*), cuius correctiones textu priore plerumque deteriores nimis facile admisit. Edidit postea Ang. Mai in NPB. t. I, p. 314-316, serm. 134 (= *Mai*), ex cod. Vatic. 1267, fol. 241^{v}-242^{v} (= *V*). Utrumque librum ego denuo contuli. Insuper usus sum vetere lectionario ecclesiae SS. Petri et Pauli in Abiasca, nunc Biblioth. Ambros. H. 250 inf., fol. 146^{v}-148^{r}, saec. XI (= *A*). Alius lectionarii, quem in armario insignis basilicae s. Ambrosii veloci oculo percurri, conferendi copia defuit; ceterum non dubito, quin supra dicti codicis *A* probe similis sit. His igitur adiutus subsidiis textum in formam aliquanto meliorem redactum exhibeo. Sermonem, cui fidem haberi debere optimus quisque iudex agnoscet, cum sermone Maur. 73, in quo de eadem lectione evangelica disputatur, necnon cum Quaest. septemdecim in Matth. c. 11. (Migne 35, 1367-1371) conferre operae pretium erit.

EX EVANGELIO SEC. MATTH. DE HOMINE QUI SEMINAVIT BONUM SEMEN IN AGRO SUO.

Audivimus sanctum evangelium, et loquentem in evangelio dominum Christum; inde loquamur quod ipse donabit. Parabolam istam, fratres, laborarem fortasse exponere vobis; sed conpendium nobis fecit, quia ipse exposuit qui proposuit. Qui legit quidem evangelium, eo usque legit ubi dominus ait: COLLIGITE PRIMUM ZIZANIA, ET ALLIGATE FASCICULOS AD CONBURENDUM EA; TRITICUM AUTEM RECONDITE IN HORREO. Sed postea DISCIPULI EIUS, sicut scriptum est, ACCESSERUNT AD EUM, ET DIXERUNT EI: ENARRA NOBIS PARABOLAM ZIZANIORUM. Et qui est in sinu Patris, ipse narravit: QUI SEMINAT BONUM SEMEN, ait, FILIUS EST HOMINIS; de se ipso. AGER AUTEM EST MUNDUS: BONUM AUTEM SEMEN, HI SUNT FILII REGNI; ZIZANIA AUTEM, FILII MALIGNI. INIMICUS AUTEM QUI EA SEMINAT, DIABOLUS EST. MESSIS EST FINIS SAECULI; MESSORES AUTEM ANGELI SUNT. Cum ergo venerit filius hominis, MITTET ANGELOS SUOS,

1 sq. *inscriptionem, cui fides habeatur cum non exhiberent codices, supplevi* 4 sq. parabola ista fr. laboriosa esset f. ad exponendum nobis *Caill ex C perperam correcto* 5 laborarem] *VMai;* laborem *A* 8 in horrea *Caill contra codicis C fidem* 11 narravit] *VC Mai;* enarravit *A Caill*

6 *qui legit*] i. e. diaconus vel lector.

8 *in horreo*] Mt. 13, 30; hic quoque terminatur evangelium quod in Romana ecclesia dominica V post Epiph. legitur.

10 *zizaniorum*] Ibid. 36.

11 *narravit*] Cf. Ioh. 1, 18.

ET COLLIGENT DE REGNO EIUS OMNIA SCANDALA, ET MITTENT IN CAMINUM IGNIS ARDENTIS; IBI ERIT FLETUS ET STRIDOR DENTIUM. TUNC FULGEBUNT IUSTI SICUT SOL IN REGNO PATRIS SUI. Verba dixi domini Christi, quae non sunt lecta, sed sic sunt scripta. Exposuit ergo nobis dominus quod proposuit. Videte quid in agro eius eligamus esse: videte quales nos messis inveniat. Ager enim, qui est mundus, ecclesia est diffusa per mundum. Qui triticum est, perseveret usque in messem; qui sunt zizania, mutentur in triticum. Hoc enim interest inter homines, et veras spicas, et vera zizania, quia quae in agro erant, quae spica est, spica est; quae zizania sunt, zizania sunt. In agro autem domini id est ecclesia, aliquando, quod erat frumentum, vertitur in zizania; et aliquando, quae zizania erant, convertuntur in frumentum: et nemo scit quid cras futurum sit. Ideo operarii indignati patrifamilias, cum vellent ire zizania tollere, non sunt permissi: voluerunt enim ea tollere, non illis permissum est zizania separare. Fecerunt ad quod idonei erant, separationes angelis servaverunt. Et quidem illi nolebant servare angelis separationes zizaniorum; sed paterfamilias, qui noverat omnes, et mittendam esse separationem, iussit eis zizania tolerare, non separare: NON inquit — cum dixissent, VIS UT EAMUS ET COLLIGAMUS EA? — NON: NE FORTE, CUM VULTIS COLLIGERE ZIZANIA, ERADICETIS SIMUL ET FRUMENTUM. Ergo, domine, simul et zizania nobiscum erunt in horreo? IN TEMPORE MESSIS DICAM MESSORIBUS: COLLIGITE PRIMUM ZIZANIA, ET ALLIGATE FASCICULOS AD CONBURENDUM EA: tolerate in agro, quod non habebitis vobiscum in horreo.

Zizaniorum et frumenti separatio angelis servatur.

Tolerandum in agro, quod non erit in horreo.

2. Audite, carissima grana Christi: audite, carissimae spicae Christi: audite, carissima frumenta Christi: adtendite vos, redite ad conscientias vestras, interrogate fidem vestram, interrogate caritatem vestram, excitate conscientiam vestram; et si vos frumenta inveneritis, veniat

1 mittent] eos *add. VMai* 2 ardentis] *VCA Caill;* ardentem *Mai* ibi erit] *VMai;* ibi est *A;* ubi est *C Caill* 2sq. iusti fulg. *CA Caill* 4 sic] *AC Caill, om. VMai* 8 in trit.] et sint trit. *A* 9 quia quae] quia *om. C Caill;* quae *om. A, s. l. suppl. V* erant] sunt *C* (*corr. ex* erant) *Caill* 13 futurum] *V 1 m. AC Caill;* futurus *V corr. Mai* 14 ire] et *C Caill* 15 ad] *C Mai Caill, V corr. ex* autem; autem *A* 17 separationes] *A, ut versu super.* – onem *heic VMai, utroque loco C Caill* 18 dimittendam *Caill ex C correcto* tollerare *A* 19 non] *A Caill;* nam *Mai V ex* non *corr.* 21 horreo?] non, sed *interser. A* 23 in fasciculos *Mai; praepositionem om. AVC Caill* fasciculis *A* conburenda *A* 23sq. non *et* habebitis *om. A* 25sq. karissimi *ubique V Mai;* karissima *ubique A; Caill ut in textu* spica *A* 28 excitate] discutite *C in rasura, Caill* conscientiam vestram] *AC Caill; plur. num. VMai*

3 *sui*] Mt. 13, 37-43.
21 *frumentum*] Ibid. 29.
23 *ea*] Ibid. 30.

vobis in mentem, QUI PERSEVERAVERIT USQUE IN FINEM, HIC SALVUS ERIT. Quicunque autem discussa conscientia sua inter zizania se invenerit, non timeat mutari. Nondum iubetur secari, nondum est messis: noli esse hodie quod heri, vel cras noli esse quod hodie es. Quid tibi prodest quod dicis, quandoque quia mutaberis? Deus tibi mutato indulgentiam promisit, diem crastinum non promisit. Qualiscumque exieris de corpore, talis venies ad messem. Mortuus est nescio quis, zizania erat: numquid ibi triticum habet fieri? Hic in agro fit aut de zizaniis triticum, aut de tritico zizania: hic possunt; alibi autem, id est post istam vitam, tempus est percipiendi quod fecit, non quod non fecit faciendi. Quisquis autem quasi zizania fuerit, et ab agro domini Christi se ipsum separare voluerit, non erit triticum: nam permaneret utique triticum. Zizania quid timet triticum? SINITE UTRAQUE CRESCERE USQUE AD MESSEM, paterfamilias dicit: simul crescant; messores non errant, noverunt unde manipulos faciant, et in ignem mittant. De tritico autem non possunt manipuli fieri, et in ignem mitti. Manipuli separationes ostendunt: habet ibi manipulum suum Arrius, habet ibi manipulum suum Eunomius, habet ibi manipulum suum Photinus, habet ibi manipulum suum Donatus, habet ibi manipulum suum Manichaeus, habet ibi manipulum suum Priscillianus. Omnes isti manipuli in ignem mittentur. secura sint frumenta, pura in horreo laetabuntur.

Manipuli haereticorum.

3. Ubi autem inimicus ille non seminavit zizania? Quod genus, quem locum frumentorum invenit, et non zizania sparsit? Numquid seminavit inter laicos, et non seminavit inter clericos, aut inter episcopos? aut seminavit inter coniugatos, et non seminavit inter castos professos? aut seminavit inter coniugatas, et non seminavit inter sanctimoniales? aut seminavit in domibus laicorum, et non seminavit in congregationibus monachorum? Ubique sparsit, ubique seminavit. Quid non permixtum dimisit? Sed deo gratias, quoniam, qui dignabitur separare, nescit errare. Non enim latet caritatem vestram, quia in quacumque excelsa et exaltata messe zizania inveniuntur. Et in profes-

Inimicus ubique zizania seminavit.

1 usque] *om. A* 7 venies] *AC Caill;* venis *VMai* quis] qui *interser. Caill ex C correcto* 8 aut] *AC Caill;* ante *VMai* 9 aut de trit. ziz.] *AC Caill; om. V Mai* 10 non] *2° loco excidit in V* 11 quasi] hic *corr. Caill* fuerit] fugerit *A* 12 erit] ibi *add. ex C corr. Caill;* erat *A* 13 quid] numquid *A* 16 separationem *Caill contra fidem codicis* 17sq. arrius... eunomius] *AC Caill;* arrianus... eunominianus *V* 20sq. mittuntur *C Caill* 21 pura] *cum seqq. coniung. AVC, cum superioribus Mai Caill* 29 permixtum] *AC Caill;* mixtum *VMai* dimisit] *AVC Caill;* divisit *Mai* 30 nescit] *corr. ex* nesciat *V* 31 inveniuntur] *AC Caill;* invenitur *V Mai*

1 *erit*] Mt. 10, 22. 13sq. *messem*] Mt. 13, 30.

sione zizania inveniuntur. Et dicitis. In illo loco, et ibi inventi sunt mali, et in illa congregatione inventi sunt mali; sed ubique inventi sunt mali, sed non semper regnabunt cum bonis mali. Quid miraris, quia invenisti malos in loco sancto? Nescis quia primum peccatum in paradiso inoboedientia, et per ipsam cecidit angelus? numquid inquinavit caelum? Cecidit Adam: numquid inquinavit paradisum? Cecidit unus de filiis Noe: numquid inquinavit iusti domum? Cecidit Iudas: numquid inquinavit apostolorum chorum? Aliquando autem secundum humanum iudicium putantur aliqui frumenta, et zizania sunt; et putantur aliqui zizania, vere autem frumenta sunt. Propter ista latentia dicit apostolus: NOLITE ANTE TEMPUS QUICQUAM IUDICARE, DONEC VENIAT DOMINUS, ET INLUMINET ABSCONDITA TENEBRARUM, ET MANIFESTABIT COGITATIONES CORDIS; ET TUNC LAUS ERIT UNICUIQUE A DEO. Transit laus hominis: aliquando homo malum laudat, et nescit; aliquando homo sanctum accusat, et nescit. Deus ignoscat nescientibus, subveniat laborantibus!

Congregationem bonorum non inquinant mali.

II, 6.

Caillau II, Serm. 6, p. 8-9 (= *Caill*), ex quinque codicibus florentinis, quorum imagines photographicas conficiendas curavit P. Casamassa: Laurent. Plut. XVII, cod. 36, foll. 281^{r}-282^{r} (= *A*); Plut. XXX sin., cod. 2, fol. 159^{v}-160^{v} (= *B*); Aedil. 141, fol. 29^{r}-29^{v}, *al.* 165^{r}-165^{v} (= *C*); Aedil. 143, fol. 264^{v}-265^{v} (= *D*); Plut. XXXIII sin., cod. 4, fol. 186 sqq. (= *E*). Horum licet nullus ut vetus haberi possit, quin tamen sermo ipse genuinus sit nullus ambigendi locus est, uti ex adnotationibus infra luce clarius fiet. Habitum peregre, non Hippone, constat ex n. 6, neque in festo Decollationis s. Iohannis, quod serius institutum est, sed occasione accepta ex recitato capitulo evangelii Marc. 6, 17 sqq. Lege notam Maurinorum ad Sermonem 307: Migne 38, 1406. Proderit animadvertere, quod dicitur de adiurandi modo in Numidia usurpato, *Si vincas*, qui nullo alio antiquo monumento, quod noverim, testatus est.

4 paradiso] fuit *interser. Caill ex C correcto* 8 choros *Caill* 9 aliqui] *VMai;* aliqua *AC Caill utroque loco* 9sq. et put. a. z. v. a. frum. sunt] *AC Caill; om. V Mai* 12 cogitationes] consilia *A* 13 transit] *AC Caill;* transeat *VMai* 15sq. laborantibus] amen *add. V Mai,* qui viv. et reg. in s. s. amen *A, nihil vero C Caill*

8 *apostolorum chorum?*] Haec coniunctio verborum, quam Augustinus ex Cypriano, De mortal. n. 26, Niceta quoque Remesianae civitatis episcopus in hymno *Te deum laudamus* imitati sunt, in sermone *Et mentem inluminant,* quem ex cod. Monac. 17059 olim vulgavi (Morin 7, 3), pariter occurrit.

13 *a deo*] I Cor. 4, 5 uti legit Aug.

EX EVANGELIO · DE MARTYRIO IOHANNIS BAPTISTAE · ET DE PERSECUTIONE QUAE ETIAM TEMPORE PACIS SUSTINENDA EST CHRISTIANIS.

De praesenti capitulo, fratres dilectissimi, sancti evangelii, quod nos dominus docere voluit, certe ecclesia Christi non ambigit quod martyr sit Iohannes. Et ante passionem domini martyrium meruit: ante natus, ante passus; non tamen salutis auctor, sed iudicis praecursor. Praeibat enim ante dominum, sumens ipse obsequium humile, dans altitudinem caelesti magistro. Unde dicimus martyrem esse Iohannem? Numquid a persecutoribus Christianorum comprehensus, adductus, interrogatus, Christum confessus, et passus est? Hoc enim ceteri martyres post Christi passionem possunt dici. Iste ergo unde martyr? Quia decollatus est? Non enim facit martyrem poena, sed causa. Quia offendit potentem mulierem? Unde offendit? qua de re offendit? Dicendo verum regi, marito eius facto, quia non liceret ei habere uxorem fratris sui. Veritas odium meruit, et odium merendo ad passionem coronamque pervenit. Hi sunt fructus futuri saeculi. Saltat denique luxuria, et damnatur innocentia; sed ab hominibus damnatur, a deo omnipotente coronatur.

Iohannes unde martyr?

2. Nemo ergo dicat, Non possum esse martyr, quia persecutio non est Christianis. Audis quia Iohannes martyrium tulit; et, si verum consideres, pro Christo mortuus est. Quomodo, inquis, pro Christo, qui non est interrogatus de Christo, nec coactus negare Christum? Audi ipsum Christum dicentem: EGO SUM VIA, ET VERITAS, ET VITA. Si Christus est veritas, pro Christo patitur, quisquis pro veritate damnatur, et legitime coronatur. Nemo ergo se excuset: omnia tempora patent martyribus. Nec aliquis dicat, persecutionem non fieri Christia-

Quia pro veritate, quae Christus est, mortuus.

1-3 *inscriptionem supplevi ex contentis;* in decollatione sancti iohannis baptistae *ABC* 10 adductus] *ABCDE recte; cf. Thes. ling. lat. I, 594; in* abductus *perperam mut. Caill* 15 marito e. facto] *B Caill;* maritus e. factus *ACDE* 17 hii *ABCDE* 21 audis] *ACD;* audistis *E;* audi *B Caill* et] *ACDE*; at *B Caill* 22 inquis] *CDE Caill;* inquit *AB* 26 se] *om. A*

4 *evangelii*] Incertum cuius: ex sermone Aug. 307 videtur lectum esse Marc. 6, 17-28; similiter ex codicibus florentinis et ex l. 15 sq. infra.

12 *ergo unde martyr?*] Enarr. in Ps. 140, n. 26: « Pro lege quidem veritatis, pro aequitate, pro iustitia: ideo sanctus, ideo martyr; sed non tamen pro illo nomine, quo christiani sumus ».

13 *sed causa*] Cf. adnot. ad serm. Morin 14, 1 et al.

16 *sui*] Marc. 6, 18.

24 *vita*] Ioh. 14, 6.

nis. Sententia Pauli apostoli vacuari non potest, quia vera est; Christus per eum est locutus, non est mentitus. Ait enim: OMNES QUI PIE VOLUNT VIVERE IN CHRISTO IESU, PERSECUTIONEM PATIENTUR. Omnes, ait: neminem exclusit, neminem separavit. Si verum vis probare quod dixit, incipe pie vivere in Christo, et videbis verum esse quod dicit. Numquid, quia persecutio a terrenis regibus conquievit, ideo diabolus non saevit? Ille hostis antiquus semper contra nos vigilat: non dormiamus. Illecebras suggerit, insidias, cogitationes malas immittit; ut deteriori lapsu provocet, lucra ponit, damna minatur. Venitur ad articulum eius, et cum labore malum suggestionis respuitur, ut praesens mors libenter suscipiatur. Intellegite, fratres. Si quis te cogat, verbi gratia nobilis quidam, et habens in potestate sanguinem tuum, cogat te falsum dicere testimonium, et non tibi dicat, Nega Christum, quid putas, eligere falsum, an mori pro vero? Et tamen nihil tibi aliud dicit persecutor quam, Nega Christum. Si enim Christus est veritas, ut iam diximus, profecto Christum negat, qui veritatem negat. Omnis autem negat verum, qui mendacium loquitur. Ipse qui dicit falsum testimonium, unde? Quia timet, certe. Non est persecutio omnibus Christianis, quando pro veritate certantur? Modo singuli probantur, et in causa sua unusquisque temptatur.

Quolibet tempore persecutio est Christianis.

3. Quid tibi autem, minans caedem, sitiens sanguinem, inflatus potestate, elatus ut fumus, quid tibi facturus fuerat inimicus tuus, qui te ad periurium et falsum testimonium compellebat, quid erat facturus? Respondet infirmitas: Occideret me, inquit. — Non te occideret. — Prorsus ego scio, occideret. Si ita est, et ego respondebo: Tu, frater, occidis, qui falsum testimonium dicis. Occideret autem ille, sed corpus tuum: quid faceret animae tuae? Domus deiceretur, coronaretur habitator. Ecce quod tibi facturus fuerat inimicus tuus, si stetisses in veritate, et falsum testimonium non dixisses: occideret utique, sed corpus, non animam. Audi dominum tuum dantem sollicite securitatem: NOLITE, inquit, TIMERE EOS QUI OCCIDUNT CORPUS, ET POSTEA NON HABENT QUID FACIANT; SED EUM TIMETE, QUI HABET POTESTATEM, CORPUS ET ANIMAM OCCIDERE, ET IN GEHENNAM MITTERE. ITA, DICO VOBIS, HUNC

Se ipse occidit, qui falsum testimonium dicit.

1 vacuari] *conieci;* vacari *ACDE;* revocari *B Caill* 3 patiuntur *A* 8 ut te deteriori *BE Caill* 9 venis *A* 11 te cogit *A;* rogat *E* 14 eligere] *CDE;* eligeres *AB Caill* 19 certantur] *ACDE;* certatur *B Caill: cf. Thes. ling. lat. III, 899.* 24 respondit *ADE Caill* occidere me *B* inquis *ABD* 25 respondebo] *BCDE;* respondeo *A Caill* 25 sq. tu te frater *A;* tu fr. animam occidis *B Caill;* tu fratrem occ. *E; CD ut in textu* 28 quid *B* 32 faciunt *A*

3 *patientur*] II Tim. 3, 12.

11 sq. *Si quis te cogat* etc.] Cf. serm. Denis 17, 5.

TIMETE. Hunc timuit Iohannes: noluit tacere veritatem, et pertulit malorum hominum iniquitatem; meruit per impudicam mulierem regis odium, et pervenit ad martyrium.

4. Omnes enim, qui volunt in Christo pie vivere, tali persecutione concutiuntur. Nam persecutionem patiuntur pro lucro saeculi, aut pro timore damni: aut pro vita praesenti, aut pro comminatione mortis; quia hoc saeculum sine persecutione non est. Sed discernendum est, quis pro quo patiatur; et erunt martyres veri, si pro veritate, quod est Christus, certentur, et legitime coronantur. Nam qui pro hoc saeculo, quod in malo est, patitur persecutionem, supplicium temporale sustinere potest.

Martyres veri unde discernantur.

5. Ergo, fratres, quoniam hoc didicimus in lectione praesenti, pro veritate usque ad mortem dimicare, et falsum testimonium non dicere, non periurare, tenere iustitiam in periculis — nam non est magnum, tenere iustitiam in securitate aut in deliciis — semper existimemus vigilare adversum nos diabolum, temptatorem et persecutorem nostrum; et in nomine et in adiutorio domini dei nostri vigilemus ferventius contra illum, ne in aliquo nos per cupiditatem, qua solet temptare, superet: quia quem non vincit cupiditas et timor, quae sunt tela inimici, unde homines, qui in hoc saeculo spem habent, variis laqueis implicantur, ita ut non praevaleant obtinere veritatem? Duas denique ianuas habet diabolus, per quas pulsat ut intret: primo per cupiditatem, postea per timorem. Si ambas ianuas clausas apud fideles invenerit, transit. Et quae est, inquis, cupiditas, quid timor? Audi quae est: ut non cupias quod praeterit, et non timeas quod in tempore deficit et perit: et tunc demum nidum, ubi inimicus inhabitet, non inveniet; quia certamen nobis positum est usque in finem: non solum nobis, qui de superiori loco stamus vel sedemus et ad vos loquimur, sed in omnibus membris Christi certamen positum est.

Cupiditas et timor, duo tela inimici.

[8] pro quod *C;* pro quid *D;* pro qui *A* [9] certentur] *ACDE: cf. supra, p. 253, l. 19;* certetur *B Caill* coronantur] *CD;* coronentur *ABE Caill* [10] quod] qui *ACD* [12] quoniam] *ACDE; om. B Caill* [19] non] *om. A* [20] qui] *om. A* [24] inquit *C; E 2 m. s. l.* [27] non sol. nobis] quidem *inser. B Caill* [27 sq.] qui de] *AC;* qui *sine praeposit. BDE;* qui in *Caill contra codicum fidem*

[1] *timete*] Luc. 12, 4. 5.

[14] *non periurare*] Notatu dignum est, in altera ex contionibus Aug. in hoc evangelii capitulum (Maur. 308) de periurio unice disputari.

[17] *in adiutorio domini*] Serm. 207 incip. « In adiutorio misericordiae domini dei nostri »; cf. Frangip. serm. 1, 2: « donec in adiutorio domini explicem ».

[21 sq.] *duas d. ianuas habet diabolus*] Serm. 32, n. 11: « per has duas ianuas cupiditatis et timoris intrat » (diabolus).

[28] *de superiori loco*] exedra scil., ut dicit Aug. serm. Guelferb. 32, 9; cf. serm. Denis 17, 2: « Neque enim quia de superiore isto loco loquimur vobis... »

Modus adiurandi alius in Numidia, alius in Proconsulari, Byzacena et Tripoli.

6. Qua de re usque hodie in Numidia consuetudo est sic adiurare servos dei: Si vincas. Vides quia non sine causa pugnantis talis coniuratio dicitur. Nam et hic ubi loquimur, apud Carthaginem, et in omni provincia proconsulari et Bizacena, sed et Tripoli, iste est sermo consuetudinis adiurare se invicem servos dei: Per coronam tuam. Quam coronam nullus accipiet, nisi vicerit. Et ego vos adiuro per coronam vestram, ut contra diabolum toto corde pugnetis; et, si simul vicerimus, simul et coronamur. Ut quid nobis dicitis, Per coronam vestram, et male agitis, male vivitis? Bene vivite, bene agite, et foris et intus bonam conversationem habete, et corona nostra vos eritis. Plebem dei, quod estis vos, apostolus instruebat, cum dicit: GAUDIUM ET CORONA MEA, STATE IN DOMINO. Quod si prosperitas temporum arriserit, state in domino; quod si adversitas temporum fremuerit, stabiles estote in domino. Nolite ab illo cadere, qui semper stat, et stans pugnantem expectat, et adiuvat vos, ut stando et pugnando vinçatis, et demum ad illum coronandi veniatis.

II, 11.

Caillau II, Serm. 11, p. 14-16 (= *Caill*) ex cod. Casin. CIX, p. 130-138, saec. XI in., quem secundis curis excussi (= *C*); iterum atque ad codicem pressius in Florileg. tomi III *Bibliothecae Casin.*, p. 23-27 (= *β*). De duobus filiis prodigo et frugi habebamus hucusque ex libro 2. Quaestionum evangeliorum quaestionem 33. in Luc. (Migne 35, 1344-1348), sermonem vero nullum. Quam rimam explebit longiuscula ac profecto genuina contio haec; in qua praeter alias pulcherrimas sententias illud praecipue admirationem infert, quod de processu conversionis dicitur, et quantopere pertineat liturgiae christianae spectaculum ad eorum animos movendos et adtrahendos, qui adhuc extra domum patrisfamilias probi ac sinceri remanent Iudaei.

1 qua de re] *E;* pro qua re *B Caill;* pro qua de re *ACD* 2 si vincam *A* 4 bizancena *B;* bithacena *E* 8 coronamur] *ACD;* coronabimur *BE;* coronemur *maluit Caill* 11 gaudium] meum *add. A Caill* 13 adversitas] *coniectura emendavi ex* prosperitas; *E om.* arriserit s. i. d. quod si adversitas temporum, *unde explicatur error librariorum* fremuerit] *BCD;* infremuerit *A Caill*

1 *in Numidia*] Videtur igitur sermo haud Hippone, qui in Numidia situs erat, habitus esse.

3 *ubi loquimur*] An post haec verba submedia distinctio facienda sit, incertum, at mihi quidem probabile est: quod si ita sit, non in ipsa urbe Carthagine, sed quocumque alio loco, ut puta Uticae, Hippone Zarito, etc. s. Doctor ista loquebatur.

6 sq. *adiuro per coronam vestram*] Cf. Epist. 33, n. 5: « per coronam nostram nos adiurant vestri, per coronam vestram vos adiurant nostri ».

12 *domino*] Phil. 4, 1.

12 sq. *si prosperitas t. arriserit*] Enarr. in Ps. 41, n. 6: « si aliqua huius saeculi prosperitas arriserit ».

DE DUOBUS FILIIS EX EVANGELIO.

De hoc ipso evangelio sermo superiore dominico die inchoatus.

In rebus iam pertractatis immorari nos non oportet: sed, sicut in eis non oportet immorari, sic eas oportet commemorari. Meminit vestra prudentia, superiore dominico die de duobus filiis, qui et hodierno ex evangelio recitati sunt, disserendum nos suscepisse sermonem, qui non potuit ad finem usque perduci. Sed dominus deus noster post illam tribulationem voluit nos et hodie loqui vobiscum. Reddendum est debitum sermonis, semper tenendum est debitum dilectionis: aderit dominus, ut humilitas nostra sufficiat expectationi vestrae.

2. Homo habens duos filios, deus est habens duos populos: maior filius, populus est Iudaeorum; minor, populus gentium. Substantia a patre accepta, mens, intellectus, memoria, ingenium, et quicquid nobis deus ad se intellegendum et colendum dedit. Hoc patrimonio accepto filius minor IN LONGINQUAM REGIONEM PROFECTUS EST: in longinquam, scilicet usque ad oblivionem creatoris sui. DISSIPAVIT SUBSTANTIAM SUAM VIVENDO PRODIGE: erogans, et non adquirens: expendens quod habebat, et non accipiens quod non habebat: id est, omne ingenium suum consumens in luxuriis, in idolis, in omnibus cupiditatibus pravis, quas meretrices veritas appellavit.

Cupiditates pravae meretrices appellantur.

3. Nec mirum, quod istam luxuriam fames secuta est. ERAT AUTEM EGESTAS IN ILLA REGIONE: non egestas visibilis panis, sed egestas invisibilis veritatis. Ab egestate IRRUIT IN QUEMDAM PRINCIPEM REGIONIS ILLIUS. Intellegitur iste princeps daemoniorum diabolus, in qualem irruunt omnes curiosi: omnis enim curiositas illicita pestilens inopia est veritatis. Ille vero fame ingenii avulsus a deo, in servitutem redactus est, et in pascendis porcis sortitus est officium; id est, cuius servitute solent gaudere daemonia extrema et immunda: neque enim frustra et

Curiositas illicita, inopia est veritatis.

[1] *inscriptionem ipse supplevi* [2] nos *om.* β [14sq.] longinquum $C\beta$

[4] *vestra prudentia*] Serm. 1, n. 3: « Nullo modo autem vestram prudentiam movere debet »; de hac compellatione vide Forcellini-De Vit ad h. v. § 7.

superiore dominico die] Saepe ita contigit, ut Aug. id, quod dominico die tractandum susceperat, infra hebdomadam latius prosequeretur: cf. inter alia serm. Mai 126, 1.

[6sq.] *post illam tribulationem*] Quaenam illa fuerit, omnino nescimus.

[10] *duos populos*] Quaest. evangel. lib. 2, c. 33: « Homo habens duos filios, deus ad duos populos intellegitur »; quem locum ex integro cum hoc sermone conferre proderit.

[15] *oblivionem creatoris*] Aug. ibid: « Regio itaque longinqua, oblivio dei est ».

[16] *prodige*] Luc. 15, 13. Ita sane legebat Aug., unde scribit, ubi supra: « Itaque hanc vitam *prodigam* vocat ».

[21] *regione*] Ibid. 14.

[23] *illius*] Ibid. 15.

dominus in gregem porcorum permisit ire daemonia. Pascebatur autem hic de siliquis, de quibus ipse non satiabatur: doctrinas saeculares siliquas intellegimus, sonantes, non saginantes, dignas cibis porcorum, non hominum; id est, unde daemonia laetentur, non unde fideles iustificentur.

4. Tandem aliquando vidit ubi esset, quid perdidisset, quem offendisset, et in quem irruisset; ET REVERSUS EST AD SE: prius ad se, et sic ad patrem. Dixerat enim forte: COR MEUM DERELIQUIT ME; unde oportebat, ut prius ad se rediret, et sic se longe esse a patre cognosceret. Hoc quibusdam increpat scriptura, dicens: REDITE, PRAEVARICATORES, AD COR. Reversus ad se, invenit se miserum: TRIBULATIONEM, inquit, ET DOLOREM INVENI, ET NOMEN DOMINI INVOCAVI. QUANTI, inquit, MERCENNARII PATRIS MEI ABUNDANT PANIBUS! EGO AUTEM HIC FAME PEREO. Unde hoc ei veniret in mentem, nisi quia iam praedicabatur nomen dei? Et erat panis apud quosdam, non bene quidem tenentes, et aliud quaerentes, de quibus dicitur: AMEN DICO VOBIS, RECEPERUNT MERCEDEM SUAM. Tales enim mercennarii habendi sunt, non filii, quales apostolus designat, cum dicit: SIVE PER OCCASIONEM, SIVE PER VERITATEM CHRISTUS ANNUNTIETUR. Quosdam enim vult intellegi, qui sua quaerendo mercennarii sunt, Christum annuntiando pane abundant.

Qui sua quaerendo mercennarii sunt, Christum annuntiando pane abundant.

5. Surgit, et redit: iacendo enim et cadendo remanserat. Videt eum pater de longinquo, et occurrit illi; eius enim vox est in psalmo: TU COGNOVISTI COGITATIONES MEAS DE LONGINQUO. Quas cogitationes? Quibus apud se ipsum dixit: DICAM PATRI MEO: PECCAVI IN CAELUM ET CORAM TE, IAM NON SUM DIGNUS VOCARI FILIUS TUUS, FAC ME SICUT UNUM EX MERCENNARIIS TUIS. Non enim iam dicebat, sed dicere cogitabat; ille tamen iam tamquam dicentem audiebat. Aliquando enim positus quisque in aliqua tribulatione et temptatione cogitat orare; et in ipsa cogitatione quid sit deo dicturus in oratione meditatur,

2 hic] *om. Caill* 12sq. *post* mercennarii] in domo *suppl. β, sed perperam* 13 hic] *om. Caill* 20 panem abundant *C: cf. Thes. ling. lat. I, 235, 32* 27 iam *om. Caill*

2 *doctrinas saeculares*] Aug. loc. cit: « Siliquae, saeculares doctrinae, sterili vanitate resonantes... »

7 *ad se*] Luc. 15, 17.

8 *me*] Ps. 39, 13.

10sq. *ad cor*] Esai. 46, 8.

12 *invocavi*] Ps. 114, 3 sq.

13 *pereo*] Luc. 15, 17, omissis verbis *in domo*, ut saepe apud antiquos scriptores ecclesiasticos: vide Sabatier ad h. l.

14 *Unde hoc ei veniret in mentem...*] Aug. Quaest. in Luc.: « Unde hoc scire poterat... nisi quia ista recogitatio iam resipiscentis est, cum evangelium praedicaretur? » ubi reliqua item cum hoc loco mire consonant.

17 *suam*] Mt. 6, 5.

19 *annuntietur*] Phil. 1, 18.

23 *de longinquo*] Ps. 138, 3.

26 *tuis*] Luc. 15, 18. 19.

tamquam iure suo filius exigens misericordiam patris. Et dicit apud se: Dicam deo meo hoc et illud; non enim vereor, cum hoc dixero, cum ita flevero, non me exauditurus est deus meus. Haec dicentem plerumque iam exaudit; neque enim, quando ista cogitavit, abscondit cogitationem suam ab oculis dei. Ille ibi erat, cum disponeret orare, qui ibi futurus erat, cum inciperet orare; ideo dicitur in alio psalmo: DIXI, PROLOQUAR ADVERSUS ME DELICTUM MEUM DOMINO. Videte quemadmodum adhuc quid apud se dixerit, quid disposuerit; et statim subiecit: ET TU REMISITI IMPIETATEM CORDIS MEI. Quam proxima est dei misericordia confitenti! Non enim longe est deus a contritis corde; sic enim habes scriptum: PROPE EST DOMINUS EIS, QUI OBTRIVERUNT COR. Iam ergo iste obtriverat cor in regione egestatis: redierat enim ad cor, ut obtereret cor; reliquerat cor superbus, redierat ad cor iratus. Iratus est sibi puniturus, sed suum malum; promeriturus patris bonum redierat. Dixit iratus, secundum quod dicitur, IRASCIMINI, ET NOLITE PECCARE. Omnis enim paenitens irascitur sibi: nam, quia irascitur, punit se. Inde motus illi omnes in paenitente, quem vere paenitet, qui vere dolet: inde avulsio capillorum, inde circumcinctio cilicii, inde pectoris tunsio. Certe omnia haec indicia sunt hominis saevientis in se, et irascentis sibi. Quod facit forinsecus manus, hoc facit intrinsecus conscientia: in cogitationibus percutit se, caedit se, et, ut verius dicamus, occidit se. Offert enim occidendo se SACRIFICIUM DEO SPIRITUS CONTRIBULATUS: COR CONTRITUM ET HUMILIATUM DEUS NON SPERNIT. Proinde ille atterens cor suum, humilians, caedens, occidit cor suum.

Indicia hominis paenitentis saevientis in se.

6. Quamvis adhuc disponeret patri dicere, et diceret apud se ipsum, SURGAM, ET IBO, ET DICAM, cum cognosceret cogitationes eius de longinquo, occurrit illi pater. Quid est, occurrere, nisi misericordiam praerogare? CUM ADHUC, inquit, LONGE ESSET, OCCURRIT ILLI PATER MISERICORDIA MOTUS. Quare ille motus misericordia? Quia iam iste confectus miseria. INCUBUIT IN ILLUM OCCURRENS: id est, super collum eius posuit brachium suum. Brachium Patris, Filius est: dedit ut Christum portaret; quae sarcina non onerat, sed sublevat. IUGUM MEUM, inquit,

Patris in prodigum incumbentis pulchra interpretatio.

7 adversum *Caill* 15 dixit] *an pro* dixi? 19 pectoris] pectoria *Caill* 22 dicam *Caill*

7 *domino*] Ps. 31, 5. Lectionis *proloquar* nullum exemplum ap. Sabatier; confer autem serm. Denis 9, 4: p. 41, l. 28 supra.

11 *cor*] Ps. 33, 19.

16 *peccare*] Ps. 4, 5.

19 *tunsio*] Merito in margine codicis *C* lectori cuidam hic locus « notandus » visus est.

23 *non spernit*] Ps. 50, 19.

30 *occurrens*] Luc. 15, 20.

31 *Filius est*] Aug. in Luc.: « brachium domini... quod est utique dominus n. Iesus Christus ».

LEVE EST, ET SARCINA MEA LEVIS EST. Super erectum incumbebat; superincumbens rursus cadere non sinebat. Tam levis est sarcina Christi, ut non solum non premat, sed etiam allevet. Neque enim quemadmodum leves dicuntur sarcinae, quae minus onerosae sunt, habent tamen aliquod pondus suum; et aliud est portare sarcinam gravem, aliud est portare sarcinam levem, aliud est portare sarcinam nullam. Premi videtur, qui portat sarcinam gravem: minus premitur, qui portat sarcinam levem, sed tamen premitur; expeditissimis autem videtur humeris ambulare, qui nullam sarcinam portat. Non est talis sarcina Christi: expedit enim eam portare, ut subleveris; si illam deponas, magis premeris. Nec hoc vobis, fratres, tamquam impossibile videatur. Forte invenitur aliquod exemplum, unde etiam corporaliter quod dico videatis; et mirum est etiam, et omnino incredibile. Advertite hoc in avibus. Omnis avis portat pennas suas: attendite, et videte quemadmodum complicent alas suas, cum descendunt in terram, ut requiescant, et imponant eas quodam modo lateribus suis. Oneratas putas? detrahant onus, et cadent; quanto minus sarcinam illam avis portavit, tanto minus volavit. Ergo deponis eis sarcinam illam quasi misericors: si vis esse misericors, parce; aut, si iam demptae sunt pennae, nutri, ut crescat onus, et volet de terra. Tale quippe onus desiderabat ille, qui dicebat: QUIS DABIT MIHI PENNAS SICUT COLUMBAE, ET VOLABO, ET REQUIESCAM? Quod ergo incubuit pater super collum filii, sublevavit, non pressit; honoravit, non oneravit. Quomodo est enim homo idoneus ad portandum deum, nisi quia portat portatus deus?

Quomodo homo idoneus ad portandum deum, nisi quia portat portatus deus?

7. Iubet ergo pater proferri ei stolam primam, quam peccando Adam perdiderat. Iam accepto in pace, iam exosculato filio iubet proferri stolam, spem immortalitatis in baptismo. Iubet dari anulum, pignus Spiritus sancti, et calciamenta in pedes in praeparatione evangelii pacis, ut speciosi essent pedes annuntiantis bonum. Hoc ergo

1 leve] *an pro* lene, *uti plerumque legit Aug?* 8 expeditissimus *β* 17 detrahant] *recte ut puto Caill emendavit;* detrahunt *Cβ* 27 iam] *1° loco Caill;* in *Cβ manifesto librarii errore* exosculato] *conieci;* exculto *Cβ Caill* 28 annulum *Caill, β quoque hoc loco, at infra cum codice* anul.

1 *levis est*] Mt. 11, 30.

2-22 *Tam levis est sarcina Christi* etc.] Huic loco tam similis est sermo Mai 126, 12 quam ovo ovum.

22 *requiescam*] Ps. 54, 7.

24 sq. *portat portatus deus*] Grandis ac vere Augustino digna sententia.

27 *Adam perdiderat*] Aug. in hunc Lucae locum: « Stola prima est dignitas quam perdidit Adam ».

29 *pignus Spiritus sancti*] Ibid: « Anulus in manu, pignus Spiritus sancti ».

30 *bonum*] Cf. Eph. 6, 15 et Rom. 10, 15.

deus per servos suos facit, hoc est, per ministros ecclesiae. Numquid illi de suo dant stolam, de suo anulum vel calciamenta? Ministerium debent, officium impendunt: ille dat, de cuius recessu et de cuius thesauro ista proferuntur. Iussit occidi et vitulum saginatum, id est, ut admitteretur ad mensam, in qua Christus pascitur occisus: unicuique enim de longinquo venienti et ad ecclesiam concurrenti tunc occiditur, quando praedicatur occisus, cum ad corpus eius admittitur. Occiditur vitulus saginatus, quia qui perierat inventus est.

Ministri ecclesiae de dei thesauro dant sacramenta.

8. Et irascitur maior frater rediens de agro, et non vult intrare. Ille est populus Iudaeorum, cuius animus apparuit et in illis qui iam crediderant in Christum. Nam stomachati sunt Iudaei venire gentes de tanto compendio, nullis impositis oneribus legis, non dolore circumcisionis carnalis, in peccato accipere baptismum salutarem; epulari de vitulo saginato stomachati sunt. Equidem iam illi crediderant: et reddita est illis ratio, et conquieverunt. Cum autem et nunc forte aliquis Iudaeus, qui in mente habuit legem dei, et conversatus est ibi sine querela, qualem se ibi fuisse Saulus dixit, apud nos factus Paulus, eo maior quo minor, eo sublimatus quo minimus factus — Paulus enim minimus est; unde dicimus, Paulo post tibi loquor, Paulo ante. Videte quid est, paulo ante: modico ante. Quid est ergo Paulus? EGO ENIM SUM MINIMUS APOSTOLORUM, ipse dixit — ergo quicumque Iudaeus ibi talis est, ut sciat se et habeat in conscientia sua, qui ex ineunte aetate sua deum unum coluerit, deum Abraham et Isaac et Iacob, deum praedicatum per legem et prophetas, et observaverit praedicationes legis, incipit de ecclesia cogitare, videns in nomine Christi currere genus humanum: cum cogitat de ecclesia, appropinquat domui de agro. Sic enim scriptum est: CUM ADVENIRET MAIOR FRATER DE AGRO, ET APPROPINQUARET DOMUI. Quomodo enim minor filius cotidie crescit in paganis credentibus, sic maior filius, quamvis raro, redit tamen in

Iudaei quoque, quamvis raro, convertuntur, videntes in Christi nomine currere genus humanum.

3 impendunt] *Caill;* impendent *Cβ* 14 crediderant] *Cβ;* crediderunt *Caill* 18 eo maior] *scripsi;* et maior *Cβ Caill* 22 qui] *compendio C, forte pro* quod? 23 unum deum *Caill* coluerit] *Caill recte, ut videtur;* coluit *Cβ* 24 legem] *Caill;* leges *Cβ* 25 nomine] *Cβ Caill, fort. pro* nomen, *qui error alibi quoque in his sermonibus occurrit* 26 domui] *Cβ;* domi *Caill* 29 in... in] *in* ex... ex *perperam mut. Caill*

1 *per ministros ecclesiae*] Mai sermo 125, 2: « Ergo ministris ecclesiae suae, per quos manus imponitur paenitentibus » etc.

7 *occiditur, quando praedicatur occisus*] Quaest. in Luc.: « tunc enim cuique occiditur, cum credit occisum ».

19 *Paulo ante*] Cf. inter alia serm. Guelferb. 23, 5 et 24, 4.

21 *apostolorum*] I Cor. 15, 9.

28 *domui*] Luc. 15, 25.

Iudaeis. Cogitant ecclesiam, mirantur quid illud est; vident apud se legem, apud nos legem: apud se prophetas, apud nos prophetas: apud se iam nullum sacrificium, apud nos cotidianum sacrificium; vident se in agro patris fuisse, sed tamen de vitulo non manducare.

9. Auditur etiam de domo symphonia sonans, et chorus. Quid est symphonia? concordia vocum: qui discordant, dissonant; qui concordant, consonant. Ipsam symphoniam docebat apostolus, dicens: OBSECRO AUTEM VOS, FRATRES, UT IDIPSUM DICATIS OMNES, ET NON SINT IN VOBIS SCISMATA. Quem non delectet ista sancta symphonia, id est, consensus vocum non discrepans, non in aliquo absurdus et dissonus, qui boni intellectoris offendat auditum? Et chorus ad concordiam ipsam pertinet: in choro non delectat nisi vox una multorum temperata, habens ex omnibus unitatem, non dissonans in aliquam discordantem varietatem. Symphonia quid sit.

10. Haec ille cum audisset sonare de domo, IRATUS NOLEBAT INTRARE. Quomodo vere contigit, boni meriti apud suos Iudaeus ut dicat, tantum posse Christianos? Nos tenemus leges paternas; ad Abraham locutus est deus, de quo nos nati sumus. Moyses legem accepit, qui nos de terra Aegypti liberans per mare Rubrum duxit. Ecce isti tenentes scripturas nostras cantant psalmos nostros per totum mundum, et habent cotidianum sacrificium; nos autem et sacrificium perdidimus et templum. Interrogat et servum, quid hic agitur? Quemlibet servum interroget Iudaeus: aperiat prophetas, aperiat apostolum, quemlibet interroget; nec vetus testamentum nec novum tacuit de vocatione gentium. Servum interrogatum intellegamus librum scrutatum; invenies ibi dicentem tibi scripturam: FRATER TUUS REDIIT, ET PATER TUUS OCCIDIT ILLI VITULUM SAGINATUM, QUIA SALVUM ILLUM RECEPIT. Dicat hoc servus: quem recepit salvum pater? Eum qui mortuus erat et revixit, eum recepit salvandum. Et debebatur interfectio vituli saginati ei qui longe abierat: longe enim abeundo a deo impius erat. Respondit servus, apostolus Paulus: ETENIM CHRISTUS PRO IMPIIS MORTUUS EST. Stomachante se non intrat iratus, sed alloquente patre intravit: introire noluit ad servi responsum. Et vere, fratres mei, fit hoc: convincimus plerumque Iudaeos de scripturis dei, sed servus adhuc loquitur, filius irascitur; sic, ut vincantur, nolunt intrare. Quid est hoc? Symphoniae Iudaeis non sufficit, ut per ministros ecclesiae de scripturis convincantur.

[9] scismata] *ita Cβ* [10] absurdus] *Cβ;* obsurdus *absurde Caill* [16] vere] *Cβ;* vero *Caill* [22] agitur?] *Cβ;* agatur *Caill* [32] stomachantem *Cβ* [33] et vere] *Cβ;* at vere *Caill* [35] sic, ut] *conieci;* sicut *Cβ; in* licet *mut. Caill: cf. p. 262, l. 9-11*

[9] *scismata*] I Cor. 1, 10.
[16] *intrare*] Luc. 15, 28.
[27] *recepit*] Ibid. 27.
[31] *mortuus est*] Rom. 5, 6.

Celebritate domus dei magis moventur.

voces te moverunt, chorus te movit, celebritas et festivitas domus, epulatio occisi vituli saginati, haec te moverunt. Nemo te excludit. Cui dicis? Quamdiu servus alloquitur, ille irascitur, non vult intrare.

11. Redi ad dominum dicentem, NEMO VENIT AD ME, NISI QUEM PATER ATTRAXERIT. Pater ergo egreditur, et rogat filium: hoc est trahere; maiorem vim adhibet rogando superior, quam iubendo. Hoc est autem quod fit, carissimi, cum audierint tales homines occupati circa scripturas, et habentes qualemcumque conscientiam in bonis operibus, ut possint dicere patri suo, PATER, MANDATUM TUUM NON PRAETERIVI. Tunc ergo cum vincitur de scripturis, et non inveniunt quid respondeant, irascuntur, resistunt, velut vincere volentes. Postea relinquis illum cum cogitatione sua, et incipit interius loqui deus: hoc est egredi patrem, et loqui ad filium, Intra et epulare.

Maiorem vim adhibet rogando superior, quam iubendo.

12. Et ille contra: ECCE TOT ANNIS SERVIO TIBI, ET NUMQUAM MANDATUM TUUM PRAETERIVI; ET NUMQUAM DEDISTI MIHI HAEDUM, QUEM CUM AMICIS MEIS MANDUCAREM. ECCE HIC FILIUS TUUS ADVENIT, QUI CONSUMPSIT PATRIMONIUM SUUM CUM MERETRICIBUS, ET OCCIDISTI ILLI VITULUM SAGINATUM. Cogitationes sunt interiores, ubi iam occultis modis loquitur pater; agit enim, et respondet intra se ipsum, iam non servo responsum reddente, sed patre quodam modo rogante, leniter admonente: Quid est hoc? Nos tenemus scripturas dei, et non recessimus ab uno deo; non expandimus manus nostras ad deum alienum: unum illum novimus, ipsum semper coluimus, qui fecit caelum et terram; et non accepimus haedum. Ubi invenimus haedum? inter peccatores. Quare iste filius maior sibi conqueritur haedum datum non esse? Peccare quaerebat, de quo epularetur; plane inde stomachabatur. Hoc est quod iam dolent Iudaei, hoc est, quod resipiscunt, et intellegunt ideo sibi non datum Christum, quia putarunt haedum. Agnoscunt enim vocem suam in evangelio, in illis Iudaeis superioribus dicentibus: SCIMUS QUONIAM ISTE PECCATOR EST. Ille vitulus erat, sed, cum haedum putas, sine ista epula remansisti. NUNQUAM DEDISTI MIHI HAEDUM: quia non habebat pater haedum, quem sciebat vitulum. Foris es: quia non accepisti haedum, intra iam ad vitulum.

Cogitationes interiores Iudaeorum, ubi iam occultis modis loquitur Pater.

[2] epulatio] *Cβ;* aemulatio *Caill* [6] maiorem] *ex coniectura;* maior *Cβ Caill* [10] cum vincitur] *conieci;* convincitur *Cβ;* convincuntur *maluit Caill* [11] relinquis] *C;* relinquens *β;* relinquit *Caill* [16] tuus] suus *Caill* [19] agit] *an pro* ait? [31] cum] *Cβ;* eum *Caill*

[5] *attraxerit*] Ioh. 6, 44.

[6] *quam iubendo*] Agnosce usu doctum et spectatae prudentiae virum.

[18] *saginatum*] Luc. 15, 29. 30.

[22] *alienum*] Ps. 43, 21.

[30] *est*] Ioh. 9, 24.

13. Quid enim pater respondet? FILI, TU MECUM ES SEMPER. Attestatus est pater, in propinquo fuisse Iudaeos, qui semper unum coluerunt deum. Habemus testimonium apostoli dicentis quod essent prope, gentes autem longe. Gentibus autem loquens ait: VENIENS scilicet Christus EVANGELIZAVIT PACEM VOBIS, QUI ERATIS LONGE, ET PACEM HIS QUI PROPE. Longe, tanquam minori filio: ostendens Iudaeos, quia longe non abierunt porcos pascere, unum deum non deseruerunt, idola non adoraverunt, daemoniis non servierunt. Non de omnibus loquor: ne vobis occurrant perditi et seditiosi Iudaei; illi occurrant, a quibus isti reprehenduntur, graves, servantes mandata legis, nondum intrantes ad vitulum saginatum, sed iam valentes dicere, MANDATUM TUUM NON PRAETERII; qui, quando intrare coeperit, dicat ei pater, TU MECUM ES SEMPER. Mecum quidem es, quia non longe profectus es, sed tamen male adhuc extra domum es: praeter epulas nostras nolo te esse. Noli invidere fratri minori, TU MECUM ES SEMPER. Non quidem attestatus est deus ad illud quod minus forte caute atque iactanter dictum erat, NUMQUAM MANDATUM TUUM PRAETERIVI; sed ait, MECUM ES SEMPER; non ait, Numquam mandatum meum praeteristi. Hoc est verum, quod deus dixit, non unde se forte temere ille iactavit, quamvis in quibusdam forte transgressor, tamen non recedens ab uno deo; ut verum dicat et pater, TU MECUM ES SEMPER, et OMNIA MEA TUA SUNT. Numquid, quia tua sunt, fratris non sunt? Quomodo tua sunt? Communiter habenti, non separate iurganti. OMNIA, inquit, MEA TUA SUNT. Quae dicit ipsius esse, tamquam in possessionem dedit. Numquid caelum et terram subdidit, aut sublimitates angelorum? Non oportet sic intellegi: neque enim vere subdendi nobis erunt angeli, ad quorum aequalitatem nos perventuros dominus in magna mercede promittit: ERUNT, inquit, AEQUALES ANGELIS DEI. Sed sunt alii angeli, de quibus iudicabunt sancti: NESCITIS, ait apostolus, QUIA ANGELOS IUDICABIMUS? Sunt enim angeli semper sancti, sunt angeli praevaricatores; aequabimur bonis angelis, iudicabimus malos angelos. Quomodo ergo omnia mea tua sunt? Vere omnia dei nostra, non tamen omnia subdita; aliter enim dicis Servus meus, aliter Frater meus. Quicquid dicis meum, verum dicis, cum vero loqueris, tuum est: sed numquid eo iure frater,

Distinguendi Iudaei graves, servantes legem, a perditis et seditiosis Iudaeis.

Qualiter fideles Iudaei cum Patre semper.

Omnia dei nostra sunt, non tamen omnia subdita.

1 respondet] *Cβ;* respondit *Caill* 5 his] *praeterm. Caill* 12 praeterii] *heic Cβ;* praeterivi *Caill* 16 ad illum ad illud *Cβ Caill* caute] *Caill;* incaute *Cβ* 28 alii] *om. Caill* 34 vero] *Cβ;* vere *Caill*

1 *semper*] Luc. 15, 31.
6 *prope*] Eph. 2, 17.
28 *dei*] Mt. 22, 30.
29sq. *iudicabimus?*] I Cor. 6, 3.

quo servus? Aliter dicis, domus mea, aliter dicis, coniux mea; aliter dicis, filii mei, aliter dicis, pater, mater mea: absque me, audio, tua sunt omnia. Deus meus, dicis: sed tamen, deus meus, numquid sicut servus meus? Immo deus meus, sicut dominus meus. Ergo habemus superiorem, dominum nostrum, quo fruamur; habemus inferiora cetera, quibus dominemur. Omnia nostra ergo, si nos ipsius.

Omnia nostra, si nos dei.

14. OMNIA, inquit, MEA TUA SUNT. Si pacificus fueris, si placeris, si de reditu fratris gaudeas, si epulae nostrae non te contristent, si non remaneas praeter domum, quamvis iam ab agro veneris, omnia mea tua sunt. EPULARI AUTEM nos OPORTET ET GAUDERE, quia CHRISTUS pro IMPIIS MORTUUS EST, et resurrexit. Hoc est enim quod dictum est, QUIA FRATER TUUS MORTUUS ERAT, ET REVIXIT; PERIERAT, ET INVENTUS EST.

II, 19.

Caillau II, Serm. 19, p. 29-31 (= *Caill*): ex cod. Casin. XI, p. 196-201, saec. XI, quem denuo contuli (= *C*); iterum in Florilegio tomi I *Bibliothecae Casin.*, p. 127-130, ex eodem codice (= *β*). Insolens quidem species sermonis huius, et quae summa me affecit difficultate: nam, praeter quam unus tantum liber suppetit, isque multis locis corruptus, manifestum est, textum a Caillau editum iam a numero 9 longe abesse ab ingenio dicendique genere Augustini. Nec mirum, nam pars posterior a verbis *Ubi se tunc mundi* usque *in illorum dolore et paena gaudebimus* n. 10 med. tota excerpta est ex « Epistola sancti Severi ad Claudiam sororem de ultimo iudicio » CSEL. I, p. 220, l. 27 — p. 223, l. 31. Octo vero ultimi versus ab homiliarii compositore additi sunt, ut tempore Adventus in ecclesia sermo legeretur. Quid enim, quia nescio cui amanuensi visum est rudes huiusmodi pannos parti priori, quae ex toto genuinam se prodit, adsuere, num propterea respuendus erit sermo alias magni momenti, atque Augustino omnino non indignus? Idem quippe hic accidit, ac si tabulae pictoris clarissimi misellum opus humilis coloratoris ineptus quilibet operarius clavis conectere praesumat: num ideo artis miraculo pretium detrahetur? Plus in re non immoror: sentient quod ego acerrimi quique aestimatores, hancque magni Hipponiensis oratoriam supellectilem ab interitu ereptam congratulabuntur.

[2] audio] *Cβ;* audis *Caill* [7] mea, inquit *Caill*

[6] *quibus dominemur*] Quaest. 33 in Luc.: « nostra erunt ad vivendum superiora, nostra erunt ad convivendum aequalia, nostra erunt ad dominandum inferiora ».

[12]sq. *inventus est*] Luc. 15, 32.

DE VERBO DEI DUCE PEREGRINATIONIS CHRISTIANORUM · ET QUOD NECESSE SIT UT ASPERA SINT TEMPORA · NE AMETUR TERRENA FELICITAS.

Fratres, christiani sumus, et omnes iter agere volumus, et si nolumus, iter agimus. Manere hic nemo permittitur: omnes venientes in hanc vitam volubilitas temporum transire compellit. Nulli sit pigritiae locus: ambula, ne traharis. Occurrit nobis iter agentibus in bivio homo quidam: non homo, sed deus propter homines homo; et dixit nobis, Ad sinistram ire nolite: facilis quidem videtur et lenis et deliciosus iste transitus, tritus a multis, et latus; sed finis huius viae interitum habet. Sed est alia via, quae habet plurimos labores, difficultates, angustias, duritias; ubi non solum deliciae non inveniuntur, sed vix humanitas conpetens exhibetur; per quam difficile ambulaturi estis, sed difficultate cito finita ad magnam gaudiorum altitudinem venietis, ut evadatis illas insidias quas nemo evadet.

Velimus, nolimus, omnes iter agimus.

Duae viae.

2. Recolamus praeterita tempora et scripturas sacras. Nonne ipse homo est Verbum dei? nonne ipsum Verbum postea CARO FACTUM EST, ET HABITAVIT IN NOBIS? Ante quam caro fieret, et habitaret in nobis, nonne ipsum Verbum locutum est per prophetas? Locutus est utique deus Verbo suo ad Abraham, quod genus eius peregrinum futurum esset, cum ipse cui dicebatur erat senex, et Sara anus et sterilis: creditum est, et factum est. Quod ipsum genus, id est, populus inde nascens secundum carnem, quod serviturus esset in Aegypto per annos quadringentos: factum est. Quod esset ab illa captivitate liberandus: liberatus est. Quod esset accepturus promissionis terram: accepit. Et longe futura et propinqua dicta sunt, et peracta, et nunc aguntur. Locutus est sermo domini per prophetas, peccare illam gentem, tradendam in manus hostium suorum, quod offenderent deum suum: facta sunt omnia. Venturam in captivitatem babyloniam; et hoc factum est. Venturum

Verbum dei in nullo nos huc usque fefellit.

1-3 *titulum congruentem ipse composui;* de adventu domini *C* 11 alia] *2 m. s. l. ex* illa *corr. C* 15 evadet] *in* evadit *mut. Caill* 19 verbum] *in marg. post. suppl. C* 27 peccare] *in* peccaturam *mut. Caill* 28 offenderint *Caill* 29 babylonicam *male emend. Caill*

5 *iter agimus*] Cf. serm. Mai 12, qui inscribitur *De peregrinatione huius vitae*, et tractatum in Possidii Indiculo c. 8 notatum *De peregrinatione christianorum, quae in hac vita est.*

13 *humanitas c. exhibetur*] Subit in mentem locus Regulae Monachorum, c. 53: « omnis ei exhibeatur humanitas ».

inde regem Christum: venit Christus, natus est Christus, quia ipse Sermo se ipsum pronuntiabat esse venturum. Dictum est quod ipsum crucifixuri essent Iudaei: crucifixerunt. Praedictum est quod resurrecturus et glorificandus esset: factum est, resurrexit, ascendit in caelum. Praedictum est quod in nomine eius omnis terra creditura esset; praedictum est quod reges persecuturi essent ecclesiam eius: facta sunt haec. Praedictum est quod reges credituri essent in eum: tenemus iam fidem regum, et de fide Christi dubitamus? Praedictae sunt haeresum circumcisiones: numquid et ipsas non videmus, et inter eas undique circumstrepentes ingemiscimus? Praedictum est ipsa idola per ecclesiam nomenque Christi esse delenda: et hoc videmus impleri. Praedicta sunt scandala in ipsa ecclesia, praedicta et zizania, praedicta et palea: haec omnia et oculis intuemur, et quantacumque possumus fortitudine impertita a domino toleramus. In quo te fefellit iste, qui tibi dixit, Hac perge? Dic tu securus, si fidelis es, experimenta tanta capiens huius qui tibi loquitur: In his rebus eum probo, quia sic re probari dignatus est; si omnino verum mihi dicit, non me fallit; haec omnia quae dicit, omnia eius vera tenes, in nullo mentitus est; talem eum novi. Sermo dei est; per ora servorum suorum locutus est, et non fefellit: per os suum quod dicit, fallere poterit? Ille autem cui adhuc nondum notus est, qui de Christo dubitat, dicat et ipse: Hac pergam, ne forte verum dicat, cui iam totus mundus credidit.

Neque nunc nos fallit, quando viam indicat.

3. Fratres mei, multi non credentes, neque vocem sanctorum patrum audientes, sic habent inveniri, quomodo multitudo illa inventa est in die Noae: non evaserunt nisi qui in arca fuerunt. Nam si cogitarent et immutassent vias suas ab impietate, et ad dominum nostrum converterentur, satisfacerent ei pro delictis suis, et ingemiscentes ad eius misericordiam sine dubio non perirent. Neque enim deus in Ninivem inmisericors fuit, quae in triduo meruit salvari. Quid tam breve quam triduum? Nec tamen illi in tanta angustia temporis de dei misericordia desperaverunt ad flectendam eius clementiam. Si ergo triduum spatium habuit tam magna civitas flectere ad misericordiam deum, quantum esse potuit spatium per centum annos, et ducentos,

Opponitur exemplum Ninivitarum incredulitati coaetanorum Noe.

[2] pronuntiabat] *C Caill;* pronuntiabit *β* [9sq.] circumstrepentes] *corr. Caill recte, ut videtur, ex* circumstrepentem [13] intuemus *C* [14] tibi] ista *2 m. s. interser. C, sed perperam* [15] dic tu] *C;* dicto *Caill* [16sq.] re probari] *C;* se probare *Caill* [26] noae] *ita C* [27] immutarent *Caill* [32sq.] tridui *Caill* [34] centum] *corr. ex* centos *C*

et trecentos, in quibus fabricabatur arca? Ex quo coepit Christus ligna inputribilia de silva gentium caedere, id est ecclesiae, si homines illi vias suas moresque mutassent, si ad propitiandum deo sacrificium contribulati cordis offerrent, sine ulla dubitatione inlaesi evaderent. Timeant ergo homines, ne sic inveniantur in illo die novissimo. Sed nos, fratres, ita agamus, ut mutemus vias nostras ab impietate, et emendemus mores, dum tempus habemus, ut dies ille paratos nos inveniat; quia numquam mentitur, qui illum dicit venturum esse. Cave ne dubites, quia verum est. Nam in diebus Noae sic erat: MANDUCABANT, BIBEBANT, NUBEBANT, UXORES DUCEBANT, EMEBANT, VENDEBANT, DONEC INTRAVIT IN ARCAM NOE, VENIT DILUVIUM, ET PERDIDIT OMNES qui spem suam in hoc saeculo ponebant, et securi vivere cupiebant, sed non in regione securitatis, et non evaserunt nisi qui in arca fuerunt.

4. Sed dicunt sibi multi: Iubemur expectare illum diem, nec inveniri tales, quales inventi sunt extra arcam, qui in illo diluvio perierunt. Certe exterret nos tuba evangelii, verbum dei exterret nos: quid faciemus nos? Ergo non erit ducenda uxor? Dicit hoc iuvenis, dicit adulescens. Non erit manducandum, non erit bibendum? semper erit ieiunandum? Multi ista dicunt; et qui volebant forte aliquid emere, dicent sibi, Iam non est emendum aliquid, ne inveniamur in illorum numero, qui in diluvio perierunt? Quid ergo faciemus, fratres? Si ita est, ergo flendum est, quomodo contristati sunt apostoli supra humano genere, cum audissent dominum dicentem: SI VIS ESSE PERFECTUS, VENDE OMNIA TUA, ET DA PAUPERIBUS; ET HABEBIS THESAURUM IN CAELO, ET VENI, SEQUERE ME. Ille, cui dictum est, contristatus est, abscessit; et cum magistrum bonum appellaret, a quo quaerebat consilium vitae aeternae, tamdiu visus est magister bonus, dum haec diceret iuste, quod interrogatus est. Dixit dominus, et contristatus est dives. Discedente autem illo triste dominus ait: QUAM DIFFICILE INTRAT DIVES IN REGNUM CAELORUM! quasi clausum sit contra divites regnum caelorum.

Quid faciendum, ne in die iudicii pereamus.

13 securitatis] *conieci;* securitas *C* 16 exterrit... exterrit *C* 18 adulescens] *C, post. corr.* adol. 25 *erat primum* constritati sunt *C, an ex l. 22 repetitum?* 27 iuste] *C; mut in* et iuxta *Caill* 29 tristi *Caill*

1 sq. *Ex quo coepit Christus ligna inputribilia*] Serm. 361, n. 21: « Si ergo digne perierunt qui Noe aedificante arcam dissimulaverunt, quid digni sunt qui Christo aedificante ecclesiam a salute dissimulant?... cotidie ligna inputribilia, fideles homines renuntiantes huic saeculo, intrant in arcae compaginem » etc; ubi similiter triduum Ninivitarum in exemplum adducitur.

11 *omnes*] Luc. 17, 27.

16 *tuba evangelii*] Cf. serm. Morin 15, init.: « Evangelica tuba exhortans martyres... » et quae ibi notantur.

25 *sequere me*] Mt. 19, 21.

27 *tamdiu visus est magister bonus*] Serm. 86, n. 2: « Magister ille bonus, ante quam doceat; cum docuerit, malus? »

30 *caelorum!*] Mt. 19, 23.

Quid fiet? clausum est. Sed ait: PULSATE ET APERIETUR VOBIS. Atque utinam tam pauci irent in ignem, quam pauci sunt divites! Nunc vero et de numero divitum multi ituri sunt in regna caelorum, et de numero pauperum multi ituri sunt in ignem aeternum, non qui sit dives facultate, sed qui ardeat cupiditate.

5. Contristati sunt autem discipuli. Dominus ait: QUOD HOMINIBUS DIFFICILE EST, DEO FACILE EST. Difficultate commoti estis, quod nominavit camelum: si vult, illa inmanis bestia, quae camelus dicitur, intrat hic per foramen acus. Quid est hoc? videamus si apparet. Neque enim sine causa et Iohannes baptista, praecursor ipsius domini, vestem habebat de pilis cameli, qui venturo post se illo iudice, cui praebebat testimonium, quasi chlamydem de illo habebat. Agnoscamus camelo nominato figuram domini nostri Iesu Christi: agnoscamus magnum, et tamen humili cervice, quod nemo potest persuasionibus onerare, nisi in terra semetipsum deponeret. Sic et Christus humiliavit se ipsum usque ad mortem, UT DESTRUERET EUM QUI HABEBAT MORTIS IMPERIUM, ID EST DIABOLUM. Ergo et foramen acus videamus, per quod ille tam magnus ingressus est: in acus enim punctione quam sponte passionis sustinuit, in foramine vero angustias. Iam ergo camelus intravit per foramen acus: non desperent divites, securi intrant regnum caelorum.

Camelus, figura Christi.

6. Sed agnoscamus quales divites. Ecce nescio quis de transverso pannis obsitus exultavit ac risit, quando dictum est divitem non intrare in regnum caelorum; et dixit, Ego intrabo, hoc mihi isti panni praestabunt; non introibunt illi qui nobis iniurias faciunt, qui nos premunt: plane tales non intrabunt. Sed, pauper, vide utrum intres. Quid, si pauper es, et cupidus sis? quid, si premeris inopia, et ardes avaritia? Si ergo talis es, quisquis es pauper, non quia noluisti dives, sed quia non potuisti. Non ergo deus inspicit tuam facultatem, sed voluntatem attendit. Talis ergo si es malae vitae, malis moribus, blasphemus, adulter, ebriosus, superbus, recede a numero pauperum dei; non eris intra illos, de quibus dictum est, BEATI PAUPERES SPIRITU, QUONIAM IPSORUM EST REGNUM CAELORUM. Ecce talem invenio divitem — ex

Qui divites intrabunt regnum caelorum, qui pauperes excludentur.

12 clamidem *C* 14 persuasionibus] *C hoc loco corruptus, sed remedium non invenio;* per suas manus *emendat Caill* honerari *C* 15 in terram *corr. Caill* deponat *Caill* se ipsum] *C;* semetipsum *Caill* 18 quas s. passiones *corr. Caill* 20 intrant] *s. l. suppl. C;* intrent *Caill*

1 *vobis*] Mt. 7, 7.
7 *facile est*] Mt. 19, 26; ita fere Aug. epist. 157, n. 29.
17 *diabolum*] Hebr. 2, 14.
33 *caelorum*] Mt. 5, 3.

cuius te comparatione iactasti, et ad regna caelorum ausus es aspicere — invenio pauperem spiritu, id est, humilem, pium, innocentem, non blasphemantem, voluntatem dei sequentem; et si aliquod forte de rebus saeculi huius in damnis amiserit, statim dicit: DOMINUS DEDIT, DOMINUS ABSTULIT: SICUT DOMINO PLACUIT, ITA FACTUM EST: SIT NOMEN DOMINI BENEDICTUM IN SAECULA. Ecce divitem mitem, humilem, non resistentem, non murmurantem, voluntatem dei sequentem, et de illa vivorum terra gaudentem: BEATI enim MITES, QUIA IPSI PRO HEREDITATE POSSIDEBUNT TERRAM. Tu autem forte pauper es, et superbus. Laudo divitem humilem: non laudo pauperem humilem? Pauper non habet unde infletur, dives autem habet cum quo luctetur. Iste magis, iste dives intrabit, et contra te claudetur regnum caelorum; quia claudetur contra impium, contra superbum, contra blasphemum, contra adulterum, contra ebriosum, claudetur contra avarum. Fidum tenuit debitorem, qui credidit in promissorem. Dives autem humilis, humanus, fidelis, haec respondit, dicens: Scit deus non me superbe sapere; et si forte clamo, et aliquid durum dico, novit deus conscientiam meam, quia regendi necessitate ista dico: numquam me pro hoc feram super alios. Intus videt deus opera quae sequuntur. Divites enim qui sunt in operibus bonis, facile tribuunt, communicant non habenti. Ibi enim apparet humilitas, si dives es et humilis. Bonum et pium te esse pronuntias: quod habes, commune sit tibi et ei qui non habet; ut thesaurizes tibi fundamentum bonum in futurum, ut obtineas veram et beatam vitam. Tales si sint, securi sint: quando venerit dies ille ultimus, in arca inveniuntur, in fabrica erunt, ad diluvium non pertinebunt; non expavescant, quod divites sunt. Et si iuvenis est, et continere se non potest, permittitur ei ut ducat uxorem. Sed, quia TEMPUS BREVE EST, UT QUI HABENT UXORES SINT TAMQUAM NON HABENTES, ET QUI EMUNT TAMQUAM NON EMENTES, ET QUI FLENT TAMQUAM NON FLENTES, ET QUI GAUDENT TAMQUAM NON GAUDENTES, ET QUI UTUNTUR HOC MUNDO SINT TAMQUAM NON UTENTES: PRAETERIT ENIM FIGURA HUIUS MUNDI.

Dives plus meriti habet, quia plus cum quo luctetur.

[2] spiritum *C* [15] promisorem *C* [17] conscientiam] *conieci;* scientiam *C Caill* [22] et ei] *suppl. in marg. C* [25] inveniantur *corr. Caill* [26] sunt] *corr. ex* sint *C* [28] ut qui] *C, fort. pro* et qui? *Aug. praemittere solet* reliquum est; *Caill om.* ut [31] utentes] *C;* utantur *Caill*

[6] *in saecula*] Hiob 1, 21, ut nonnulli codd. antiqui et Hilarius.

[9] *terram*] Mt. 5, 4; dubito an praepositio *pro* vere ad textum pertineat, nam in cod. compendio scribitur, una scil. littera *p*, omissa prima littera *h* vocabuli seq.

[16-24] Cf. I Tim. 6, 17-19.

[32] *mundi*] I Cor. 7, 29-31.

7. Fratres mei, murmuratur aliquis adversus deum, et dicit, Mala tempora, dura tempora, molesta tempora; et tamen eduntur munera, et durum dicit tempus. Quanto tu durior, qui non corrigeris duro tempore! Tanta adhuc viget insania pomparum, tantis superfluis inhiatur; et non habet finem cupiditas. Quanti morbi procedunt de medio! quanta luxuria redundavit propter theatra, et organa, et tibias, et pantomimos! Male vis uti eo quod optas; propterea non accipies. Audi apostolicam vocem: CONCUPISCITIS, ET NON HABETIS, OCCIDITIS, ET ZELATIS, ET NON POTESTIS ADIPISCI; LITIGATIS, PETITIS, ET NON ACCIPITIS, EO QUOD MALE PETATIS, UT IN CONCUPISCENTIIS VESTRIS CONSUMAMINI. Sanemus, fratres, corrigamus nos. Iudex venturus est, et, quia venit, adhuc irridetur: venturus est, et irridere non vacabit. Fratres mei carissimi, corrigamus nos, quia meliora tempora superventura sunt, sed non illis male viventibus. Iam saeculum vergit se, et declinavit in senectam. Venturi sumus in iuventutem? Quid hic speramus? Iam aliud quaeramus. Nolite sperare tempora, nisi qualia leguntur in evangelio: non ideo mala sunt, quia venit Christus; sed quia mala et dura erant, venit qui consolaretur.

Contra murmurantes de duritia temporum.

8. Audite, fratres mei: oportebat enim esse tempora molesta et dura. Quid ageremus, si consolator tantus non adesset? Aegrotum erat graviter genus humanum, ab Adam usque in finem. Ex quo hic nati sumus, ex quo de paradiso emissi sumus, utique aegritudo est: sed in fine maior futura erat, et forte proxima sanitate, et quibusdam proxima morte. Cum ergo aegrotaret genus humanum, medicus ille magnus suscipiens aegrotum in magno quodam lecto, hoc est, toto in mundo — sed quomodo peritissimus medicus adtendit tempora aegroti, et videt, et prospicit quae futura sint, et lenioribus temporibus aegritudinis aegroti primum servos suos mittit; ita et noster medicus ad aspiciendos nos misit primum prophetas. Dixerunt, prae-

Magnus medicus mundi aegrotantis, Christus.

1 dominum *Caill* 3 dicitur *Caill* 7 pantomimos] *emendavi;* pantomicos *C Caill* mala *Cβ* optes *Cβ* 9 litigatis] *ex* ligatis *corr. C* 11 quia] *Caill add.* nondum 15 senectam] *C;* senectutem *Caill* 18 consolaretur] *scripsi;* consoleretur *C;* consoletur *Caill* 23 in finem *C* 23sq. sanitati... morti *Caill* 24 humanum] venit *male interser. Caill*

1sq. *mala tempora*] Serm. Denis 21, 11: « Ecce temporibus christianis quanta mala sunt! » et alibi passim, praecipue in serm. 296 aliisque orationibus quae post Romae vastationem habitae sunt: Maur. 25. 80. 81. 105.

2 *eduntur munera*] i. e. ludi sive spectacula, quae mense decembri praesertim edi solebant: cf. serm. 19 et 51.

7 *pantomimos*] Serm. Denis 17, 7: « specta pantomimum »; vide sis insuper De doctr. christ. l. 2, c. 25; Enarr. in Ps. 30, serm. 3, n. 11; in Ps. 32, Enarr. 2, n. 1, etc.

10 *consumamini*] Iac. 4, 2. 3.

dicaverunt; curavit per eos aliquot, et sanavit. Praedixerunt futuram quamdam accessionem in extremam aegritudinem, et magnam quamdam huius aegroti iactationem, cui opus esset ipse medicus praesentari, et ad ipsum venire. Ita factum est quia dixit: Credentem ego reficiam, ego salvabo; EGO PERCUTIAM, EGO SANABO. Venit, factus est homo, particeps mortalitatis nostrae, ut nos possimus fieri participes inmortalitatis ipsius. Adhuc aeger iactatur: et cum anhelat in febribus, et multum exaestuat, dicit sibi: Ex quo venit medicus iste, acerbiores febres patior, gravius iactor, aestus sustineo inmanes. Unde ad me venit? Puto non bene ingressus est in domum meam. Sic dicunt omnes, qui adhuc de vanitate aegrotant. Quare de vanitate aegrotant? quia nolunt ab eo accipere potionem sobrietatis. Videns deus miseros iactari curis suis, et diversis occupationibus saeculi huius, quae iugulant animas eorum, occupari, venit ut medicus. Et non metuunt dicere: Ex quo venit Christus, ista tempora patimur; ex quo sunt Christiani, in omnibus defecit mundus. O aeger insipiens! non quia venit medicus, gravior facta est aegritudo tua: medicus bonus, pius, iustus, misericors, praevidit illam; nam non fecit. Venit enim, ut consoletur te, ut vere sanus sis. Quid enim tibi aufert, nisi superfluum? Inhiabas enim rebus noxiis, et in his continebaris: non erant utilia febri tuae, quibus inhiabas. Asper est medicus, quia rapit de manu aegroti poma noxia? Quid tibi tulit, nisi securitatem malam, quam capturus eras? Absolve perniciem viscerum tuorum: et hoc, quod gemis et murmuras, ad medicinam illius pertinet. Curare nolens, ne crucieris invitus. Necesse est ut aspera sint tempora. Quare? Ne ametur terrena felicitas. Oportet enim, et medicinale est, ut turbetur ista vita, et ametur alia vita. Ecce si tanta pigritia adhuc delectatur rebus terrenis et amphitheatro, quid si non percuterentur opera ipsorum? Ecce tot amaritudines miscentur, et adhuc dulcis est mundus!

Insipientia aegroti mali sui causam in medicum vertentis.

Necesse est ut aspera sint tempora, ne ametur terrena felicitas.

1 aliquot] *scripsi;* aliquod *C Caill* 2 accessionem] *scripsi: cf. Thes. ling. lat. I, 279, 84 et 284 sq.;* accensionem *C;* ascensionem *Caill* 4 quia] *pro* quod? 5 percutiam] *ex* promitam *2 m. s. l. corr. C* 14 occupari] *C; in* eos curare *male mut. Caill* 17 factus *C* 19sq. enim] *ante* rebus *om. Caill* 24 illius] *C;* eius *Caill* 26 medicinale est] *conieci;* medicinalis est *C;* medicina talis *maluit Caill* 29 mundus!] *reliqua, quae in C et Caill habentur, quia nullo modo ad Aug. pertinent, omisi*

2 *quamdam accessionem*] De hoc vocabulo, quod ad medicinam pertinet, et de reliquis, quae hic proferuntur, cf. serm. Frangip. 3, 7: « iam mundus aetate vergente... missi sunt prophetae, missi sunt servi ad aegrotum istum grandem, ad genus humanum... Ventum est ut tales accessiones venirent aegroto huic » etc.

5 *sanabo*] Deut. 32, 39.

II, 92.

Caillau II, Serm. 92, p. 146-147 (= *Caill*), ex uno codice Bibliothecae Laurentianae. Quae editio anno 1842 cum prodiisset, Angelo Mai minime innotuisse videtur: nam eundem sermonem annum post decimum iterum evulgavit in NPB. I, p. 282-284, serm. 122 (= *Mai*), ex tribus codicibus Vaticanis recentioris aetatis, quorum unum Urbinat. 77, fol. 84r-84v denuo contuli (= *U*); horum trium testium ope textum nunc aliquanto emendatiorem exhibeo. Brevis quidem allocutio est, quam vero nemini nisi Augustino adiudices, cuius etiam nomen profert in libris mss.

DE TRIBULATIONIBUS ET PRESSURIS MUNDI.

Quotiescumque pressurae seu tribulationis aliquid patimur, admonitiones sunt et simul correptiones nostrae. Nam et ipsae sanctae litterae nostrae non nobis promittunt pacem securitatem et quietem, sed tribulationes pressuras scandala non tacet evangelium; sed QUI PERSEVERAVERIT USQUE IN FINEM, HIC SALVUS ERIT. Quid enim boni aliquando habuit vita ista ab ipso primo homine, ex quo meruit mortem, ex quo maledictum accepit, de quo maledicto nos Christus dominus liberavit? Non ergo murmurandum est, fratres, SICUT QUIDAM ILLORUM MURMURAVERUNT, ut ait apostolus, ET A SERPENTIBUS PERIERUNT. Quid tale modo, fratres, genus humanum patitur insolitum, quod non patres passi sunt? aut quando talia patimur, qualia illos passos fuisse cognovimus? Et invenis homines murmurare de temporibus suis, et quod illa tempora bona fuerint parentum nostrorum. Quid, si possent revocari ad tempora parentum suorum, et ibi murmurarent. Quae enim putas tempora bona fuisse praeterita, quia iam non tua sunt, ideo bona sunt. Si iam a maledicto liberatus es, si iam in dei Filium credidisti, si iam sacris litteris vel imbutus vel eruditus es, miror computes bona tempora habuisse Adam. Et parentes tui Adam portaverunt. Certe ille est Adam, cui dictum est: IN SUDORE VULTUS TUI EDES PANEM TUUM, ET OPERABERIS TERRAM DE QUA SUMPTUS ES; SPINAS ET TRIBULOS PARIET TIBI. Hoc meruit, hoc accepit, hoc de dei iusto iudicio

Contra murmurantes de temporibus suis.

3 et] *2° loco om. U* 7 ista] illa *U* 14 quod] quando *interrogative Caill* fuerunt *U Caill* 15 et] *U Caill;* etiam *Mai* 17sq. si... si... si...] *in* tu... tu... tu *mutav. Caill* a maledicto] *U;* a *om. Mai Caill* 18sq. computes] *in* quod putes *corr. Caill*

6 *erit*] Mt. 10, 22.
10 *perierunt*] memoriter ex I Cor. 10, 10 et 9.
22 *tibi*] ex Gen. 3, 19 et 18.

consecutus est. Quid ergo putas praeterita tempora fuisse meliora quam tua? Ab illo Adam usque ad hodiernum Adam, labor et sudor, spinae et tribuli. Excidit nobis diluvium? Excidere laboriosa tempora famis atque bellorum, quae ideo scripta sunt, ne de praesenti tempore contra deum murmuremus? Excidit tempus illud apud patres nostros longe a vestris temporibus remotissimos, quando caput mortuum asini tanto auro vendebatur, quando stercus columbinum non parvo argento emebatur, quando mulieres de comedendis infantibus suis pactae sunt; et cum unus occisus consumptus esset, et alia suum nollet occidere, talis causa ad iudicem venit, ad regem venit, ubi se ipsum reum potius quam iudicem invenit? Et quis sufficit commemorare illius temporis aut bella aut fames? Qualia ergo illa tempora fuerunt! Nonne omnes audita, omnes lecta perhorrescimus? Ut habeamus potius unde gratulemur, quam unde de nostris temporibus murmuremus.

Praeterita tempora haud meliora, immo aliquando peiora fuere.

2. Quando ergo bene fuit generi humano? quando non timor, quando non dolor, quando certa felicitas, quando non vera infelicitas? Si non habes, ardes ut acquiras: habes? tremis ne perdas; et quod est miserius, et in illo ardore et in isto timore sanum te putas. Ducenda est uxor? si mala, erit poena tua; si bona, vae ne forte moriatur. Filii non nati torquent doloribus, nati timoribus; quam gaudentes facit natus, qui continuo timetur ne plangatur elatus! Ubi erit vita secura? Nonne omnis ista terra quasi navis magna est, portans fluctuantes, periclitantes, tot procellis et tempestatibus subiacentes? Timent naufragium, suspirant in portum, qui iam se intellegunt peregrinari. Ergo qui dies boni, dies incerti, dies praetervolantes, dies ante finiti quam veniant, dies qui ideo veniunt ut non sint. QUIS EST ergo QUI VULT VITAM, ET DILIGIT DIES VIDERE BONOS? Hic autem nec vita, nec dies boni: dies enim boni, ipsa est aeternitas. Dies qui sunt sine fine, dicti sunt dies. HABITABO, inquit, IN SAECULUM, IN LONGITUDINEM DIERUM. Item dictum est, QUIA MELIOR EST IN DOMO TUA UNUS DIES SUPER MILIA: melior unus sine fine. Tale ergo quid desideremus. Tale quiddam nobis

Terra ista, quasi navis portans periclitantes.

6 vestris] nostris *Caill* 12 qualia] *U Caill;* alia *Mai* 17 habes 2°] habens *Mai;* si habes *Caill* 19 erit] *U Caill;* est *Mai* vae] *Caill;* ve *U;* vereris *Mai* 20 quam] *U Caill;* quoniam *Mai* 25 ante] *recte corr. Caill;* autem *codd. et Mai* 26 quam] *U Caill;* quare *Mai* 27 et] *hic tantum om. Mai* 28 boni 1° *loco*] sunt *add. Caill* qui *om. U Caill* 31 quid] aliquid *U Caill*

11 *invenit*] Lectorem remittunt Caillau et Mai ad Enarr. in Ps. 33, n. 17, ubi idem hoc exemplum e quarto libro Regum 6, 25-30 pariter adducitur.

27 *bonos?*] Ps. 33, 13.
29 *dierum*] Ps. 22, 6 et al.
30 *milia*] Ps. 83, 11.

promittitur, usitatis nominibus, inusitatis rebus. QUIS EST HOMO QUI VULT VITAM? Cotidie dicitur vita et vita: sed quid ad illam vitam? ET DILIGIT VIDERE DIES BONOS? Cotidie dicuntur et dies boni: sed si discutiantur, non inveniuntur. Bonum diem duxi hodie. Si amicum tuum invenires, bonum eum duceres, si stare tecum vellet: nonne semper homo queritur de amico suo, si eum videat, et praetereat? Talis est ergo ille dies bonus, qui te videt et praeterit. Bonum duxi. Ubi est? duc illum ad me. Bonum diem duxi. Quem gaudes ductum, plange transactum. QUIS EST ergo HOMO, QUI VULT VITAM, ET DILIGIT VIDERE DIES BONOS? Omnes respondemus, Ego: sed post istam vitam, post istos dies. Si ergo differimur, quid nobis dicitur, ut faciamus et perveniamus ad id quod differimur? Quid ergo faciam in hac vita qualicumque, ut veniam ad vitam et dies bonos? Quod sequitur in eo psalmo: COHIBE LINGUAM TUAM A MALO, ET LABIA TUA NE LOQUANTUR DOLUM; DECLINA A MALO, ET FAC BONUM. Fac ergo quod iubetur, et accipies quod promittitur. Si laboriosum putas, et deiceris labore operis, erigere splendore mercedis.

Vita et dies boni non hic inveniuntur.

In labore operis erigere splendore mercedis.

4 duxisti *Caill* 8 quem] *U Caill;* quod *Mai* 14 labium tuum non loquatur *Mai*

10 *omnes respondemus, Ego*] Aug. ubi supra: « Nonne omnis in vobis respondet, Ego? ».

15 *bonum*] Ps. 33. 14. 15.

IV.

EX SERMONIBUS AB ANGELO MAI EDITIS

Angelus Mai, praeclarus ille « palimpsestorum inventor atque restaurator », [1] immo nonnumquam perditor, quasi Nemrod robustus *ἀνεκδότων* venator coram Domino, quot et quanta ethnicorum scriptorum monumenta in lucem ediderit, omnes quidem iure ac merito mirantur; sed pace tanti viri dixerim, haud ita prospero eventu is christianis auctoribus oblivioni eripiendis operam navavit. Argumento sit *Novae patrum bibliothecae* tomus primus Romae an. 1852 evulgatus, quo, si qua titulo fides, Sancti Aurelii Augustini episcopi Hipponensis Sermones novi haud minus CCII ex codicibus Vaticanis proferuntur: atqui ex iis vix ac ne vix quidem triginta tanto nomini recte inscribi posse, luce clarius est; quorum nonnulli insuper iam dudum enotuerant. Ceteroqui merces suas ad unam omnes nequaquam Augustino editor acrius vindicavit: verum ubi ad iudicium de sermonibus a se vulgatis ferendum aggreditur, id plerumque ita inconsulte, ut omnino perspicuum sit, non solum Bartholomaeum Urbinatem, sed etiam Angelum Mai « emunctae in arte critica naris » [2] non fuisse. Quantum, bone Deus, a Balleriniis, qui Leonis Magni editionem curaverunt, quantum a Maurinis nobilissimae illius Parisiensis s. Augustini editionis opificibus distat! Et si hos identidem nimiae severitatis arguit: credo, quo sibi fidem praestruat, fetusque etiam adulterinos lectori improvido facilius impingat.

***

Primum quidem fidenter ait « sermones illos XXV, quos de bobiensi codice 1758 (*leg.* 5758) extulit, nulli fere probabili dubitationi patere ». [3] Apage nugas: septimo excepto, qui emendatiorem textum exhibet

[1] Elogium aureo numismati inscriptum, quod ei eruditi angli decreverunt.

[2] Cf. editoris praefationem, p. XXV, n. XVII.

[3] Ibid. p. XXVI, n. XVIII.

prioris partis sermonis primi inter eos, quos Frangipanius Casinensis publici iuris fecit, nemo, qui sanae mentis sit, ullum ex sermonibus I-VI. VIII-XI. genuinum esse contendet; siquidem plerique Petrum Chrysologum prae cunctis sapiunt, cuius probatis contionibus in codice immixti sunt. Sermo IX purus putus cento est, e frustis Enarrationis in Psal. 36 conflatus. Undecimus vero ex duobus s. Hieronymi « In die dominica Paschae » tractatibus coaluit: vide sis *Anecdota Maredsolana* III 2, p. 416, l. 7 — p. 418, l. 6; p. 413, l. 21 — p. 415, l. 13.

Licet enim plane venerandae antiquitatis sit codex ille Vaticanus 5758, utpote « de arca domni Boboleni abbatis in Ebobio monasterio » ac proinde anno circ. DCXL anterior, tamen « diversos titulos » in fronte libri positos si cum descriptione ab Augusto Reifferscheid instituta [1] contuleris, facile perspicies, tribus eum partibus constare, quae foliorum quidem numero prope modum aequales, at vero eorum, quae intus habentur, pondere atque auctoritate omnino dispares sunt.

Pag. 5-103 prior habetur unius et viginti sermonum collectio; quos licet Augustini nomine inscriptos nequaquam Hipponiensis episcopi venam referre, immo fere omnes, ut dixi, ad Petrum Chrysologum potius pertinere nullo negotio deprehendas.[2] Inde Mai sermones suos I. CIX. II-VI. VIII-X. eruit, infelici sane initio, cum singuli certo certius inter apocryphos computandi sint.

Pag. 104, altera incipit collectio, cuius tituli p. 3 sq. descripti sunt; hanc per singula, quantum perturbatus ac mutilus foliorum ordo permittit, recensere visum est:

I. DE PEREGRINATIONE HUIUS VITAE. *Vitam istam nostram ff. kk. peregrinationem* (Mai, serm. 12).

II. DE LAZARO PAUPERE · ET DIVITE QUI INDUEBATUR PURPURA ET BYSSO · DE CAPITULO EVANGELII. *Sancta lectio si in ista vita nos salubriter* (Mai, serm. 13).

III. DE CARITATE ET DE SOLO AMANDO DEO. *Exhortationibus divinarum lectionum* (Mai, serm. 14).

IIII. DE RESPONSORIO PSALMI LXX: DEUS MEUS ERUE ME DE MANU PECCATORIS ET DE MANU FACINEROSI ET INIURIOSI. *Omnis anima quae intenta cantat voce* (Mai, serm. 15).

[1] *Biblioth. patrum latin. italica* I, 452-459.

[2] Idem nuper manifestum fecit, insciente me, vir arguti ingenii et collega meus Donatianus De Bruyne in commentariolo *Nouveaux sermons de saint Pierre Chrysologue:* Journ. of Theol. Studies, 29 (1928), p. 362-368.

V. DE RESPONSORIO PSALMI LXXIII: CONFITEBIMUR TIBI DEUS, CONFITEBIMUR ET INVOCABIMUS NOMEN TUUM. *Felices sumus si quod audimus* (Mai, serm. 16).

VI. DE RESPONSORIO PSALMI XL: EGO DIXI DOMINE MISERERE MEI, SANA ANIMAM MEAM QUONIAM PECCAVI TIBI. *Una voce multi cantavimus* (Mai, serm. 17).

VII. DE NATALICIO SANCTI IOHANNIS. *Hodierni diei festivitas nota est* (Mai, serm 18. Est alia sermonis apud Frangipanium VII recensio: v. supra, p. 222-226).

VIII. DE CAPITULO EVANG. MATHEI, UBI CENTURIO PRO SUO PUERO DOMINUM ROGAVIT. *Audivimus cum evangelium legeretur fidem nostram* (Serm. Maurin. editionis 62, n. 1-7 med., longe maiori parte omissa).

VIIII. DE FIDE. *Arcana et secreta regni dei* (Serm. Maurin. 126, sed hic quoque decurtatus; desinit cum n. 6 « cibus sanorum » addito nescio unde « requies laborantium »).

X. DE UTILITATE IEIUNII. *De utilitate ieiunii aliquid loqui* (Migne 40, 707; a Benedictinis « non repertus est nisi in editis »: neque integer in codice servatus, immo cento esse videtur, quandoquidem ultima verba « cuius triumfus est dissensio christianorum » ex sermone 210, n. 12 desumpta sunt).

XI. DE NATALE APOSTOLORUM PETRI ET PAULI. *Beatissimorum Petri et Pauli apostolorum* (Mai, serm. 19).

XII. DE NATALE SANCTI CYPRIANI. *Sermonem ⟨a⟩ nobis debitum* (Serm. Maur. edit. 309).

XIII. DE NATALE MARTYRUM · DE CAPITULO EVANGELII: ECCE EGO MITTO VOS SICUT OVES IN MEDIO LUPORUM. *Sollemnitas martyrum dilectissimi* (Mai, serm. 20).

XIIII. DE TITULO PSALMI LXXXIII. *Psalmus iste pro torcularibus* (Enarrat. in Ps. 83, usque ad verba n. 4 circ. finem « supernae vocationis dei in Christo Iesu »).

XV. DE NATALE DOMINI NOSTRI IHESU XPISTI. *Salvator noster natus de patre* (Serm. 369, Maurinis dubius, atque inter eos, qui minus referre visi sunt Augustinum, exhibitus).

XVI. DE EPIPHANIA. *Hodierni diei per universum mundum* (Serm. Maurin. edit. 202).

XVII. DE RESPONSORIO PSALMI LXXXIII: BEATI QUI HABITANT IN DOMO TUA, ET CETERA. *Praesentem psalmum simul nobiscum* (Mai, serm. 21. Centonem esse se prodit ex Enarr. in Ps. 83, n. 8, et Enarr. II. in Ps. 26, n. 8, haud ita male consarcinatum).

XVIII. DE HUMILITATE DOMINI NOSTRI IHESU XPISTI. *Humilitatem domini nostri Iesu Christi commendamus* (Mai, serm. 22).

XVIIII. DE EO QUOD OBTULIT ABRAAM FILIUM SUUM ISAC. *Adhibete huc aures qui accessistis* (Mai, serm. 23, at profecto inter subditicios reiciendus et

orientali fonte, ut mihi videtur, haustus; Epistula ad Hebraeos uti a Paulo apostolo scripta incunctanter profertur, et n. 4 pulchra sententia occurrit: « Esto sacerdos animae filii tui ». Ceterum sermo cum octonario XV mutilus interrumpitur: cf. Mai, p. 51).

XX. *...catur vita futura quam nondum tenemus... sine defectu deum laudabimus.* EXPLICIT SERMO DE ALLELUIA (Est Enarrat. in p. 148 a num. 1 fere medio usque ad n. 2 circ. finem; deest initium deficiente primo folio octonarii XVI).

XXI. DE PSALMO CXLVIIII. *Sollemnitas paschae est et inluminationis... sed in Christo suo. Conversi.* EXPLICIT SERMO DE ALLELUIA PSALMI CXLVIIII. ORIGENIS. (Sermo 24 ap. Mai, qui sententias quidem subnotat ex Origene re vera depromptas, eas nihilominus ab Augustino in suo concinnando sermone expressas esse contendit! Heic quoque centonem habes, ex graecis mercibus accommodatum).

XXII. SERMO EPISCOPI SANCTI AUGUSTINI DE CONFESSIONE ET ALLELUIA. *Confitemini domino quoniam bonus est* (M. Denis, serm. 2, qui tamen in codice post p. 248 sexto decimo versu ante finem interrumpitur, nimirum foliorum ordine misere interverso; ea vero, quae desunt, p. 257 habentur).

XXIII. DE DOMINICO PASCHAE. *In omni quidem psalterio* (Mai, serm. 11; cento est, ut dixi, ex duobus s. Hieronymi tractatibus confectus).

XXIIII. DE OCTAVIS INFANTUM. *Sermo mihi est ad vos modo nati infantes* (Sermonis ap. M. Denis 8 initium).

Hucusque collectio altera codicis Bobiensis (p. 104-258), iuxta capitulorum indicem initio positum. Cuius quidem indolem ita paucis exprimam:

a. Tituli, quibus singuli sermones inscribuntur, antiquam eam neque spernendis monumentis ortam esse prima fronte ostendunt.

b. Re vera ex his XXIV sermonibus quindecim ferme genuini sunt: quorum tres Maurini, duos M. Denis, unum Octavius Frangipane, reliquos novem A. Mai evulgavit.

c. Supersunt tamen contiones novem, quorum duae ab Augustini genere dicendi longissime absunt (XIX. XXI), una cento est ex Hieronymi tractatibus (XXIII); reliquae sex, et si vere ex Augustino depromptae, at vero a totius farraginis compositore arbitratu suo plerumque decurtatae, vel etiam ex diversis orationibus in modum centonis consutae atque interpolatae (VIII. VIIII. X. XIIII. XVII. XX).

d. Exhinc nemo est qui non intellegat, in novis etiam sermonibus, qui Augustinum referunt, illum semper timorem impendere, ne ab imperito compilatore iacturam aliquam passi sint, quamdiu aliorum codicum collatione uti non licebit. Verumtamen mihi caput illud videtur esse, ea quae certo ex Augustino profecta, nec aliunde nota sunt, quamquam forte dispendia aliqua fecerunt, pia ut ita dicam avaritia colligere.

Decursis duabus collectionibus, quae priore codicis Vaticani 5758 parte continentur, nunc ad reliqua, quae p. 259-362 exhibent, animum attendamus. Quamquam enim pauca sunt, et in capitulis initio minime notantur, eiusdem tamen indolis sunt ac secunda collectio, Augustianasque opes, quas nusquam alibi reperias, servaverunt; quas Mai merito in suam Bibliothecam transtulit. Hos quoque sermones eodem quo ante ordine percurram:

P. 259. *ecclesia dei, ecclesia sancta, cui ille caput... ut salvi esse possemus.* EXPLICIT SERMO DE MULIERE QUAE FLUXUM SANGUINIS PATIEBATUR. (Mai, serm. 25, uno deficiente folio *ἀκέφαλος*).

P. 264. DE TRIBUS MORTUIS QUOS DOMINUS SUSCITAVIT. *Miracula domini nostri et salvatoris Iesu Christi* (Maurin. edit. serm. 98).

P. 277. DE EVANGELIO, UBI DOMINUS DICIT: NOLITE DARE SANCTUM CANIBUS, ET CETERA. *Novit caritas vestra quandoquidem* (Mai, serm. 26).

P. 286. 289. DE DIVITE QUI AUDIENS A DOMINO DE VENDITIONE RERUM SUARUM..... *Evangelium nos admonuit de lectione praesenti... si videat et manus operantium.* EXPLICIT SERMO DE AVARITIA ET LUXURIA (Maur. serm. 86).

P. 306. DE DECEM PLAGIS AEGYPTIORUM ET DECEM PRAECEPTIS LEGIS. *Domino deo nostro cuius cultores sumus... suaviter invenirentur* (Serm. Frangip. 1; cf. Mai, serm. 7).

P. 340. DE PSALMO LXIII. *Passiones martyrum* (Enarrat. in ps. 63; p. 362 mutila interrumpitur n. 16 post verba « praedicaverunt dominum. nam primo Petrus timuit »).

Ut igitur rem breviter complectar, inter omnes quos Mai adhibuit libros, antiquitate et auctoritate profecto praecellit codex iste Vaticanus 5758: cui, quamvis non raro textum mutilum aut interpolatum, quin etiam meros centones adulterinosque fetus exhibeat, acceptum profecto ferimus, quod undecim Augustini contiones eaeque haud minimi momenti nostra demum aetate in lucem prodierunt, quae secus posteris ignotae remanserant.

***

Quod vero prosequitur eruditissimus Cardinalis (Praefat. p. XXVI) « plerosque illos, circiter quadraginta, de codicibus 3835 et 3836, nullam plerumque prae se ferre videri genuinae originis ambiguitatem », hoc quoque mehercle maiore quam par est confidentia. Reipsa valde timeo, ut ullus ex his quadraginta sex sermonibus (XXVII-XXXIII. XXXV-XLVI. XLVIII-LII. LIV-LIX. LXI-LXXV) ab aequo aestimatore inter genuinos recipi possit. Haud equidem negarim eorum tribus aliquid Augustiniani fetus inesse, ut puta undequadragesimo (= Maur. serm. 239 a n. 2 circa fin.) et quadragesimo quarto, de quo iudicium pridem protuli, cum de contionibus ex codice Guelferbytano 4096 edendis praefarer (p. XIII). Reliqui omnes manifesto spurii, quorum tumidum et exsangue dicendi genus sententiarum plerumque inanitati consonet. Pudet dicere, accidit nonnumquam, ut quod ipse Caillau (qui ex his XLVI sermonibus haud minus sedecim iam antea vulgaverat) ineptum ac ridiculum esse merito censuit, illud Mai velut « praeclarum Augustini scriptum » venditet.[1] Sicubi verborum compositio tolerabilior, nusquam tamen venam benignam Augustiniani ingenii agnoscas, nisi forte in centonibus ex eius operibus decerptis, quales sunt sermones XLV. LV. LXVI. LXXIII. Alii ex aliorum moneta profecti, Caesarii Arelatensis (LXI),[2] fortasse etiam Ioh. Chrysostomi (XXXII?); duo certe in veteribus latinis huiusce editionibus leguntur (XXXV. XLI). Nec multo melior conditio quattuor sermonum qui huc nescio quo delectu ex aliis codicibus intrusi sunt: de quorum primo (XXXIV) in Praefatione collectionis Guelferbytanae pariter egi; XLVII^{um} et LX^{um} Caillau primus emisit, ambos Augustino sine causa suppositos; LIII^{us} autem ridicula verborum compositione prae ceteris eminet.

***

Ex reliquis amplius CXXVII sermonibus illorum prae ceteris melior conditio est, qui ex codd. Vaticanis 4951 (olim « de claustro

[1] Lege exempli gratia not. 3 ad p. 140. Eundem porro sermonem Caillau t. II, p. 77 talem iudicat, « ut illum nullo modo beati Doctoris foetum esse possit rationabiliter defendi ».

[2] Cf. *Rev. Bénéd.* XXVII (1910), p. 466 sq.

Roffensi » in Anglia), et 471, de quo iustam aestimationem protulit A. Wilmart, *Revue Bénéd.* XL (1928), p. 96, eruti sunt: at multum abest, ut omnibus ac singulis par tribuenda sit auctoritas. Ex eis enim undeviginti ad summum deprehendi, qui pro genuinis haberi possint: LXXXIII scilicet, LXXXVI. LXXXVII. LXXXIX. XCII. XCIV, XCV. XCVIII. CI. CIII. CXXII. CXXV. CXXVI. CXXVII. CXXVIII. CXXIX. CXXX. CXXXIV. CLVIII. Et ipsi non omnes novi, nam duos Caillau iam vulgaverat (CXXII. CXXXIV); neque integri, LXXXIII[us] enim nonnisi fragmenum est sermonis ex Guelferbytanis noni, sicut CIII[us] vicesimi tertii. Sicque fit, ut ex Maianis sermonibus LXXVI-CCI quindecim dumtaxat reperiantur vere novi atque integri; qui si undecim prioribus supra recensitis adiungantur, in summa sex demum et viginti ex tanta sermonum copia recipiendos invenimus, gazas utique haud aspernendas. Quas utinam vir doctus ipse maiori diligentia diiudicasset!

Quod ad reliquos sermones pertinet, Augustino certo suppositos, complures iam antea vel a Maurinis, vel a Caillau, quin etiam ab ipso Maio editos fuisse prima fronte agnoscitur (LXXVII. LXXXV. LXXXVIII. CVII. CXVI. CXVIII. CXXXII. CXLVIII. CL. CLIII. CLIV. CLXI. CLXXV. CXCIV); alios autem olim legere quisque poterat inter genuina vel spuria opera Ambrosii (CLIX), Leonis papae (CLXVI) Petri Chrysologi, seu Severiani (CIX), Ioh. Chrysostomi (CX. CXXIV), Maximi Taurinensis (CXIV. CLXIV), Eusebii gallicani (CXXXVIII), Bedae Venerabilis (CXXXIII. CLIV. CLXVII), Pauli Diaconi (LXXXI. CX. CXXIV), Hugonis de S. Victore (CCI). Hi ergo proprie vereque inediti minime reputandi sunt.

Alii nonnulli centonibus constant undique emendicatis: LXXVI. LXXXI. CII. CXIII. CXL. CXLIV. CXLVII. CLXIII. CLXIX, CLXXXIII-CLXXXV. CXCI. CXCVIII. Haud pauci vel minimum momentum habent (LXXVII, n. 2-3. LXXVIII. CXXIII. CXLV. CXLVI. CLV-CLVII. CLX. CLXII. CLXX. CLXXXVI. CLXXXVII. CLXXXIX. CXC. CXCIII. CXCV-CXCVII), vel insolito et ampullato dicendi modo teretes aures offendunt (LXXIX. LXXXI. LXXXII. LXXXV. XCIII. CXI. CXIII *bis*. CXVIII. CXLIX-CLI). Quid quod aliquot (pudet dictu) ex insanientis animi fetibus hic comparent,

in quibus belga saeculi XII Augustinus,[1] seu quisquis ille fuerit eximius Sermonum ad Eremitas subiector, de canibus Hippone Romaeque a se visis aliisque eiusmodi argumentis copiose disserit? (CLXI. CXCIV).

Levationis tamen aliquid affert, quod grandior numerus sermonum, eorum etiam qui Augustinum non sapiunt, at lectu saltem digni sunt, utpote auctoris antiqui nec ineruditi (LXXVII, n. 1, LXXIV. XC. XCIX. C. CXII. CXV. CXVII. CXXXI. CXXXV. CXXXIX. CXLI-CXLIII. CXLVIII. CLII. CLXV. CLXVIII. CLXXI-CLXXIX. CLXXXVIII. CXCIX. CC). Hi quidem omnes incertis auctoribus: sunt vero nonnulli, quamvis pauculi, quorum originem pro certo affirmare licet. Sermones LXXX et XCVII orientali fonte ortos ipsa se verborum compositione produnt; CLXXXI fragmentum est tractatus Syagrii episcopi *De fide* adversum Priscillianistas. Caesario Arelatensi sermones haud minus novem restituendos esse iam olim ostendi: XCVI. CIV-CVI. CXIV *bis*. CXXXVI. CXXXVII. CLXXX. CLXXXII. At aureos prae ceteris dixerim, augustinianis quibusdam haud exceptis, sermones CXIX-CXXI, quos Quodvultdeo Carthaginiensi episcopo abhinc annis quindecim assentientibus optimis quibusque iudicibus vindicavi. Cave igitur putes ex ipsis aperte subditiciis orationibus nullam utilitatem elici posse, eis praesertim quas romanus ille Agimundi homiliarius (codd. Vatic. 3835-3836) suppeditavit: nam cum sint antiquae omnes utpote saeculo quinto vel sexto haud inferiores, et maximam partem ab Africa originem ducant, mirum est, quantas opes linguae latinae studiosis, veterum Scripturae sacrae versionum indagatoribus, quin etiam theologis (v. gr. sermo XXXI) subministrent. Hic tamen, ne in immensum opus increscceret, illas solum denuo edere visum est, quarum auctoritas in dubium revocari nequit, quaeque praeterquam in Maii *Nova patrum bibliotheca* nusquam alibi reperiuntur.

[1] Cf. commentariolum, *Un écrivain belge ignoré du XII^e siècle:* Rev. Bénéd. X (1893), p. 28-36.

XII.

Mai, Serm. XII NPB. I, 22-24: ex antiquissimo codice bobiensi-vaticano 5758, p. 105-110 (= *V*). Hunc profecto potius quam sermonem Maurinae editionis 346 a Possidio in Indiculo notatum arbitror his verbis, cap. 8: « De peregrinatione christianorum, quae in hac vita est ». Nec quicquam video, quod adversus auctoritatem illius adduci possit.

DE PEREGRINATIONE HUIUS VITAE.

Vitam istam nostram, fratres carissimi, peregrinationem quandam esse a patria sanctorum caelesti Hierusalem, apertissime docet apostolus Paulus dicens: QUANDIU SUMUS IN CORPORE, PEREGRINAMUR A DOMINO. Et quia omnis peregrinus utique habet patriam, nam nemo sine patria peregrinus est, nosse debemus, quae sit patria nostra, quo nos oportet neglectis omnibus inlecebris et deliciis vitae huius ad id festinare, quo tendimus, et ubi tantummodo nobis licet adquiescere. Noluit enim deus alibi nobis esse quietem veram nisi in illa patria: nam si et hic daret quietem, non delectaret redire. Hanc ergo patriam Hierusalem vocans, non illam terrenam, quae servit cum filiis suis, sicut idem ipse apostolus monet: illa enim ad umbram significationis cuiusdam data est in terra hominibus carnalibus, quamvis unum deum colentibus, tamen terrenam felicitatem ab illo desiderantibus. Est autem alia Hierusalem, quam dicit esse in caelis: Hierusalem enim SURSUM EST, QUAE EST MATER OMNIUM NOSTRUM. Matrem illam dicit, tamquam metropolim: nam et metropolis mater civitas interpretatur. Ergo ad illam festinandum est nobis, et cognoscendum peregrinos nos esse, et in via esse.

Nullibi nobis requies nisi in patria.

2. Omnis homo, qui nondum credit Christo, nec in via est: errat enim; et ipse patriam quaerit, sed nescit qua, nescit ubi. Quid est quod dico, patriam quaerit? Requiem quaerit omnis anima, et beatitudinem quaerit; nemo interrogatus, utrum beatus esse velit, cum

3 sq. 12 apostulus *V* 7 inlecebris] *poster. m. corr.* illec. 22 omnis] enim *2 m. add. s. l.* et] *postea expunct.* 23 nemo] enim *item 2 m. s. l. add.*

5 *domino*] II Cor. 5, 6 : *quandiu* etiam legebat Augustinus; *dum* Vulg.

11 *suis*] Cf. Gal. 4, 25.

12 *monet*] Hic *ἀνακόλουθον* est usque ad versum circiter 15; nisi *vocans* pro *vocat* l. 11 scriptum sit, uti alibi accidit: cf. *manens* pro *manet*, serm. Morin 17, 5.

16 *nostrum*] Gal. 4, 26; ubi in Vulg. habetur *mater nostra*, bis saltem leg. Augustinus *mater omnium nostrum:* De civ. Dei, l. 15, c. 2, et Enarr. in Ps. 124, n. 3.

Omnis homo clamat, beatum se velle esse.

aliqua dubitatione se velle respondet: omnis homo clamat, beatum se velle esse; sed qua eatur ad beatitudinem, et ubi inveniatur illa beatitudo, hoc nesciunt homines: ideo errant. Nemo enim errat, qui nusquam it: eundo, et nesciendo qua eatur, omnis error oboritur. Revocat dominus ad viam; et, cum efficimur fideles, credentes Christo, non iam in patria sumus, sed tamen in via iam coepimus ambulare. Quo modo ergo omnes carissimos nostros, si tamen meminimus nos esse christianos, eos qui errant vanis superstitionibus et haeresibus hortamur et monemus, ut veniant ad viam, et in via ambulent; sic et illi, qui iam sunt in via, debent se invicem exhortari. Nemo enim pervenit, nisi qui est in via: sed non omnis, qui est in via, pervenit. Illi ergo maiore periculo habentur, qui nondum tenent viam; illi autem qui iam in via sunt, et ipsi nondum securi esse debent: ne ipsius viae deliciis retenti in illam patriam, ubi sola requies est, non tanto amore rapiantur. Gressus enim nostri in hac via sunt dilectio dei

Qui diligit, currit.

et proximi. Qui diligit, currit: et quanto quisque artius diligit, tanto currit alacrius; quanto autem quisque minus diligit, tanto pigrius movetur in via. Iam vero si non diligit, prorsus remansit in via; si vero saeculum desiderat, retro respexit de via, non habet faciem ad patriam. Quid prodest, quia in via est, sed non it, redit autem? hoc est, quid

Hoc est esse in via, christianum catholicum esse.

prodest, quia christianus catholicus est — hoc est enim esse in via — et amando saeculum in via ambulat, sed retro respexit? Unde enim coepit, illuc redit. Si autem per aliquas insidias temptantis et latrocinantis in hoc itinere inimici traducatur ab ecclesia catholica, aut ad haeresem, aut ad ritus aliquos paganorum, aut ad ceteras quaslibet superstitiones et machinamenta diaboli, iam etiam viam perdidit, redit ad errorem.

3. Itaque, fratres, curramus in hac via, quia christiani catholici sumus, quae est una ecclesia dei, sicut praedicta est in scribturis sanctis. Non enim latere illam deus voluit, ut nemo se excusaret: praedicta est futura per orbem terrarum, exhibita est toto orbi terrarum. Nec nos debent movere haereses et schismata innumerabilia: magis nos turbarent, si non essent, quia et ipsa praedicta sunt. Omnes, sive qui manent in catholica, sive qui extra catholicam sunt, adtestantur evangelio. Quid est quod dico? Testimonium dant, vera omnia esse, quae dicta sunt in evangelio. Quomodo enim praedicta est ecclesia dei futura per gentes? Una, constituta in petra, quam portae inferorum non

4 omnes *V* 8 heresibus 9 in viam 12 Illi ergo... tenent viam] *omisit Mai* 13 autem qui] *pariter om. Mai* 20 sed] *2 m. corr.* si 25 heresem 32 hereses

vincant. Porta inferorum est initium peccati: STIPENDIA ENIM PECCATI MORS, et mors utique ad inferos pertinet. Quid est autem initium peccati? Scribtura interrogetur. INITIUM, inquit, OMNIS PECCATI SUPERBIA; et si superbia est initium peccati, superbia est porta inferorum. Iam ergo cogitate, quae res genuit omnes haereses: nullam aliam matrem quam superbiam invenietis. Cum enim sibi multum dant homines, et se sanctos dicunt, et ad se volunt turbas trahere, et a Christo divellere, fecerunt utiles haereses et utilia schismata nonnisi per superbiam. Sed quia ab illis omnibus haeresibus et schismatibus, id est, filiis superbiae non vincitur ecclesia catholica, ideo praedictum est: ET PORTAE INFERORUM NON VINCENT EAM.

Porta inferorum, superbia; ipsa genuit omnes haereses.

4. Itaque, fratres, ut dicere coeperam, in via sumus: curramus amore et caritate, obliviscentes temporalia. Fortes quaerit haec via, et pigros non vult. Abundant latrocinia temptamentorum: diabulus in omnibus faucibus insidiatur, ubique temptat intrare et possidere; et quem possederit, revocat a via, aut retardat illum: revocat autem, et facit illum non promovere, aut etiam deviare, ut in errores et in haereses schismatis inlaqueetur, et ad superstitionum aliqua genera traducatur. Temptat enim aut per timorem aut per cupiditatem; sed primo per cupiditatem, per promissiones et pollicitationes aliquas, aut per seductiones delectamentorum. Cum invenerit hominem contempsisse ista, et quasi clausisse adversum se ianuam cupiditatis, incipit temptare per ianuam timoris; ut si iam nihil volebas adquirere in isto saeculo, et propterea clauseras ianuam cupiditatis, nondum clausisti ianuam timoris, si times quod adquisieras perdere. Fortes itaque estote in fide: nemo vos seducat ad fraudem per aliquam promissionem, nemo inpellat in fraudem per aliquam comminationem. Quidquid tibi promittit mundus, maius est regnum caelorum; quidquid tibi minatur mundus, maior est gehenna. Ergo si vis evadere omnes timores, time poenas sempiternas, quas minatur deus. Vis calcare omnes cupiditates concupiscentiae? Vitam aeternam desidera, quam promittit deus. Ita hac claudis diabolo, hac aperis Christo. EXPLICIT.

Fortes quaerit haec via.

Duae ianuae diaboli, cupiditas et timor.

Claudantur diabolo, aperiantur Christo.

5. 8. 18 hereses 19 aut per timorem] *suppl. s. l. V* 27. 28 quidquid] *corr.* quicquid *s. l. V*

1. 11 *vincant... vincent*] Haec certe lectio Aug. ad Mt. 16,18: *et portae inferorum non vincent eam.*

2 *mors*] Rom. 6, 23, ubi tamen *stipendium* solito leg. Aug.

3 sq. *superbia*] Eccli. 10, 15.

5 *genuit omnes haereses*] Cf. Aug. serm. 46, n. 18: « superbia omnes (haereses) genuit ».

19 *aut per timorem aut per cupiditatem*] De his duobus « laqueis » seu « ianuis » saepius loquitur Aug., uti Enarr. in Ps. 30, serm. 1, n. 10; serm. Caillau II 6, n. 5; Morin 15,5 et al.

26 *in fide*] Cf. I Petr. 5, 9.

XIII.

Mai, Serm. XIII, NPB. I, 24-26: ex eodem cod. Vatic. 5758, p. 111-117 (= *V*). Cum quo etiam contuli cod. Guelferbytanum 4096, fol. 176r-178r (= *G*), non quidem sine ullo effectu; at is plerumque ab imperito homine est retractatus, qui eadem saepius obtundit, et, quod peius est, extremam partem laciniis aliunde expetitis supplevit. Quod autem adseverat Mai, hunc sermonem ipsum esse, qui a Possidio in Indiculum c. 8 relatus sit, pronuntiare non ausim, cum idem de suo sermone XXIV adserat Denisius, et omnino verosimile sit, haud semel Augustinum de isto Evangelii capitulo verba ad populum fecisse. Ceterum parum interest: nulli enim dubium esse potest, quin heic quoque Augustiniani ingenii certum monumentum habeamus.

TRACTATUS DE LAZARO PAUPERE · ET DIVITE QUI INDUEBATUR PURPURA ET BYSSO · DE CAPITULO EVANGELII.

Sancta lectio si in ista vita nos salubriter terreat, post istam vitam nemo nos terret; fructus enim timoris correctio est: non enim dixi tantum, si terreat nos divina lectio, sed si salubriter terreat; multi enim timere norunt, mutari non norunt. Quid autem sterilius timore infructuoso? Quomodo enim omnium nostrum corda trepidaverunt et contremuerunt, cum audiremus illum superbum divitem, contemptorem pauperis ad ianuam suam iacentis, sic torqueri apud inferos, ut nec supplices preces ei aliquid prodesse potuerint; responsumque illi, non crudeliter sed iuste, quod ei subveniri non posset! Eo enim tempore, quo subveniret ei converso misericordia dei, neglexit inpunitatem, et meruit cruciatum. Parcebatur ei cum esset superbus, et gaudebat in iactationibus divitiarum suarum, futura tormenta non cogitans, quae in illa superbia nec credere noverat, nec timere. Tamen aliquando venit ad ea. Et quid est, aliquando? Quanta enim mora erat dignitatis eius et superbiae? Quanta mora est floris faeni, sicut modo audistis, cum Petri apostoli epistola legeretur, commendatum de prophetia testimonium: OMNIS CARO FAENUM, ET CLARITAS HOMINIS

Multi timere norunt, mutari non norunt.

Lecta erat, praeter Lucae evangelium, epistola I Petri, c. 1.

[1] tractatus] *G;* sermo *V: reliqua inscriptio ex V;* de divite et paupere lazaro *G* [6] timere] *V;* terreri *G* [8] audiremus] ex evangelio *add. G* [10] responsumque] est *add. G* [11] subveniri] *G;* subvenire *V* [12sq.] misericordiam dei neglexit (*om.* inpunitatem), et meruit cruciatus puniri *G, evidenter falsus, et addit:* neglexit, ut dixi, inpetrare veniam, et incurrit in poenam [16] est] *G; om. V* [18sq.] modo audistis c. P. a. e. l. commendatum] *G;* Petrus apostolus dicit commemorans *V* [19] hominis] *V;* carnis *G*

UT FLOS FAENI: FAENUM ARUIT, ET FLOS DECIDIT; VERBUM AUTEM DOMINI MANET IN AETERNUM.

2. Quantumvis ergo purpura et bysso induatur caro ista, quid est aliud plus quam caro et sanguis, et faenum quod arescit? Et quantumvis dignitatem et honorem homines praebeant huic carni, flos est quidem, sed flos faeni; non enim arescente faeno manere flos faeni potest, sed, sicut faenum arescit, ita flos decidit. Habemus ergo quo nos teneamus, ut non decidamus, quia VERBUM DOMINI MANET IN AETERNUM. Numquid contempsit nos Verbum dei, fratres? numquid istam fragilitatem mortalitatemque nostram despexit, et dixit: Caro est, faenum est; arescat faenum, et flos faeni decidat, non illi subveniatur? Immo suscepit faenum nostrum, ut nos aurum faceret: Verbum enim domini, quod manet in aeternum, non dedignatum est esse ad tempus faenum, non ut ipsum Verbum mutaretur, sed ut meliorem mutationem faeno praestaret. VERBUM enim CARO FACTUM EST, ET HABITAVIT IN NOBIS; et passus est pro nobis dominus et sepultus, et resurrexit, et ascendit in caelum, et sedet ad dexteram Patris, iam non faenum, sed aurum incorruptum et incorruptibile. Mutatio ergo nobis promittitur, fratres dilectissimi: tamen dum venimus ad illam mutationem, transiturum est hoc faenum, id est, omnis dignitas carnis cum saeculo praeterit, omnis ista fragilitas veterescit. Transierat in illo divite faenum, transierat et flos faeni; sed si tempore faeni sui, et tempore floris faeni sui intellegeret Verbum domini quod manet in aeternum, et depositis omnibus toris superbiae et conplanatis substerneret se deo, et, si nollet proicere divitias, tamen aliquid de ipsis pauperibus iacentibus daret,

Verbum dei suscepit faenum nostrum.

Tori superbiae.

3 quamvis *G* 4sq. quantumvis] *s. l. corr.* quamvis *G* 6 non enim a. f. m. flos faeni] *G; excidit in V propter homoeotel.* 7 arescit] *VG;* marcescit *Mai* ita] et *add. G* quo] *G;* quod *V* 8 domini] *G;* dei *V* 9 fratres] carissimi *add. V* 10sq. est... est] *V;* sunt... sunt *G* 11 arescat et flos faeni est decidat non subveniatur *V corruptus; codicem G secutus sum* 12 enim] *V;* autem *G* 16 dominus] noster *add. G* sepultus] est *add. G* 18 incorruptibile] *G add:* Si enim in carne positus de aqua vinum facere potuit, quanto magis de ipsa carne sua corpus caeleste facere utique potuit? 20 carnis] *V;* laudis *G*, *et add:* omnis honor potestas et superbia 20sq. praeterit] *G;* praeteribit *V: G interser.* id est 21 fragilitas] carnis *add. G* 22 transierat] itaque *add. G* 23 dei *G* 24 toris] *V recte, ut notat Mai;* torporibus *V 2 m;* moris, (*in* morbis *2 m. mutat.*) *G ridicule, et intrud.* incredulitatis et et conplanatis] *om. G* substerneret] *V;* humilis prosterneret *G* nollet] contemnere et *inser. G* 25 ipsis] diviciis *add. G*

2 *in aeternum*] I Petr. 1, 24; Es. 40, 6 ubi *claritas hominis* et reliqua, quae a Vulgata discordant, apud Aug. passim invenies.

15sq. *in nobis*] Ioh. 1, 14.

refrigeraretur illi post tempus huius faeni: non sine causa peteret misericordiam, qui cum posset non exhibuit misericordiam.

3. Ergo, fratres mei, cum legeretur, et audiremus vocem in evangelio PATER ABRAHAM, MITTE LAZARUM, INTINGUAT DIGITUM SUUM IN AQUA, ET STILLET IN LINGUAM MEAM, QUONIAM CRUCIOR IN HAC FLAMMA, quomodo percussi sumus omnes corde, ne aliquid post hanc vitam tale nobis contingat, et frustra deprecemur! Non enim est locus correctionis, cum ista vita transierit. Ista vita sic est quomodo stadium; aut vincimus hic, aut vincimur. Victus in stadio, numquid extra stadium quaerit luctari, ut repetat ad coronam quam perdidit? Quid ergo? si timuimus, si exhorruimus, si contremuerunt viscera nostra, mutemus nos, cum tempus est; ipse est fructuosus timor. Non enim quisque, fratres, potest mutari sine timore, sine tribulatione, sine trepidatione. Tundimus pectora, quando nos pungit conscientia peccatorum: quod tundimus, est aliquid intus, mala aliqua conceptio; erumpat in confessionem, et non erit fortasse quod pungat: erumpant omnia peccata in confessionem. Nam et ille dives, tumidus in bysso, habebat intus quod utinam erumperet cum vivebat: non illi esset forte adhibita flamma perpetua; sed quia tunc superbus erat, umor ille tumorem fecerat, non eruptionem. Pauper autem Lazarus IACEBAT AD IANUAM ULCERIBUS PLENUS. Neminem ergo pudeat, fratres, confiteri peccata: iacere enim ad humilitatem pertinet. Tamen videte quomodo mutent vices. Cum transierit tribulatio confessionum, venit refectio meritorum: venient enim angeli, tollent ulcerosum istum, et ponent in sinu Abraham, id est, in requie

In stadio vitae huius aut vincimus aut vincimur.

Pectus quare tundatur.

Umor, tumor.

[1] faeni] *loco periodi seq. habet G* id est post mortem, et non haberet superbiam. superexaltet autem misericordia iudicio sicut scriptura dicit [3] vocem] illius hominis *add. G* evangelio] dicentis *add. G* [4] ut intinguat *G* [5] stillet in] *G, uti aliquando August.*, refrigeret *V cum Vulg.* flamma] cum ergo hoc audiremus *add. G* [7] nobis] *G; om. V* frustra] *V;* sine causa *G* locus] paenitentiae aut *add. G* [10] ad] *2 m. perperam expunct. in G* perdidit] *G ita prosequitur:* Ergo, fratres, dum tempus habemus, id est dum in hac vita sumus, operemur bonum ad omnes homines et faciamus aliquid pro nobis et pro animabus nostris ante mortem, ut non poenam et cruciatum sed refrigerium inveniamus post mortem. Si ergo timuimus *et cetera* [12] fratres] *om. G* [16] confessionem] *G pergit:* Forte enim et ille ulcerosus qui iacebat ad divitis ianuam ulceribus (plenus *s. l. suppl.*) ipse confessionem significat peccatorum. Ille itaque dives *etc.* [17] in bysso] *om. G* [18] vivebat] viveret et *G* forte] *om. G, et eius loco interser.* post mortem [19] tunc] *G inser.* ille incredulus et [20] pauper] *V;* ille *G* lazarus *om. G* [21] fratres] mei *add. G* peccata] sua *add. G* [22] mutent] *G;* mutet *V* [23] venit refectio] *V;* veniet ad refrigerium *G* enim] *om. G* [24] et tollent *G* ponent] eum *add. G* sinu] *Mai;* sinum *VG* abrachae *G*

[5] *flamma*] Luc. 16, 24.

[19] *umor ille tumorem*] Unum ex oxymoris, quibus delectabatur Aug.

[20] *plenus*] Luc. 16, 20.

sempiterna, in secreto magni patris; sinus enim secretum significat, ubi defatigatus requiescat. Sinus Abrahae secretum significat.

4. Iacebat ergo ad ianuam iste ulceribus plenus, dives autem contemnebat eum: cupiebat saturari de micis quae cadebant de mensa eius; ulceribus suis canes ipse pascebat, et a divite non pascebatur. Adtendite, fratres, quia eget pauper: BEATUS, inquit, QUI INTELLEGIT SUPER EGENUM ET PAUPEREM; adtendite, et nolite contemnere tamquam ulcerosum iacentem ad ianuam. Da pauperi, quia ille suscipit, qui et in terra voluit egere, et de caelo ditare. Ait enim dominus: ESURIVI, ET DEDISTIS MIHI MANDUCARE; SITIVI, ET DEDISTIS MIHI BIBERE; HOSPES FUI, ET SUSCEPISTIS ME, et cetera. Et illi: QUANDO TE VIDIMUS ESURIENTEM, AUT SITIENTEM, AUT NUDUM, AUT HOSPITEM? Et ille: CUM UNI EX MINIMIS MEIS FECISTIS, MIHI FECISTIS. In minimis suis laborantibus in terra quodammodo personam suam misericorditer esse voluit, subveniens de caelo omnibus qui laborant. Christo ergo das, cum das egenti: an times, ne aut talis custos aliquid perdat, aut talis dives non retribuat? Omnipotens est deus, omnipotens est Christus: perdere nihil potes: commenda illi, et nihil amittits. Quando commendas? quando pauperi das. Tales divitiae non transeunt, cum transierit caro ut faenum, et claritas hominis ut flos faeni. Itaque, fratres, si conterriti sumus, ne tales post hanc vitam poenas et cruciatus ardentis flammae patiamur, quales pertulit superbus et inmisericors dives, nunc, cum tempus est, corrigamur; tunc enim non est locus subveniendi, quia non est locus corrigendi: tunc enim subvenitur unicuique, cum corrigitur. Ista vita est correctionis, ista vita est auxilii et opitulationis. Conversi ad dominum. EXPLICIT TRACTATUS DE DIVITE ET PAUPERE LAZARO.

Christo das, cum das egenti.

Ista vita correctionis est.

3-8 Iacebat ergo – Da pauperi] *his omissis G tantum habet:* Itaque, fratres, considerate quid post hanc vitam meruit infelix et misericors dives, et nolite contemnere pauperem ulcerosum iacentem ad ianuam vestram 8 suscipit] *G;* suscepit *V* qui et] *G;* et *om. V* 9 ait] *ad marg. G 2 m. corr.* dicturus est 10 dedistis] *scripsi;* dedisti *V;* non dedistis *G* 11 suscepistis] *scripsi;* suscepisti *V;* non suscepistis *G* 12 ille] *add.* dicet *G* 13 non fecistis *utroque loco G* 14 quodammodo] *om. G* 16 retribuat] custodiat *G mendose* 17 potes] *VG, an pro* potest? 18-25 Quando commendas *etc.*] *pro hac conclusione substituit G lacinias ex August. serm. 86, n. 2. 3 et 5.*

1 *sinus e. secretum significat*] Aug. serm. 14, n. 4: «in sinum Abrahae, id est in secretum... sinus erat, quia secretum erat».

7 *pauperem*] Ps. 40, 2.

13 *fecistis*] Mt. 25, 35 sqq.

20 *claritas hominis*] ex Esai. 40, 6, ut supra p. 288, l. 19.

XIV.

Mai, Serm. XIV, NPB. I, 26-30: ex eodem cod. Vatic. 5758, p. 117-125 (= *V*). Quem etsi omnino genuinum, illum tamen esse non puto, de quo Possidius, Indic. c. 9. his verbis: « Ex evangelio, de dilectione Dei et proximi », maxime cum hic non de evangelio, sed « de praesenti psalmo », scil. 36, occasionem acceperit Augustinus, ut ipse n. 3 infra profitetur. Ceterum de caritate, qua in re tota versatur oratio, quam saepe quamque impensius b. episcopus verba fecerit, omnibus perspectum est. Quod Andreas Wilmart primum animadvertit, pauca verba ex exordio huius sermonis servata sunt in vetustissimo codice papyraceo Paris B. N. lat. 11641, fol. 52r: edit. H. Bordier, Genève 1866, p. 147 et 146 (= *P*).

INCIPIT DE CARITATE ET DE SOLO AMANDO DEO.

Exhortationibus divinarum lectionum et alimentis verbi dei bene pasci cotidie corda caritatis vestrae non ignoramus; propter desiderium tamen, quo accendimur in invicem, caritatis loquendum est aliquid caritati vestrae. Quid aliud, quam de ipsa caritate? Ipsa est enim, de qua quisque si loqui voluerit, non sibi eligit lectionem quae recitetur, ut de caritate sit occasio sermocinandi: omnis enim pagina, quaecumque aperitur, hanc sonat. In hanc rem ipse dominus testis est, et ex evangelio commonemur, quia cum ab illo quaesitum esset, quae maxima praecepta essent in lege, respondit: DILIGES DOMINUM DEUM TUUM EX TOTO CORDE TUO, ET EX TOTA ANIMA TUA, ET EX TOTA MENTE TUA; et DILIGES PROXIMUM TUUM TAMQUAM TE IPSUM. Et ne aliud quaereres in paginis sanctis, subiunxit et ait: IN HIS DUOBUS PRAECEPTIS TOTA LEX PENDET ET PROPHETAE. Si tota lex et prophetae in his duobus praeceptis pendent, quanto magis evangelium? Caritas enim innovat hominem: nam sicut cupiditas facit hominem veterem, sic caritas novum. Inde ingemens in conflictatione cupiditatis ait: INVETERAVI IN OMNIBUS INIMICIS MEIS. Caritatem autem ad novum hominem pertinere, ipse dominus hoc modo significat: MANDATUM NOVUM DO VOBIS, UT VOS INVICEM DILIGATIS. Si ergo lex et prophetae ex caritate pendent, cum in lege et prophetis testamentum vetus commendatum videatur, quanto

Omnis scripturae pagina caritatem sonat.

Caritas innovat hominem.

[2] exhortationem *P* [3] codidiae *V*, cotidie pasci *P* [12] quaereris *V* [14] profetae *1 m.* [18] pertinere] *V*; pertingere *falso Mai*

[11] *tua*] Mt. 22, 37.

[12] *te ipsum*] Ibid. 39.

[14] *prophetae*] Ibid. 40; his porro tribus versiculis commemorandis quamquam non sibi constat Augustinus, at certe in omnibus cum hoc sermone concordat Tract. in Ioh. 17, n. 6.

[18] *meis*] Ps. 6, 8: ita constanter Aug.

[20] *diligatis*] Ioh. 13, 34: sic legebat Aug. Adnot. in Hiob. c. 38: Migne 34, 878.

magis evangelium, quod testamentum novum apertissime dicitur, non pertinet nisi ad caritatem, quando et mandatum suum dominus non dixit, nisi ut vos invicem diligatis? Et novum dixit ipsum mandatum, et ad innovationem nostram venit, et novos homines nos fecit, et novam hereditatem eandemque aeternam promisit.

Quomodo lex testamentum vetus dicatur, et caritate pendeat.

2. Nam si forte cogitatis, quomodo et testamentum vetus dicatur lex, et caritate pendeat, cum caritas innovet hominem, et ad novum hominem pertineat, haec causa est. Praetenditur ibi testamentum vetus, quia promissio terrena est, et regnum terrenum ibi colentibus se dominus pollicetur. Sed extiterunt et tunc amatores dei, qui eum gratis amarent, et corda sua casto suspirio mundarent in ipsum; qui remotis integumentis veterum promissorum pervenerunt ad praefigurationem futuri novi testamenti, et conpraehenderunt omnia illa, quae in vetere testamento secundum veterem hominem vel praecepta vel promissa sunt, figuras esse novi testamenti, quas novissimo tempore erat dominus impleturus, apertissime dicente apostolo: HAEC AUTEM IN FIGURA CONTINGEBANT EIS; SCRIBTA AUTEM SUNT PROPTER NOS, IN QUOS FINIS SAECULORUM DEVENIT. Occulte itaque praenuntiabatur novum testamentum, et illis veteribus figuris praenuntiabatur. Adveniente vero tempore novi testamenti coepit novum testamentum aperte praedicari, et illae figurae enarrari et exponi, quemadmodum ibi intellegeretur novum, ubi promissum est vetus. Erat ergo adnuntiator veteris testamenti Moyses; sed qui erat adnuntiator veteris, intellector erat novi: populo carnali vetus adnuntiabat, ipse spiritalis novum intellegebat. Apostoli vero adnuntiatores erant et ministri novi testamenti, non quia tunc illud non erat, quod postea per apostolos manifestaretur. Caritas ergo ibi, caritas hic: sed ibi occultior caritas, apertior timor; hic autem manifestior caritas, minor timor. Quantum enim crescit caritas, tantum minuitur timor. Crescente quippe caritate secura fit anima; ubi autem plena securitas, nullus est timor, dicente etiam Iohanne apostolo: CONSUMMATA CARITAS FORAS MITTIT TIMOREM.

Moyses, adnuntiator veteris testamenti, intellector novi.

1 apertissimae *V* 17 scripta *2 m.* 25 apostuli 26 non quia tunc illud non erat] *locus, ni fallor, mendosus; quem tamen ut corrigam, mihi non sumo*

10 *sed extiterunt et tunc amatores dei* etc.] Similia leguntur Aug. epist. 140, n. 5.

18 *devenit*] I Cor. 10, 11; singularum lectionum exempla invenies apud Aug.

24 sq. *ipse spiritalis novum intellegebat*] Haud secus Aug. Enarr. in Ps. 89, n. 1: « Fuit e. Moyses minister testamenti veteris, et propheta testamenti novi »; Enarr. Ps. 138, n. 28: « homo ad novum testamentum per intellegentiam pertinens, famulus Dei Moyses ».

28 *minor timor*] Aug. in Epist. Ioh. tract. 9, n. 4: « Maior caritas, minor timor; minor caritas, maior timor ».

31 *timorem*] I Ioh. 4, 18 ubi interdum legit Aug. « perfecta caritas », interdum « consummata dilectio ».

3. De hac igitur caritate loquentes cum sanctitate vestra, quia, sicut dixi, quaecumque dominica pagina legeretur, nihil nos aliud quam de ipsa caritate admoneret, accepimus etiam occasionem de praesenti psalmo. Videte, si aliud faciunt divina eloquia, nisi ut amemus: videte, si aliud agunt, nisi ut accendamur, ut flagremus, ut desideremus, ut gemamus, ut suspiremus, quousque perveniamus. Laborantibus in terra hominibus, et inter temptationes maximas constitutis, attendentibus plerumque corde mortali et infirma cogitatione, quemadmodum hic soleant secundum tempus praepollere mali, et felicitate transitoria superbire — solet autem ista cogitatio temptare servos dei, quasi sine causa colant deum, si sibi deesse videant, quod abundare impios conspiciunt — sic ergo constitutis hominibus, praevidens Spiritus sanctus istam temptationem nostram, et mutans amorem nostrum, ne nobis impii et scelesti homines tanto magis imitandi viderentur, quanto magis eos videremus secundum saeculum esse felices, amore talium rerum, qualium illi abundantia tumescebant, ait: NOLI AEMULARI IN MALIGNANTIBUS — caput psalmi est — NEQUE ZELERIS EOS QUI OPERANTUR INIQUITATEM; QUONIAM SICUT FAENUM CITO ARESCENT, ET SICUT HOLERA PRATI CITO CADENT. Numquid faenum numquam floret? Sed modicum est quod floret, cito veniet ariditas floris illius; et, ut floreat, frigidus aer facit. Calidus quasi aer anni adventus domini Iesu Christi erit; quasi frigidus aer anni hoc tempus est: sed caveamus ne in frigido anni aere frigescat caritas nostra. Honor noster nondum apparuit: frigus est in superficie, in radice sit calor. Sic enim arbores in aestate frondent, et pulcrae sunt, et faecundae sunt, quae per hiemem aridae videbantur. Numquid totum, quod aestate vides in ramis, hoc erat per hiemem? Erat, sed in radice occultabatur. Honor ergo noster, qui nobis promittitur, nondum est: veniat aestas nostra: nondum est, abscondita est. Melius dicimus, non apparet, quam, nondum est; ait enim apostolus aperte: MORTUI ENIM ESTIS. Quasi arboribus loquebatur

Cantatus erat ps. XXXVI.

Aestas, adventus Christi; hiems hoc tempus est.

1 igitur] *om. Mai* 11 quod abundare] *V;* quo abund. *Mai: cf. Thes. l. lat. I. 232, 82 et 234, 32 sqq.* 16 in] *Mai;* inter malignantibus *V, cuius constructionis exempla in lexicis non desunt* 17 zelaeris *V, altera* e *1 m. s¹ l. addita* 27 per hiemem — occultabatur] *1 m. suppl. inter lineas* 28 promittitur] *1 manus hic inter lineas inseruit* id est honor, *postea in* idem honor *corr.; Mai* id est honor *in textum recepit* 28 sq. nondum est, abscondita est] *V 1 m.; quod poster. m. mutavit in* non dicimus aestas abscondita est, *et hanc quoque lectionem Mai sui fecit*

19 *cadent*] Ps. 36, 1. 2 partim tamen aliter, quam ex Augustino hucusque innotuerat.

21 *adventus d. I. Christi erit*] Cf. ea quae ex Aug. adduxi ad sermonem ex codice Basiliensi nuper a me editum (Morin 12, 1).

30 *estis*] Col. 3, 3.

per hiemem. Sed ut noveritis quia superficies mortua videbatur, interiora vero vivebant, statim subiunxit, et ait: ET VITA VESTRA ABSCONDITA EST CUM CHRISTO IN DEO. Videmur habitare in hac terra: ubi fixerimus radicem, considerate. Radix amoris nostri cum Christo est, in deo est: ibi opulentia honoris nostri; sed nondum apparet modo. Radix amoris nostri cum Christo est.

4. Quid autem secutus ait? CUM CHRISTUS APPARUERIT VITA VESTRA, TUNC ET VOS CUM EO APPAREBITIS IN GLORIA. Modo ergo gemendi tempus est, tunc laetandi: modo desiderandi, tunc amplectendi: quod modo desideramus, non adest; sed non deficiamus in desiderio, longum desiderium exerceat nos, quia non nos fraudat ille qui promisit. Non dicimus, fratres, nemo frigescat: nemo vel tepescat. Et si servientibus deo insultant amatores saeculi: Ecce nos quae habemus, et quibus fruimur: ubi est felicitas vestra? Vos quod videatis non habetis, sed quod credatis habetis: at illi non credunt, quibus non demonstratur; gaudete, quia credidistis: plus gaudebitis, cum videbitis. Et si gemitis, quia non potestis modo id ostendere, gemitus doloris vestri proficiet ad salutem, sed etiam ad gloriam sempiternam. Non est quod nobis pro magno ostendant: praesens videtur felicitas ipsorum, nostra futura; sed verius dicimus, quia nec praesens est ipsorum, nec futura erit: quia enim amant falsam praesentem, non venient ad veram futuram. Si autem neglegant falsam praesentem, et illud quod habent, inveniant quid inde faciant, et noverint quid inde conparent: audiant consilium beati apostoli, quod mandat Timotheo divitibus praecipiendum. Ait enim: PRAECIPE DIVITIBUS HUIUS MUNDI, NON SUPERBE SAPERE, NEQUE SPERARE IN INCERTO DIVITIARUM, SED IN DEO VIVO, QUI PRAESTAT OMNIA NOBIS ABUNDANTER AD FRUENDUM. DIVITES SINT IN OPERIBUS BONIS, FACILE TRIBUANT, COMMUNICENT: THESAURIZENT SIBI FUNDAMENTUM BONUM IN FUTURUM, UT ADPRAEHENDANT VERAM VITAM. Si ergo, fratres, apostolus eos, qui sibi videbantur felices esse in rebus praesentibus, detorsit ab intentione terrena, et direxit in caelum: noluit gaudere de praesentibus, sed sperare futura; si habentibus ista talia dicit aposto- Insultationes amatorum saeculi. De divitiis praeceptum apostoli.

5 nondum] *falso* non cum *rescriptum* 16 dolores *V 1 m.* 22 audiant] *corr. ex* audiunt 28 sq. Si ergo, fratres] *verba haec lectu nunc difficillima restitui, quibus erasis male sanus corrector minusculis litteris substituit* in Christo Iesu domino nostro; *quem Mai sine ulla suspicione secutus est*

3 *in deo*] Col. 3, 3.

7 *in gloria*] Ibid. 4. Aug. modo *cum illo*, modo *cum ipso* legit, quod tamen constanter verbo *apparebitis* anteponit.

13 *ubi est felicitas vestra?*] Hae voces gentilium apud Augustinum, serm. Denis 2, 4 et alibi passim.

28 *vitam*] I Tim. 6, 17-19, eo scilicet modo, qui Augustino peculiaris est.

lus, quanto magis totum cor ad id quod futurum est debet extendere, qui in ista terra statuit nihil habere? Sed nihil habere superfluum, nihil habere quod oneret, nihil habere quod obliget, nihil habere quod impediat. Nam illud verius perficitur et in hoc tempore in servos dei, QUASI NIHIL HABENTES, ET OMNIA POSSIDENTES. Tuum quod voces non sit, et omnia tua erunt: si haeseris in parte, amittis totum; quantum enim tibi de divitiis sufficeret, tantum sufficit de paupertate. EXPLICIT SERMO DE AMORE DEI ET DE CARITATE ET DE VERSU PSALMI · XXXVI.

Dives paupertas servorum dei.

XV.

Mai, Serm. XV, NPB. I, 30-32: ex eodem codice bobiense-vaticano 5758, p. 125-133 (= *V*). Cuius auctoritatem nemo mea quidem sententia iure in dubium vocabit, quippe quam certam faciat Possidius, Indic. c. 9, ubi tractatus meminit « De versu psalmi septuagesimi, *Libera me de manu peccatoris* etc. », cui nihil, quod inter sermones a se editos respondeat, Maurini deprehenderunt. Neque ipse Mai Calamensis episcopi testimonium statim animadvertit, sed paullo post: cf. p. 52, ad sermonem 24, not. 1; ubi tamen falso titulum adducit, qui ad sermonem Maur. 160 refertur.

INCIPIT SERMO DE RESPONSORIO PSALMI LXX: DEUS MEUS, ERUE ME DE MANU PECCATORIS.

Omnis anima, quae intenta cantat voce psalmi deo, necesse est ut tunc de suis propriis periculis cogitet, et familiari quodam tangatur affectu, si quid forte tunc vel tribulationis extrinsecus, vel difficultatis intrinsecus patitur, et ad id quod patitur refert quod cantat. Respondimus: DOMINE LIBERA ME DE MANU PECCATORIS, ET DE MANU FACINEROSI ET INIURIOSI. Fortasse unusquisque vestrum, cum haec verba a lectore

6 heseris *V* 15 facinerosi] *hic et fere constanter V; infra 2 m. corr.* facinor.

5 *possidentes*] II Cor. 6, 10.

15 *Domine libera me*] Ps. 70, 4. Aliter legisse videtur Aug. in Enarr. huius Psalmi, serm. 1, n. 6, *Deus meus erue me*, haud secus atque in sermonis huius inscriptione; sed eodem Enarrationis loco non sibi ipse constat, cum bis ibi utatur lectione *Libera me*. Equidem fateor constanter legit *de manu legem praetereuntis et iniqui*, nusquam, quod hic habetur, *facinerosi et iniuriosi;* quidni vero haec una ex iis antiphonis fuerit, quas ex antiquiore translatione desumtas populus adhuc cantare perseverabat, etiam posteaquam translatio ipsa obsoleta erat? Qua de re conferas velim acutum Pauli Capelle iudicium in opere, quod ante annos plus quindecim Romae edidit « Le texte du Psautier latin en Afrique » (Collectanea biblica, t. IV), p. 142 sq. Ad hanc meam suspicionem accedit, qua utitur orator, vox *respondimus:* nimirum plebis quasi responsio erat, inter versus psalmi singulos repetita. In Ps. 25, vers. 4, ubi Augustinus legebat *cum iniqua gerentibus*, Donatistae porro psallebant *cum facinerosis* (Capelle, op. cit. p. 74).

audit, vel ipse respondit, non cogitat nisi aliquem inimicum suum, aut qui illi calumniatur, aut qui illum parat mittere in carcerem, qui contra illum forte chirographum falsum conponit: ipsum vocat peccatorem, ipsum facinerosum et iniuriosum, ab ipso se cupit liberari. Vides illum cantare, et cum adfectu cantare, vultum etiam verbis psalmi adcommodare, aliquando et lacrimis ora rigare, suspirare inter verba cantandi. Qui nescit discernere affectus, iam illum hominem laudat, et dicit: Magno affectu audit lectionem: quomodo gemit, quomodo suspirat! Ille autem de inimico illo suo cogitat, a quo aliquam calumniam, aliquam vim, aliquam fraudem et circumventionem pertimescit; et totis viribus, et totis medullis, voce vultu suspiriis dicit: DOMINE LIBERA ME DE MANU PECCATORIS, ET DE MANU FACINEROSI ET INIURIOSI. Talis qui cantat, vetus homo cantat, et carnaliter intellegens conatur, cum sit vetus, cantare canticum novum. Novus cantet, si novum cantat. Quid est, novus cantet? Desiderio novae vitae innovetur, aliud concupiscat, propter aliud deo suspiret, sit amator regni caelorum. Brevius dicam: sit amator dei, deum amet, gratis amet. Hoc enim et diabolus ille volebat obicere, et in eo volebat convincere sanctum virum Iob, quasi vetus esset, ut ad id, quod promissum est novo, eum pervenire non sineret, quando ait: NUMQUID IOB GRATIS COLIT DEUM? Si ergo gratis colit, vicit diabolum; si non gratis colit, victus est a diabolo. Valeret enim calumniatoris obiectio, si gratis Iob non coleret dominum. Ideo te, inquid, colit, quia tanta illi dedisti. Propterea deus permisit temptari Iob, ut, a quo se sciebat gratis coli, et nobis ostenderet imitandum: deo enim cognitus erat, sed nos latebat. Videte ergo, quid contigit perversitati diaboli: cum unum vult ostendere praevaricatorem, multos fecit sancti imitatores. Non enim eum sibi subiecit, sed nobis ostendit. Quid ergo? unde intellectus est Iob quia gratis colebat? Quia non gratias egit cum haberet, et blasphemavit cum non haberet, sed placitum dei praeposuit omnibus divitiis suis, tamquam dicens: Habeo qui dedit, quid quaero quid dedit?

Cum affectu cantantis et audientis vivida descriptio.

Canticum novum non cantat nisi qui gratis amat deum.

2. Dicam ergo, fratres, quisquis propterea colit dominum, ut habeat divitias, habeat honores saeculi, et haec ab illo petit, manifestum est quia non gratis colit: ad praemium colit. Si non ei ista deus det, deserendus est; qui dederit, amplius colendus existimatur. Et non

Quis gratis colat deum.

1 cogitant] n *expuncta V* 2. 10. 22. calumn.] *ex* calomn. *corr.* 3 chirografum 5 vides] *ex* vidis *corr.* adfectu] *1 m. hoc loco tantum* 6 psalmis 10sq. pertimiscit *corr.* 21 colit] *1 loco ex* colet *corr.* 23 inquid] *1 m.* 31 quid dedit] *scripsit Mai, malim* quod dedit; qui dedit *V* 35 det] *2 m. suppl.*

13 *iniuriosi*] Ps. 70, 4; cf. p. 296, l. 15. 21 *deum?*] Hiob. 1, 9.

dat nisi ipse: sed tamen, si alter dedisset, deo deserto ad illum confugissent istorum amatores. Ad deum nitere, deus tibi sit totum bonum, deus tibi sit verum bonum. Sublatis ergo omnibus rebus, diabolus quia non tulit illum quem gratis amabat, etiam ipsius voce diabolus prostratus est: DOMINUS DEDIT, ET DOMINUS ABSTULIT; SICUT DOMINO PLACUIT, ITA FACTUM EST. Non dixit: Et quid sum facturus contra dominum? plangam me, quia non eum possum vincere. SIT, inquid, NOMEN DOMINI BENEDICTUM. Solum propter filios suos, quorum timebat peccatum, conscidit vestimenta sua, orans utique paterno affectu pro eis. Quod autem abstulit deus, libenter accepit, quia ipsum deum amplectebatur libentius.

Solum propter filios scidit Hiob vestimenta sua.

3. Existit aliquis et dicit: Non colo deum propter divitias, et ipse scit, neque propter honores caducos et temporales. Et propter quid? Eliquemus hominem gratis colentem, gratis amantem. Et propter quid? Nolo, inquit, divitias, sufficientiam rerum volo: nihil in domo mea desit, salvus sim cum coniuge, cum filiis meis; hoc mihi sufficit. Adhuc nondum gratis colis deum. In ipso Iob ostendit hoc nobis: nam diabolus permissu quidem dei, qui divitias abstulerat, et non ille, ceciderat; quia sic eas calcabat, ut ex deo penderet. Abstulit et salutem, permisit hoc deus; et demonstratus est Iob ita gratis colere deum, ut nec propter ipsam salutem corporis eum coleret et amaret. Et non eum diabolus in uno membro percussit: a capite usque ad pedes putrem fecit; et hoc ad ampliorem subiectionem suam, ut amplius triumpharetur: ut qui seduxerat Adam immortalem, a putri homine vinceretur. Percussit eum itaque gravi vulnere a capite usque ad pedes; et putrescens vermibus patitur coniugem temptatricem, relictam sibi diaboli adiutricem. Illa ipsa erat Eva, sed ille non ipse Adam. Subiecit blasphemandi suasionem, ut ille amissa patientia amitteret eum, quem gratis colebat. Sed quando amitteret, cui sic inhaerebat? Quid enim mulieri talia dicenti respondit? LOCUTA ES TAMQUAM UNA EX INSIPIENTIBUS

Relicta ei uxor, ut diaboli esset adiutrix.

[2] nitere] *Mai;* nitiret *V* [3] verum] virum *V* [10] autem] *V; om. Mai* [15] inquit] *hic 1 m.* [18] obstulerat *V* [20] Iob] *V;* nobis *Mai* [23 sq.] triumpharetur] *ex* triumfaretur *corr.* [26] temptatricem] *ex* temptaricem *corr.* [27 sq.] blasphemandis, *extrema littera expuncta*

[8] *benedictum*] Hiob. 1, 21; coniunctionem *et* post *dedit* additam habes, serm. Denis 21, 6 et apud Pseudo-Prosperum, De promiss. part. I, c. 22, n. 30.

[14] *Eliquemus hominem*] Cf. Aug., Adnot. in Hiob, c. 28: « opus habeant *eliquari* » (Migne 34, 854).

[27] *non ipse Adam*] Iisdem fere verbis Aug. serm. Denis 21, 7: « Illa adhuc Eva, ille iam non Adam ».

MULIERIBUS: SI BONA PERCEPIMUS DE MANU DOMINI, MALA NON SUSTINEBIMUS? Ecce gratis colens, nec propter ipsam salutem corporis colens, quam communem habemus cum pecudibus.

4. Est ergo aliud, quod nobis servat deus: propter hoc colatur, propter hoc ametur. Se ipsum servat amantibus; faciem suam vult ostendere purgatis, non oculo carnis, sed oculo cordis: BEATI enim MUNDI CORDIS, QUONIAM IPSI DEUM VIDEBUNT. Ama, ut videas: quia non est vile quod videbis, non est leve: illum videbis, qui fecit quidquid amas. Et si ista pulchra sunt, qualis est ipse qui fecit? Non vult deus ames terram, non vult deus ames caelum, id est quae vides, sed ipsum quem non vides; sed non semper non videbis, si non semper non amaveris. Ama absens, ut fruaris praesens: desidera quem teneas, quem amplectaris: inhaere primo fide, postea inhaerebis specie; nunc enim peregrinus per fidem ambulas et per spem: cum perveneris, perfrueris eo quem peregrinus dilexisti. Ipse condidit patriam, ad quam venire festines: inde ad te litteras misit, ut de peregrinatione redire non differas. Ergo si ad illam patriam tendis, ubi fruaris patriae conditorem, nunc in deserto es inter multas temptationes, cavendus est hostis; disce contra quem cantes: DEUS MEUS LIBERA ME DE MANU PECCATORIS, ET DE MANU FACINEROSI ET INIURIOSI. Peccator diabolus est, fratres, facinerosus diabolus, iniuriosus: de ipsius manu opta te liberari, ut via peracta, iuxta quam ille audet insidiari, venias ad patriam, quo non possit admitti.

Ama, ut videas eum, qui se servat amantibus.

Peccator, facinerosus, iniuriosus, diabolus est.

5. Audi esse diabolum peccatorem: scribtum est, AB INITIO DIABOLUS PECCAT. Iam vero facinerosum et iniuriosum quis ignorat? Quid tam facinerosum est, quam homicida? Quis prior hominem occidit, nisi qui Adam decepit? Et iniuriosus ipse est, qui contra iustitiam facit, quia in veritate numquam stetit. Contra istum facinerosum et iniuriosum cantatur: DOMINE LIBERA ME DE MANU PECCATORIS, ET DE MANU FACINEROSI ET INIURIOSI. Noli contra vicinum tuum calumniatorem,

4 sq. propter hac... propter hac *V* 5 vult] t *suppl. s. l.* 8 quicquid *2 m.* 12 applectaris *cod., qua de forma v. Thes. l. lat. II, 51 sq.* 13 inheribis *V* speciem, m *exp.* 15 dilexisti] *2 m. ex* dilecsisti *corr. V, quem scribendi modum secutus est Mai* ad quem *V* 17 conditorem] *1 m. verbo «frui» prisca syntaxi cum accusat. constructo;* m *2 m. exp.* 17 sq. est i. m. temptationis c. e. hostes *V 1 m.* 19 facinerosi] e *in* o *hoc loco immutata*

1 sq. *sustinebimus?*] Hiob 2, 10, uti fere ab Aug. profertur.

7 *videbunt*] Mt. 5, 8 ubi *mundi cordis* fortasse pro *mundicordes* scriptum est, qua lectione saepius utitur Aug., etsi alibi modo *mundi corde* legit, modo *mundo corde.*

19 *Deus meus*] hoc loco et in sermonis inscriptione, cum alibi *Domine* constanter habeatur.

20 · 29 *iniuriosi*] Ps. 70, 4; cf. p. 296, l. 15.

24 *peccat*] I Ioh. 3, 8.

27 *stetit*] Cf. Ioh. 8, 44.

Contra ipsum, non contra homines, versus psalmi cantatur.

noli contra potentem, qui movit limitem tuum, noli contra ipsum insidiatorem, qui te parat occidere: isti enim omnes homines sunt, qui tibi insidiantur; caro sunt, sanguis sunt, transeunt. Audi apostolum dicentem: NON EST VOBIS CONLUCTATIO ADVERSUS CARNEM ET SANGUINEM. Ergo, adversus quos est conluctatio? contra quos dicendum est LIBERA ME DOMINE DE MANU PECCATORIS, ET DE MANU FACINEROSI ET INIURIOSI? Non est vobis, inquit, conluctatio adversus carnem et sanguinem, SED ADVERSUS PRINCIPES ET POTESTATES ET RECTORES MUNDI TENEBRARUM HARUM, ADVERSUS SPIRITALIA NEQUITIAE IN CAELESTIBUS.

Hominem vitando caves, diabolum orando.

Hominem vitando caves, diabolum orando. Vitatur enim hostis visibilis, ut, ubi ille adest, tu ibi non sis; vitas enim quem vides. Quomodo vitabis quem non vides? orando. Ora contra illum: tela tua, orationis sunt. Tu taces, ideo ille insidiatur; oras, et ille ardet. Sed ex affectu ora, quo gratis amas deum, ut perveniat ad eum oratio tua, quem gratis amas. EXPLICIT DE RESPONSORIO PSALMI · LXX.

XVI.

Mai, Serm. XVI, NPB. I, 33-35: ex eodem cod. Vatic. 5758, p. 133-139 (= *V*). Huic quoque adstipulatur Possidius Indic. c. 9, ubi post sermonem superiorem continuo meminit tractatus « De versu psalmi septuagesimi quarti, *Confitebimur tibi deus, confitebimur tibi*, et cetera »; quod doctum cardinalem effugisse mirum est. Ego quidem suspicor, ambos sermones, uti in Bobiense-Vaticano, ita in codice, quo Possidius usus est, unum alteri subiunctos fuisse.

INCIPIT SERMO DE RESPONSORIO PSALMI LXXIIII: CONFITEBIMUR TIBI DEUS, CONFITEBIMUR ET INVOCABIMUS NOMEN TUUM.

Quod audimus et cantamus, etiam opere complendum est.

Felices sumus, si, quod audimus et cantamus, etiam faciamus: auditio enim nostra seminatio, operatio autem fructus est seminis. Ager, in quo seminatur triticum, et spinas generat, non horreum debet sperare, sed flammam; sic et hii, qui bona audiunt, et mala operantur, non sibi horreum regni caelorum sperent, sed illum ignem de quo dicitur: ITE IN IGNEM AETERNUM, QUI PRAEPARATUS EST DIABULO ET ANGELIS

[5] contra quos] *2 m. V ac recte, ut videtur, ex* contra eos *corr; emendationem Mai non recepit* [13] orationis] *fort. pro* orationes? [14] ad eum] *V;* ad Deum *Mai* [24] diabolo *2 m. V*

[7] *iniuriosi*[Ps. 70, 4; cf. p. 296, l. 15.

[9] *caelestibus*] Eph. 6, 12, iuxta versionem qua plerumque usus est Aug.

[18] *tuum*] Ps. 74, 2, ubi tamen Augustinus in Enarr. huius psalmi *tibi* post alterum *confitebimur* repetit.

EIUS. Hoc praelocutus admonuerim caritatem vestram, ne infructuose intretis ecclesiam, audiendo tanta bona, et non bene operando; sed secundum bonitatem seminantis et seminis verbi dei, ita in vestris moribus et in vestra vita tamquam in bona terra uberrimus bonorum morum fructus exurgat, et speretis agricolam venturum, parantem vobis horreum quo mittamini. Ecce cantavimus, CONFITEBIMUR TIBI DEUS, CONFITEBIMUR ET INVOCABIMUS NOMEN TUUM. Confiteri deo, quid est, nisi humilari deo, non sibi adrogare merita aliqua? Quoniam GRATIA IPSIUS SALVI FACTI SUMUS, sicut dicit apostolus: NON EX OPERIBUS, NE FORTE QUIS EXTOLLATUR; IPSIUS ENIM SUMUS GRATIA SALVI FACTI. Non enim praecessit aliqua bona vita, quam ille desuper diligeret et amaret, et diceret: Subveniamus, succurramus istis hominibus, quoniam bene vivunt. Displicuit illi vita nostra, displicuit illi in nobis totum quidquid faciebamus; sed non ei displicuit quod ipse fecit in nobis. Itaque quod fecimus damnabit, quod ipse fecit salvabit: damnabit facta mala hominum, et salvabit ipsos homines; ipsi enim homines non se fecerunt, sed facta mala fecerunt. Quod in eis deus fecit, quia fecit deus hominem ad imaginem et similitudinem suam, bonum est; quod autem per liberum arbitrium aversus a conditore et creatore ipse homo et conversus ad nequitiam male operatus est, hoc damnat deus, ut hominem liberet: id est, damnat deus quod fecit homo, et liberat deus quod fecit ipse deus.

Confiteri deo est humiliari deo.

Damnat deus quod fecit homo, liberat quod fecit ipse.

2. Non ergo eramus boni, et misertus est nostri, et misit Filium suum, qui moreretur, non pro bonis, sed pro malis, non pro iustis, sed pro impiis: etenim CHRISTUS PRO IMPIIS MORTUUS EST. Et quid sequitur? VIX ENIM PRO IUSTO QUIS MORITUR; NAM PRO BONO FORSITAM QUIS AUDEAT MORI. Forte invenitur aliquis qui audeat mori pro bono: pro iniusto autem, pro impio, pro iniquo quis velit mori, nisi Christus solus,

8 humilari] *V hoc loco atque etiam in sermonibus sequentibus: cf. D. De Bruyne, Les Fragments de Freising (Collectan. bibl. lat. vol. V) Introd., p. XLVII, not. 1* arrogare *2 m.* 10 extollatur] a *2 m. litteris aliquot erasis* 14 quicquid *2 m.* 15 damnabit] *ante* facta *ex* damnavit *2 m. corr.* 17 quod] *conieci;* quid *V Mai* 20 et] *ante* conversus *V 1 m.;* est *2 m., quam correctionem Mai sui fecit* hoc damnavit *1 m.* 26 forsitam] *ita V per* m, *qui scribendi modus alibi quoque passim reperitur*

1 *eius*] Mt. 25, 41: interdum *qui praeparatus est*, uti hic habetur, legit Aug.; quandoque autem iuxta antiquiorem translationem, *quem paravit pater meus.*

7 *tuum*] Ps. 74, 2.

10 *facti*] Eph. 2, 8. 9. Priorem versum nusquam omnino sic laudatum invenio; at certe *salvi facti sumus* in antiqua translatione apud Sabatier legitur, *salvi facti* apud Augustinum, cum quo etiam adamussim concordat, qui mox sequitur, vers. 9.

21 sq. *damnat deus quod fecit homo, et liberat deus quod fecit i. deus*] Cf. Enarr. Ps. 91, n. 3: « punit quod facis, ut liberet quod fecit ».

25 *mortuus est*] Rom. 5, 6.

27 *mori*] Ibid. 7.

ita iustus ut etiam iniustos iustificaret? Nulla ergo, fratres mei, bona opera habebamus, sed omnia mala. Cum ergo talia essent facta hominum, non deseruit homines misericordia ipsius; et cum digni essent poena, ille pro poena, quae debebatur, donavit gratiam, quae non debebatur; et misit Filium suum, ut redimeret nos, non auro, non argento, sed pretio fusi sanguinis sui, agnus immaculatus ad victimam ductus pro ovibus maculatis, si vel maculatis, et non totis infectis. Accepimus ergo hanc gratiam: digne vivamus ipsa gratia quam accepimus, ne tantae gratiae iniuriam faciamus. Medicus tantus venit ad nos, dimisit omnia peccata nostra: si volumus iterum aegrotare, non solum in nos perniciosi erimus, sed etiam medico ingrati.

Ingratus est medico, qui post curationem iterum vult aegrotare.

3. Sequamur ergo vias ipsius, quas nobis ostendit, praecipue humilitatis viam, quod factus est nobis ipse: ostendit enim nobis viam humilitatis praeceptis, et fecit illam patiendo pro nobis; non enim pateretur, nisi se humilaret. Quis occideret deum, nisi se humilaret deus? Christus enim Filius dei, et Filius dei utique deus. Ipse est Filius dei, Verbum dei, de quo dicit Iohannes: IN PRINCIPIO ERAT VERBUM, ET VERBUM ERAT APUT DEUM, ET DEUS ERAT VERBUM. HOC ERAT IN PRINCIPIO APUT DEUM. OMNIA PER IPSUM FACTA SUNT, ET SINE IPSO FACTUM EST NIHIL. Quis occideret, per quem omnia facta sunt, et sine quo factum est nihil? Quis illum occidere posset, nisi se ipse humilaret? Sed quomodo se humilavit? Dicit ipse Iohannes: VERBUM CARO FACTUM EST, ET HABITAVIT IN NOBIS. Verbum enim dei non posset occidi: ut posset ergo pro nobis mori, quod mori non poterat, Verbum caro factum est, et habitavit in nobis. Immortalis suscepit mortalitatem, ut moreretur pro nobis, et morte sua occideret mortem nostram. Hoc fecit dominus, hoc nobis praestitit. Magnus humilatus est, humilatus occisus, occisus et resurgens et exaltatus, ut mortuos nos non relinqueret in inferno, sed exaltaret in se in resurrectione mortuorum, quos exaltavit modo in fide et confessione iustorum.

Via humilitatis in Christi passione nobis ostensa.

4. Ergo viam nobis humilitatem dedit. Si ipsam tenuerimus, confitebimur domino, et non sine causa cantamus: CONFITEBIMUR TIBI DEUS, CONFITEBIMUR ET INVOCABIMUS NOMEN TUUM. Impudenter enim invocas nomen eius, cui non confiteris: primo confitere, ut pares habi-

6 praetio 15 humilaret *primo loco*] humiliaret *V 1 m., sed altera* i *mox deleta esse videtur, et secundo loco* humilaret *perspicue scriptum* 18sq. apud... apud *2 m.* 20sq. nichil... nichil *2 m.* 22 Iohannis *1 m.* 27 humiliatus *2 m.* 29 in] *ante* resurrectione *V; om. Mai* 30 confessionem *V* 32 non] *mox suppl. s. l.*

20 *nihil*] Ioh. 1, 1. 2. 3.
23 *in nobis*] Ibid. 14.
33 *tuum*] Ps. 74, 2.
34 *primo confitere* etc.] Omnino similia leguntur Enarr. in Ps. 74, n. 2.

tationem ei, quem invocas. Plenum est enim cor tuum nequitia; confessio autem fundit immunditiam, quam geris intus, et mundat domum, quo veniat ille, quem invocas. Nam quisquis antequam confiteatur invocat, iniuriam vult facere ei quem invocat. Si enim aliquem sanctum non audes invitare in domum tuam, nisi prius mundaveris domum tuam, ne oculi eius patiantur iniuriam, tu audes in cor tuum plenum nequitia invocare nomen dei, nisi prius per confessionem fuderis interiorem iniquitatem? Ergo confessio, fratres mei, humiliat nos, humiliatos iustificat, iustificatos exaltat. Nam si fuerimus superbi, resistit nobis deus: si fuerimus humiles, exaltat nos deus; quoniam SUPERBIS RESISTIT, HUMILIBUS AUTEM DAT GRATIAM; et QUI SE EXALTAT HUMILIABITUR, QUI AUTEM SE HUMILAT EXALTABITUR. Conversi ad deum. EXPLICIT SERMO DE RESPONSORIO PSALMI · LXXIIII.

Iniuriam facit deo, qui antequam confiteatur invocat.

Confessio humiliat, humiliatos iustificat, iustificatos exaltat.

XVII.

Mai, Serm. XVII, NPB. I, 35-37: ex eodem cod. Vatic. 5758, p. 139-146 (= *V*). Quamquam a Possidio haud commemoratur, nec novitate aliqua verborum aut sententiarum notabilis, Augustini tamen certissimus fetus est, sicut plerique sermones parvae huius collectionis, in qua sextum obtinet locum.

INCIPIT SERMO DE RESPONSORIO PSALMI XL.

Una voce multi cantavimus, quia in Christo unum sumus; populus enim, qui dicit plurali numero PATER NOSTER, ipse est qui dicit: EGO DIXI DOMINE MISERERE MEI, SANA ANIMAM MEAM QUONIAM PECCAVI TIBI. Multi enim peccare volunt, et peccata sua sibi tribui nolunt. Attendat autem sanctitas vestra superbos homines, quomodo nolunt confiteri deo: omnia enim mala, quae faciunt, nolunt sibi tribuere; et incipiunt dicere, quia vel fortuna fecit, vel fatum fecit. Sed dicit, diabolus fecit, ne dicat, Ego feci. Tollat ergo ista de medio, qui haec dicit:

Una vox eorum, qui in Christo unum sunt.

8 humiliat] *V hoc loco, at paullo infra rursus* humilat *plerumque* dominum *habet, ut in fine sermonis Mai 13 supra.* 12 deum] *V, et si alibi*

11 *gratiam*] Iac. 4, 6; I Petr. 5, 5.
12 *exaltabitur*] Luc. 14, 11; 18, 14.
15 *unum sumus*] Cf. Rom. 12, 5; Gal. 3, 28 et Benedicti Regul. mon. c. 2: « quia... omnes in Christo unum sumus ».
17 *quoniam*] uti etiam Aug; *quia* Vulg. *tibi*] Ps. 40, 5.
21 sq. *fortuna fecit v. fatum fecit... diabolus fecit*] Item fere serm. Maurin. 29, n. 3: « Alius dicit, Diabolus mihi fecit: alius dicit, Fortuna mihi fecit: alius, Fato compulsus sum »; Enarr. Ps. 7, n. 19: « Itaque aut fortunam aut fatum inveniunt quod accusent, aut diabolum »; Enarr. Ps. 40, n. 6: « in peccatis meis non accuso fortunam: non dico, Hoc mihi fecit fatum: non dico, Adulterum me fecit Venus » etc.

Qui fato credit, ipse fit fatuus.

quia et fortuna vanitas hominum est, et fatum inanitas; et qui putaverit aliquid esse fatum, ipse fit fatuus. Et diabolus, quamvis sit hostis noster, tamen consentientem supplantat: non habet vim cogendi, sed astutiam suadendi. Si autem diabolus male suadens loqueretur solus, et deus per scribturas bona docens non loqueretur, haberes excusationem aput deum; diceres: Cui consensurus eram, nisi ei qui mihi loquebatur, quia tu mihi tacebas? Cum autem diabolus non taceat mala suadere, et deus non taceat bona monere, aures tuae mediae inter diabolum ⟨mala⟩ suadentem et deum bona praecipientem quare inclinantur ad verba diaboli, et avertuntur a verbis dei? Dicit tibi ille, Fac furtum; dicit tibi deus, Noli facere furtum. Si audires ambos, pessimus esses; et quomodo tamen posses ambobus obtemperare diversa iubentibus, cum clamet deus Christus, NEMO POTEST DUOBUS DOMINIS SERVIRE? Iam vide qualis es, qui contemnis monentem deum, et consentis diabolo decipienti. Quod cum facis, vel attende, et iam noli facere: et cum videris quia male fecisti, confitere deo, accusare noli diabolum; ut possis vere dicere, EGO DIXI DOMINE MISERERE MEI, SANA ANIMAM MEAM QUONIAM PECCAVI TIBI. Non fatum peccavit, non fortuna peccavit: SANA ANIMAM MEAM QUONIAM PECCAVI TIBI. Et quid sum facturus? Quia enim peccavi, aegroto: si aegroto, sana animam meam. Hoc est confiteri medico, et invocare medicum. Si peccata tua aliis volueris tribuere, ut dixi, vel fortunae, vel fato, vel diabolo, non tibi, et iterum bona facta tua tibi volueris tribuere, non deo, perversus es: contra enim, quidquid mali facis, malitia tua facis; quidquid boni facis, gratia dei facis.

Perversus est, qui peccata sua fortunae, fato, diabolo tribuit.

2. Videte autem quomodo nescio qui homines nolentes convertuntur ad blasphemias, ut ipsum deum velint accusare. Cum coeperit enim accusare fortunam, quia ipsa eum coegit peccare, et ipsa in illo peccavit, incipit accusare fatum, quaeritur ab eo, Quid est fortuna, vel quid est fatum? Et incipit dicere, quia stellae eum coegerunt ad peccatum. Videte quomodo paulatim blasphemia eius currit ad deum. Stellas quis posuit in caelo? nonne creator omnium deus? Si ergo tales

Quomodo blasphemia eius currat ad deum.

6 apud *V 2 m.* 8 malae suadere *2 m.* 9 mala] *ut suppleret, Mai sibi sumsit* 16 accusare] re *2 m. in rasura; fort.* accusa te *1 m.* 21 peccata] ta *2 m. s. l.* 22 aliis] *V;* his *Mai* 24 e contra *2 m.* quicquid *2 m.* 26 qui homines nolentes] *2 m.; erat primo scriptum* quomodo nolentes homines

8 sq. *aures tuae mediae inter diabolum m. s. et deum*] Cf. Enarr. in Ps. 91, n. 3: « si satanas loqueretur, et taceret deus, haberes unde te excusares; modo autem aures tuae positae sunt inter monentem deum et suggerentem serpentem ».

14 *servire*] Mt. 6, 24.

18. 19 *tibi*] Ps. 40, 5.

ibi posuit stellas, quae te cogunt peccare, nonne videtur ipse esse auctor peccatorum tuorum? Vide quam perversus es, o homo, qui, cum deus accuset peccata tua, non ut te puniat, sed ut illis punitis te liberet, tu contra propria perversitate, ubi bonum aliquid facis, tibi imputas, ubi aliquid mali, deo imputas. Converte ergo te ab ista perversitate: esto correctus, et incipe contradicere tibi, et a contrario tibi loqui. Quid enim ante dicebas? Quod facio bonum, ego facio; quod facio malum, deus facit. Immo sic est verum: quod facis bonum, deus facit; quod facis malum, tu facis. Haec dicendo non frustra cantas, EGO DIXI DOMINE MISERERE MEI, SANA ANIMAM MEAM QUONIAM PECCAVI TIBI. Nam si, ubi male, deus facit, et, ubi bene, tu facis, iniquitatem loqueris adversus deum. Audite et hinc quid dicat psalmus: NOLITE, inquit, EXALTARE IN ALTUM CORNUM VESTRUM, NEQUE LOQUAMINI ADVERSUS DEUM INIQUITATEM. Hanc enim iniquitatem loquebaris adversus deum, qua omnia bona tibi volebas tribuere, et omnia mala illi. Exaltando cornu superbiae loquebaris adversus deum iniquitatem: cum humilitate loqueris aequitatem. Quae est aequitas, quam loqueris cum humilitate? EGO DIXI DOMINE MISERERE MEI, SANA ANIMAM MEAM QUONIAM PECCAVI TIBI.

Iniquitatem in deum loquitur, qui bona sibi, mala deo tribuit.

3. Ideo, cum dixisset ipse psalmus, NOLITE EXALTARE IN ALTUM CORNUM VESTRUM, NEQUE LOQUAMINI ADVERSUS DEUM INIQUITATEM, subiecit statim: QUONIAM NEQUE AB ORIENTE, NEQUE AB OCCIDENTE, NEQUE A DESERTIS MONTIUM; QUONIAM DEUS IUDEX EST, HUNC HUMILIAT ET HUNC EXALTAT. Duos homines videt, id est, duo genera hominum. Quos ergo duos homines videt? Unum superbientem, alterum confitentem: unum loquentem aequitatem, alterum loquentem iniquitatem. Quis loquitur aequitatem? Ille qui dicit, Ego peccavi. Quis autem loquitur iniquitatem? Ille qui dicit, Non ego peccavi, sed fortuna peccavit, fatum peccavit. Cum ergo videas duos homines, unum aequi-

2 auctor] c *suppl. s. l.* o homo] *2 m. in marg. suppl.* 11 si, ubi] *2 m. corr.* sicubi male] mali *cod.* 13 cornum] *V, quod non raro alias;* cornu *Mai* 17 loqueris *1° loco*] *ex* loquebaris, *syllaba* ba *expuncta* 21 cornum] m *hoc loco expuncta* 25 superuientem *1 m.* 28 ille] *2 m. suppl.*

1 sq. *nonne videtur ipse esse auctor peccatorum tuorum?*] Similiter Aug. Enarr. in Ps. 91, n. 3: « Quaeris ab illo, quid sit fatum; et dicit, Stellae malae. Quaeris ab illo, Quis fecit stellas? quis ordinavit stellas? Non habet quid tibi respondeat nisi, Deus. Restat ergo ut... deum accuset, et, cum deus puniat peccata, deum faciat auctorem peccatorum suorum ».

10 *tibi*] Ps. 40, 5.

14 *iniquitatem*] Ps. 74, 6. Utrumque habet Aug. in Enarr. psalmi huius, *ne loquamini*, et *nolite loqui; cornum* porro versio antiqua apud Sabatier.

19 *tibi*] Ps. 40, 5.

24 *exaltat*] Ps. 74, 7, 8; singula Augustino consentanea.

tatem, alterum iniquitatem loquentem, unum humilem, alterum superbum, noli mirari quia sequitur quod dicit, QUONIAM DEUS IUDEX EST, HUNC HUMILIAT ET HUNC EXALTAT. Et parum est quod dixi, frater, ne sic loquaris, ut tibi tribuas bona quae facis, deo autem mala: sed etiam bona ipsa, quae facis, si deo sic tribueris et deo inde gratias egeris, ut tamen super alios, qui nondum bona operantur, extollas te, et quasi iam perfectae iustitiae tibi videaris, quia non facis homicidium, aut non facis adulterium, aut non facis furtum, aut ieiunas, aut das elemosynas, iam inde tibi videaris perfecisse iustitiam, et spernas eos qui ista non faciunt, et superbias quasi sanus intuens infirmos, et sic inprobat te deus. Debes enim, quantumcumque profeceris, non attendere quantum transieris, sed quid tibi restet, dum nec finias viam, et gaudeas in patria exaltatus in rege ipsius patriae, qui propter te ipsum humilis factus est.

Etiam bona, quae facimus, sic deo tribuenda, ut inde non extollamur.

4. Propterea duo quidam in templo ostenduntur a domino, et sic dicit evangelium: DICEBAT AUTEM ET ADVERSUS EOS, QUI SIBI IUSTI VIDEBANTUR, ET SPERNEBANT CETEROS, SIMILITUDINEM HANC. DUO QUIDAM ASCENDERUNT IN TEMPLUM ORARE, UNUS PHARISAEUS, ET ALTER PUBLICANUS. Pharisaei quasi principes Iudaeorum erant, vel ut docti, vel ut sancti ipsorum; publicanos autem illi habebant nequissimos peccatores. Ascenderunt ergo ambo in templum orare, et pharisaeus coepit dicere: DEUS, GRATIAS TIBI AGO. Videte quia ex eo, quod habebat boni, deo gratias agebat; sed videte ubi reprobatur: quia contemnebat eum, quem videbat peccatorem. Ideo vide verba sequentia: GRATIAS TIBI AGO, QUIA NON SUM SICUT CETERI HOMINES, INIUSTI, RAPTORES, ADULTERI, SICUT ET PUBLICANUS ISTE. Attendit illum, et contempsit; et superextulit se, et nihil rogavit dari sibi, sed tantum gratias egit ex eo quod habebat, quasi iam esset perfectus. Et coepit enumerare iam deo veluti merita sua: IEIUNO BIS IN SABBATO, DECIMAS DO OMNIUM QUAECUMQUE POSSIDEO. Ad medicum venerat curandus, et sana membra

Exemplum pharisaei et publicani.

1sq. superuum *1 m.* 3 dixi] *Mai;* dici *V 1 m.;* dicis *2 m.* 9 haelemosynas *cod.* 10 infirmus *1 m.* 11 debis *1 m.* 12 dum nec] donec *Mai; codicem sequi satius duxi, praesertim cum Mai ipse fateatur* dum nec *fortasse esse archaismum, non errorem* 14 humiles *cod.* 18 fariseus *1 m. const.* 19 farisei *1 m.* 23 bidete *1 m.* 26 sicut et] et *2 m. mutat. in* etiam

3 *exaltat*] Ps. 74, 8.

19 *publicanus*] Luc. 18, 9. 10 in omnibus fere ut Aug. Cf. Enarr. in Ps. 74, n. 10, ubi ad versum « Hunc humiliat et hunc exaltat » hanc parabolam de pharisaeo et publicano sanctus episcopus uti optimam expositionem profert.

19 *quasi principes Iudaeorum erant*] Aug. serm. 106, n. 2: « Pharisaei isti Iudaei erant quasi egregii Iudaeorum: nobiliores enim atque doctiores tunc pharisaei vocabantur ».

26 *iste*] Luc. 18, 11.

30 *possideo*] Ibid. 12.

ostendebat, vulnera tegebat. PUBLICANUS AUTEM DE LONGINQUO STABAT, NEC OCULOS AD CAELUM AUDEBAT LEVARE, SED PERCUTIEBAT PECTUS SUUM DICENS: DOMINE, PROPITIUS ESTO MIHI PECCATORI. Videte quomodo non quaesivit non accusari: se accusabat, et se verberabat, pugno percutiebat pectus, timore conscientiam, et confitebatur deo. Attendat sanctitas vestra, quomodo hunc humilat, et hunc exaltat. Audite verba domini consequentia: AMEN DICO VOBIS, DESCENDIT DE TEMPLO IUSTIFICATUS PUBLICANUS MAGIS QUAM ILLE PHARISAEUS. Et tamquam diceres, Domine, quare sic? et diceret tibi, QUONIAM QUI SE EXALTAT HUMILIABITUR, ET QUI SE HUMILAT EXALTABITUR. Hanc ergo habentes humilitatis viam, fratres carissimi, proficite, abstinete vos ab omni nequitia et malignitate; purgate etiam adque etiam mores vestros adiuvante deo, cui confitemini. Conversi. EXPLICIT SERMO DE RESPONSORIO PSALMI · XL.

XIX.

Mai, Serm. XIX, NPB. I, 40-42; ex eodem cod. Vatic. 5758, p. 172-177 (= *V*), ibi parvae collectionis Bobiensis sermo XI. Augustinum sane referunt, ut contionatoris sententiae, sic eas expromendi modus; quamquam vereor ne partem exemplaris is resecarit, qui hoc homiliarum corpus in unum collegit, sicuti certo accidit in tribus « capitulis » superioribus VIII-X ex Augustini sermonibus 62. 126 alioque tomi sexti (Migne 40, 707) misere decurtatis. Sine causa sermonem hunc in indice librorum Lauresh. et in Possidii Indiculo Mai commemoratum auguratur. Animadvertes lecta esse evang. Ioh. 21, 15 sqq.; epist. II Tim. 4, 6 sqq.: quam consuetudinem ecclesiae Hipponiensis die natali Apostolorum fuisse iam olim notavi.

INCIPIT DE NATALE APOSTOLORUM PETRI ET PAULI.

Natale genuinum qui differat a natali martyrum.

Beatissimorum Petri et Pauli apostolorum hodie natalis inluxit; natalis, non qui mundo implicavit, sed qui de mundo liberavit. Per humanam quippe infirmitatem nascitur homo ad aerumnam; per chri-

[2] lebare *1 m.* [4] se... se] *Mai;* si... si *V 1 m.;* sic... sic *2 m.* [6] humilat] *V hoc loco* [7] descendit] *corr. ex* descindit [8] fariseus *1 m.* [9sq.] humiliabitur... humilat] *ita V* [11] proficete *1 m.* nequitiam *V* [12] et malignitate; purgate etiam] *om. Mai* adque] *corr. 2 m.* atque [13] Conversi] *litteris cursivis saec. VIII insulse additum est* Quoniam ipse liberat vos de omnibus malis dominus Iesus Christus, qui regnat in saecula. [15] odie *V 1 m.* illuxit *2 m.* [17] herumnam *2 m.*

[3] *peccatori*] Luc. 18, 13.
[8] *pharisaeus*] Ibid. 14.
[10] *exaltabitur*] Ibid.
[15sq.] Hoc exordium transtulit Pseudo-Fulgentius in sermonem suum 58: Migne 65, 928.
[17sq.] *christianam*] *Christi vivam* Pseudo-Fulgent.

stianam caritatem nascuntur martyres ad coronam. Et hic dies ob eorum meritum factus est nobis propositus ad caelebrandi sollemnitatem et ad imitandi sanctitatem; ut recordantes martyrum gloriam amemus in eis quod oderunt qui occiderunt, et amantes virtutem honoremus passionem. In virtute meritum comparatum est, in passione merces restituta. Unus dies duorum martyrum et duorum apostolorum: quantum ecclesiae traditione percepimus, non uno die passi sunt, et uno die passi sunt. Hodie prior passus est Petrus, hodie posterior passus est Paulus: aequavit meritum passionem, caritas occurrit ad diem; hoc egit in eis, qui erat in eis, qui in eis patiebatur, qui cum eis patiebatur, qui adiuvabat certantes, qui coronabat vincentes. Audiamus itaque ex evangelio meritum Petri; audiamus ex epistula apostolica meritum Pauli. Modo recitatum est evangelium, modo audivimus: DOMINUS DIXIT AD PETRUM: SIMON PETRE, AMAS ME? ET ILLE: AMO, DOMINE: ET RURSUS DOMINUS: PASCE OVES MEAS. Interrogat tertio non ad aliud quam hoc quod bis interrogavit. Ad illum tertio interrogare pertinebat, Petrum tertio respondere iam taedebat. CONTRISTATUS EST enim PETRUS, ait evangelium, QUIA EUM TERTIO DOMINUS INTERROGAVIT, ET AIT: DOMINE, TU SCIS OMNIA, TU NOSTI QUIA AMO TE. ET DOMINUS: PASCE OVES MEAS. Docere vult aliquid, qui interrogat quod novit. Quid ergo voluit, tertio interrogans dominus quod sciebat, docere Petrum? Quid putamus, fratres, nisi ut caritas tolleret infirmitatem, et ut nosset Petrus tertio confitendum esse per amorem, qui ter negaverat per timorem? Meritum Petri, quod pavit oves dei: meritum Pauli iterum audiamus: Dicebat discipulo suo, adnuntiaturus ei suam passionem futuram, et ei timorem ablaturus exemplo suo: TESTIFICOR CORAM DEO ET CHRISTO IESU, QUI IUDICATURUS EST VIVOS ET MORTUOS,

Petrus et Paulus eodem die, non eodem anno passi sunt.

Cur Petrus ter a Christo interrogatus.

[2] caelebr.] *ita cod.* [11] adiubabat *cod.* [14-15] *nonnulla de sacro textu heic omissa iure Mai suspicatur* [17] taedebat] *erat primo scriptum* tedebat [21 sq.] *Mai minus recte interpungit* quod sciebat? Docere Petrum? [25] annuntiaturus *V 2 m.*

[6 sq.] *Unus dies duorum... apostolorum*] Aug. serm. 295, n. 7: « Unus dies passionis duobus apostolis »; serm. inter novos Guelferbytanos 23, 1: « ad unum diem passionis adduxit », itemque 24, 1: « adduxit eos ad unum diem ».

[7] *quantum ecclesiae traditione percepimus*] Aug. serm. 381 init.: « Sicut traditione patrum cognitum memoria retinetur, non uno die passi sunt... » Cf. Ern. de Dobschütz, « Das Decretum Gelasianum » p. 255.

[11] *adiuvabat certantes... coronabat vincentes*] Una ex sententiis quas in ore habet Augustinus: cf. in Ps. 32, Enarr. 2, serm. 1, n. 4: « et certantem exspectat, et deficientem sublevat, et vincentem coronat »; Enarr. in Ps. 143, n. 5: « ut pugnantem adiuvet te, et vincentem coronet te »; serm. 40 fin.: « ut nos adiuvent luctantes, ut coronent vincentes »; serm. 64, n. 2 etc.

[15] *oves meas*] Ioh. 21, 15 haud ita expressis verbis, ac potius exponendo, ut videtur.

[20] *oves meas*] Iob. 21, 17 neque hic ad verbum.

ET MANIFESTATIONEM ET REGNUM EIUS. Constrinxit illum testificatione, et subiecit: PRAEDICA VERBUM, INSTA OPORTUNE, INPORTUNE.

2. Hoc audientes et nos pro modulo nostro oportuni sumus volentibus, inportuni nolentibus. Oportunus est esurienti, qui panem porrigit; importunus est aegroto, qui ad escam cogit: illi cibus porrigitur, illi inpingitur: uni est grata, alteri est amara refectio, sed utrumque non deserit dilectio. Accipiamus ergo in exemplis merita apostolorum: passiones autem non solum non timeamus, sed etiam, si necesse fuerit, subeamus. Audite quid dicat idem apostolus: EGO ENIM IAM IMMOLOR. Immolatio ad sacrificium pertinet: passionem suam sacrificium esse noverat deo. Non illi qui occidebant, sed ille offerebat Patri tale sacrificium sacerdos, qui dixerat, NE TIMUERITIS EOS QUI CORPUS OCCIDUNT. TEMPUS, inquid, RESOLUTIONIS MEAE INSTAT. Quid ergo, o Paule, in illa resolutione speras, o laboriose, pro quiete? TEMPUS, inquit, RESOLUTIONIS MEAE INSTAT. Quid egisti? quid speras? BONUM CERTAMEN CERTAVI, CURSUM CONSUMMAVI, FIDEM SERVAVI. Unde servavit fidem, nisi quia non est territus a persequentibus? PRAEDICA VERBUM OPPORTUNE, INPORTUNE. Quam ergo sceleratum nobis est, ut, cum timemus, fidem non servemus, ei praesertim qui nos docet et amare meliora, et timere maiora! Quidquid potest dulce habere ista vita, non est paradisus, non est caelum, non est regnum dei, non est societas angelorum, non est consortium illorum civium supernae Hierusalem. Susum cor feratur, terra carne calcetur. Docuit nos dominus contemnere transitoria, diligere aeterna; docuit nos, curavit nos, et

Passio Pauli, deo sacrificium.

Quidquid dulce habet ista vita, non est paradisus.

[2] oportune] *V corr. ex* oportunae [12] qui dixerat] *conieci;* cur dixerat *V; item Mai, cum interrogationis nota post* occidunt; *error fortasse ortus est ex confusione verborum «qui» et «qur»: cf. Thes. l. lat. IV. 1438, 83 sqq.* [13] inquit *2 m.; paullo post etiam 1 m.* [15] resolutiones *1 m.* [18] opportune] *heic V per dupl.* p importune *2 m.* [19] ei] et *mendose 2 m.* [20] quicquid *2 m.* [23] susum] *altera* s *suppl. s. l.*

[1] *eius*] II Tim. 4, 1 quo modo solet Aug.

[2] *importune*] Ibid. 2.

[3] sq. *oportuni volentibus, inportuni nolentibus*] Haec verba in rem suam identidem vertit Caesarius Arelatensis; cf. inter alia serm. Append. Aug. 299, n. 2 et Admonitionem a Malnory editam, « Saint Césaire » (Paris 1894), p. 295.

[10] *immolor*] II Tim. 4, 6, ubi *immolor* constanter Aug.

Immolatio ad sacrificium pertinet] Cf. serm. 299, n. 3: « Immolari est Deo mori: ductum est enim verbum a sacrificio ».

[11] sq. *ille offerebat patri tale sacrificium sacerdos*] Item ibid. Aug.: « Ipse ergo (Dominus) sibi victimas fecit, ipse sibi sacrificia dicavit ».

[13] *occidunt*] Mt. 10, 28, iuxta antiquam translationem, qua utebatur Novatianus; Aug. autem solito leg. *nolite timere.*

instat] II Tim. 4, 6.

[16] *servavi*] Ibid. 7.

[18] *importune*] Ibid, 2.

[22] *societas angelorum*] Frequentissima apud Aug. verborum iunctura.

curat, quia dignatur: non enim sanos invenit, sed ad aegrotos medicus venit. Calix passionis amarus est, sed omnes morbos poenitus curat; calix passionis amarus est, sed prior eum bibit medicus, ne bibere dubitaret aegrotus. Ergo bibatur calix iste, si ille eum dederit, qui novit quid det, cui det: si autem non vult ut bibatur, alio modo sanet, dum tamen sanet. Nos tamen tanti medici manibus securi subdamur, omnino certi, nihil eum adhibiturum, quod nobis non expedit. Debitum enim, quod exigebat Paulus, tamquam ex merito repetebat. Et quod meritum? CURSUM CONSUMMAVI, BONUM CERTAMEN CERTAVI, FIDEM SERVAVI. Haec egisti: quid speras? DE CETERO SUPEREST MIHI CORONA IUSTITIAE, QUAM REDDET MIHI DOMINUS IN ILLO DIE IUSTUS IUDEX. Non ait, dat, sed reddet: si reddet, debebat. Et numquid mutuum acceperat, ut deberet? Debet coronam, reddit coronam, non factus debitor ex mutuo nostro, sed ex promisso suo: neque enim, cum eius merita coronabat, non dona sua coronabat. [Propterea ergo, fratres carissimi, propterea deus debitor, quia promissor]. EXPLICIT DE NATALE APOSTOLORUM.

Deus debitor, non ex mutuo nostro, sed ex promisso suo.

XX.

Mai, Serm. XX, NPB. I, 42-44; collectionis Bobiensis cap. XIII: cod. Vat. 5758, p. 186-191 (= *V*). Profecto genuinus, et cum sermone apud Maur. 64 omnino conferendus. Nescio, fateor, utrum indicarit Possidius, Indic. c. 8: « De evangelio, *Ecce ego mitto vos sicus oves in medio luporum*, et cetera »; ambos, si cui videbitur, aliosque praeterea qui de eodem argumento deinceps e bibliothecarum pulvere palam fient. Porro ex contionis huius extrema parte aliquando conieci, ad martyrum feminarum sollemnitatem eam pertinere, quae « vicerant etiam revocantium blandimenta maritorum » (n. 3); nihil tamen certi ex his verbis confici posse existimo.

INCIPIT DE CAPITULO · ECCE EGO MITTO VOS SICUT OVES, ET CETERA · DE NATALE MARTYRUM.

Sollemnitas martyrum, dilectissimi, qua passionis eorum memoriam celebramus, ad imitandum nobis proponitur, ut, si quid forte durae temptationis acciderit, usque in finem perseveremus, ut salvi esse possimus, sicut modo ex evangelio lectum simul audivimus: QUI PERSE-

[1] ad] 2 *m. s. l. appositum; primo scriptum erat* non e. sanos invenit, sed aegrotos; *tum abrupta sententia* medicus venit [7] nichil 2 *m.*

[10] *servavi*] II Tim. 4, 7.

[11] *iudex*] II Tim. 4, 8; *de cetero superest* plerumque etiam leg. Aug.

[15] sq. *Propterea ergo ... quia promissor*] Haec verba a compositore homiliarii inconsulte addita esse suspicor, uti alias mos eius est, praesertim ubi archetypum amputare praesumpsit.

[18] *oves*] Mt. 10, 16.

VERAVERIT USQUE IN FINEM, HIC SALVUS ERIT. Et finis quidem huius saeculi fortasse longe est, fortasse prope est: voluit autem dominus ut lateret quando futurum sit, ut homines semper parati expectent quod ignorant quando venturum sit. Sed ille, ut dixi, finis saeculi sive prope sive longe sit, uniuscuiusque hominis finis, quo ab ista vita in aliam pro merito suo transire cogitur, propter brevitatem mortalitatis huius longe esse non potest. Ad finem utique suum unusquisque nostrum praeparare se debet: nihil quippe nocebit ultimus dies ei qui omnem diem tamquam ultimum cogitans ita vivit, ut securus moriatur; dum ita moritur, ne in aeternum moriatur. Ista cogitantes martyres sancti quomodo audierunt vocem domini dicentis: ECCE EGO MITTO VOS VELUT OVES IN MEDIUM LUPORUM! quanta firmitate roborati erant, ut hoc non timerent! Ex hoc enim apparet, quam multi essent lupi et paucae oves, quia non lupi missi sunt in medium ovium, sed oves in medium luporum. Neque enim ait dominus, Ecce ego mitto vos sicut leones in medium iumentorum; sed oves dicens in medium luporum, satis ostendit paucitatem ovium, greges luporum. Et cum unus lupus quam libet magnum gregem soleat perturbare, missae oves in medium innumerabilium luporum ibant, et non timebant; quia qui eas mittebat, non dimittebat. Quid enim timerent ire inter lupos, cum quibus erat agnus, qui vicit lupum?

Non ei nocebit ultimus dies, qui omnem diem tanquam ultimum cogitat.

Qui oves mittebat, non dimittebat.

2. In ea quippe lectione audivimus: CUM TRADIDERINT VOS, NOLITE COGITARE QUID LOQUAMINI; NON ENIM VOS ESTIS QUI LOQUIMINI, SED SPIRITUS PATRIS VESTRI QUI LOQUITUR IN VOBIS. Unde dicit alio loco: ECCE EGO VOBISCUM SUM USQUE IN CONSUMMATIONEM SAECULI. Numquid illi, qui tunc istam vocem domini audiebant, hic erant futuri usque in consummationem saeculi? Sed non solum illos decessuros, verum etiam ceteros, et nos ipsos, et qui post nos in hac vita futuri sunt, successuros dominus attendebat, et omnes in uno corpore suo videbat. Hanc ergo vocem, qua ait, VOBISCUM SUM USQUE IN CONSUMMATIONEM SAECULI, non solum illi, sed et nos audivimus; et si tunc non audiebamus

1 finis] fines *V 1 m.* 8 nichil *2 m.* *tamen Thes. l. lat. III. 1472, 5 sqq.; 1474, 33* *corr. ex* in medio 20 demittebat *1 m.* qui in *V; praepositionem om. Mai: vide* 13 timirent *V* 14sq. in medium] *1 m.*

1 *erit*] Mt. 10, 22.

1-7 *Et finis ... non potest*] Similia legi in August. serm. 9, n. 2, et Quodvultdei epi. serm. de symbolo ad catechumenos (Migne 40, 667 A) Mai animadvertit.

14sq. *sed oves in medium luporum*] Consonat sibi Aug. in serm. 64, quem de eodem evangelii capitulo, et ipsum pariter in sollemnitate martyrum habuit.

24 *vobis*] Mt. 10, 19. 20.

25. 30sq. *saeculi*] Mt. 28, 20.

in nostra scientia, audiebamus in illius praescientia. Quapropter ut securi velut oves inter lupos teneamus praecepta eius admonentis nos, ut simus SIMPLICES UT COLUMBAE, ASTUTI UT SERPENTES: simplices ut columbae, ne cuiquam noceamus: astuti ut serpentes, ut ne nobis noceatur caveamus. Sed cavere ne tibi noceatur non poteris, nisi in quo tibi noceatur intellexeris. Sunt enim qui pro rebus temporalibus resistendo digladiantur: et cum repraehenderis quod magnopere resistant, cum debeant magis, sicut dominus ipse praecepit, non resistere malo, respondent, illud se facere quod dictum est, ASTUTI UT SERPENTES. Attendant ergo quid serpens faciat, quomodo circulos corporis sui pro capite obiciat ictibus ferientium, ut illud custodiat, in quo vitam habere se sentit; quomodo cetera, quibus longus est, contemnat, ne caput eius a persequente caedatur. Si ergo vis imitari serpentis astutiam, caput tuum custodi. Scribtum est autem: CAPUT VIRI CHRISTUS EST. Vide itaque ubi habeas Christum, quia per fidem in te habitat Christus: HABITARE, inquit, CHRISTUM PER FIDEM IN CORDIBUS VESTRIS. Ut ergo fides tua integra permaneat, persecutori cetera oppone, ut illud ubi vivis incolume perseveret. Nam Christus ipse salvator caput universae ecclesiae dominus noster, sedens ad dexteram patris iam feriri a persequentibus non potest; tamen conpatiens nobis, et in nobis se esse demonstrans, Saulo illi, qui postea Paulus apostolus factus est, de caelo clamavit: SAULE, SAULE, QUID ME PERSEQUERIS? Et ipsum quidem nemo tangebat; sed pro calcatis in terra membris suis desuper tamquam caput clamavit. Quod si per fidem Christus habitat in corde christiano, ut ipsa fides salva sit, id est Christus in credente permaneat, contemnenda sunt quaecumque percutere vel auferre poterit persecutor, ut illa potius pro fide, non fides pro illis intereat.

Astutia serpentis quomodo intellegenda.

Ut fides salva sit, cetera persecutori opponenda.

3. Hanc astutiam serpentis martyres imitati, quoniam caput viri Christus est, pro Christo tamquam pro capite suo persecutoribus obiecerunt quidquid mortaliter possidebant, ne ibi morerentur, ubi vivebant. Hoc praeceptum domini tenuerunt monentis, ut essent astuti ut serpentes; ne, quando iubebantur capite caedi, tunc se caput

14 *2 m. corr.* scriptum 17 illut *heic 1 m.* 19 dominus noster] noster, *per* N *tractu calami superducto scriptum* ad dextera *V* 28 imitati] *2 m. ex* imitari *corr.* 30 quicquid *2 m.*

3 *serpentes*] Mt. 10, 16 quo modo legebat Aug.

7 *digladiantur*] Utitur hoc verbo Augustinus, De lib. arbitr. I, c. 5, n. 11: « qui pro iis rebus *digladiantur* » Migne 32, 1227.

8 *non resistere malo*] Mt. 5, 39.

14 *Christus est*] I Cor. 11, 3.

16 *vestris*] Eph. 3, 17.

22 *persequeris?*] Act. 9, 4.

perdere crederent, sed carnis capite praeciso caput Christum integrum retinerent. Qualibet enim saevitia membra corporis tortor invadat, qualibet crudelitate lateribus exaratis dilaniatisque visceribus ad omnia carnis interiora perveniat, ad caput nostrum non potest pervenire, quod non permittitur vel videre. Pervenit sane, si velit, non saeviendo in nos, sed credendo quod nos. Quomodo autem feminae, ut coronam martyrii mererentur, hanc astutiam serpentis imitari potuerunt? Caput enim viri dictus est Christus, caput autem mulieris vir. Neque enim pro maritis passae sunt, quando, ut paterentur, vicerunt etiam revocantium blandimenta maritorum. Quia et ipsae per eandem fidem membra sunt ecclesiae; ac per hoc Christus, qui universae ecclesiae caput est, omnium membrorum suorum caput est. Tota ergo ecclesia et femina appellatur et vir: nam et una virgo dicta est. Apostolus dicit: APTAVI VOS UNI VIRO VIRGINEM CASTAM EXHIBERE CHRISTO. Et vir intellegitur, cum idem apostolus dicit: DONEC OCCURRAMUS OMNES IN UNITATEM FIDEI, IN AGNITIONEM FILII DEI, IN VIRUM PERFECTUM, IN MENSURAM AETATIS PLENITUDINIS CHRISTI. Si ergo femina est, vir eius Christus est: si vir est, caput eius Christus est. Cum itaque caput mulieris vir est, et vir ecclesiae Christus, cum pro Christo etiam feminae passae sunt, serpentis astutia pro suo capite pugnaverunt. Custodiamus ergo adversus persecutores caput nostrum, astutiam serpentis imitemur; et pro ipsis persecutoribus nostris ingemescamus ad deum, ut et columbarum innocentiam teneamus. EXPLICIT SERMO UBI DICIT: ECCE EGO MITTO VOS SICUT OVES IN MEDIUM LUPORUM.

Martyres feminae quomodo serpentis astutiam imitatae.

XXII.

Mai, Serm. XXII, NPB. I, 46-49; ex eadem collectione Bobiense-Vatic. 5758, cap. XVIII, p. 217-223 (= *V*). Nullus, ut puto, de auctore dubitandi locus: singuli versus, singula fere verba sapiunt Augustinum; consonat quoque locos e sacra scriptura referendi modus, nec quidquam, quod ex notis s. episcopi operibus expilatum sit, deprehendo.

22 persecutoribus nostris] *hic quoque ad marg. recentiore manu alia clausula adscripta est:* domino depraecemur amen.

9sq. *revocantium blandimenta maritorum*] Quas praecipue martyres orator in mente habeat, hariolari non ausim; fortasse generatim haec disserit.

14 *Christo*] II Cor. 11, 2; *aptavi* etiam plerumque legit Aug.

17 *Christi*] Eph. 4, 13.

INCIPIT DE HUMILITATE DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI.

Humilitatem domini nostri Iesu Christi commendamus vobis, dilectissimi fratres, immo ipse commendat omnibus nobis. Quantam humilitatem, videte. Eseias propheta clamat: OMNIS CARO FAENUM, ET OMNIS CLARITAS CARNIS UT FLOS FAENI: FAENUM ARUIT, FLOS DECIDIT, VERBUM AUTEM DOMINI MANET IN AETERNUM. Quomodo contempsit et abiecit carnem! quomodo praetulit et laudavit verbum dei! Iterum dico, iterum attendite, abiectionem carnis aspicite: OMNIS CARO FAENUM, ET OMNIS GLORIA CARNIS UT FLOS FAENI. Quid est faenum? quid est flos faeni? Sequitur et dicit. Vis audire quid sit faenum? ARUIT FAENUM, FLOS DECIDIT. Quid verbum dei? MANET IN AETERNUM. Agnoscamus verbum, quod manet in aeternum; audiamus evangelistam laudantem verbum. IN PRINCIPIO ERAT VERBUM, ET VERBUM ERAT APUT DEUM, ET DEUS ERAT VERBUM; HOC ERAT IN PRINCIPIO APUT DEUM. OMNIA PER IPSUM FACTA SUNT, ET SINE IPSO FACTUM EST NIHIL. QUOD FACTUM EST IN EO VITA EST: ET VITA ERAT LUX HOMINUM. Magna laus tamquam aeterni Verbi; excelsa laus tamquam Verbi dei manentis in aeternum. Et quid postea evangelista? ET VERBUM CARO FACTUM EST, ET HABITAVIT IN NOBIS. Hoc solum si faceret Verbum deus, ut caro fieret, incredibilis esset humilitas; et beati qui credunt hoc incredibile: ex incredibilibus enim constat fides nostra. Verbum dei factum est faenum, mortuus resurrexit, deus crucifixus est, incredibilia sunt: quia magnus morbus tuus factus erat, ut de incredibilibus sanaretur. Etenim venit ille medicus humilis, invenit iacentem aegrotum, communicavit cum illo infirmitatem suam, vocans illum ad divinitatem suam: factus est in passionibus occidens passiones, et moriens suspensus in ligno est, ut interficeret mortem. Fecit nobis escam, quam acciperemus, et sanaremur. Unde ista esca est, et quos saginat? Qui

Ex incredibilibus constat fides nostra.

4 eseias] *ita V* omnes caro *V* 9 omnes gloria *1 m.* 10sq. quid sit faenum? aruit faenum, flos decidit] *ita omnino V; Mai vero textum perperam corrigit, sicque interpungit:* quid sit? Faenum aruit, faeni flos decidit 14 apud *2 m.* 27sq. acceperemus *1 m.*

6 *in aeternum*] Es. 40, 6. 7. 8; ubi vers. 6, aliter atque aliter leg. Aug. *claritas carnis*, vel *honor carnis*, vel *claritas hominis*, aut *claritas eius*, quin etiam *gloria carnis*, ut hic paullo infra.

16 *hominum*] Ioh. 1, 1-4.

19 *in nobis*] Ibid. 14.

27 *Fecit nobis escam*] Alibi quoque eucharistiam pertinere ad humilitatem Christi docet Aug., uti Enarr. in Ps. 33, serm. 1, n. 6: « Unde s. commendavit corpus et sanguinem suum? De humilitate sua: nisi esset humilis, nec manducaretur, nec biberetur ».

fuerint imitati humilitatem domini. Tu nec ipsam humilitatem imitaberis: quanto magis divinitatem? Humilitatem imitare, si potes. Quando? unde? Ille deus, homo factus est: tu homo, hominem te esse cognosce. Utinam quod ipse factus est propter te, agnosceres! Agnosce te propter ipsum: videas quia homo es, et tanto tamen vales, ut propter te deus factus sit homo. Noli ad superbiam tuam id referre, sed ad illius misericordiam: redemit enim nos sanguine suo dominus deus noster, et pretium animarum nostrarum voluit esse sanguinem suum, sanguinem innocentem.

Eucharistia ex humilitate, et propter humiles.

2. Et quod dicere coeperam, fratres, si tantum se humilaret deus, ut fieret homo, quis ab ipso amplius exigeret? Non enim tu ad hoc humiliaris, ut ex homine efficiaris pecus: et tamen quid simile? Si ad hoc humilareris, ut ex homine pecus fieres, non tanto intervallo humilareris, quanto intervallo humilatus est deus. Etenim homo factus pecus, rationale quiddam factum erat inrationale, tamen mortale et mortale: mortalis enim homo, et mortale pecus: nascitur homo, sicut nascitur pecus: concipitur homo, sicut concipitur pecus: nutrimentis corporeis homo pascitur et crescit sicut pecus. Quanta habet cum pecore communia! Unam solam rationem mentis habet disparem, ubi posita est imago creatoris. At vero deus qui factus est homo, aeternus factus est mortalis, induit se carnem de massa propaginis nostrae sine peccato, factus est homo, natus est, adsumens in quo pateretur pro nobis. Sed ecce nondum passus est: modo inspice, quid pro te factus sit, ante quam patiatur. Parvane ista humilitas? Deus homo factus est. O homo, vide quia homo es. Propter te deus homo est: et tu non vis agnoscere quia homo es? Qui nolunt agnoscere quia homines sunt, fratres, attendamus. Qui nolunt agnoscere quia homines sunt? Qui se iustificant, et deum culpant. Patiatur aliquid homo durum aut asperum in ista vita: nihil tam in lingua positum habet, quam repraehendere deum, et se laudare; et exclamans indignatione tribulationis suae non confitetur peccata sua, sed iactat merita sua, et dicit: Deus, quid tibi feci? quare ista patior? Deus, quid tibi feci? dicit homo ad deum. Respondeat illi deus: Bene dicis, Quid tibi feci? quia mihi nihil fecisti,

Non tantum intervallum inter hominem et pecus, quantum inter deum et carnem.

Nolunt se homines agnoscere, qui deum repraehendere praesumunt.

1 tu] *ex* tui, i *expuncta* 1sq. imitaveris *1 m.* 4 agnosceres] *recentiore m. additum Mai in textum recepit, nescio an recte* 8 praetium *cod.* 12 humiliaris] *hoc loco V* 18 corporeis] *cod;* corporis *Mai* 32 feci] *ante* quare *1 m. suppl.*

33 *Bene dicis, Quid tibi feci?*] Enarr. in Ps. 100, n. 6: « clamat, Deus, quid tibi feci?... Verum dicis, mihi nihil fecisti; omnia enim tibi fecisti. Si enim mihi aliquid fecisses, bonum fecisses ».

sed omnia tibi. Si enim aliquid faceres deo, quod deum delectaret faceres: hoc est illi facere. Modo autem, quidquid fecisti, tibi fecisti, quia tuam voluntatem secutus, illius imperium contempsisti. Plane, si sic intellegas, recte dicis. Quid enim potes facere deo, ut clames, Quid tibi feci? Qui in caelum lapidem iactat, caelo iactat, an sibi? Quod misisti, et ibi non haesit, et in te rediit: sic et blasphemias omnes si iacias in deum, sic omnes iniurias, sic quaecumque movent sacrilegam et impiam et superbam mentem tuam, quanto iactas sursum, tanto gravi pondere super te reccidunt.

Qui in caelum lapidem iactat, sibi iactat, non caelo.

3. Quid ergo facturus eras deo? Facturus autem illi esses aliquid, si faceres verbum ipsius; si quod iusserat faceres, bene clamares, Quid tibi feci? Et tamen discute iustitiam tuam, excute conscientiam tuam, intra cor tuum, noli foris clamare, intus inspice, redi ad penetralia cordis tui. Vide si vere nihil mali fecisti; vide si dignum aliquid pateris, pro quo fecisti, in qualibet tribulatione constitutus: non enim peccatori debetur nisi flagellum ignis ardentis et aeterni. Deseruisti deum tuum, secutus es concupiscentias tuas. Quid pateris, cum flagellaris? Correptio est, non damnatio. Si flagellat te deus in hac vita, non tibi irascitur. Noli illum offendere flagellantem, noli illum provocare, ut parcat. Provocas illum murmurando, et dimittit te. Fuge sub flagellum corripientis: noli a flagello, sed sub flagellum: ubi caedit, illuc curre. Novit quidem ubi feriat, et ubi te inveniat; et sine causa te vis abscondere ab oculis eius, qui ubique est. Vis fugere ab irato deo? fuge ad placatum deum: ab ipso nusquam nisi ad ipsum. Ab ipso te putabas fugere, cum cervices superbas erigeres: humila eas, et ad ipsum fuge. FLAGELLAT OMNEM FILIUM QUEM RECIPIT. Sed dedignaris flagellari? dedignare ergo hereditari. Ad hereditatem te erudit pater bonus: bonus et cum parcit, bonus et cum caedit, vere ubique misericors. EXPLICIT DE HUMILITATE DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI.

Ab irato deo fuge ad placatum deum: ab ipso ad ipsum.

[2] quicquid *2 m.* [6] ibi] *V;* tibi *Mai* [7] iaceas *1 m.* [9] super te] *1 m. suppl. s. l.* reccidunt] *1 m.;* recidunt *2 m.* [11] clamares] *ex* clamaris *corr.* [13] fores *V* [19] noli *1° loco*] *2 m. ex* non *corr.* [20] provocas] s *suppl. s. l.* [21. 28] cedit *V* [23] ubiquae, a *exp.* [25] humila eas] *recentiore m. mutat. in* humilia te [27] parcit *scribere non dubitavi;* pascit *V Mai*

[23] sq. *fuge ad placatum deum*] Enarr. in Ps. 74, n. 9: « non est quo fugias a Deo irato, nisi ad Deum placatum... Vis fugere ab ipso? fuge ad ipsum ».

[26] *recipit*] Prov. 3, 12 iuxta antiquam translationem qua utebatur Aug.

[27] *Ad hereditatem te erudit pater bonus*] Enarr. in Ps. 37, n. 23: « et si flagellat me pater meus, in flagella paratus sum, quia mihi hereditas praeparatur. Non vis flagellum? non tibi datur hereditas ».

XXV.

Mai, Serm. XXV, NPB. I, 54-56; ex codice Bobiensi, nunc Vatic. lat. 5758, p. 259-264 (= *V*). Incipit *ἀκέφαλος*, neque constat quot paginae deficiant, codice misere heic perturbato et lacerato; quod vero superest, Augustini fetus indubius prima fronte agnoscitur. Audenter quidem coniecit Mai hunc sermonem illum forte esse, qui a Possidio eodem adamussim titulo in Indiculo cap. 8 memoratur, cuique nihil simile Maurini editores reppererunt. At vero non solum *De muliere quae fluxum sanguinis patiebatur* in isto sermone agebatur, sed *et de Ieremia, ubi ait, Accepit lumbare lineum, et abscondit eum in petra*, qua de re nihil omnino hic habemus; nisi ponas, de altera parte tituli in iis, quae initio desunt, disputatum esse: hoc autem ad causae commodum, et tantum est suspiciosum.

DE MULIERE QUAE FLUXUM SANGUINIS PATIEBATUR.

.....ecclesia dei, ecclesia sancta, cui est ille caput. Si enim ille caput, nos corpus; si tamen tales, ut pressuram a turbis patiamur, non pressuram domino faciamus. Magna multitudo confluit ad ecclesiam diffusam per omnes terras, credunt omnes gentes; et in omnibus gentibus alia pars premit, alia premitur: quae pars premitur, ipsa tolerat; quae tolerat, ipsa percipiet mercedem, perveniens ad fructum tolerantiae, de quo dicit dominus in evangelio: FRUCTUM AFFERT CUM TOLERANTIA. Ipsa est enim pars sanctorum, ubique diffusa; quia frumentum est, et oportebat frumentum per totum agrum seminari, id est per totum mundum: dominus enim agrum mundum dixit. Omnes autem fideles suos, non labiis sed corde accedentes ad deum, frumenta esse dicit: omnes vero qui sic accedunt, ut corde non accedant, paleam et zizania numerat. Per totum agrum vel per totam aream utrumque est, et triticum et palea; sed paleae maior pars, tritici minor sed solidior, minor sed gravior, minor sed pretiosior; propter quod laboratur, propter quod cavetur: cui horreum, non ignis praeparatur. Non sibi ergo quisque gratuletur, quia intrat intra parietes istos: revocet ad se intentionem, interroget cor suum; sit sibi severissimus iudex, ut illum sentiat misericordem patrem: non sibi blandiatur, non accipiat personam suam, sedeat in tribunali mentis suae, adhibeat conscientiae suae tortores timores, fateatur deo qui sit: si se triticum videt, prematur,

In mundo alia pars premit, alia premitur.

5 diffusam] *conieci;* diffusa *V* 14 ut zizania *Mai, contra fidem codicis* 21 sedeat in tribunali] *V;* sed eat in tribunal *Mai*

9 *tolerantia*] Luc. 8, 15. 11 *mundum dixit*] Mt. 13, 38.

trituretur, toleret, non sit anxius quod commixtus est paleae: in area cum illo potest esse palea, in horreo non erit.

2. Verumtamen quia diximus, fratres dilectissimi, pertineamus ad membrum illius, cuius typum gerebat illa mulier. Expectat vero caritas vestra, cuius typum gerebat illa mulier; dicimus enim illam significasse ecclesiam quae venit ex gentibus: nam dominus ad filiam archisynagogi ibat resuscitandam. Filia archisynagogi Iudaeam gentem significat; non enim venit dominus nisi ad Iudaeos, dicens: NON SUM MISSUS NISI AD OVES QUAE PERIERUNT DOMUS ISRAHEL. Venit ille tamquam ad filiam archisynagogi. Tunc illa velut de traverso nescio unde veniens, ignota, quia ignorabat, et tetigit dominum fide, dicens: SI TETIGERO FIMBRIAM VESTIMENTI EIUS, SALVABOR. Tetigit, et salva facta est. Erat autem in ea morbus detestabilis, fluxus sanguinis. Et tamen exhorrent hoc omnes vel audire vel pati: fluxum sanguinis horrent in corpore, non ergo patiantur in corde. Morbus plus in corde vitandus. Nescio quo autem modo perversitas habitatricis animae conversa ad habitaculum suum discessit a se. Fluxum corporis curari vult dominus, id est animus corpus suum, quam qui habitat ipsam domum, id est se ipsum. Quis prodest domus marmorata et laqueata, ubi paterfamilias sanus non est? Quid dixi? Quid prodest corpus sanum et incolume, ubi animus aegrotat et inhabitator est corporis? Fluxus itaque sanguinis in animo luxuria est: quomodo avari hydropicis similes sunt — appetunt enim bibere — sic luxuriosi fluxui sanguinis similes sunt. Avari enim appetendo laborant, luxuriosi erogando: illic appetitus, hic fluxus; sed utrumque occidit. Opus est habere medicum, qui venit ad morbos animarum: sed ideo voluit sanare morbos corporum, ut se ostenderet animi salvatorem, quia utriusque creator est. Non enim creator est animi, et corporis non est: et ideo admonere voluit animam, ut intus sanaretur. Ideo curavit corpus: in corpore intenta fuit anima, ut quod vidit foris operantem Iesum, intus optaret operari. Quid est quod operatus est deus? Sanavit fluxum sanguinis, sanavit leprosum, sanavit

Haemorrhoissa significat ecclesiam ex gentibus.

Fluxus sanguinis, luxuria est; hydropisis, avaritia.

[3] quia] *V, vereor ut recte* [5] caritas vestra] *scripsi Maium secutus;* caritatem vestram *V* [17] vult] *Mai sugger.* mavult dominum *V* [22] ydropicis [31] lebrosum

[6] *ex gentibus*] Serm. 77, n. 8: « Illa v. mulier quae fluxum sanguinis patiebatur, ecclesiam figurabat ex gentibus »; Morin 7, 2: « mulier a. ista significat ecclesiam gentium » et al.

[9] *Israhel*] Mt. 15, 24.

[10] *velut de traverso*] Serm. 245, n. 3: « ecce mulier de transverso venit »; Morin 7, 1: « tamquam de transverso intervenit mulier »; Guelferb. 28, 3: « de transverso clamantes »; Caillau II 19, 6: « nescio quis de transverso » et al.

[12] *salvabor*] Mt. 9, 21, ut in cod. Cantabrig.

[22] *avari hydropicis similes*] Serm. 177, n. 6: « omnino avarus in corde hydrops est »; cf. etiam serm. 61, n. 3.

paralyticum. Omnes isti sunt morbi animae. Clodum et caecum: nam claudicat omnis, qui non recte ambulat in via vitae: et caecus est, qui non credit deo: et fluxum sanguinis luxuriosus patitur, et maculas leprae omnis varius et mendax. Et opus est ut intus sanet ille, qui propterea foris sanavit, ut intus sanare desideraretur.

Propterea foris sanavit Christus, ut intus sanare desideraretur.

3. Ergo ista mulier fluxum sanguinis patiebatur, et sanatur ab affectu carnali, quia profluebant omnes vires eius: sic anima sectando desideria carnalia omnes vires erogat. Et consumit in medicos omnem substantiam ista mulier: sic de illa scribitur. Quomodo gentium ecclesia misera quaerens beatitudinem, quaerens aliquas vires habere, vel quaerens medicinam, quanta consumpserat in medicos falsos, in mathematicos, in sortilogos, in arrepticios, et vates templorum? Omnes enim promittunt salutem, sed dare non possunt, quia nec ipsi habent quod dent. Effuderat ergo omnia, et non curabatur. Dixit, Tango fimbriam eius; tetigit, et salva facta est. Quaeramus quid sit fimbria vestimenti. Intendat caritas vestra. Vestimentum domini intelleguntur apostoli adhaerentes ei. Quaerite quis apostolus missus sit ad gentes: invenietis Paulum apostolum missum; eius enim maxima operatio fuit in apostolatu gentium. Ergo Paulus apostolus missus ad gentes, ipse est fimbria vestimenti domini, quia ipse erat novissimus apostolorum. Numquid est aliud fimbria vestimenti et novissima et minima? Utrumque de se dicit apostolus: EGO AUTEM SUM NOVISSIMUS APOSTOLORUM, et EGO SUM MINIMUS APOSTOLORUM. Ipse novissimus, ipse minimus. Ipsa est fimbria vestimenti: et gentium ecclesia, tamquam mulier quae fimbriam tetigit, patiebatur fluxum; tetigit, et salva facta est. Et nos tangamus, id est credamus, ut salvi esse possimus. EXPLICIT SERMO DE MULIERE QUAE FLUXUM SANGUINIS PATIEBATUR.

Vestimentum domini, apostoli; fimbria, Paulus.

7 animae 12 mathematecos 21 nunquid] *fort. pro* nam quid? 25 fimbria 26 possemus.

5 *propterea foris sanavit* etc.] Adverte egregiam et plane dignam Augustino sententiam, et si minus saepe in eius operibus occurrit.

9 *scribitur*] Luc. 8, 43.

11 sq. *in mathematicos, in sortilogos*] Serm. Denis 21, 4: « quaeratur mathematicus aut sortilogus »; Tract. 7 in Ioh.: « curramus ad praecantatores, ad sortilegos ».

16 sq. *intelleguntur apostoli*] Serm. 62, n. 7: «Vestem putate apostolos, sub textura unitatis adhaerentes lateribus Christi ».

19 sq. *ipse est fimbria*] Ibid.: « In his apostolis erat tamquam fimbria minimus et novissimus Paulus »; cf. Serm. 77, n. 8; Guelferb. 23, 5 et 24, 5; Morin 7, 3 et alibi saepissime.

22 *novissimus apostolorum*] I Cor. 15, 8, ut videtur, ubi Aug. *novissimo* legebat pro *novissime* quod in Vulg. habetur.

23 *minimus apostolorum*] Ibid. 9.

26 *tangamus i. e. credamus*] Cf. adnot. ad serm. Morin 7, 1.

XXVI.

Mai, Serm. XXVI, NPB. I, 56-59: ex eodem cod. Vat. 5758, p. 277-285 (= *V*), et est ex iis, quos antiquissimus liber Bobiensis suppeditavit, ultimus. Hic quoque omnia auctorem clamant Augustinum, sensus, verba, exempla e sacris libris adducta. Sermonem in primis conferre proderit cum serm. Maurinae editionis 77, alioque « De muliere chananaea » (Morin 16), quem ex codice Bambergensi nuperrime in lucem erui.

INCIPIT SERMO DE EVANGELIO UBI DOMINUS DICIT: NOLITE DARE SANCTUM CANIBUS NEQUE MISERITIS MARGARITAS VESTRAS ANTE PORCOS · ET CETERA QUAE SEQUUNTUR.

Novit caritas vestra, quandoquidem filii estis ecclesiae Christi, in catholica fide radicati atque fundati, mysteria dei non ad hoc celari, quia invidentur discentibus, sed ut non aperiantur nisi quaerentibus. Ad hoc autem de scribturis sanctis clausa recitantur, ut ad quaerendum erigant animum. Modo nobis evangelica lectio recitata est, ubi praecipit dominus ne proiciantur margaritae ante porcos. Cum enim hoc moneret dominus servos et discipulos suos dicens, NOLITE DARE SANCTUM CANIBUS, NEQUE PROIECERITIS MARGARITAS VESTRAS ANTE PORCOS, hoc quidem illos praemonuit; sed quia non possent ipsi facile cognoscere qui essent canes et porci, qui vitandi erant, ne illis margaritae proicerentur, ne sanctum talibus daretur, et ne clauderetur etiam dignis, continuo addidit et ait: PETITE, ET ACCIPIETIS: QUAERITE, ET INVENIETIS: PULSATE, ET APERIETUR VOBIS; OMNIS ENIM QUI PETIT ACCIPIT, ET QUI QUAERENS INVENIENS, ET PULSANTI APERIETUR. Ergo, NOLITE DARE SANCTUM CANIBUS, NEQUE PROIECERITIS MARGARITAS VESTRAS ANTE PORCOS, dispensatoribus praecipit, discipulis suis, quos evangelii praedicatores faciebat. Quod autem addidit, PETITE ET ACCIPIETIS, QUAERITE ET INVENIETIS, PULSATE ET APERIETUR VOBIS, populo praecepit; ut, cum petit et quaerit et pulsat, tunc intellegatur quia iam non est canis et porcus, cui non debeant proici margaritae.

Ex hoc quod aliquis petit et quaerit, canis et porcus non esse intellegitur.

[5] chatolica *V 1 m.* [17] quaerens inveniens] *V 1 m.;* quaerit invenit *2 m.*

[1-3] Mt. 7, 6.

[2] *miseritis*] in inscriptione et infra p. 321, l. 10 et p. 323, l. 34; at *proieceritis* l. 11. 18. et infra p. 323, l. 7 itemque in expositione constanter hic l. 9. 14. 23 et p. 323, l. 31. Augustinus certe legit *proieceritis*, De coniug. adulter. I, c. 26, n. 33 et Enarr. in Ps. 9, n. 14.

[17] *aperietur*] Mt. 7, 7. 8. Aug. duplici saltem loco legit *et accipietis*, et si plerumque habet *et dabitur vobis*.

[17] *qui quaerens inveniens*] Librarii errorem suspicari licet; Aug. tamen serm. 61, n. 1. 4, *quaerens invenit* leg. iuxta gr. ὁ ζητῶν εὑρίσκει.

2. Hoc evidentissimo testimonio evangelico in alio loco satis appa-
ret, quando se dominus in partes contulit Tyri et Sidonis. Mulier
chananaea a finibus illis egressa coepit petere salutem filiae suae.
Dominus eam non audiebat: contemnenti similis videbatur, ut eius
fides appareret. Vide quemadmodum differat: datum, quod tamen
vult dare, dissimulavit ab illa, ut educeret de corde eius vocem, qua
digna esset accipere. Nam cum etiam discipuli dicerent domino, DIMITTE
ILLAM, CLAMAT POST NOS, ait dominus: NON EST BONUM TOLLERE PANEM
FILIORUM ET MITTERE CANIBUS. Videte, similis est illi praecepto, NOLITE
DARE SANCTUM CANIBUS, NEQUE MISERITIS MARGARITAS VESTRAS ANTE
PORCOS. NON SUM MISSUS NISI AD OVES QUAE PERIERUNT DOMUS ISRAHEL.
Illa enim de gentibus erat. Futurum erat ut etiam evangelium gentibus
praedicaretur: missus est Paulus apostolus ad gentes, maxime ipse
missus est; sed post passionem et resurrectionem domini eundum erat
ad praedicationem evangelii in gentibus. Dominus autem ad eas
oves venerat corporali praesentia quae perierant domus Israhel, quia
et inde multi crediderunt. Ex eo numero enim apostoli erant: ex eo
numero illi centum viginti, in quos supervenit Spiritus sanctus die
Pentecostes, quem promiserat dominus in evangelio dicens, MITTO
VOBIS SPIRITUM VERITATIS; et quidquid de ipso Spiritu promisit, exhi-
buit post passionem et ascensionem suam die Pentecostes. Erant
autem ibi centum viginti, super quos venit Spiritus sanctus, et impleti
sunt, utique de numero Iudaeorum. Quomodo eliguntur oves quae
perierant domus Israhel, hoc insinuo sanctitati vestrae. Dicit etiam
apostolus Paulus, resurgentem dominum esse plus quam quingentis
fratribus visum: de ipso numero erant. Cum etiam dominus praedi-
caretur post ascensionem suam, crediderunt multa milia hominum
Iudaeorum. Idem ipsis, qui crucifixerunt dominum, donatus est eis
sanguis domini; saevientes pretium suum fuderunt: ipso enim sanguine
comparati sunt, quem fuderunt. Et quia non vacabat vox illa pendentis

Exemplo chananaeae demonstratur.

Primi christiani ex domo Israhel fuere.

3 cananaea *V* 9 vidite *1 m.* similes *1 m.; forte legendum est* simile 19 pentecosten *2 m.* 20 quicquid *2 m.* 22sq. super quos v. s. s. e. i. s. u. de numero Iudaeorum] *1 m. suppl.* 28 idem] *pro* item *scriptum Mai suspicatur* donatus] *V;* dominatus *Mai* 29 praetium *V const.*

2 *Sidonis*] Mt. 15, 21. 22.

9 *canibus*] Ibid. 23. 26; *tollere* quoque Aug.

11 *Israhel*] Ibid. 24.

17-23 Cf. Act. 1, 15; 2, 4.

20 *veritatis*] Ioh. 15, 26; *mitto*, pro *mittam*, plurimi quoque patres et codd.

25sq. Cf. I Cor. 15, 6.

29sqq. *saevientes... sanguinem pretium prius suum fuderunt, post et biberunt*] Aug. serm. 80, n. 5: « Sanguinem Christi, quem saevientes fuderunt, credentes biberunt »; item serm. 77, n. 4, atque alibi saepius.

Sanguinem, quem prius fuderunt, post et biberunt.

in cruce, qua dixit, PATER, IGNOSCE ILLIS, QUIA NESCIUNT QUID FACIUNT, illi ergo sanguinem pretium prius suum fuderunt, post et biberunt. Ergo ad has oves se dixerat missum. Sed tamen credituras etiam gentes praedixerat. Non enim aliquid quasi novi fiebat, quod non esset ante praedictum. Nam et prophetae adnuntiaverunt fidem gentium; et ipse cum hic esset adhuc ante passionem ait: HABEO ALIAS OVES, QUAE NON SUNT EX HOC OVILI: OPORTET ME ET EAS ADDUCERE, UT SIT UNUS GREX ET UNUS PASTOR. Propterea dictus est etiam lapis angularis: in angulo enim duo parietes conectuntur, nec faciunt angulum nisi duo parietes, et hoc ex diverso venientes. Nam si ex una parte veniant ambo, angulum non faciunt. Veniens ergo plebs ex Iudaeis, id est ex circumcisione; venientes ex diverso, id est ab idolis et ex praeputio, gentes ex diversitate quidem venerunt, sed in uno lapide copulatae sunt. LAPIDEM QUEM REPROBAVERUNT AEDIFICANTES, HIC FACTUS EST IN CAPUT ANGULI. Nondum ergo gentes venerant, et una iam erat ex gentibus illa chananaea praefigurans ecclesiam gentium.

Venientes alii e circumcisione, alii ex praeputio, in uno lapide angulari copulati sunt.

3. Petit ergo, et dicitur: NON EST BONUM, PANEM FILIORUM TOLLERE, ET MITTERE CANIBUS. Cum vehementer peteret, canis est appellata. Illa si accepto quasi contumeliae verbo, quod processerat ex ore veritatis, stomacharetur, et discederet accepto convicio, dicens in corde suo, Ego beneficium veni petere: si datur, detur; si non datur, quare sum canis? quid enim mali feci, quia petivi, quia veni, ut acciperem beneficium? Noverat a quo petebat beneficium; quod ab ore ipsius processit, excepit, non respuit, et institit acrius petendo, confitens se esse quod audierat. Ait enim: ITA, DOMINE; id est, verum dixisti, quia canis sum. Et quia panem filiorum dixerat, parum est quia confessa est se esse canem; et dominos suos confessa est, quos ille dixerat filios. PANEM enim FILIORUM, inquit, NON EST BONUM TOLLERE ET MITTERE CANIBUS.

Chananaea et se canem, et Iudaeos dominos suos esse, confessa est.

[2] et biberunt] *1 m.* ebiberunt, *quod forte retinere oportebat* [7] grex] gres *cod.* [9] connectuntur *2 m.* [11] iudaeis] iu *2 m. suppl.* [14] reprovaberunt *V* [22sq.] *post* beneficium? *ἀνακόλουθον animadverte*

[1] *faciunt*] Luc. 23, 34, omnino sicut Aug. Etiam cum verbis *non vacabat vox illa* consonat locus iste serm. 80, n. 5: « Putatis quia vacavit vox illa, et inanis fuit, Pater, ignosce illis?... Et non vacavit vox illa ».

[8] *pastor*] Ioh. 10, 16. Ita Aug. serm. 77, n. 8; 137, n. 6; 138, n. 5; Enarr. in Ps. 78, n. 3 et al.

[10sq.] *angulum non faciunt*] Haec fere ad verbum, serm. 4, n. 18: « Ideo dominus dictus est lapis angularis... Ubi est angulus, duo parietes copulantur: in angulo duo parietes, nisi de diverso, non conveniunt; nam si ex una parte veniunt, angulum non faciunt ».

[14] *anguli*] Ps. 117, 22.

[16] *praefigurans ecclesiam gentium*] Serm. 77, n. 11: « in hac muliere, quae chananaea erat, id est, quae de gentibus veniebat, et typum, hoc est, figuram ecclesiae gerebat ».

Et illa: ITA, DOMINE, inquit; NAM ET CANES EDUNT DE MICIS QUAE CADUNT DE MENSA DOMINORUM SUORUM. Quid videtis, fratres? Vehementer petivit, vehementer quaesivit, valde pulsavit. Iam ergo, quia petivit, quaesivit, pulsavit, non est canis. Non ergo cani modo dat sanctum dominus. Ostendit enim illam non canem, quia affectu quaesivit, pulsavit: ut confirmet quod dixerat. Cum enim praecepisset dispensatoribus, NOLITE DARE SANCTUM CANIBUS, NEQUE PROIECERITIS MARGARITAS VESTRAS ANTE PORCOS, eos reprehendens, qui volebant accipere, ut non essent canes, si antea fuerunt canes, Petite, inquit, quaerite, pulsate. Hoc ergo ostendit in muliere chananaea, quam ipse primo canem appellavit; quae cum audito convicio non indignaretur, sed suscepto opprobrio humilitatem fateretur, iam et dominus ipse tulit ab illa convicium. Ipse dixerat canem; ipse praeceperat, NOLITE DARE SANCTUM CANIBUS. Quare tulit convicium, quod ipse dixerat, nisi quia illa accepto convicio per humilitatem mutata est, et magis, quia confessa est quod audierat, destitit esse quod audierat?

Per humilitatem mutata est; agnoscendo se canem, destitit esse canis.

4. Quid est quod dixi, quia confessa est quod audierat, destitit esse quod audierat? Sicut ille publicanus, qui erat in templo; pharisaeus autem, qui iactabat merita sua, et insultabat quasi peccatori longe stanti. Ille oculis deiectis ad terram nec faciem audebat levare ad caelum, quia non audebat conscientiam levare ad deum; sed percutiebat pectus suum dicens, PROPITIUS ESTO MIHI PECCATORI. Et quid dominus? AMEN DICO VOBIS, DESCENDIT IUSTIFICATUS PUBLICANUS ISTE MAGIS QUAM ILLE PHARISAEUS: QUONIAM OMNIS QUI SE EXALTAT HUMILIABITUR, ET QUI SE HUMILAT EXALTABITUR. Si dicendo se peccatorem iustificatur, dicendo se peccatorem destitit esse iam peccator. Quare? quia descendit iustificatus publicanus magis quam pharisaeus. Quomodo ergo iste fatendo se peccatorem amisit esse quod erat, sic et illa fatendo se canem amisit esse quod erat. Quid audit a domino? Iam non, canis; sed quid? O MULIER, MAGNA EST FIDES TUA: FIAT TIBI SICUT VIS. Proiecit panem: immo dedit, non proiecit; quia iam non cani, sed homini dabat. Dedit enim fidei petentis, fidei quaerentis, fidei pulsantis; et ideo laudavit fidem, quia illa non respuit humilitatem. Intendat sanctitas vestra verba domini dicentis, NOLITE DARE SANCTUM CANIBUS, NEQUE MISERITIS MARGARITAS VESTRAS ANTE PORCOS. Et canes quos vult intellegi? Canes

Sicut publicanus dicendo se peccatorem destitit esse peccator.

8 sq. *quiddam, nisi fallor, hic in oratione claudicat* 24 omnes *I m.* 24 sq. humiliabitur... humilat] *ita cod. uti iam saepius supra* 25 iustificatus *I m.* 31 quia iam non homini sed cani dabat *V perverse, quod Mai quoque iure observavit*

2 *suorum*] Mt. 15, 27, quomodo Aug. serm. 77, n. 15 et al. 25 *exaltabitur*] Luc. 18, 10-14. 30 *sicut vis*] Mt. 15, 28.

sunt calumniosi latrantes; porci autem sunt contaminati caeno voluptatum carnalium. Itaque non simus canes et porci, ut mereamur a domino filii appellari; sicut et illa chananaea ex cane meruit mulier appellari dicente domino: O MULIER, MAGNA EST FIDES TUA: FIAT TIBI SICUT VIS. EXPLICIT SERMO UBI DICIT DISCIPULIS SUIS: NOLITE DARE SANCTUM CANIBUS · ET CETERA.

LXXXVI.

Mai, Serm. LXXXVI, NPB. I, 166-168. Una est ex allocutionibus quas s. Doctor infra octavas Paschae, et quidem feria quarta, ad populum habuit. Hanc nobis servavit familia exigua neque adeo antiqua codicum britannica, ad quam referuntur Vatic. 4951, fol. 120, « liber de claustro Roffensi », saec. XII (= *R*), et qui ex eo descriptus est cod. Ottobon. 977, necnon ms. Mus. Britann. Harleian. 652, fol. 22, saec. item XII, olim ut videtur Cantuariensis, a me ante annos plus quadraginta excussus. Quorum primum Mai satis accurate expressit, et ego denuo nuperrime contuli. Maximam similitudinem habet hic sermo cum sermone benedictinae editionis 116 et Guelferb. Append. 7; nec quicquam in eo deprehendi, ex quo iure in dubium vocetur.

TRACTATUS DE QUARTA FERIA PASCHAE.

Lectiones evangelicae de resurrectione Christi ex ordine recitatae.

Lectiones evangelicae de domini nostri Iesu Christi resurrectione sollemniter ex ordine recitantur. Hodie audivimus dominum Christum discipulis suis ostendisse veram carnem in qua passus fuerat et resurrexit. Audiebant loquentem, videbant praesentem, et tamen etiam tangebant dicentem sibi: TANGITE, PALPATE, ET VIDETE QUIA SPIRITUS CARNEM ET OSSA NON HABET, SICUT ME VIDETIS HABERE. Illi enim cum vidissent eum, dubitaverunt, et putaverunt se spiritum videre, non corpus. Quisquis ergo adhuc existimat domini resurrectionem non fuisse corporalem, sed tantum spiritalem, ignoscat eis deus, quia ignovit et apostolis suis; sed si non teneant errorem, et mutent cogitationem,

[1] calomniosi *I m.* latrantes] *sine dubio legendum;* latrones *V Mai* [3] fili *V I m. et Mai* [7] *inscriptionem supplevi ad normam veteris codicis Floriacensis et Guelferbytani 4096, fol. 65. 66 et 68;* unde supra *R*

[1 sq.] *voluptatum carnalium*] Simili modo Enarr. in Ps. 9, n. 14: « ut non detur sanctum canibus, neque proiciantur margaritae ante porcos; qui malunt pertinaciter *latrare*, quam studiose quaerere, aut qui nec latrare nec quaerere, sed in suarum voluptatum caeno volutari ». Viden' quam probabiliter coniecerim, *latrones* inepte a librario pro *latrantes* scriptum?

[13] *habere*] Luc. 24, 39 ubi August. aliquando legit *tangite*, alias *palpate*.

quia et illi audierunt, et mutaverunt. Et quanta illius dignatio fuit, ut, cum illis ostenderet se ipsum praesentem in corpore, tamen eis de sanctae scripturae veritate firmaret! HAEC SUNT, inquit, VERBA QUAE LOCUTUS SUM AD VOS, CUM ADHUC ESSEM VOBISCUM. Quare? numquid tunc non cum illis erat, et cum illis loquebatur? Quid est ergo, CUM ADHUC ESSEM VOBISCUM? Sine dubio, cum adhuc essem mortalis vobiscum, sicut vos estis. HAEC SUNT VERBA QUAE LOCUTUS SUM AD VOS, QUIA OPORTEBAT IMPLERI OMNIA QUAE SCRIPTA SUNT IN LEGE MOYSI ET PROPHETIS ET PSALMIS DE ME. TUNC APERUIT ILLIS SENSUM UT INTELLEGERENT SCRIPTURAS. Ipse est, qui usque hodie scripta vitae aperit nobis, qui mortuus est pro nobis.

2. Sed videamus quid dixit eis: QUIA SIC, inquit, OPORTEBAT CHRISTUM PATI, ET RESURGERE A MORTUIS TERTIA DIE, ET PRAEDICARI IN NOMINE EIUS PAENITENTIAM ET REMISSIONEM PECCATORUM PER OMNES GENTES, INCIPIENTES AB HIERUSALEM. Ecce discipuli et Christum viderunt post resurrectionem, et hoc futurum fuisse scripturas sanctas ore ipsius audierunt. Nos Christum praesentem in carne non vidimus; sed scripturas, quibus et illi firmati sunt, cotidie cum leguntur audimus. Et quid de scripturis dixit? PRAEDICARI IN NOMINE EIUS PAENITENTIAM ET REMISSIONEM PECCATORUM PER OMNES GENTES, INCIPIENTES AB HIERUSALEM. Hoc discipuli non videbant; Christum videbant de futura ecclesia dicentem. Dicente itaque Christo, quod non videbant, credebant. Caput videbant, corpus nondum videbant: nos corpus videmus, de capite credimus. Duo sunt, sponsus et sponsa, caput et corpus, Christus et ecclesia. Discipulis se ipsum ostendit, et ecclesiam promisit: nobis ecclesiam ostendit, de se ipso credere praecepit. Unum videbant apostoli, aliud non videbant; et nos unum videmus, aliud non videmus. Quomodo illi a praesenti capite credebant de corpore, sic nos de praesenti corpore credamus de capite. An negaturi sumus? sed negare nos clamans veritas ipsa non sinet. Videmus enim ecclesiam Christi a solis ortu usque ad occasum laudare nomen domini. INCIPIENTES, inquit, AB HIERUSALEM. Sic est factum; nam dixit illis: SEDETE IN CIVITATE,

Apostoli caput videbant, de corpore credebant; nos videmus ecclesiam, de Christo credimus.

1 illius] *Mai;* illis *R* 5 tunc] *scripsi;* nunc *RMai* 10 aperit] *R;* aperuit *Mai*

4 *vobiscum*] Luc. 24, 44.

4 sq. *numquid tunc non cum illis erat?*] Cf. Aug. serm. 116, n. 5: « Quid est hoc...? Numquid non tunc cum illis erat, cum illis loquebatur? » etc.

10 *scripturas*] Luc. 24, 44. 45.

15 *Hierusalem*] Ibid. 46. 47. Codd. habent modo *incipientes*, (hic et infra l. 20. 31), modo *incipientibus* (p. 327, l. 6), aut etiam *incipiens:* confer adnot. ad serm. Guelferb. 32, 11.

23 sq. *nos corpus v. de capite credimus*] Ita saepius Aug., cum de hoc evangelio disserit; vide sis, exempli gratia, iam laudatum serm. 116, n. 6 et serm. Guelferb. Append. 7, 3, quem multi iam non sine causa Augustini esse diiudicant.

31 *domini*] Cf. Ps. 112, 1. 2.

DONEC INDUAMINI VIRTUTE EX ALTO, quia ego mitto vobis a Patre promissionem meam.

3. Illis itaque in civitate sedentibus, die Pentecostes venit Spiritus sanctus, implevit discipulos, locuti sunt linguis omnium gentium. Unitas ecclesiae dono linguarum praesignata. Unus homo loquebatur linguis omnium gentium, quia unitas ecclesiae futura erat in omnibus gentibus. Compuncti corde sunt ad hoc miraculum universi. Nam Iudaei, qui audiebant, stupefacti crediderunt: viderunt enim a Petro fieri tantum miraculum, in nomine Christi quem suis manibus occiderant, et compuncti corde paenitentiam sub momento gesserunt. Donata eis sunt usque adeo cuncta peccata, ut etiam ipsum factum donaretur, quo Christus erat occisus. Conversi sunt, inquam, ipsi Iudaei; et qui ante crucem incredulum caput agitabant, ipsum caput Christum credendo habere meruerunt; ut deinceps caput eorum non agitaretur, quia sedet ad dexteram Patris, et in aeternum non movebitur. Non rediet ad miserias, non rediet ad crucem, non rediet ad mortem, sed in illa vera beatitudine perseverat. Ergo illi, qui occiderunt Christum, audierunt et doluerunt; et sanguinem, quem saevientes fuderunt et mortui sunt, credentes biberunt et vixerunt. Sciunt fideles quod dixi, et isti neophyti, quia iam biberunt. Qui ergo non biberunt, festinent et bibant, ut aperiatur cor eorum: nunc etenim clausum est. Itaque sicut scriptum est in libro, cuius nomen est Actus apostolorum, qui per hos dies legitur, COMPUNCTI SUNT CORDE, ET MULTA MILIA HOMINUM ACCESSERUNT CHRISTO.

Liber Actuum apostolorum diebus paschalibus legitur.

4. Tunc propter necessitatem ministerii ordinati sunt septem diaconi, inter quos eminebat plenus Spiritu sancto Stephanus. Illis ordinatis, sancti Stephani spiritus a praedicatione veritatis se non continebat: fervebat, scintillabat, accendebat; quousque Iudaei impleti zelo pro duritia cordis sui iniecerunt super eum duram lapidationem, et nobis fecerunt martyrem omnium martyrum metatorem. Occiso itaque Stephano, persecutionem passa est ecclesia, quae nata est in Hierosolymis. Secundum promissionem ergo domini incipiebant ab Hierusalem fundamenta ecclesiae sublevari: et facta est persecutio, et

Stephanus, omnium martyrum metator.

32 sullevari *R, Afris gratus labdacismus, ut notat Mai*

1 *ex alto*] Luc. 24, 49.

5 sq. *quia unitas ecclesiae* etc.] Cf. Serm. Denis 19, 11.

15 *rediet*] pro *redibit* et in Vulgata et apud sequioris aevi scriptores frequens usurpatur; cf. *exiet* ap. Aug. serm. 240, c. 5.

18 *credentes biberunt*] Cf. supra, p. 321, l. 29 sqq. et serm. Guelferb. 28, 4, in fine: «sanguinem Christi fuderunt saevientes, biberunt credentes».

19 *et isti neophyti*] qui scil. contioni intererant, in sollemnitate paschali sacramentis initiati.

23 *Christo*] Ex Act. 2, 37. 41.

29 *metatorem*] Vox quemadmodum a Tertulliano Cyprianoque ita etiam ab Augustino usurpata; cf. serm. Guelferb. 22, 2: «suscipite metatorem».

dispersi sunt fratres; quia de una congerie ignis ligna ardentia dispersa per terram quocumque venerant accendebant. Sic impleta est Iudaea evangelio, impleta est Samaria; et itum est ad gentes, et pervenit ad terminos mundi: non migrando a radice, sed crescendo per mundum impletum evangelium intuemur. Ecce cernimus, ecce tenemus per omnes gentes diffusam fidem, INCIPIENTIBUS AB HIERUSALEM. Neget qui audet: non mea verba feriunt aures ipsius, sed oculos negantium ipsa veritas percutit, os claudit; et impletur quod scriptum est, QUONIAM OBSTRUCTUM EST OS LOQUENTIUM INIQUA.

Non migrando a radice, sed crescendo, mundum implevit evangelium.

LXXXVII.

Mai, Serm. LXXXVII, NPB. I, 168-171: ex iisdem codd. Vatic. 4951, fol. 120^{v}-121^{v} (= *R*) et Ottob. 977 (= *O*); legitur etiam in cod. Britann. Harl. 652, fol. 23^{v}. Pertinet aeque ut antecedens ad seriem contionum quae infra octavas Paschae habitae sunt, et haec ipsa quidem fortasse feria quarta. Quam conferre proderit cum Augustini sermonibus 127. 240-242 et 361-362. Sententiarum indoles orationisque genus manifesto auctorem produnt.

DE RESURRECTIONE CORPORUM · IN PASCHA.

Resurrexisse dominum nostrum Iesum Christum a mortuis tertia die evangelia sancta testantur, et orbis totius terrae iam hoc in sancto symbolo confitetur. Prophetae, qui talia non viderunt, futura dixerunt; non enim viderunt, sed in spiritu praeviderunt. Et puto iam ceteros quod inde debeant erubescere, qui, cum Christi resurrectionem negare non audeant, nostram futuram negant. Dicunt enim: Resurrexit ille, tanquam ille cui soli resurgere licuit cum ipsa carne, quam dignatus accepit. Nunquid ideo est consequens, ut resurgat etiam nostra caro, quia illius resurrexit? Illius utique potentia et virtus longe distat a nobis. Quibus respondetur: Longe est a te divinitas Christi, sed tibi propinquavit infirmitas Christi. Apud se deus, propter te homo; de suo te

Contra eos qui resurrectionem nostram futuram negant, cum Christi non negent.

[2] venerant accendebant] *scripsi;* venerat accendebat *RMai* [10] *inscriptionem hic quoque supplevi;* unde supra *more suo R*

[2] *quocumque venerant accendebant*] Serm. 116, c. 6: « Occidatur Stephanus, perturbetur ecclesia Hierosolymitana: discedant inde *ligna ardentia*, accedant et incendant... Lapidato Stephano passa est illa *congerie;* persecutionem; *sparsa* sunt *ligna*, et *accensus* est mundus ».

[9] *iniqua*] Ps. 62, 12.

[10] Diebus item paschalibus, et lecto capitulo evangelii Luc. 24, 36 sqq. continua serie habiti sunt sermones 240-242 « de resurrectione corporum contra gentiles »: cf. serm. 242, n. 12, cum hoc Maiano n. 3, p. 329, l. 29 sq.

fecit, de tuo pro te passus est. Si ergo fecit te de suo, resurrexit in tuo. Carnem quippe Verbum non habebat: IN PRINCIPIO ERAT VERBUM, ET VERBUM ERAT APUD DEUM, ET DEUS ERAT VERBUM: HOC ERAT IN PRINCIPIO APUD DEUM. OMNIA PER IPSUM FACTA SUNT. Et homo per ipsum factus est: sed postea factus est homo, per quem factus est homo; et, ne periret homo, mortuus est Christus. Sed resurrexit Christus. Quid in illo resurrexit? VERBUM CARO FACTUM EST, ET HABITAVIT IN NOBIS. Verbum accepit quod non erat, sed nunquam perdidit quod erat. Verbum ergo mansit. Quid resurrexit? Verbum. Quare cecidit? ut resurgeret. Quare mortuum est Verbum? ut revivisceret. Sed dicimus mortuum in carne quam suscepit, non divinitate in qua permansit. Ergo in qua re Christus resurrexit, fecit iniuriam sibi, praebuit exemplum tibi; ut enim resurgeret ille, humiliatio erat, iniuria erat. Redi ad Verbum, redi ad illud, IN PRINCIPIO ERAT VERBUM, ET VERBUM ERAT APUD DEUM, ET DEUS ERAT VERBUM, et vide quid est illi resurgere: nam qui suscitavit carnem suam, suscitabit et tuam; propterea enim voluit resurgere suam, ne tu non crederes resurrecturam tuam.

Ut resurgeret Christus, humiliatio erat.

2. Sed dicunt homines qui contra disputant: Caro Christi resurrexit, quia triduo fuit in sepulchro, nec vidit corruptionem: nec tabuit, nec putruit, nec in pulverem dissoluta est; nostra autem, quando forte sepulchra patuerint, vix illic ossa inveniuntur, invenitur pulvis; quicquid fuit caro, totum redigitur in putredinem, totum resolvitur in pulverem: ergo illud resurgere poterit, quod integritatem suam servare non potuit? Considera, o homo qui ista disputas, considera, inquam, esse ossa in sepulchro; si nihil aliud, sunt vel ossa. In sepulchro est et pulvis corporis, in eo loco in quo sinus terrae suscepit. Redi ad originem tuam, et inquire, quando seminatus es, quid eras. In utero primordia nostra fudit; recordare: compara hominem sepultum, et hominem seminatum. Nempe omnes novimus, quia mortales sumus. Sicut ergo consideramus viscera terrae, in quibus corpus iacet seminatum ut resurgat, ita consideremus in maternis visceribus seminatos, unde resurrexerit compositio ista membrorum. Ubi latebant quinque isti corporis sensus? ubi erant in illo humore oculi et lingua et aures et manus?

Comparatio hominis sepulti et hominis in matris utero seminati.

22sq. in putredine... in pulvere *R* 25 sunt vel ossa] fuerunt nisi ossa *O*

4 *facta sunt*] Ioh. 1, 1-3.

7 *in nobis*] Ibid. 14.

25 *sunt vel ossa*] Serm. 127, n. 15: « vel in sepulcro vides favillam, vides ossa; in utero matris tuae nihil erat » etc.

33 *ubi erant in illo humore* etc.] De catech. rud. c. 25, n. 46: « Ubi enim erat ista moles corporis tui et ista forma membrorumque compago ante paucos annos, priusquam natus, vel etiam priusquam in matris utero conceptus esses? ubi erat... » etc.

Haec officia distributa membrorum unde processerunt? quis creavit ista? quis ista formavit? Nonne deus? Ipse ergo deus, qui potuit formatum de utero eicere, ipse vult ut ex factis facienda consideres, et credas quod possit te vivum de sepulchro producere. His seminari homines, his, inquam, formari homines in visceribus matrum, cotidiana miracula sunt; sed admirationem pro assiduitate nimia perdiderunt, et pro ipsa consuetudine viluerunt. Rem autem semel futuram, id est resurrectionem futuram semel, testimonia cotidiana frequentant. Clamat natura, increpat scriptura, credatur res futura: credatur, fratres, corpus hoc nostrum resurgere, bonis ad gloriam, malis ad poenam.

Utrumque miraculum, sed alterum ex eis consuetudine viluit.

3. Quid enim, obsecro te, qui non vis credere futuram carnis resurrectionem, quid te movet? quid tibi in corpore displicet? QUIS UNQUAM CARNEM SUAM ODIO HABUIT? dicit apostolus. Quid tibi in corpore displicet? Si describatur omnis coaptatio corporis, nonne hebescit qui audit, et nonne sufficit qui describit? Quid tibi in corpore displicet? Ego dico, corruptio, mortalitas. Sed quae tibi placent erunt, quae tibi displicent non erunt. Audi apostolum: SEMINATUR CORPUS ANIMALE, RESURGET CORPUS SPIRITALE; SEMINATUR IN CONTUMELIA, RESURGET IN GLORIA; SEMINATUR IN INFIRMITATE, RESURGET IN VIRTUTE. Audi plenius: OPORTET CORRUPTIBILE HOC INDUERE INCORRUPTIONEM, ET MORTALE HOC INDUERE IMMORTALITATEM. Reviviscit quod tibi placet, perit quod displicet. Noli ergo esse ingratus redemtori tuo, non credendo quod promisit; sed fac quod praecipit, ut accipias quod promisit. Redemptor enim tuus totum potest facere, quia deus est. Si displicet tibi resuscitari corpus, displiceat tibi et modo corpus. Quid foves quod displicet? quid tueris quod displicet? quid nutris quod displicet? cur optas incolume? An placet? Age ergo gratias, et crede resurrectionem. Resurgent ergo corpora, quia resurrexit Christus; sed non habebunt aliquam indigentiam, quia et Christus, cum resurrexit, potestate manducavit, non egestate. Fames ibi non erit: non ibi stabimus cum

Reviviscet quod nobis in corpore placet, peribit quod displicet.

17 non erunt? *cum nota interrog. RMai* 22 displicet? *Mai, at non cod.* 25 resuscitari] *scripsi;* resuscitare *RMai*

7 *consuetudine viluerunt*] Serm. 242, n. 1: « Maiora quidem miracula sunt, tot cotidie homines nasci qui non erant, quam resurrexisse qui erant; et tamen ista miracula non consideratione comprehensa sunt, sed *assiduitate viluerunt* »; Tract. 24 in Ioh., n. 1, ubi de miraculis item edisserit: « *assiduitate viluerunt*..., quibus cotidiana *viluerant* » etc.

13 *habuit?*] Eph. 5, 29.

15 *sufficit qui describit?*] Verbi *sufficere* hoc loco iuxta Mai sensus est « satis laboris habere », ital. « ha abbastanza da fare ».

19 *in virtute*] I Cor. 15, 44. 43.

21 *immortalitatem*] Ibid., 53.

24 *quia deus est*] Serm. 242, n. 1: « facit deus miracula, quia deus est ».

30 *non egestate*] Ibid., n. 2: « Quod manducavit, potestatis fuit, non egestatis ».

tremore et dicemus PANEM NOSTRUM COTIDIANUM DA NOBIS HODIE; habebimus semper panem aeternum. Sed semper praesto est: non propter illum optabimus pluviam, non contremiscemus siccum caelum; quia panis noster erit, qui fecit caelum. Et ibi non erit timor, non labor, non dolor, non corruptio, non egestas, non infirmitas, non fatigatio, non tarditas. Omnia ista non erunt: sed corpus erit. Omnia enim mala ista, quae sentimus in corpore, peccato contigerunt, non per conditionem exorta sunt. A primordio enim, per hominem qui peccavit, malam hereditatem accepimus a patre nostro peccatore; sed venit nobis alia hereditas eius qui suscepit nostram, et promisit suam hereditatem. Nos habebamus mortem per culpam, suscepit ille mortem sine culpa; occisus est qui non erat debitor, et diluit chirographum debitorum. Sit ergo in vobis animus fide resurrectionis plenus. Non solum quae facta iam praedicantur in Christo, sed etiam de illo quae futura sunt, promittuntur christianis.

Sit animus noster fide resurrectionis plenus.

LXXXIX.

Mai, Serm. LXXXIX, NPB. I, 171-172: ex quattuor codd. Vatic., praecipue vero ex libro olim Roffensi, nunc Vatic. 4951, fol. 126^{v}-127^{r} (= *R*). Extat quoque in cod. Harleian. 652, fol. 28^{v}. Brevem hanc ad neophytos allocutionem denuo nuper edidit vir cl. Andreas Wilmart ex cod. olim Floriacensi, nunc Aurelianen. 155, saec. x, p. 125 (= *A*), « Journal of theological Studies », XXVII (1926), p. 343-344; cuius nonnullas lectiones variantes in textum recepi. Etsi ob ipsam brevitatem haud tanti momenti esse videatur, at certo genuina est, et ad notitiam versionum s. scripturae, quibus Augustinus usus est, ni fallor, aliquantulum conferet.

SERMO HABITUS IN DIEBUS OCTAVARUM PASCHAE, IN QUO SPECIALITER INFANTES ALLOQUITUR.

Ad omnes quidem pertinet sermo, quo vita praecipitur et commendatur bona, ut vita impetretur et accipiatur aeterna: verumtamen praecipue vos alloquimur, novella germina sanctitatis, regenerata ex aqua et Spiritu, plantata et rigata per ministerium nostrum in agro dei, qui dat incrementum. Sic vos existimate tamquam ex Aegypto

16-17 *inscriptio ex Wilmart partim initio, partim in fine;* unde supra *more suo R* 18 pertinet] iste *interser. Wilm* 20 alloquamur *Wilm*

1 *hodie*] Luc. 11, 3.

18-21 *Ad omnes – et Spiritu*] Haec simul cum exordio sermonis Denis 8 in suos usus transtulit is, qui sermonem Append. Augustini 172 consarcinavit.

22 *incrementum*] Cf. I Cor. 3, 7.

liberatos a dura servitute, in qua vobis dominabatur iniquitas; transisse etiam per mare Rubrum, per baptismum scilicet sanguinea Christi cruce signatum. Hostes, qui vos a tergo insequebantur, peccata praeterita deputate: nam, sicut transeunte dei populo Aegyptii perierunt, sic vobis baptizatis illa deleta sunt. Nunc ergo caeleste regnum, quo vocati estis, tamquam terram promissionis inquirite; et per istam terrenam vitam, velut per heremum iter agentes, temptationibus vigilanter obsistite. Manna enim vestrum de sancti altaris participatione percipitis, et de petra effluit quod potatis. Hoc totum commemorans et docendo praedicans apostolus Paulus: NOLO, inquit, VOS IGNORARE, FRATRES, QUIA PATRES NOSTRI OMNES SUB NUBE FUERUNT, ET OMNES PER MARE TRANSIERUNT, ET OMNES IN MOYSEN BAPTIZATI SUNT IN NUBE ET IN MARI, ET OMNES EANDEM ESCAM SPIRITALEM MANDUCAVERUNT, ET OMNES EUNDEM POTUM SPIRITALEM BIBERUNT; BIBEBANT AUTEM DE SPIRITALI SEQUENTI PETRA: PETRA AUTEM ERAT CHRISTUS. His certe apostolicis verbis evidenter agnoscitis, non ista nos propria coniectura, sed sancta scriptura doctos insinuasse auribus et mentibus vestris.

Baptismus per mare Rubrum, vita terrena per eremum, eucharistia per manna praefigurata.

2. Quod autem admonui dicens, temtationibus vigilanter obsistite, intuemini quid idem apostolus consequenter et terribiliter dicat: SED NON IN PLERISQUE ILLORUM BENEPLACITUM EST DEO: PROSTRATI ENIM SUNT IN DESERTO. HAEC AUTEM FIGURAE NOSTRAE FACTA SUNT, UT NON SIMUS CONCUPISCENTES MALA, SICUT ET ILLI CONCUPIERUNT: NEQUE IDOLIS SERVIENTES, SICUT QUIDAM ILLORUM, SICUT SCRIPTUM EST, SEDIT POPULUS MANDUCARE ET BIBERE, ET SURREXERUNT LUDERE. NEQUE FORNICEMUR, SICUT QUIDAM ILLORUM FORNICATI SUNT, ET CECIDERUNT UNA DIE · XX · TRIA MILIA. NEQUE TEMPTEMUS CHRISTUM, SICUT QUIDAM ILLORUM TEMPTAVERUNT, ET A SERPENTIBUS PERIERUNT. NEQUE MURMURAVERITIS, SICUT QUIDAM ILLORUM MURMURAVERUNT, ET PERIERUNT AB EXTERMINATORE. OMNIA AUTEM HAEC IN FIGURA CONTINGEBANT ILLIS: SCRIPTA SUNT AUTEM AD CORREPTIONEM NOSTRAM, IN QUOS FINIS SAECULORUM OBVENIT.

1 in quam *Wilm* 2 sanguinea] *Wilm;* sanguinis *RMai* 5 quo] *Wilm;* qui *RMai* 8 vestrum] vel verum *in marg. codicis A al. m. add.* 10 docenda *RMai* 11 per] *om. RMai* 12 in Moyse *RMai* 15 sequenti] *RWilm;* sequente eos *Mai* 18 autem] *om. RMai* 19 quid] *R;* quod *Wilm Mai* 20. 23. 25 eorum *RMai* 21 facta sunt] *RWilm;* f. fuerunt *Mai* 22 mala] *RMai;* malorum *Wilm* 29 in illis *A;* in *post. deletum retinuit Wilm, om. RMai* 29sq. scripta s. autem] omnia autem haec scripta sunt *RMai* 30 correctionem *RMai*

8 *altaris participatione*] Eadem consecutio verborum in canone missae, quo utitur Romana ecclesia: « ut quotquot ex hac altaris participatione... »

15 *Christus*] I Cor. 10, 1-4.

31 *obvenit*] Ibid. 5-11.

3. Vos ergo, carissimi, praecedentia mala exempla vitantes, eos imitamini, qui deo placuerunt, non qui deum offendendo perierunt. Quid enim profuit, per mare Rubrum ab Aegyptiis evasisse, et in deserto a serpentibus interisse? Sic sunt, qui baptizati, et a peccatis praeteritis liberati, tantam neglegunt gratiam, et venenosis mortiferarum seductionum morsibus intercepti ad vitam non possunt pervenire promissam. Horum exemplа fugientes, ei qui vos redemit perseveranti oboedientia cohaerete, ut perveniatis ad regnum; non quale primo populo datum est in umbra futuri, sed, ubi cum Christo non erit finis, aeterna sitis felicitate victuri. EXPLICIT IN DIEBUS OCTAVARUM HABITUS SERMO.

Regnum quoque Iudaeorum fuit umbra futuri.

XCII.

Mai, Serm. XCII, NPB. I, 177 sq.; ex duobus codicibus Vatic. 4591, fol. 132^{v}-133^{r} (= *R*) et Ottob. 977, quorum priorem secundis curis excussi. Difficilius quidem est, de tam brevi allocutione iudicium facere; attamen, quin Augustini fetus sit, excepta doxologia, dubitare vix possum. Cui sententiae nuper adhaesit vir cl. collega meus Andreas Wilmart in ephemeride « Journal of theological Studies » XXVIII (1927), p. 118.

DE ALLELUIA.

Alleluia canticum est novum. Homo novus cantat canticum novum. Cantavimus nos: cantastis et vos, infantes, qui nuper ab ipso innovati estis; et nos vobiscum cantavimus, quia eodem pretio redempti sumus. Quod exigit caritas fraterna admoneam vos, non solum vos, sed etiam eos qui audiunt admoneo tanquam fratres et filios: fratres, quia una nos genuit ecclesia mater; filios, quia per evangelium ego vos genui. Bene vivite, dilectissimi filii, ut bonas causas de tanto sacramento suscepto habere possitis. Corrigantur vitia, componantur mores, suscipiantur virtutes; assit unicuique vestrum pietas, sanctitas, castitas, humilitas, sobrietas: ut tales fructus offerentes deo, delectetur in vobis, et vos in illo. Gaudeamus et nos de profectu spei vestrae, videntes in vobis fructus mercedis spei nostrae. Diligite dominum, quia diligit vos; frequentate hanc matrem, quae genuit vos. Videte quid vobis contulerit haec mater, ut creaturam coniungeret creatori, servos faceret filios dei, mancipia diaboli faceret fratres Christi. His tantis eius beneficiis non eritis ingrati, si ei dignum obsequium vestrae praesentiae exhi-

Praesentia fidelium obsequium est ecclesiae matri.

[5] mortiferarum] mortiferum *A 1 m.;* mortiferisque *RMai* [5sq.] seductionum] *AWilm;* seductionibus *RMai* [6] morsibus] *add. corrector A; om. RMai*

bueritis. Neque poterit quispiam propitium habere deum patrem, qui ecclesiam contempserit matrem. Haec ergo sancta et spiritalis mater cotidie vobis spiritales escas praeparat, per quas non corpora sed animas vestras reficiat. Panem vobis caelestem largitur, calicem vobis salutarem propinat: non vult quemquam filiorum suorum tali fame laborare. Agite pro vobis, dilectissimi, non deserere tantam matrem; ut saturemini ab ubertate domus eius, et torrente deliciarum suarum potari vos faciat, assignetque deo patri dignos filios, quos pie nutriendos ad aeternam vitam incolumes liberosque perducat.

Non poterit propitium habere deum patrem, qui ecclesiam contempserit matrem.

XCIV.

Mai, Serm. XCIV, NPB. I, 182-187: ex duobus codicibus Ottob. 977 ac praecipue Vatic. 4951, fol. 142^{v}-144^{v} (= *R*), quem ego secundis curis contuli; legitur quoque in cod. Harleiano 652, fol. 42 sq. Hic certo agnoscet peritus quisque unum ex praestantioribus Augustini sermonibus post Maurinos evulgatis, in quo s. Doctor propria sibi eloquentia coram neophytis ex deo patre et matre ecclesia nuper renatis disserit de hereditate christianorum quae dilectio est, de octonarii numeri mystica significatione, de sacramento catechumenorum, de candidis vestibus die dominico octavarum deponendis, de cancellis ex quibus mox egredientur populo deinceps permiscendi, argumento plerumque ex psalmi undecimi versiculis deducto.

DE DOMINICO DIE OCTAVARUM SANCTAE PASCHAE.

Nec novum nec inauditum, sed fidei vestrae manifestum esse non dubito, sicut ex parentibus homines carnaliter nati sumus, ita nos ex deo patre et matre ecclesia spiritaliter nasci. Idem tamen dominus deus et ex illis parentibus noster creator est, et ex se atque ecclesia recreator. In illa generatione peccati vinculum trahitur, in ista solvitur. Ibi gignimur, ut morituris parentibus succedamus; hic, ut sic manentibus hae-

[6] pro vobis] *cod. uterque;* pro viribus *corr. Mai* [9] perducat] *codd. subiungunt* benedicentes Patrem et Filium et Spiritum sanctum, cui est honor et gloria in saecula saeculorum. Amen: *quam clausulam, quippe cui nulla usquam similis apud Augustinum occurrit, a compositore homiliarii confectam, ac proinde resecandam esse existimavi* [10] *inscriptionem supplevi instar sermonum Guelferb. XVIII-XIX;* eiusdem unde supra *R*, *cui* in octavis paschae *add. Mai*

[2] *ecclesiam contempserit matrem*] Cf. Enarr. in Ps. 88, serm. 2, n. 14: « Amemus dominum deum nostrum, amemus ecclesiam eius: illum sicut patrem, istam sicut matrem ». Pressius Augustini vestigia sequitur Quodvultdeus in sermone ad Catechum. Migne 40, 668: « nec habebit deum patrem, qui ecclesiam noluerit habere matrem ».

[7] sq. *potari vos faciat*] Cf. Ps. 35, 9.

reamus. Itaque si filii hominum, qui nascendo praecedunt, nascentibus in domo fratribus suis germana caritate congaudent, magis ex eodem sanguine gratulantes consortibus lucis, quam invidentes divisoribus hereditatis; quanto amplius atque sincerius collaetari nos oportet, cum idem filii hominum per gratiam sancti baptismi regenerati fiunt filii creatoris sui, cum ad illam hereditatem nascamur, quae possessoribus suis et omnibus integra est, et singulis tota? DOMINUS, inquit, PARS HEREDITATIS MEAE. Si ergo, ut dicit propheta David, hereditas nostra ipse deus est, et, ut dicit apostolus Iohannes, DEUS CARITAS EST, et ut dicit apostolus Paulus, CARITAS NON AEMULATUR; quanto plures consortes et socios ad talem hereditatem obtinendam annasci nobis videmus, tanto uberiore caritate laetamur, quibus ipsa caritas possidenda proponitur. Ubi enim hereditas ipsa dilectio est, indicat se non esse heredem, qui non diligit coheredem. Itaque illa quae adiuvante domino sumus ad eos locuturi, quorum octavus baptismi dies hodiernus peragitur, eo libentius amplectimini, quo exultatis eos vobis novella germanitate coniungi; simul ut etiam catechumeni, quos iam nonnullo sacramento mater concepit ecclesia, desiderio novae lucis urgeant eius viscera, et perfici nascique festinent.

Collaetari nos oportet de coheredibus nostris baptismo regeneratis.

Sacramentum catechumenorum.

2. Eo potissimum ipsarum sollemnitas octavarum, quae toto terrarum orbe quaquaversum gentes Christi nomini salubriter subiugavit, ab omnibus per baptismum eius regeneratis devotissime celebratur. Quid ergo sibi velit, et quae sit ratio tanti mysterii, adiuvante domino paucis commemorare conemur. Quod nostrae fidei regulis convenire, christiana mecum eruditio vestra consideret. Quis enim nesciat, ab iniquitatibus quondam diluvio terram esse purgatam, mysteriumque sancti baptismi, quo per aquam cuncta hominis peccata delentur, iam tunc fuisse praedicatum, ubi arca lignis imputribilibus fabricata, qua figurabatur ecclesia, octo tantum homines continebat? Quod ergo in aquis diluvii, quibus peccata restincta sunt, testatur octonarius

Octonarii numeri mysterium.

[17] cathecumini *R* [26] terra *Mai*

[8] *meae*] Ps. 15, 5.

[9] *est*] I Ioh. 4, 8. 16.

[10] *aemulatur*] I Cor. 13, 4.

[11] *annasci*] Cf. Thes. l. lat. ad *agnascor*, ubi tamen nulla huius exempli fit mentio.

[13] *hereditas ipsa dilectio est*] Sic serm. Guelferb. 32, 12: « Quod possideo caritas vocatur, quae numeroso possessore amplius dilatatur ».

[17] *quos iam nonnullo sacramento* etc.] Eo scil. quod in concilio Carthaginiensi tertio, can. 5, « sacramentum salis » diserte vocatur; de quo et lege sis notas Maurinorum ad August. De bapt. cont. Donat. l. 1, c. 21, n. 28; De peccat. mer. et remiss. l. 2, c. 26, n. 42: Migne 43, 172; 44, 176.

[25] *mecum eruditio vestra consideret*] Erit forte, cui ab Augustino aliena esse videatur huiusmodi compellatio: sed cf. serm. 351, n. 2: « quas mecum *vestra eruditio* recognoscit ».

numerus hominum, hoc in aquis baptismi, quibus peccata delentur, contestatur octonarius numerus dierum. Facta enim aliquid significantia sonis oris nostri comparantur: sicut ergo una eademque res multiplicibus verbis et linguis varie dici potest, ita una eademque res non tantum vocibus sed et figuratis factis multis et variis sine ulla supermutatione significari solet. Quam ob rem non, quia ibi octo sunt homines, hic autem octo dies, aliud atque aliud, sed id ipsum aliter atque aliter, dissimilitudine signorum, quasi litterarum diversitate, nunciatur.

Una res multis et variis factis significatur.

3. Octonario itaque numero praefigurantur quae ad futurum saeculum pertinent, ubi nullo volumine temporum seu deficit seu proficit aliquid, sed stabili beatitudine iugiter perseverat. Et quoniam istius saeculi tempora septenario numero dierum per circuitum repetito dilabuntur, recte ille tamquam octavus dicitur dies, quo post labores temporales cum pervenerint sancti, nulla vicissitudine lucis et noctis actionem requiemve distingunt; sed eis erit perpetuo vigilans quies, et actio non segniter sed infatigabiliter otiosa. Sicut autem sanctis septenario tempore transito octava est et aeterna felicitas, ita impiis eadem septenaria volubilitate transacta octavum est poenale iudicium. A quo se liberari cupiens ille in sexto psalmo, cui PRO OCTAVO inscribitur titulus, infirmitatem suam gemebundus allegat, et dicit: DOMINE NE IN INDIGNATIONE TUA ARGUERIS ME, NEQUE IN IRA TUA EMENDAVERIS ME. Rursus in undecimo psalmo ubi PRO OCTAVO identidem inscriptio est, demonstratur pro ipso praemio vitae aeternae omnes adversitates huius saeculi esse tolerandas; ne, cum abundare coeperit iniquitas, refrigescat caritas, et qui non perseveraverit usque in finem, salvus non possit esse. Cum enim quisque requiescere voluerit in aliis hominibus, atque in multis, in quibus minime putabat, invenerit fallacias et dolos et vanam superbamque iactantiam, bonum illi est ut respiciat in octavum sempiternumque diem, ubi eius secura laetitia nullius iniqui societate sauciabitur, et dicat hic ingemiscens et orans cum lacrimis: SALVUM ME FAC DOMINE, QUONIAM DEFECIT SANCTUS, QUONIAM DIMINUTAE SUNT

Octonario numero quae ad futurum saeculum pertinent figurantur.

[21] et] *R; om. Mai*

[6] *supermutatione*] Heic novum vocabulum lexicis inserendum, velut etiam *obnubilatio*, infra p. 336, l. 15, notat A. Mai.

[10] *Octonario itaque numero* etc.] De huius numeri sacramento simillima profert August. serm. 259, n. 2, qui et ipse die dominico octavarum habitus est.

[20] *octavo*] Ps. 6, 1; ita quoque Hilarius et quandoque Aug.

[22] *me*] Ibid. 2.

[23] *identidem*] pro *pariter* habes quoque in serm. Frangip. 1, 1 (supra p. 172, l. 11): « cauda conpraehensa *identidem* virga facta est ».

[26] *in finem*] Cf. Mt. 24, 12. 13.

VERITATES A FILIIS HOMINUM; sic enim psalmus ipse incipit. Sed in spe certa oret secundum eiusdem psalmi ultima eloquia; sic enim terminatur: TU DOMINE SERVABIS NOS, inquit, ET CUSTODIES NOS A GENERATIONE HAC IN AETERNUM; tanquam incipiens a septimo, perducensque in octavum, DE GLORIA IN GLORIAM TAMQUAM A DOMINI SPIRITU.

4. Quid est enim quod et alibi per prophetam promittit PACEM SUPER PACEM, nisi quia et sabbatum, quod septimo die significatur, quamvis eodem dierum temporali contineatur volumine, habet utique requiem, quae in hac terra sanctis promissa est; ubi eos nulla huius saeculi procella sollicitet, post opera bona requiescentes in deo suo? Quod ut tanto ante significaret, postea quam fecit omnia bona valde, die septimo etiam ipse requievit. An propter aliud in libro sancti Iob scriptum est, SEXIES DE NECESSITATIBUS ERUI TE, ET IN SEPTIMO NON TE TANGIT MALUM? Sed propterea ille dies iam non habet vesperam, quia sine ullo incursu atque obnubilatione tristitiae, quae plerumque de hominum malignorum permixta conversatione suffunditur, traicit sanctos in octavum diem, hoc est beatitudinem sempiternam. Aliud est enim, inter ipsa adhuc tempora requiescere in domino, quod die septimo id est sabbato significatur; aliud autem, transcendere omnia tempora, et in artificem temporum sine ullo iam fine componi, quod octavo significatur die, qui non volvendo cum ceteris, aeternitatis indicium se habere declarat. Septem quippe istis continuis successionis repetitione volventibus, omnium temporum circuitus peraguntur. Amici autem huius mundi non significationibus horum dierum figurantur: non enim desiderant in septimo requiem sabbati spiritalis, unde possit etiam eorum in octavam aeternitatem porrigi intentio; sed ipsis transitoriis celebrationibus dediti, deserto creatore ad creaturam colendam labuntur, et impii fiunt. Unde consequenter subiecit ille qui cantat pro octavo; et cum dixisset: TU DOMINE SERVABIS NOS ET CUSTODIES NOS A GENERATIONE HAC IN AETERNUM, adiunxit statim: IN CIRCUITU IMPII AMBULANT; temporalibus scilicet rationibus subditi, aeternum sapere nescientes.

Septimus dies vesperam cur non habeat.

In quo differat sabbatum ab octavo die.

5. Et in his quidem diebus, in quibus quaedam significatio figuratur, idem invenitur octavus, qui primus est. Nam ipse dicitur prima

13 erui te] *pro* eruit te, *ut videtur*

1 *hominum*] Ps. 11, 2.
4 *aeternum*] Ibid. 8.
5 *Spiritu*] II Cor. 3, 18.
7 *pacem*] Esai. 57, 19 iuxta LXX.
11 *valde*] Cf. Gen. 1, 31.
14 *malum*] Hiob 5, 19.
31 *ambulant*] Ps. 11, 9.

sabbati dominicus dies; sed ipse primus secundo succedente decedit. In illa revera, quam iste octavus primusque significat, et prima est aeternitas, quam in origine primorum parentum peccando deserentes, in istam mortalitatem devenimus; et ultimam quasi octavam, quam post resurrectionem novissima inimica morte destructa repetimus, ut corruptibile hoc induat incorruptionem, et mortale hoc induat immortalitatem; et rediens filius recipiat stolam primam, quae illi post longinquae peregrinationis laborem, pastionemque porcorum, et ceteras vitae mortalis aerumnas, et septenarios circulos temporum, eadem novissima et tanquam octava reddatur. Non ergo immerito etiam ipse dominus noster primo eodemque octavo die dominico, demonstrare dignatus est in carne sua etiam corporalis resurrectionis exemplum; qui non iam moritur, et mors ei ultra non dominabitur. Ad quam eius exaltationem per humilitatem tendere debemus. Nam eam proponens discipulis duobus quaerentibus, et sedere uno ad suam dexteram, et altero ad sinistram desiderantibus, dixit: POTESTIS BIBERE CALICEM, QUEM EGO BIBITURUS SUM? ut intellegerent, ad celsitudinem viam a convalle plorationis ordiendam; nec se dignos effici ad capiendum caeli fastigium, nisi prius non dedignarentur crucis opprobrium.

Octavus dies idem qui primus est.

6. Nam et ipse ultimus versus undecimi psalmi, cuius PRO OCTAVO titulus praeminet, DOMINE SECUNDUM ALTITUDINEM TUAM MULTIPLICASTI FILIOS HOMINUM, eidem domino Iesu Christo dictus convenienter accipitur, qui in se, Filio dei et filio hominis, filios dei faciens filios hominum, eos in hac terra paucos prae abundantia peccatorum, et tanquam grana in area prae multitudine paleae, quae velut sola sit undique videtur, ipsos latentes et paene non apparentes in caelesti Hierusalem multiplicat secundum altitudinem suam, vocans ea quae non sunt tamquam sint. Et de qua altitudine? Quia CAECITAS EX PARTE IN ISRAHEL FACTA EST, UT PLENITUDO GENTIUM INTRARET, ET SIC OMNIS ISRAHEL SALVUS FIERET, exclamatum est ab apostolo dicente: O ALTITUDO DIVITIARUM SAPIENTIAE ET SCIENTIAE DEI! Non ergo quaeramus ruinosas altitudines temporalium sublimitatum. Mortui enim sumus, et vita

Ruinosae altitudines temporalium sublimitatum.

5 novissima] *scripsi;* novissimam *RMai familiaris Afris labdacismus* 9 mortales *R* 32 sullimitatum *R,*

5 *novissima i. m. destructa*] Cf. I Cor. 15, 26.
7 *immortalitatem*] Ibid. 53.
8 *porcorum*] Luc. 15, 11 sqq.
13 *non dominabitur*] Cf. Rom. 6, 9.
17 *sum?*] Mt. 20, 22.
18 *plorationis*] Ps. 83, 7.
22 *hominum*] Ps. 11, 9.
28 *tamquam sint*] Rom. 4, 17.
30 *fieret*] Rom. 11, 25. 26.
31 *dei*] Ibid. 33.

nostra abscondita est cum Christo in deo: cum Christus apparuerit vita nostra, tunc et nos apparebimus cum ipso in gloria. Perseveret itaque intentio in octavum, ubi transacto omni circuitu temporum ambulant impii. Quoniam conversatio nostra in spe praecedit in caelum, vivamus cum Christo, in Christo, aequales angelis dei, et participes illius aeternitatis effecti, qui nostrae mortalitatis non recusavit particeps fieri. Nam sicut in octavis sacramentorum post septem dies octavus est, ita in sacramento pentecostes post septem septimanas, quas quadragesimo et nono die concludimus, idem octavus additur, ut quinquaginta compleantur: unus in minore numero, et idem unus in maiore. Aeternitas enim, cuius habet signum iste octavus dies, nec augeri nec minui potest; et semper ibi hodie est, quoniam non aliquid alicui decedenti succedit. Et hodiernus ille dies nec a fine inchoatur hesterni, nec ad principium crastini terminatur, sed semper hodiernus est; quoniam omnia praeterita illo non occidente transierunt, et omnia futura illo non nascente ventura sunt.

Pentecostes sacramentum.

7. Praeterita itaque obliviscentes, et in ea quae ante sunt vos extendentes, secundum intentionem sequentes ad palmam supernae vocationis, fratres et filii karissimi, etiam cum sacramentorum signacula posueritis, huius diei sempiterni spem semper in corde gestate; vestesque nitidas, per quas in novitate vitae vestrae lucidum germen in memoria vobis tanquam verbo visibili scribitur, ita mutate, ut illud quod indicant non mutetis, fidei luce et veritatis effulgens; nullisque morum perversorum sordibus maculetur: ut in illo die non nudi inveniamini, et a gloria fidei in gloriam speciei sine ulla difficultate transeatis. Cum autem, quod hodierno die sollemniter geritur, ex istis cancellis, quibus vos a ceteris distinguebat spiritalis infantia, populo permixti fueritis, bonis inhaerete; et mementote quia PERVERTUNT MORES BONOS COLLOQUIA PRAVA: SOBRII ESTOTE, iusti, ET NOLITE PECCARE. DESPONSAVI ENIM VOS UNI VIRO VIRGINEM CASTAM EXHIBERE CHRISTO; ET TIMEO

Vestes nitidae die octavarum Paschae depositae.

Neophyti in cancellis a ceteris distincti.

9 quae *R*

2 *in gloria*] Col. 3, 3. 4.

4 sq. *in caelum*] Cf. Phil. 3, 20.

19 *vocationis*] Cf. Phil. 3, 13. 14.

24 *inveniamini*] Cf. II Cor. 5, 3.

26 *ex istis cancellis*] August. ep. 34, n. 2, ubi de iuvene, qui, cum in partem Donati transiisset, a schismaticis denuo baptizatus erat « Constituitur *intra cancellos* eminens atque conspicuus... ». Cf. etiam omnino singularem Ordinem scrutiniorum, quem ex cod. Ambros. T 27 sup. dudum descripsi, ubi « ad summos choros » neophytis locus passim adsignatur: Rev. Bénéd. 39 (1927) p. 64. 75 etc.

27 *populo permixti*] Subit animo clausula sermonis August. 260 in codice Guelferb. 4096: « explicit trac. de dominico octabarum sancte pasche, quando infantes *miscendi sunt populo dei* ».

29 *peccare*] I Cor. 15, 33. 34, iuxta antiq. versionem.

NE SICUT SERPENS EVAM SEDUXIT ASTUTIA SUA, SIC ET VESTRI SENSUS CORRUMPANTUR A CASTITATE DEI, QUAE EST IN CHRISTO. Amicitia quae est huius mundi adulterat animas, et fornicare facit ab uno et vero et legitimo coniuge, a quo anulum sancti Spiritus accepistis. Cavete viam latam, QUAE DUCIT AD INTERITUM, ET MULTI SUNT QUI AMBULANT PER EAM; nolite deficere in angusta via, cuius finis est aeterna latitudo. Et si quando, quod de humana vita huius saeculi fluctibus necesse est contingat, in temptationes varias incideritis, multorumque hominum iniquitatibus circumlatrati fueritis, cum perseverantia fidei et gaudio spei et ardore caritatis cantate PRO OCTAVO, et dicite: SALVUM ME FAC DOMINE QUONIAM DEFECIT SANCTUS; QUONIAM DIMINUTAE SUNT VERITATES A FILIIS HOMINUM: VANA LOCUTUS EST UNUSQUISQUE AD PROXIMUM SUUM.

Angustae viae finis aeterna latitudo.

8. Vos autem, FILII HOMINIS, iam facti filii dei, QUO USQUE GRAVES CORDE? Nolite diligere vanitatem et quaerere mendacium, et nullum locum dabitis diabolo. Nec unusquisque vestrum, cum inter tumultus temptationum et scandalorum inconcussus haeserit Christo, et verbum dei amplexus immobilis steterit, se solum granum esse arbitretur, quia undique palea circumvallatus non videt consortes horrei sui. Respiciat, illis etiam temporibus, ante quam fusus esset in terra sanguis Christi, pretium orbis terrarum, Helia sancto dicente EGO RELICTUS SUM SOLUS, fuisse responsum: RELIQUI MIHI SEPTEM MILIA VIRORUM, QUI NON CURVAVERUNT GENUA ANTE BAAL. Quae septem milia cum illo, quando adhuc in huius saeculi area triturabantur, nondum se in massa tangebant; et ideo sibi singuli soli esse videbantur. Uberior massa est in omnibus gentibus, quae servabitur domino, et custodietur a generatione hac et in aeternum; quia occulto consilio secundum altitudinem suam multiplicabit filios hominum.

Nemo se solum granum esse arbitretur.

11 sunt] *excidit in R* 14 hominis] *pro* hominum? 17 inconcussus] *legendum suggessit Mai, qui tamen lectionem codicum* incussus *retinuit*

2 *in Christo*] II Cor. 11, 2. 3.
2sq. *Amicitia q. e. huius mundi* etc.] Cf. Iac. 4, 4.
6 *per eam*] Mt. 7, 13.
8 *incideritis*] Cf. Iac. 1, 2.
9 *circumlatrati*] Exempla tria verbi huius ex Aug. exhibet Thes. l. lat. III. 1153, l. 51 sqq.
13 *suum*] Ps. 11, 2. 3.
15 *corde?*] Ps. 4, 3.
16 *diabolo*] Cf. Eph. 4, 27.
20sq. *ante quam fusus esset in terra sanguis Christi*] Serm. 9, n. 19, de Pharisaeo decimas dante omnium quae possidebat: « Et nondum fusus erat sanguis domini! »
23 *ante Baal*] Rom. 11, 3. 4; cf. III Reg. 19, 10. 18.

XCV.

Mai, Serm. XCV, NPB. I, 187-191: ex iisdem codd. Vatic. 4951, fol. 145r-146v (= *R*) et Ottob. 977 (= *O*); in cod. Harleiano 652 legitur fol. 44 sq. Iure quidem in sermone hoc nobilissimo dicendi divinitatem agnoscit cardinalis A. Mai; ego tamen diu dubitavi, utrum revera Augustini, an eius imitatoris Quodvultdei fetus esset: nonnulla enim ab Hipponiensi abhorrere, et in Carthaginiensem potius episcopum quadrare primum videbantur. Re vero diligentius excussa nullus iam dubito, quin heic quoque unam ex splendidioribus Augustini orationibus ante oculos habeamus; denique fatetur Desiderius Franses, in libello qui inscribitur « Die Werke des hl. Quodvultdeus » (Monaci 1920), p. 86, nulla argumenta praesto esse, quibus hanc contionem Quodvultdei esse certo demonstretur. Ad omnem porro dubitationem tollendam, singulis illustrandis, quae notatione digna essent, plus quam soleo, immoratus sum.

TRACTATUS DE QUINTA FERIA SANCTAE PASCHAE.

Hodierna lectio sancti evangelii iterum manifestavit dominum famulis, Christum apostolis, et discipulum convincit incredulum. Unus enim ex duodecim discipulis apostolus Thomas, non solum mulieribus, sed nec viris nuntiantibus resurrectionem domini Christi accommodavit assensum. Et certe apostolus erat mittendus cum praedicatione evangelii. Quando ergo coepit postea praedicare Christum, quomodo volebat sibi credi quod ipse non crediderat? Puto quia sibi erubescebat, quando infideles increpabat. Dicunt ei condiscipuli eius, coapostoli utique: VIDIMUS DOMINUM. Et respondit ipse: NISI MISERO MANUS MEAS IN LATUS EIUS, ET TETIGERO LOCA CLAVORUM, NON CREDAM. Fidem sibi fieri volebat tangendo. Si enim dominus venerat ut tangeretur, quomodo ergo in ea lectione, quae superius legitur, dicit ad Mariam: NOLI ME TANGERE, NONDUM ENIM ASCENDI AD PATREM? Feminae

Erubescenda Thomae futuri apostoli incredulitas.

[1] *inscriptionem supplevit cod. Guelferb. 4096, foll. 70v. 73;* eiusdem unde supra *R;* in octavis Paschae *add. de suo Mai* [3] convicit *malim*

[1] *de quinta feria*] De ordine pericoparum, quae infra hebdomadam Paschae in ecclesia Hipponiensi aliquando in usu erant, certiores nos facit in primis codex Guelferb. 4096, feria quarta evangelium Luc. 24, 36 sq., quinta vero Ioh. 20, 1-29 recitatum esse. Dixi, aliquando: anteriorem enim consuetudinem, eamque a postmodum recepto ordine evangelistarum aberrantem, sermones aliquot, v. gr. 239 et 247, diserte testantur. Ii porro, qui homiliaria medio aevo composuerunt, hunc sermonem idcirco dominicae post Pascha adsignare maluerunt, quod exordium praecipue ad pericopen Ioh. 20, 24 sqq. referatur, quam ea die recitari mos erat.

[11] *non credam*] Ioh. 20, 25.

[14] *Patrem*] Ibid. 17.

credenti dicit, NOLI ME TANGERE; viro non credenti dicit, Tange. Iam enim Maria occurrerat ad sepulchrum, et primo dominum stantem putaverat hortulanum, et dixerat: DOMINE, SI TU EUM ABSTULISTI, DIC UBI POSUISTI EUM, ET EGO ILLUM TOLLAM. Respondebat autem illi dominus nomen suum, MARIA. Continuo illa dominum agnovit in voce nominis sui: ille vocavit, et illa cognovit; felicem fecit vocatione, dando cognitionem. Continuo ergo ubi audivit nomen suum ab illa auctoritate et lingua qua solet, et ipsa respondet quod solet, RABONI. Iam ergo crediderat Maria; et dicit dominus ei, NOLI ME TANGERE, NONDUM ENIM ASCENDI AD PATREM.

Cum auctoritate loqui solebat dominus.

2. Modo autem in ea lectione, quae recentissima sonuit in auribus vestris, quid audistis dicentem Thomam? Non credo, nisi tetigero. Et dominus ad ipsum Thomam: Veni, tange, MITTE MANUS TUAS IN LATUS MEUM, ET NOLI ESSE INCREDULUS SED FIDELIS. Ego me, inquit, si parum putas quod praebeo oculis tuis, praebeo me et manibus tuis. Forte enim ex illis es qui cantant in psalmo: IN DIE TRIBULATIONIS MEAE DOMINUM EXQUISIVI MANIBUS MEIS NOCTE CORAM EO. Quare manibus quaerebat? quia nocte quaerebat. Quid est, nocte quaerebat? Tenebras infidelitatis in corde gestabat. Factum est autem hoc non solum propter se, sed et propter illos qui veram carnem domini fuerant negaturi. Poterat enim Christum vulnera carnis suae ita sanare, ut nec vestigia cicatricum paruissent: poterat ergo non ferre clavorum vestigia in membris suis, non ferre vestigium vulneris in latere suo; sed illae in carne cicatrices esse permissae sunt, ut in cordibus hominum vulnus perfidiae tolleretur, et vulnerum signa vera vulnera procurarent. Ille enim qui signa clavorum et lanceae in suo corpore esse permisit, sciebat futuros aliquando tam impios et perversos haereticos, qui dicerent dominum nostrum Iesum Christum et carnem fuisse mentitum, et discipulis suis et evangelistis

Quid sit, nocte quaerere.

Vestigia cicatricium Christus resurgens quare servavit.

18 quid est] *conieci;* est *om. RMai, quod, sicut alibi passim, heic excidisse videtur* 26 procurarent] *RMai; conicio* percurarent 29 carnem] *Mai;* carne *codd.*

4 *tollam*] Ioh. 20, 15.

8 *Raboni*] Ibid. 16.

11 *quae recentissima sonuit* etc.] Cf. serm. 124, n. 1: « Recentissima in auribus nostris sonuit lectio evangelica ».

14 *fidelis*] Ioh. 20, 27.

17 *coram eo*] Ps. 76, 3, omnino ut Aug., qui in Enarr. huius psalmi, n. 4: « Christus, inquit, voluit se manibus inquiri, quando dubitanti discipulo cicatrices ostendit ».

26 *vera vulnera procurarent*] Serm. 88, n. 2: « Numquid non poterat dominus sine cicatricibus resurgere? Sed in corde discipulorum vulnera noverat, propter quae sananda cicatrices in corpore suo servaverat »; serm. 112, n. 4: « Et dominus, qui posset sine ullo vestigio vulneris resurgere, servavit cicatrices, quae a dubitante tangerentur, et cordis vulnera sanarentur ».

nostris verba dixisse mendacia, quando dixit, Tange et vide. Ecce Thomas dubitat. Quomodo dubitat? Nisi tetigero, non credo: ultra fidem servat ad tactum. NISI TETIGERO, inquit, NON CREDAM. Putamus, Manichaeus quid dicit? Et vidit Thomas, et tetigit Thomas, et loca clavorum palpavit Thomas, et falsa caro fuit. Ergo tunc si ibi fuisset, nec tangendo credidisset.

Manichaeus etiam tangendo non credidisset.

3. Intendat ergo caritas vestra horrendam perniciem, detestandam fallaciam, incredibilem impietatem. Videte quantum sit inter sanctam Mariam Magdalenen, quae, cum audisset, MARIA, ad unam vocem Christi credidit eum resurrexisse. Inter huius ergo fidem et illorum, qui, mox ut viderunt in fractione panis Christum, continuo crediderunt, quid putamus distare? Quid? Illa quasi in subobscuro vidit, illi apertissime viderunt; tamen et ⟨illi et⟩ illa videndo crediderunt. Postea apparuit omnibus: PUTAVERUNT SE SPIRITUM VIDERE. Tulit illis vanam opinionem, et inseruit certissimam veritatem. PUTAVERUNT SE SPIRITUM VIDERE. Hoc et Manichaei putant, spiritum fuisse Christum, carnem non fuisse. Remane et tu in tali fide, si voluit ibi Christus discipulos suos remanere. Qui putas spiritum fuisse Christum, et apparuisse in phantasma, id est, quasi carnem non fuisse veram in Christo, hoc et discipuli putaverunt: vulneratus es cum discipulis, sanare cum ipsis. Quando hoc discipuli putaverunt, Christum spiritum fuisse, et quod videbant magis apparere quam esse, quid egit dominus? QUID, inquit, COGITATIONES ASCENDUNT IN CORDE VESTRO? Nullus vobis hostis forinsecus venit, et interna cogitatio iugulat animas vestras. Vos de me cogitatis: QUID COGITATIONES ASCENDUNT IN CORDE VESTRO? quales cogitationes? QUIA PUTABANT SE SPIRITUM VIDERE. Tales cogitationes timet dominus, ne occiderent fidem discipulorum; ergo timete

Hoc primum discipuli putaverunt, quod postea Manichaei.

[2] ultra] *O;* vel *RMai* [13] illi et] *haud male interserit Mai*

[8] *incredibilem impietatem*] Norunt omnes, quanta vehementia infamem Manichaeorum doctrinam suggillet s. Doctor, ut puta De nat. boni, c. 47: « O monstrum scelestum! o exsecranda perditio et labes deceptarum animarum! »; Contra litt. Petiliani I, c. 26, n. 28: « pestilentiosissimum et perniciosissimum errorem, id est, Manichaeorum haeresim ».

[8 sqq.] *sanctam Mariam Magdalenen*] et infra p. 343, l. 11, *illam de sancta Maria quaestionem.* Quantum comperi, nusquam invenitur Aug. sanctam appellasse Mariam Magdalenen; haud tamen sequitur, ut eam hic saltem ita denominare minime potuerit, sicuti « sanctum Iob » (De urbis excid., n. 3; Denis, serm. 21, 6), « sanctum Danihelem prophetam » (De urbis excid., n. 1) etc., alias usurpat.

[14] *videre*] Luc. 24, 37.

[16] *Hoc et Manichaei putant* etc.] Sermo Guelferb. Append. 7, 1. 2: « Error iste apostolorum, secta est Manichaeorum... Si nihil mali est in isto sermone, dimittat Iesus discipulos suos in isto errore... inveniens eos in falsitate, non eos doceat veritatem »; cf. Morin 17, 2. et al.

[23] *in corde vestro?*] Luc. 24, 38 ter continuo *R* cum multis vetustissimis evangeliorum codicibus, et si Augustinus heic legere solet *in cor vestrum.*

habere tales cogitationes: quod timet medicus, non est inde securus aegrotus. QUID COGITATIONES ASCENDUNT IN CORDE VESTRO? VIDETE MANUS MEAS ET PEDES MEOS; PALPATE ET VIDETE, QUIA SPIRITUS OSSA ET CARNEM NON HABET, SICUT ME VIDETIS HABERE. Viderunt, et tetigerunt, et crediderunt, annuntiaverunt: et Manichaei adhuc contradicunt de Thoma, Non credo nisi tetigero. Ergo, NOLI ESSE INCREDULUS. Falsae erant cicatrices domini, et vera sunt verba Manichaei? Absit a nobis. Immo vera domini verba sunt, vera ossa ostendit dominus: cicatrices verae: vera membra in caelum levavit; sed corruptionem in caelum non levavit. Caro inquit: mors mortua est.

Omnia in Christo vera sunt.

4. Redeamus ad illam de sancta Maria quaestionem. Ecce tangitur a discipulis: PALPATE ET VIDETE, QUIA SPIRITUS OSSA ET CARNEM NON HABET, SICUT ME VIDETIS HABERE. Tangitur a Thoma dubitante; exclamat, DOMINUS MEUS ET DEUS MEUS! Et ad illum dominus: QUIA VIDISTI, CREDIDISTI; BEATI QUI NON VIDENT, ET CREDENT. Quibus me annuntias, vincunt fidem tuam. Annuntias quod vidisti, annuntias quod tetigisti, annuntias quod videndo et tangendo vix credidisti; et tamen tibi crediturus est qui nec vidit nec tetigit. Vides me, et non credis mihi: tangis me, et vix credis mihi; alter audit te, et credit in me. Sed quaeris: Quid est quod Thomas permittitur tangere, et dicitur Mariae NOLI ME TANGERE? Hoc loco ipse dixit causam: NONDUM ENIM, inquit, ASCENDI AD PATREM. Quale est hoc? Hic es in terra, et prohibes te tangi: cum ascenderis, quis te tangit? In terra constitutus repellis proximam manum. Hoc loco possumus elegantissime suspicari, et dicere: Bene fecit dominus, infidelibus servare tactum suum; istam prohibet tangere, quia iam crediderat. Quid enim opus erat tangere et quaerere, quem audiendo cognovit? Sed tamen non tacuit, postea dixit causam. NOLI ME TANGERE. Quare? NONDUM ENIM ASCENDI AD PATREM MEUM: ascendentem ad Patrem tange. Quid est, ascendentem ad Patrem tange? Aequalem Patri tange. Quid est, aequalem Patri tange? Deum tange, id est, in deum crede. Facile est quod

Cur Thomas permittitur tangere, Maria prohibetur.

10 caro i. m. m. est] *quid sibi velint haec verba, equidem non intellego* 30 tange *1° loco R;* tangere *Mai*

4 *habere*] Luc. 24, 39.

14 *meus*] Ioh. 20, 28.

15 *credent*] Ibid. 29; puto legendum esse *credunt*, uti passim apud Aug.

23 *quis te tangit?*] Serm. 245, n. 2: « O domine, hic es, et non tango: cum ascenderis, tangam? »; serm. 246, n. 4: « Si non illum poterat tangere in terra stantem, poterat tangere in caelo sedentem? »

30 *aequalem Patri tange*] Serm. 245, n. 2: « Tibi ascendo, quando intellexeris aequalem ».

vides: forma servi est propter te assumpta, indumentum est dei; non est magnum carnem videre. Viderunt et Iudaei, qui occiderunt; non viderunt gentes, et crediderunt. Ergo, inquit, quomodo vides me, in carne membra, effigiem quam nosti, quomodo vides NOLI ME TANGERE: id est, noli remanere ibi, noli usque illuc intendere, non hic sit finis fidei tuae. Volo quidem ut credas me hominem, sed noli remanere; extende fidei manum, noli ibi remanere.

Photinus haereticus.

5. Nec sic tangas, quomodo tetigit Photinus haereticus: hominem dixit Christum esse, nihil amplius; non ergo cepit, non intellexit, non tetigit. VERBUM CARO FACTUM EST, ET HABITAVIT IN NOBIS. Illa ergo ne hominem tantum Christum putaret, Noli me sic tangere: ante te vestimentum meum est; serva factum in caelo, mitte manum cordis; et tunc me tangis, cum ascendo ad patrem. Sic tetigerunt, qui confessi sunt, ASCENDIT IN CAELUM, SEDET AD DEXTERAM PATRIS. Ecce sic tangit ecclesia, cuius figuram portabat Maria. Tangamus Christum, tangamus.

Credere, tangere est.

Credere, tangere est. Noli usque ad hominem extendere manum; dic quod dixit Petrus: TU ES CHRISTUS FILIUS DEI VIVI. Non ergo tibi videatur solus homo Christus; quia si sic tetigeris ut dixit haereticus, eris sicut Photinus. Sed iterum non vites hominem Christum, non ibi remaneas. Non dico ut declines: quid dico? Noli ibi remanere: non pervenit ad mansionem, qui in via vult remanere. Surge, ambula: homo Christus via tua est, deus Christus patria tua est. Patria nostra, VERITAS ET VITA; via nostra, VERBUM CARO FACTUM EST, ET HABITAVIT IN NOBIS. Pigri eramus ad ambulandum, via ad nos venit; quia via ad nos venit, ambulemus. Homo Christus via nostra est: viam non deseramus, ut attingamus ad Filium dei unigenitum, aequalem Patri, transcendentem universam creaturam, coaeternum Patri, sine die diem, opificem fidei. Propter hoc ambulemus, ut hoc tangamus.

Homo Christus via nostra est, deus Christus patria.

8. 19 fotinus *R* 20 non dico ut declines] *conieci;* dico ut non declines *RMai*

1 sq. *non est magnum* etc.] Serm. 146, n. 4: « Non magnum fuit, Christum manu tangere »; Guelferb. 21, 3: « Non est magnum, videre Christum oculis carnis ».

8 *quomodo tetigit Photinus*] et infra l. 19 *eris sicut Photinus*. Cf. serm. 245, n. 4: « Quam multi antichristi extiterunt, qui dicerent, ut Photinus: Homo fuit, plus nihil habuit... O Photine, in terra tetigisti ».

14 *Patris*] Ex symbolo apost.

14 sq. *ecclesia c. figuram portabat Maria*] Serm. 245, n. 4: « Ecclesia e. cuius figuram Maria gerebat, audiat quod audivit Maria ». Istum dicendi modum, *figuram portare*, ab Augustino alienum esse aliquando suspicatus eram; sed cf. serm. Guelferb. 16, 2: « Nam ut sciatis Petrum figuram ecclesiae portasse... »

16 *credere, tangere est*] Serm. 246, n. 4: « Quid est ergo tangere, nisi credere? »; Guelferb. 13, 2: « Ergo si credere tangere est, immo si tangere credere est... »

21 *in via vult remanere*] Mai, serm. 12, 2: « Nemo e. pervenit, nisi qui est in via: sed non omnis qui est in via pervenit... si non diligit, prorsus remansit in via ».

23 *vita*] Ioh. 14, 6.

24 *in nobis*] Ioh. 1, 14.

6. Sic denique tetigit, quae fluxum sanguinis patiebatur. Qualis in ea fides fuit, ut diceret ei dominus, Iam prode te et manifesta te in turbam; consequere laudem, unde consecuta es et salutem! VADE, FILIA, FIDES TUA TE SALVAM FECIT; VADE IN PACE. Quae fides si interrogas, audi. DIXIT IN CORDE SUO: SI TETIGERO FIMBRIAM VESTIMENTI EIUS, SALVA ERO. Tetigit ut quod credidit consequeretur; non tetigit ut quod non crediderat probaretur. Tunc dominus interrogat dicens: QUIS ME TETIGIT? Ergo ignoras, domine, quis te tetigit? cogitationem vides, et de actu interrogas? Quid est, QUIS ME TETIGIT? Ego ostendam vobis quis me tetigit: fides me tetigit; ipsa fecit tactu suo virtutem ex me exire. Ubi non fui, ubi non ambulavi, ubi non sum natus, ibi in me creditum est: POPULUS QUEM NON COGNOVI SERVIVIT MIHI. O tangere! o credere! o exigere! Et hoc mulier sanguineis passionibus fatigata, ut ecclesia in martyribus effusione sanguinis afflicta et saucia, sed fidei virtutibus plena; quae antea expendit substantiam suam medicis, id est diis gentium, qui eam numquam curare potuerunt: cui ecclesiae dominus praesentiam suam non exhibuit corporalem, sed spiritalem. Iam ergo et tangens mulier et tactus dominus noverunt se. Sed ut hi, quibus opus erat scire salutem, tangere docerentur, ait: QUIS ME TETIGIT? Et discipuli responderunt: TURBAE TE COMPRIMUNT, ET DICIS, QUIS ME TETIGIT? Quasi in aliquo excelso loco sis, ubi nemo te tangat, sic quaeris quis tetigit, quem infinitae turbae comprimunt? Ait dominus: TETIGIT ME ALIQUIS: magis sensi unam tangentem, quam turbam prementem. Turba facile novit premere: utinam discat tangere!

Turba premit, fides tangit.

7. Sermonis nostri conclusio sit, fratres, ut dominum nostrum Iesum Christum ante Abraham, ante Adam, ante caelum et terram, ante angelos et archangelos, et sedes et dominationes, et principatus et potestates, ante omnia condita et facta, vel quae videntur vel quae non videntur, sine ullo temporis spatio, sine ullo annorum numero, coaeternum Patri, aequalem Patri, verum unigenitum Patris, virtutem

3 in turbam] *scripsi iuxta R;* in turba *Mai* et] *R; om. Mai*

1 sqq. Ad explananda verba *Noli me tangere* alias quoque August. locum evangelii de muliere, quae fluxum sanguinis patiebatur, adducit, ut serm. 245, n. 3; Guelferb. 13 et 14 etc.

4 *in pace*] Mc. 5, 34; Luc. 8, 48.

6 *ero*] Mt. 9, 21.

8 *tetigit?*] Luc. 8, 45.

12 *mihi*] Ps. 17, 45.

13 *o exigere!*] Serm. 159, n. 8: « O amare! o ire! o sibi perire! o ad deum pervenire! »; « Guelferb. 13, 2: « O tangere! ».

17 sq. *non exhibuit corporalem*] Serm. Guelferb. 19, 1: « tibi servivit populus quem non cognovisti, id est, cui praesentiam carnis tuae non exhibuisti ».

20 *tetigit?*] Luc. 8, 45.

23 *aliquis*] Ibid. 46.

et sapientiam Patris esse credamus: pariter sempiternum, pariter immortalem; et veraciter immortalem, quia omnino incommutabilem; pariter invisibilem, quia incorporeum; pariter potentem, et ipsum omnipotentem. Talem credamus unigenitum Filium dei. Sed mementote, cum dixerimus, ET IESUM CHRISTUM FILIUM EIUS UNICUM DOMINUM NOSTRUM, mementote quod sequitur: QUI NATUS EST DE SPIRITU SANCTO ET MARIA VIRGINE. Natus est de matre sine patre deorsum in terris, qui iam sursum de Patre ante tempora sine matre, tempora facturus, est natus. In carne vera nunc iuxta finem temporum de carne vera est genitus: sed caro eius similitudinem habebat carnis peccati, non erat caro peccati. Et unde similitudinem habebat? quia mortalis erat. Et unde peccati caro non erat? quia per fidem virginis venerat. Ipsa autem caro Christi, ipsa crevit, ipsa ad aetatem iuvenilem pervenit. In illa Christus esuriit, sitivit, manducavit, bibit, lassatus est, quievit, dormivit: in illa omnia haec, peccatum nusquam. In illa passus est, in illa manifestatus est homo latens deus, quaerens in homine hominem, quaerens perditum per susceptum. In illa ergo pro ipso homine passus est indigna ab hominibus. Caro vera erat, quae retenta est a Iudaeis; caro vera erat, quae pascha cum discipulis manducavit. Carnem veram colaphizaverunt Iudaei: carni verae spinas inposuerunt Iudaei: carnem veram in ligno suspenderunt increduli; carnem veram iam anima recedente lancea percusserunt infideles et miseri; carnem veram discipuli de ligno deposuerunt, et in sepulchro posuerunt; carnem veram resuscitavit veritas; carnem veram post resurrectionem discipulis ostendit veritas; carnis verae cicatrices manibus contrectantium demonstravit veritas. Erubescat ergo falsitas, quia vicit veritas.

Quid fides doceat de Filio dei incarnato.

Caro eius vera fuit.

[20] colafiz. *R* [26] veritas] amen *subiunxit compositor homiliarii, quod etiam in collectione Guelferbytana haud semel adnotavi.*

[7] *virgine*] Iterum ex symbolo, ubi Aug. quidem recitat *ex virgine Maria* (cf. Guelferb. serm. 1, 3. 4); sed explorata res est, quam facile librarii huiusmodi formulas ad sui temporis usum adcommodarint.

[26] *falsitas, quia vicit veritas*] Hac antithesi plus aequo delectatum esse constat Quodvultdeum, Carthaginiensem episcopum, Augustini amicum et imitatorem eximium; at in hoc quoque exemplum eum sumpsisse ex Augustino plurimi huiusce tractatuum et homiliarum loci demonstrant.

XCVIII.

Mai, Serm. XCVIII, NPB. I, 204-206: ex iisdem codd. Vatic. 4951, foll. 158r-159r (= *R*, contuli) et Ottob. 977. Unus est ex tribus sermonibus, qui conficiendo sermoni apud Maur. 263 inservierunt: etenim huius n. 2, post verba *oculis cordis intuemur*, laciniis constat ex sermone Mai 98, n. 1-2, emendicatis; num. vero 3-4 nihil aliud exhibent atque num. 3-4 eiusdem Maiani 98. Equidem diu mecum ipse quaesivi, an numeri 1-2, *Hodie dominus noster* usque *sarcinae peccatorum*, ex se primitus integrum sermonem efformassent, cui postea insuta sit ultima pars, numeri videlicet 3-4. Causae re vera non desunt, cur suspicemur, contionem aliquando verbis *sarcinae peccatorum* conclusam esse; neque admodum placet, quae sequitur, commissura *Nam et illud nonnullos*, etc. Attamen fatendum est ea, quae n. 3-4 habentur, ad explanationem eiusdem loci Ioh. 3, 13 pertinere, ac per hoc cum parte superiori satis apte conecti. Ut ut sit res, omnes certo adsentientur, unum dicendi genus, illudque plane Augustinianum, ubique deprehendi; neque id praetermittendum, quod animadverterunt Maurini, posteriorem partem capiti 25, n. 27, libri *De agone christiano*, qui praesertim contra Manichaeos an. 396-397 scriptus est, tamquam ovum ovo esse consimile.

DE ASCENSIONE DOMINI.

Hodie dominus noster Iesus Christus ascendit in caelum; ascendat cum illo cor nostrum. Audiamus apostolum dicentem: SI CONSURREXISTIS CUM CHRISTO, QUAE SURSUM SUNT SAPITE, UBI CHRISTUS EST IN DEXTERA DEI SEDENS; QUAE SURSUM SUNT QUAERITE, NON QUAE SUPER TERRAM. Sicut enim ille ascendit, nec recessit a nobis, sic et nos cum illo ibi iam sumus, quamvis nondum in corpore nostro factum sit quod promittitur nobis. Ille iam exaltatus est super caelos; patitur tamen in terris quicquid laborum nos tamquam eius membra sentimus. Cui rei testimonium perhibuit desuper clamans: SAULE, SAULE, QUID ME PERSEQUERIS? Et, ESURIVI, ET DEDISTIS MIHI MANDUCARE. Cur non etiam nos ita laboramus in terris, ut per fidem spem caritatem, qua illi conectimur, iam cum illo requiescamus in caelis? Ille cum ibi est, etiam nobiscum est; et nos cum hic sumus, etiam cum illo

Quomodo Christus adhuc nobiscum in terra, sic iam nos cum ipso in caelis.

2 hodie] enim, sicut audistis, fratres *interserit serm. Maur. 263, n. 2* (= μ) 3 illo] et *add.* μ 4 sapite] quaerite μ, *sicut infra* sapite *pro* quaerite, *contra constantem usum Augustini* 8 super caelos] *quae sequuntur om.* μ *usque p. 348, l. 16* spiritus tenet *inclus.*

6 *terram*] Col. 3, 1. 2.

11 *persequeris?*] Act. 9, 4.
manducare] Mt. 25, 35.

sumus. Illud ipse et divinitate et potestate et dilectione; hoc autem nos, etsi divinitate non possumus sicut ipse, dilectione tamen possumus, sed in ipsum. Ille de caelo non recessit, cum ad nos inde descendit; nec a nobis recessit, cum in caelum rursus ascendit. Nam quia ibi erat cum hic esset, ita ipse testatur: NEMO, inquit, ASCENDIT IN CAELUM, NISI QUI DE CAELO DESCENDIT, FILIUS HOMINIS QUI EST IN CAELO. Non dixit, filius hominis qui erit in caelo, sed, FILIUS HOMINIS QUI EST IN CAELO.

2. Quod vero nobiscum est etiam cum ibi est, ante quam ascenderet hoc promisit dicens: ECCE EGO VOBISCUM SUM USQUE AD CONSUMMATIONEM SAECULI. Nos autem nominibus ibi sumus, quoniam ipse dixit: GAUDETE, QUIA NOMINA VESTRA SCRIPTA SUNT IN CAELO; quamvis a corporibus et laboribus conteramus terram, et conteramur a terra. Sed cum post resurrectionem corporis esse in eius gloria coeperimus, nec ista mortalia nostrum incolet corpus, nec in ista inclinabitur noster affectus; totus hinc colligit, qui primitias nostri spiritus tenet. Neque enim propterea nobis desperanda est perfecta et angelica caelestis habitatio, quia dixit, NEMO ASCENDIT IN CAELUM, NISI QUI DE CAELO DESCENDIT, FILIUS HOMINIS QUI EST IN CAELO: de solo enim se ipso videtur dixisse, quasi hoc nemo nostrum possit accipere; sed dictum est propter unitatem, quia caput nostrum est, et nos corpus eius. Hoc ergo nemo nisi ipse, quia et nos ipse secundum id quod ipse filius hominis propter nos, et nos dei filii propter ipsum. Ita quippe apostolus dicit: SICUT ENIM CORPUS UNUM EST, ET MEMBRA HABET MULTA; OMNIA AUTEM CORPORIS MEMBRA CUM SINT MULTA, UNUM EST CORPUS, ITA ET CHRISTUS. Non ait, ita Christus, sed ait, ITA ET CHRISTUS. Christus ergo membra multa, unum corpus. Descendit itaque de caelo per misericordiam, nec ascendit nisi ipse, cum et nos in ipso per gratiam. Ac per hoc non nisi Christus descendit, nec nisi Christus ascendit; non quod capitis dignitas confundatur in corpore, sed quod corporis unitas non separetur a capite. NON ENIM DICIT EX SEMINIBUS TAMQUAM IN MULTIS, SED TAMQUAM IN UNO, IN SEMINE TUO QUOD EST CHRISTUS. Proinde Christum dicit semen Abrahae; et tamen idem ipse apostolus, VOS ERGO, inquit, ABRAHAE SEMEN ESTIS.

Non nisi Christus ascendit, cum et nos in ipso ascendimus.

[13] a corporibus] *fort. pro* et corp. [19] descendit de caelo μ [19sq.] de solo *usq.* accipere] *om.* μ *sicuti alia multa ex iis quae sequuntur* [21] sed] hoc *add.* μ quia] *RMai;* qua μ

[6sq.] *in caelo*] Ioh. 3, 13.
[11] *saeculi*] Mt. 28, 20.
[12] *caelo*] Luc. 10, 20.
[26] *et Christus*] I Cor. 12, 12.
[33] *est Christus*] Gal. 3, 16.
[34] *estis*] Ibid. 29.

Si ergo non in seminibus tamquam in multis, sed tamquam in uno: et hoc semen Abrahae, quod est Christus: et hoc semen Abrahae, quod sumus nos; cum ascendit in caelum, nos ab illo non separamur. Qui descendit de caelo, non nobis invidet caelum, sed quodammodo clamat: Mea membra estote, si ascendere vultis in caelum. Et hoc ipso interim roboremur, in hoc votis omnibus aestuemus; hoc meditemur in terris, quod computamur in caelis. Tunc exuturi carnem mortalitatis, nunc exuamus animi vetustatem: facile corpus levabitur in alta caelorum, si non premant spiritum sarcinae peccatorum.

3. Nam et illud nonnullos calumniantibus haereticis movet, quemadmodum dominus sine corpore descenderit, cum corpore ascenderit; velut contrarium sit illis verbis quibus ait, NEMO ASCENDIT IN CAELUM, NISI QUI DE CAELO DESCENDIT. Corpus ergo, inquiunt, quod non descendit de caelo, quomodo potuit ascendere in caelum? Quasi ille dixerit, Nihil ascendit in caelum, nisi quod de caelo descendit; sed ait, NEMO ASCENDIT, NISI QUI DESCENDIT. Hoc enim ad personam, non ad personae habitum retulit. Descendit sine corporis indumento, ascendit cum corporis indumento: nemo tamen, nisi qui descendit, ascendit. Nam si nos sibimet tamquam sua membra ita coaptavit, ut etiam nobis coniunctis idem ipse sit; quanto magis illud corpus, quod de virgine assumpsit, aliam non potest in illo habere personam? Quis enim vel in montem, vel in murum, vel in aliquem superiorem locum dicat non eum solum qui descendit ascendisse, si, cum descendisset exutus, ascendat indutus; aut cum descendisset inermis, ascendat armatus? Quemadmodum ergo de hoc dicitur, Nemo ascendit nisi qui descendit, quamvis cum ea re, cum qua non descendit, ascenderit; sic nemo in caelum nisi Christus ascendit, quia de caelo nisi Christus nemo descendit, quamvis sine corpore descenderit, cum corpore ascenderit, ascensuris et nobis non virtute nostra, sed nostra et illius unitate. DUO quippe sunt IN CARNE UNA: SACRAMENTUM MAGNUM EST IN CHRISTO ET IN ECCLESIA; unde et ipse dicit, IAM NON DUO, SED UNA CARO.

Calumnia haereticorum contra ascensionem Christi corporalem.

4 qui de caelo descendit μ 5 membra mea μ 5sq. et hoc ipso] in hoc ergo ipsi μ 7 computamur] *R* μ; computamus *Mai* 9 premat sp. sarcina pecc. μ 10 nam et illud] *exhinc iam* μ *cum RMai usque in finem* 13 ergo] *om.* μ 23 dicit μ qui descenderit μ 31 iam] igitur *praem.*

10 *Nam et illud* etc.] Cf. De agone christ., c. 25, n. 27 (Migne 40, 304) et fragmentum in Biblioth. Casinensi, t. 2, Florileg. p. 76 ex codice 99, p. 426; quod, quamvis nomen praeferat s. Leonis papae, Augustini tamen sensus et dicendi genus profecto repraesentat.

31 *ecclesia*] Eph. 5, 31. 32.

32 *caro*] Mt. 19, 6.

4. Et ideo ieiunavit cum temptaretur, ante mortem cibo adhuc indigens; manducavit autem et bibit cum glorificaretur, post resurrectionem iam cibo non indigens. Illic enim ostendebat in se nostrum laborem, hic autem in nobis suam consolationem, quadraginta diebus utrumque definiens. Nam quadraginta diebus ieiunavit, cum temptaretur in eremo, sicut in evangelio scriptum est, ante mortem carnis suae; et rursum quadraginta diebus cum discipulis fuit, sicut Petrus in Actibus apostolorum loquitur, intrans et exiens, manducans et bibens post resurrectionem carnis suae. Quo numero quadragesimo huius saeculi significari videtur excursus in his qui vocantur ad gratiam, per eum qui non venit legem solvere sed adimplere. Decem namque sunt praecepta legis, iam gratia Christi diffusa per mundum: et quadripertitus est mundus, et decem quadruplicata quadraginta faciunt; quoniam QUI REDEMPTI SUNT A DOMINO, DE REGIONIBUS CONGREGAVIT EOS, AB ORIENTE ET OCCIDENTE, ET AQUILONE ET MARI. Ieiunans itaque quadraginta diebus ante mortem carnis, velut clamabat: Abstinete vos a desideriis huius saeculi; manducans autem et bibens quadraginta diebus post resurrectionem carnis, velut clamabat: ECCE EGO VOBISCUM SUM USQUE AD CONSUMMATIONEM SAECULI. Ieiunium quippe est in tribulatione certaminis; quoniam QUI IN AGONE CONTENDIT, AB OMNIBUS ABSTINENS EST; cibus autem in spe pacis, quae perfecta non erit, nisi cum corpus nostrum, cuius expectamus redemptionem, induerit immortalitatem; quod nondum adipiscendo gloriamur, sed sperando iam pascimur. Utrumque apostolus simul nos agere ostendit dicens: SPE GAUDENTES, IN TRIBULATIONE PATIENTES; tanquam illud esset in cibo, hoc in ieiunio. Simul enim cum viam domini carpimus, et a vanitate praesentis saeculi ieiunemus, et futuri promissione reficiamur: hic non apponentes cor, illuc pascentes sursum cor.

Christi exemplo et a vanitate praesentis saeculi ieiunemus, et futuri promissione reficiamur.

7 fuit] μ; suis *RMai* 10 significare μ 12sq. quadripertitus est] *RMai;* quadripartitus μ, *omisso* est 13 quadriplicata μ 27 et futuri] μ; ut futuri *RMai* reficiamur] μ; reficiamus *codd. pro forma deponenti, uti in Reg. s. Benedicti passim occurrit*

8 *in Actibus apostolorum*] Cf. 1, 21; 10, 41. 21 *abstinens est*] I Cor. 9, 25.
15 *mari*] Ps. 106, 2. 3. 25 *patientes*] Rom. 12, 12.

CI.

Mai, Serm. CI, NPB. I, 209 sq.: ex cod. Vatic. 4951, fol. 182r-182v (= *R*), quo iterum collato textum duobus tribusve locis emendare potui. Brevis sane et quieta oratio, sed ea prorsus Augustino digna; nec quicquam invenio, cur de origine ambigatur. Exempla s. scripturae ac reliqua singula cum aliis sancti Doctoris de Christi praecursore sermonibus ad amussim conveniunt.

DE NATALE SANCTI IOHANNIS BAPTISTAE.

Per ecclesiam Christi longe lateque diffusam natalis hodie Iohannis baptistae, amici sponsi et praecursoris domini, celebratur: debeo huic sollennitati sermonem, debetis et vos intentionem, debemus omnes devotionem. IN NATIS enim MULIERUM NEMO EXURREXIT MAIOR IOHANNE BAPTISTA: solus ei praelatus est, per quem creatus est. Mira quippe res facta est, ut eum nascendo praecederet, sine cuius ope omnino nasci non posset. Merito iste vox, ille verbum: nam iste dixit, EGO VOX CLAMANTIS IN EREMO; de illo autem dictum est, IN PRINCIPIO ERAT VERBUM. Simile quiddam in longe diversis nostris sermonibus agitur: verbum in mente praenascitur, quo vox loquentis fiat; vox ore promitur, qua verbum audientibus innotescat. Ita Christus mansit in Patre, per quem Iohannes sicut omnia crearetur; Iohannes processit ex matre, per quem Christus ab omnibus nosceretur. Ille in principio Verbum ante mundum; iste in ultimo vox ante Verbum. Verbum promitur post intellectum, vox post silentium: ita Maria Christum pariendo credit, Zacharias Iohannem generaturus obmutuit. Denique ille natus est de iuvencula florente, iste de senecta deficiente: verbum in corde cogitantis multiplicatur, vox in audientis aure consumitur. Etiam ad hoc fortasse pertinet, ILLUM OPORTET CRESCERE, ME AUTEM MINUI: nam omnis legalis et prophetica praenunciatio emissa ante Christum, tamquam vox ante verbum, usque ad Iohannem fuit, in quo ultimae figurae cessaverunt; deinde evangelica gratia et manifesta praedicatio regni caelorum, cuius non erit finis, fructificat et crescit in universo mundo.

Iohannes ante Christum, vox ante verbum.

1 natale] *scripsi, uti habetur in Guelferbytano aliisque vetustioribus codd;* nativitate *RMai* 17 ommutuit *R*

6 *baptista*] Mt. 11, 11, in omnibus ut solet Aug.

9 *in eremo*] Ioh. 1, 23.

10 *Verbum*] Ioh. 1, 1.

18 *de iuvencula florente*] Cf. Quaest. in Heptat. lib. I, n. 35: « de iuvencula potest » (generare); serm. 293, n. 1: « nascitur Christus de iuvencula virgine ».

21 *minui*] Ioh. 3, 30.

2. Hoc Iohannis et Christi generationes, hoc passiones indicaverunt. Natus quippe est Iohannes, cum dies incipit minui; Christus, cum dies crescere incipit. Illius diminutio significavit capitis amputationem; huius incrementum, crucis exaltationem. Item est alius aliquanto abstrusior intellectus, quem pulsantibus aperit dominus, quid accipi oporteat in eo quod a Iohanne de Christo est dictum, ILLUM OPORTET CRESCERE, ME AUTEM MINUI. Quicquid est humanae iustitiae, quousque possit homo proficere, consummatum fuerat in Iohanne; quippe de quo veritas ait: IN NATIS MULIERUM NEMO EXURREXIT MAIOR IOHANNE BAPTISTA. Isto ergo amplior nemo posset esse homo: sed iste tantummodo homo, Christus autem deus homo. Verum quia in gratia christiana id praecipue commendatur, id discitur, ut nemo glorietur in homine, sed QUI GLORIATUR IN DOMINO GLORIETUR, homo de deo, servus de domino, ILLUM, inquit, OPORTET CRESCERE, ME AUTEM MINUI. Deus quidem in se ipso nec minuitur nec augetur: sed in hominibus, quanto magis magisque vera pietate proficimus, crescit divina gratia, minuitur humana potentia; donec ad illam perfectionem perducatur templum dei, quod est in membris omnibus Christi, ut evacuato omni principatu et potestate et virtute, SIT DEUS OMNIA IN OMNIBUS. Dicit ille Iohannes evangelista: ERAT LUMEN VERUM, QUOD ILLUMINAT OMNEM HOMINEM VENIENTEM IN HUNC MUNDUM; dicit iste Iohannes baptista: NOS OMNES DE PLENITUDINE EIUS ACCEPIMUS. Cum ergo lumen, quod in se semper est integrum, in illo tamen qui illuminatur augetur, profecto ille in semet ipso minuitur, cum hoc quod sine deo fuerat aboletur. Nam homo sine deo nihil potest nisi peccare: hic minuitur humana potentia, cum peremptrix peccatorum divina praevalet gratia. Creaturae infirmitas cedit creatoris virtuti, et privati amoris superbia deficit in publicam caritatem, clamante Iohanne in nostra miseria de Christi misericordia: ILLUM OPORTET CRESCERE, ME AUTEM MINUI.

Quomodo Christus crevit, Iohannes minutus est.

Homo sine deo nihil potest nisi peccare.

[5] pulsantibus] *R;* pulsando *Mai* [8] proficere] *R;* perficere *Mai* [19] deus] *R;* dominus *Mai*

[5] *abstrusior*] Exempla habes comparativi huius ex Augustino in Thes. l. lat. I, 204, l. 29 sq.

[13] *glorietur*] II Cor. 10, 17.

[15] *nec minuitur, nec augetur* etc.] Serm. Guelferb. 22, 5: « Crescat deus, minuatur homo. Et quomodo crescit perfectus? Deus crescit in te, cum intellegis eum »; et ibid. paullo ante: « nos minuamur, ut in illo crescamus ».

[19] *evacuato omni principatu*] Cf. I Cor. 15, 24.

[20] *in omnibus*] Ibid. 28.

[21] *mundum*] Ioh. 1, 9.

[22 sq.] *accepimus*] Ibid. 16.

[26] *peremptrix*] Advertit Mai unicum huius vocabuli exemplum ex Tertulliano antea innotuisse.

[29] *miseria... misericordia*] Unum ex oxymoris, quibus delectatur Aug.; cf. inter alia serm. Denis 20, 5.

CXXV.

Mai, Serm. CXXV, NPB. I, 287-289: ex cod. Vatic. 471, fol. 146r-146v, saec. XII, qui quanti sit pretii faciendus ostendit A. Wilmart, « Rev. Bénéd. », XL (1928), p. 96. Re vera, postea quam eum contuli, raro eventu nihil omnino in textu occurrit, quod emendatione indigeret. Rem paucis hic agit s. episcopus, ut in plerisque contionibus quas diebus festis et dominicis, praesertim provecta aetate, ad populum habuit; sed in his paucis nonnulla digna sunt quae notentur, ut puta de sabbato iuxta ac die dominica adhuc feriato, et de potestate ministrorum ecclesiae paenitentes per manus impositionem reconciliandi atque solvendi.

IN EVANG. SEC. IOH. DE RESURRECTIONE LAZARI.

Nemo etiam infidelium de Lazaro resuscitato non audiit.

Sic est ista evangelica lectio tanto miraculo diffamata, ut nemo etiam infidelium non audierit a Christo Lazarum resuscitatum: quanto magis erga fideles notum est, quod infideles ignorare non potuerunt? Et tamen, quando legitur, tamquam novo spectaculo animus innovatur. Non est ergo inconveniens, ut etiam nos quod de illa solemus dicere, dicendo repetamus. Nec erit forte fastidio quod dicturus sum; saepius enim ista lectio repetitur in auribus vestris, quam noster de illa tractatus. Nam si legatur quando sabbatum non est, aut quando dies dominicus non est, sermo de illa non redditur. Hoc dixi, ne dedignemini audire quod dicam. Nemo ergo dicat, Iam illud dixit; quia et diaconus iam illud legit, et tamen libenter auditus est. Ergo audite.

2. A domino Iesu Christo in sancto evangelio tres mortuos didicimus suscitatos. Unam, filiam archisynagogi, ad cuius domum venit, et eam, cum prius periclitari aegritudine audisset, mortuam invenit; et ait illi, PUELLA, TIBI DICO, SURGE, et resurrexit. Alium, iuvenem, qui

10 *sermo de illa non redditur*] Igitur nondum erat in ecclesia Hipponiensi certo diei sive dominico sive feriali adsignata pericope ista « de Lazaro », uti Romae et fere ubique in occidente mos erat, sed, ut puto, quotannis ante vel post Pascha, in quemcumque incideret diem, iuxta seriem capitulorum ex evangelio Iohanneo recitabatur; nec tamen eam explanare solebat Augustinus nisi quando sabbatum eo anno aut dies dominicus erat: utrumque enim diem, iuxta usum antiquissimum, quem prae ceteris Comes Toletanae ecclesiae a me editus testatur, christiana plebs pariter festum habebat.

14 sq. *didicimus suscitatos*] Saepius de hoc argumento verba fecit Augustinus, in primis in serm. 98, quem equidem illum esse existimarim, qui a Possidio in Indiculo c. 9 notatur « De tribus mortuis a Domino resuscitatis »; in hoc vero Maiano 125 « de resurrectione Lazari », uti ex inscriptione apparet, potissimum agitur.

17 *surge*] Mc. 5, 41.

iam extra portam civitatis mortuus efferebatur, et graviter a matre vidua plangebatur: tunc enim vidit haec, sed iussit stare portantes, et ait: IUVENIS, TIBI DICO, SURGE; ET SEDIT ILLE MORTUUS, ET COEPIT LOQUI, ET REDDIDIT ILLUM MATRI SUAE. Tertius est iste Lazarus, quem modo fidei oculis vidimus et morientem et resurgentem, valde maiori miraculo, et grandi beneficio: erat enim quadriduanus, et iam putebat; resuscitatus est tamen. Quid sibi volunt isti tres mortui? Non enim nihil significant, et domini facta miraculorum, verba sunt mysteriorum. Invenimus ergo in peccatis hominum mortis genera tria. Recolite istos tres mortuos: primo illa puella in domo mortua erat, nondum elata erat; iuvenis autem ille, iam elatus extra portam; Lazarus autem sepultus, et mole lapidis pressus. Quae sunt ergo tria genera in peccatis? Dico. Si quisquam malae concupiscentiae in corde consenserit, et quod illa blandiendo suaserit, facere decreverit, iam mortuus est. Nemo scit, quia non est elatus: secreta mors est, in domo est, in cubiculo est, tamen mors est. Nemo se dicat non fecisse adulterium, si facere statuit: si titillanti delectationi faciendum esse consenserit, iam fecit: ille adulter, illa casta est. Deum interroga; respondeat tibi de morte ista domestica, de morte interiore, de morte cubiculari; de qualibus cubilibus legimus: QUAE DICITIS IN CORDIBUS VESTRIS, ET IN CUBILIBUS VESTRIS COMPUNGIMINI. Audi ergo de ista morte resuscitatoris sententiam: QUI VIDERIT, inquit, MULIEREM AD CONCUPISCENDUM EAM, IAM MOECHATUS EST EAM IN CORDE SUO, qui nondum exercuit fornicationem in corpore suo. Sed aliquando respicit dominus, et paenitet decrevisse, paenitet consensisse: in cubiculo mortuus est, in cubiculo resurgit. Si autem faciat quod decrevit, processit mors, iam foris est; sed et ipsa paenitendo finitur, et mortuus elatus vitae redditur. Si autem facto accedat etiam consuetudo, iam putet, et tamquam lapide mole ipsius consuetudinis premitur: sed nec ipsum Christus contemnit, potens est et ipsum resuscitare; sed lacrimat. Christum flevisse Lazarum, cum evangelium legeretur, audivimus. Qui ergo consuetudine premuntur, vim patiuntur, et Christus ut eos resuscitet fremit. Multum enim illos increpat sermo divinus, multum ad eos clamat scriptura; multum ad eos clamamus, ut etiam audiamur, et tamquam reviviscente Lazaro gratulemur. AUFERTE, inquit, LAPIDEM. Unde fieri posset ut ille resurgeret, nisi remoto consuetudinis pondere? Exclamate, ligate, obiurgate, accusate, lapidem removete; quando tales videtis, nolite parcere:

Domini facta miraculorum, verba sunt mysteriorum.

Mors cubicularis.

Eorum, qui consuetudine premuntur, lapis quam difficile removeatur.

[4] *matri suae*] Luc. 7, 14. 15.

[5] *fidei oculis*] Hunc dicendi modum Augustino familiarem esse, alibi iam animadverti.

[21] *compungimini*] Ps. 4, 5.

[23] *suo*] Mt. 5, 28.

[35] *lapidem*] Ioh. 11, 39.

laboratis, sed lapidem removetis. Ille, ille, cuius vox ad cor pervenit, clamet LAZARE, VENI FORAS: id est, vive, exi de sepulchro, muta vitam, fini mortem. Et processit ille mortuus, ligatus institis: quia, etsi desiit peccare, adhuc de praeteritis reus est; et opus est ut precetur, et agat paenitentiam propter facta: non propter ea quae facit, quia iam non facit: reviviscit, non facit; sed propter ea, quae fecit, adhuc ligatus est. Ergo ministris ecclesiae suae, per quos manus imponitur paenitentibus, Christus dicit, SOLVITE EUM, ET SINITE ILLUM: Solvite, solvite: QUAE SOLVERITIS IN TERRA, SOLUTA ERUNT IN CAELO. Qui haec a me audierat et tenebat, putet se modo legisse quod scripsi; qui autem non audierat, in corde scribat, ut quando vult legat.

Solvunt ligatos ministri ecclesiae, dum manum imponunt paenitentibus.

CXXVI.

Mai, Serm. CXXVI, NPB. I, 289-298. Cui iterum edendo multipliciterque emendando duo praesertim libri mss. praesto fuere: Vatic. 471, fol. 24^{r}-28^{v}, quo usus est Mai (= *V*), et Bruxell. 14920-22, nunc 1087 novi catalogi, saec. X-XI, fol. 96^{r}-102^{r} (= *B*), qui lectiones optimas non paucas suppeditavit. Minoris utilitatis fuit cod. Ambros. F 241 inf., fol. 143^{r} sqq. (= *A*), quippe qui recentioris aetatis sit, et priorem tantum partem contineat in homilias in choro legendas distributam. Profuit etiam conlatio cum sermone Maur. 68 (= μ), qui quidem nonnisi laciniis constat a Floro Lugdunensi in suam collectionem ad I Cor. 1, 20 ex integro hoc sermone « de lectione evangelii » receptis; at earum saltem partium testem antiquum exhibet. Haud multa verba faciam de auctoritate et praestantia splendidissimae contionis: satis habebo, si nullam fortasse inter eas, quae post Maurinos vulgatae sunt, reperiri contendero, quae cum ea conferri possit, sive sententiarum sublimitatem, sive sermonis elegantiam et gravitatem adtendas; quod mihimet maxime patuit ex ardore et impetu, quo mens in altum constanter ferebatur, dum eam novo huic operi inserendam pararem. Utinam par affectus in eorum animo, qui illa perlegent, oriatur! Quod autem Quodvultdei episcopi sermonem opus esse posse aliquando suspicatus sum, id certo praepropere, nec ullam aliam ob causam, quam quod ista sententia quasi nimium turgida offendebar: « Haec verba Petrus tremuit, Plato non tremuit: teneat piscator, quod perdidit nobilissimus disputator » (p. 362, l. 2 sq.). Quod profecto parum erat: unde merito Desiderius Franses, postquam in suo libello « Die Werke des hl. Quodvultdeus, Bischofs von Karthago » (München 1920), p. 87-90, rem attentius expendisset, nullum se potens argumentum, quo praesumptioni meae fides firmaretur, invenisse confessus est.

[2] *foras*] Ioh. 11, 43.

[7] *per quos manus imponitur*] Insignis sane locus, ut notat Mai, de clavium ecclesiae potestate.

[8] *sinite illum*] Ioh. 11, 44.

[9] *in caelo*] Mt. 18, 18.

DE CAPITULO EVANGELII SEC. MATTHAEUM UBI AIT DOMINUS: CONFITEOR TIBI PATER DOMINE CAELI ET TERRAE · QUIA ABSCONDISTI HAEC A SAPIENTIBUS ET PRUDENTIBUS · ET REVELASTI EA PARVULIS · ITA PATER QUONIAM SIC PLACITUM EST CORAM TE.

Istam sancti evangelii lectionem etiam hesterno dominico die, sicut meministis, audivimus: sed hodie ut legeretur nos voluimus, propterea quia heri multitudo constipata etiam angustiis aliquanto inquietior voci nostrae non dabat facilitatem; quoniam non est talis ut sufficiat nisi magno silentio. Proinde hodie adiuvante domino quod heri praetermisimus discutiendum arbitror, et pro nostri moduli infirmitate tractandum: non quia hoc hesterno die multitudini invidimus, sed quia infirmitate vocis multitudini non sufficimus. Nunc ergo intentione vestra adiuvate me apud dominum deum nostrum, quo nobis donet quod dicamus, et vobis ut salubriter audiatis.

Non nisi magno silentio sufficiebat vox Augustini.

2. Filius dei, unigenitus Patri, deus semper, homo propter nos, factus quod fecit — homo enim factus est, qui hominem fecit — dicit ad Patrem: CONFITEOR TIBI, PATER, DOMINE CAELI ET TERRAE. Mihi Pater: domine caeli et terrae, Pater eius per quem facta sunt omnia. Omnis quippe creatura his duobus vocabulis breviter explicatur, cum dicitur caelum et terra; ideo primus scripturae dei liber, IN PRINCIPIO, inquit, FECIT DEUS CAELUM ET TERRAM; et, AUXILIUM MEUM A DOMINO, QUI FECIT CAELUM ET TERRAM. Sed nomine caeli intellegitur quicquid in caelo est, nomine terrae intellegitur quicquid in terra est; ita duabus his creaturae partibus nominatis, nihil creaturarum praetermittitur: quoniam hic est, aut ibi est. Dicit autem Filius Patri, CONFITEOR; et admonet nos, confessionem non in solis peccatis deberi deo. Plerumque enim cum auditur in scripturis, CONFITEMINI DOMINO, multi qui audiunt pectus tundunt: non eis videtur aliud aliquid significare confessio, nisi qua solent uti paenitentes, peccata sua confitentes, a deo

Multi, cum audiunt *Confitemini*, pectus tundunt.

1-5 *inscriptionem praecipue ex B desumpsi* 6 etiam] *B unus add.* 17 quod] *in* quos *contra codicum fidem Mai perperam mutavit* 30 confitentes deo (*om.* a) *B*

5 *coram te*] Mt. 11, 25. 26, omnino sicut Aug.

10 *nisi magno silentio*] De tenuitate virium et vocis Augustini cf. serm. 42, qui incipit: « Ego, fratres, vires parvas habeo »; serm. 320: « date veniam, nostis e. fatigationem meam »; Tract. 19 in Ioh., n. 20: « iam fatigatus loqui non possum », etc.

11 sq. *pro nostri moduli infirmitate*] Hoc sicut alia multa ex Aug. imitatus est Quodvultdeus, Contra Iudaeos: ap. Migne 40, 1120.

22 *terram*] Gen. 1, 1.

23 *et terram*] Ps. 120, 2.

merita sua expectantes, non quod merentur pati, sed quod ille misericorditer facere dignatur. Quod si non esset in laude confessio, non diceret CONFITEOR TIBI PATER, qui nullum habebat peccatum quod confiteretur. Dicitur etiam in quodam scripturae libro: CONFITEMINI DOMINO, ET HAEC DICETIS IN CONFESSIONE: OPERA DOMINI UNIVERSA QUONIAM BONA VALDE. Etiam hic confessio laudis est, non culpae. Quando ergo laudas deum, confiteris deo; quando peccata tua accusas coram deo, confiteris deo: totum autem hoc ad laudem pertinet creatoris, et quod ipsum praedicas, et quod te accusas.

Confessio laudis et confessio culpae, utraque ad laudem pertinet creatoris.

3. Sed quoniam ad laudem ipsius pertinet quod eum praedicas, nemo ambigit; quomodo autem ad laudem eius pertineat et quod te accusas, forsitan quaeres. Hoc est quod breviter dici et intellegi potest: cum in peccato accusas te, laudas eum qui sine peccato fecit te; nam si ille cum peccato te faceret, non accusares te peccantem, sed illum creantem. Ergo in praedicatione dei laus est; et accusatio tua, laus dei: utrumque pertinet ad confessionem. Audivimus Filium dei dicentem: CONFITEOR TIBI, PATER, DOMINE CAELI ET TERRAE. Quid ei confitetur? in quo eum laudat? QUIA ABSCONDISTI HAEC A SAPIENTIBUS, inquit, ET PRUDENTIBUS, ET REVELASTI EA PARVULIS. Qui sunt sapientes et prudentes? qui parvuli? Quae ille occultavit sapientibus et prudentibus, et revelavit parvulis? Sapientes et prudentes illos significat, de quibus Paulus dicit: UBI SAPIENS? UBI SCRIBA? UBI INQUISITOR HUIUS SAECULI? NONNE STULTAM FECIT DEUS SAPIENTIAM HUIUS MUNDI? Etiam nunc adhuc fortasse quaeris, qui sunt isti. Forte illi sunt, qui multum de deo disputantes falsa dixerunt; inflati doctrinis suis, deum invenire et cognoscere minime potuerunt. Hos fortasse quis dicat eos fuisse significatos ab apostolo Paulo, qui dicit: UBI SAPIENS? UBI SCRIBA? UBI CONQUISITOR HUIUS SAECULI? Sint quidem et isti: intellegantur

Sapientes et prudentes huius mundi quinam sint.

[5] dicetis] *codd.;* dicens *Mai* [6] quoniam *B unus, et hic male expunctus, cum sit haec lectio Augustini* [11] eius] *mss. omnes;* ipsius *Mai* [16] utrumque] autem *add. BA* [22] conquisitor μ [24] qui sunt] *codd. et* μ; qui sint *Mai* [28] conquisitor] *hoc loco omnes*

[6] *bona valde*] Falso putarunt Mai et Desid. Franses (Quodvultdeus, p. 88) verba *in quodam scripturae sanctae libro* de libro Psalmorum intellegenda esse, quem nusquam hoc modo designat Aug.; immo vero de loco Eccli. 39, 20. 21 manifeste hic agitur. Hoc exemplum totumque sermonem conferre proderit cum Quaest. septemdecim in Math., c. 9, ubi inter alia legitur: « Est etiam in Ecclesiastico ita positum, *Et haec dicetis in confessione, Opera Domini universa quoniam bona valde...* Haec dicta sunt propter imperitiam fratrum, qui cum legente lectore audiunt hoc verbum (scil. *confiteor*) pectora statim tundunt » etc.

[16] *Audivimus Filium dei*] Abhinc incipiunt excerpta apud Florum, quibus constat serm. Maur. 68: v. admonit. praeviam.

[23] *mundi?*] I Cor. 1, 20.

etiam qui deum cognoscere minime potuerunt, et pro deo, cuius est incomprehensibilis invisibilisque substantia, putaverunt deum esse aerem, aetherem, deum esse solem, deum esse aliquid quod sublimiter eminet in creatura; attendentes enim magnitudines et pulchritudines et fortitudines creaturarum, ibi remanserunt, creatorem non invenerunt, admirantes quae facta sunt. Nihil ab re est, etiam istos significatos accipere.

4. Verumtamen, carissimi, magis mirum est, quod invenimus in quodam scripturae sanctae loco, etiam illos reprehensos qui cognoverunt, et ipsorum accusatam stultitiam, falsamque inrisam esse sapientiam. Nam illos qui non cognoverunt ex creatura creatorem arguit liber ille Sapientiae, ubi dicit, quia SIDERUM GYRUM, quia SOLEM, quia LUNAM, RECTORES ORBIS TERRARUM DEOS PUTAVERUNT. Et de his dictum est, quod, licet praeferantur eis qui idola coluerunt, et opera hominum, non opera dei, deos esse putaverunt; tamen etiam ipsi accusati sunt, ut diceretur: ITERUM NEC IPSIS EST IGNOSCENDUM. Iam enim in comparatione eorum qui deos habent opera hominum, utique meliores qui deos habent opera dei. Idolum enim faber fecit, solem deus fecit: in comparatione eius qui deum putat quod faber fecit, melior est ille qui hoc putat deum quod deus fecit. Sed tamen adtendite quomodo arguantur etiam ipsi, et quam recte accusentur: ITERUM, inquit, NEC IPSIS EST IGNOSCENDUM; SI ENIM TANTUM POTUERUNT VALERE, UT POSSENT AESTIMARE SAECULUM, QUOMODO EIUS DOMINUM NON FACILIUS INVENERUNT? Accusati sunt consumentes tempora sua et occupationes disputationum suarum in perscrutanda et quodammodo metienda creatura: quaesierunt meatus siderum, intervalla stellarum, itinera caelestium corporum; ita ut computationibus quibusdam ad eam scientiam pervenirent, ut praedicerent defectum solis, defectum lunae, et quando praedicerent eveniret, eo die et ea hora, tantum, et tanta parte, ex quanta parte illi praedixerant. Magna industria! magna sollertia! Sed ubi creatorem scrutati sunt, positum non longe a se, non invenerunt; quem si invenissent, haberent apud se. Tamquam si quisquam istam fabricam ingressus numeraret columnas, metiretur quot cubitorum essent, colligeret altitudinem tecti, latitudinem pavi-

Minus inridendi, qui dei opera, quam qui opera hominum, deos putaverunt.

Quanta sollertia quidam numeros stellarum investigarint.

7 accipite *B* 17 eorum] *BA, quod pronomen ap. Mai excidisse conieceram* 21 etiam et *VMai* 29sq. et tanta] *Bμ;* ex tanta *VMai* 31 ubi] ibi *μ* 32 et non inv. *μ* 34 esset *BV*

13 *putaverunt*] Sap. 13, 2. 24 *invenerunt?*] Ibid. 9.
16 *ignoscendum*] Ibid. 8.

menti, staturamque parietum, et renuntiaret tibi de omnibus numerum quem tu ignorares; sed tu tamen a quo esset fabrica constructa scires, ille nesciret, et nimium rerum incertus non putaret hanc fabricam ab homine constitutam, sed aestimaret columnas istas, hoc tectum, istos parietes, suavi et natura, nullo actore extitisse; aut alicui parti fabricae huius eam tribueret potentiam, ut ab ipsa cetera constructa esse sentiret: et tu cum dixisses, Homo fecit hanc fabricam; ille diceret, Quis homo? quando homo potuit hanc fabricam fabricare? Tectum hoc quod vides altum, ipsum tectum fabricavit ista omnia quae cernis humilia. Non dico desipiens, delirus tibi appareret. Et quid ei prodesset, quod tibi mensuram columnarum omnium totiusque fabricae numeros computaret, et diceret quod tu nescires? Homo meliore praeditus scientia, actorem huius fabricae scires: plus est enim nosse quia homo fecit, quia ratione factum est, quia rationali mente constructum est, quia consilium praecessit hanc molem; quam scire quot cubitorum columna sit, vel quot sint columnae, vel quam latum pavimentum aut tectum.

Plus est nosse actorem fabricae, quam fabricae numeros computare.

5. Puto quod caritas vestra discernat istas scientias. Non enim et in hoc magnum aliquid scis, quoniam nosti hominem fecisse, si et ipsi hominis corpori tribuas hanc fabricam. Magnum aliquid nosti, si nosti factum esse consilio, rationali mente, ubi fuit ipsa fabrica ante quam oculis videretur. Praecessit enim fabricandi consilium, ac deinde consecutus effectus est: praecessit quod non videres, ut esset quod videres. Nunc ergo vides fabricam, laudas consilium: intendis in quod vides, laudas quod non vides; et plus est quod non vides, quam illud quod vides. Optime itaque rectissimeque accusati sunt, qui potuerunt investigare numeros siderum, intervalla temporum, defectum luminum cognoscere, praedicere: recte accusati sunt; quoniam, a quo ista facta atque ordinata sunt, non invenerunt, quia quaerere neglexerunt. Tu autem non valde cures, si gyros siderum et caelestium terrenorumve corporum ignores: vide pulchritudinem mundi, et lauda consilium creatoris: vide quod fecit, ama qui fecit. Tene hoc maxime, ama qui fecit; quia et te ipsum amatorem suum ad imaginem suam fecit. Ergo quid est mirum, quia talibus sapientibus occupatis circa creaturas, qui creatorem neglegentes quaerere noluerunt, nec invenire potuerunt, abscondita sunt illa de quibus dixit Christus, ABSCONDISTI

Vide quod fecit creator, ama qui fecit.

7 et] ut *B* 8 homo] *ante* potuit *BA; om. VMai* 10 desipiens] sed *add. VMai* delirus] *corr. ex* delerus *B* 18–22 *haec omnino mendose in codd. et in Mai interpuncta sunt* 32 vides quod *Mai* 32sq. tene hoc maxime, ama qui fecit] *excidit in Mai* 35 negligenter q. voluerunt *μ*

HAEC A SAPIENTIBUS ET PRUDENTIBUS? Mirabilius est quod audituri estis, sapientes et prudentes reprehensos etiam qui cognoscere potuerunt. REVELATUR, inquit, IRA DEI DE CAELO SUPER OMNEM IMPIETATEM ET INIUSTITIAM HOMINUM, QUI VERITATEM IN INIQUITATE DETINENT. Quaeris fortasse, quam veritatem detineant in iniquitate? QUIA QUOD NOTUM EST DEI, MANIFESTUM EST IN ILLIS. Unde manifestum? Sequitur et dicit: DEUS ENIM ILLIS MANIFESTAVIT. Adhuc quaeris, quomodo manifestaverit eis, quibus legem non dedit? Quomodo ergo? INVISIBILIA ENIM EIUS A CONSTITUTIONE MUNDI PER EA QUAE FACTA SUNT INTELLECTA CONSPICIUNTUR. Sic ergo manifestavit, quia invisibilia eius a constitutione mundi per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur.

Est magnus liber species creaturae.

6. Alius, ut inveniat deum, librum legit. Est quidam magnus liber ipsa species creaturae: superiorem et inferiorem contuere, attende, lege. Non deus, unde eum cognosceres, de atramento litteras fecit: ante oculos tuos posuit haec ipsa quae fecit. Quid quaeris maiorem vocem? Clamat ad te caelum et terra: Deus me fecit. Legis quod scripsit Moyses. Quid legit, ut scriberet ipse Moyses, homo temporalis? Adtende pie caelum et terram. Fuerunt ergo quidam, non sicut Moyses famulus dei, non sicut prophetae multi ista intuentes et intellegentes, adiuti Spiritu dei; quem Spiritum fide hauserunt, faucibus pietatis biberunt, ore interioris hominis ructaverunt. Non ergo tales. Sed fuerunt alii dissimiles, qui per istam creaturam potuerunt pervenire ad intelligendum creatorem, et dicere de his quae fecit deus: Ecce quae fecit, gubernat et continet; ille ipse, qui fecit, inplet sua praesentia ista quae fecit. Potuerunt hoc dicere: nam ipsos et in Actibus apostolorum commemoravit apostolus Paulus, ubi, cum dixisset de deo, IN ILLO ENIM VIVIMUS ET MOVEMUR ET SUMUS, quoniam apud Athenienses loquebatur, ubi isti doctissimi extiterant, adiunxit continuo: SICUT ET QUIDAM SECUNDUM VOS DIXERUNT. Non est leve quod dixerunt, quoniam IN DEO VIVIMUS, ET MOVEMUR ET SUMUS. Unde ergo dissimiles? unde vituperati? unde recte accusati? Audi apostoli verba, quae dicere coeperam: REVELATUR, inquit, IRA DEI DE CAELO SUPER OMNEM IMPIETATEM, eorum scilicet qui legem non acceperunt; SUPER OMNEM IMPIE-

Non est leve, quod de deo dixerunt Graecorum doctissimi a Paulo laudati.

2 deprehensos *Bμ* 22 alii] *μ, quod ego iam conieceram;* aliis *cet.* 23 de his] *μ; om. cet.* 27 et movemur] *Bμ; coniunctionem hic om. cet.* 32 sq. super o. i. eorum scil. qui legem non acceperunt] *excidit ap. Mai μ*

10 *conspiciuntur*] Rom. 1, 18-20.

29 *dixerunt*] Act. 17, 28. Arguit hoc loco Desid. Franses inscitiam contionatoris, qui Arato verba *in illo... et sumus* tribuere videatur, cum graeci poetae tantum sit quod sequitur, τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν; ast ego pace maiestatis Augustini, cur ea re falli non potuerit, omnino non video.

TATEM ET INIUSTITIAM HOMINUM, QUI VERITATEM IN INIQUITATE DETINENT. Quam veritatem? QUIA QUOD NOTUM EST DEI, MANIFESTUM EST IN ILLIS. Quo manifestante? DEUS ENIM ILLIS MANIFESTAVIT. Quomodo manifestavit? INVISIBILIA ENIM EIUS A CONSTITUTIONE MUNDI PER EA QUAE FACTA SUNT INTELLECTA CONSPICIUNTUR, SEMPITERNA QUOQUE VIRTUS EIUS AC DIVINITAS. Quare manifestavit? UT SINT INEXCUSABILES. Si manifestavit ut sint inexcusabiles, unde ergo culpabiles? QUIA COGNOSCENTES DEUM, NON SICUT DEUM GLORIFICAVERUNT. Quid est quod dicis, Non sicut deum glorificaverunt? NEC GRATIAS EGERUNT. Hoc est ergo glorificare deum, gratias agere deo. Hoc sane: quid enim peius, si ad imaginem creatus, cognito deo eris ingratus? Hoc est, prorsus, hoc est glorificare deum, gratias agere deo. Norunt fideles, ubi et quando dicatur, GRATIAS AGAMUS DOMINO DEO NOSTRO. Quis autem gratias agit domino, nisi qui sursum cor habet ad dominum?

Deum tamen non glorificaverunt, quia gratias agere deo non norunt.

7. Sunt in his verbis inter vos qui audiunt, et non audiunt: sed non nobis irascantur, quando ipsi se differunt. Ergo illi culpabiles: qui sunt inexcusabiles, QUIA COGNOSCENTES DEUM, NON SICUT DEUM GLORIFICAVERUNT, NEC GRATIAS EGERUNT. Sed quid? SED EVANUERUNT IN COGITATIONIBUS SUIS. Unde evanuerunt, nisi quia superbi fuerunt? Evanescit et fumus, in altum surgendo; et magis ignis lucet et roboratur, humilius apprehendendo. EVANUERUNT IN COGITATIONIBUS SUIS, ET OBSCURATUM EST INSIPIENS COR EORUM. Etiam fumus, cum sit igne altior, obscurus est. Denique attende quod sequitur, et vide unde tota causa pendeat: DICENTES ENIM SE ESSE SAPIENTES, STULTI FACTI SUNT. Sibi adrogando quod praestiterat deus, tulit quod dederat deus. Ergo superbis ipse abscondit se, qui per creaturam diligenter scrutantibus creatorem insinuaverat non nisi se. Bene ergo dominus: ABSCONDISTI HAEC A SAPIENTIBUS ET PRUDENTIBUS: sive ab illis qui multiplicibus disputationibus et sollertissima inquisitione ad investigationem creaturae pervenerunt, sed creatorem minime cognoverunt; sive ab illis qui cognoscentes deum, non sicut deum glorificaverunt aut gratias egerunt, et videre perfecte ac salubriter non potuerunt, quia superbi fuerunt. ABSCONDISTI ergo HAEC A SAPIENTIBUS ET PRUDENTIBUS, ET REVELASTI EA PARVULIS. Quibus parvulis? humilibus. Dicit: SUPER QUEM REQUIESCET

Sibi adrogando quod praestitit deus, tollit homo quod dedit deus.

13 domino et deo *Mai, contra codicum fidem* 21 apprehendendo] *Bμ, quam lectionem, et si Maius repudiavit, servandam censui: cf. Thes. l. lat. II, 306, l. 72 sqq.;* apparendo *VMai* 27 domine *Mai, ex uno V perperam correcto* 28 prudentibus] *verba* et revelasti ea parvulis, *quae add. ceteri, om. μ, et quidem recte* 34 dicit] dic *μ*

18 *egerunt*] Rom. 1, 20. 21. 24 *facti sunt*] Ibid. 21, 22.

SPIRITUS MEUS? SUPER HUMILEM ET QUIETUM ET TREMENTEM VERBA MEA. Haec verba Petrus tremuit, Plato non tremuit: teneat piscator, quod perdidit nobilissimus disputator. ABSCONDISTI HAEC A SAPIENTIBUS ET PRUDENTIBUS, ET REVELASTI EA PARVULIS: abscondisti superbis, et revelasti humilibus. Quid ergo sumus, quantumcumque sumus? Si humiles sumus, merebimur pleno conspectu dei beatificari, si meruerimus inter parvulos numerari. ITA, PATER, inquit exultans spiritu sancto – approbavit, placuit ei, laudavit ita esse, laudavit ita factum esse – ITA, PATER, QUONIAM SIC PLACITUM EST CORAM TE.

Plato, nobilissimus disputator.

8. Audivimus, quod ait ABSCONDISTI HAEC A SAPIENTIBUS ET PRUDENTIBUS, ET REVELASTI EA PARVULIS, qui sunt sapientes et prudentes quibus abscondisti, et qui sunt parvuli quibus revelasti. Quae sunt ipsa? Non enim, cum hoc diceret, ABSCONDISTI HAEC A SAPIENTIBUS ET PRUDENTIBUS, ET REVELASTI EA PARVULIS, caelum et terram attendebat, et quasi manu demonstrabat, cum diceret haec. Quis enim non videt haec? Vident boni, vident et mali, quia FACIT SOLEM SUUM ORIRI SUPER BONOS ET MALOS. Quae sunt ergo haec, de quibus ait, quia ABSCONDISTI HAEC A SAPIENTIBUS ET PRUDENTIBUS, ET REVELASTI EA PARVULIS? Quae, nisi quae deinceps adiungit, et dicit, ITA, PATER, QUONIAM SIC PLACITUM EST CORAM TE? Hic laudavit, placuit ei. Quae sunt ergo ista? OMNIA MIHI TRADITA SUNT A PATRE MEO. Gratia ista christiana, quia omnia tradita sunt a Patre eius, omnes latuit sapientes huius mundi. Nec solum illi qui circa creaturas vel terrestres vel caelestes nimia et intentissima curiositate occupati neglexerunt quaerere nec valuerunt invenire creatorem, sed etiam nec illi qui ex creatura et ex his quae videbantur id est ex visibilibus ad eum a quo facta sunt in cogitatione pervenire potuerunt, agnoverunt quod dictum est, OMNIA MIHI TRADITA SUNT A PATRE MEO. Haec Moyses vidit, prophetae viderunt, patriarchae viderunt; sapientes illi magni, arguti disputatores, inquisitores, eloquii quasi tonantes profusores, omnino ignoraverunt. Hoc est MYSTERIUM QUOD ABSCONDITUM FUIT A SAECULIS IN DEUM, NUNC AUTEM MANIFESTUM EST SANCTIS EIUS, parvulis eius, ergo humilibus eius, super quos requiescit spiritus eius, quietis et trementibus verba eius: OMNIA, inquit, MIHI TRADITA SUNT A PATRE MEO.

Hoc est, quod omnes latuit sapientes mundi, tradita esse Christo a Patre omnia.

10-12 *haec quoque omnino male distinguit Mai* 26 incogitatione *coniunctim Mai, quasi unum sit vocabulum* 31 manifestum] *pro* manifestatum?

1 *mea*] Esai. 66, 2.
17 *malos*] Mt. 5, 45.
21 *meo*] Mt. 11, 27. Hucusque excerpta apud Florum.
31 *eius*] Col. 1, 26.

9. Sed quoniam inter haec omnia vehementer volumus et desideramus videre ipsum deum, et hoc desideramus quanto meliores sumus, quanto magis pii, quanto magis fideles, quanto in profectum mentis instructiores atque firmi, hoc desiderium vincit omnia desideria; quasi ipsos parvulos suos, quibus dedit nosse gratiam suam, quia omnia Christo tradita sunt a Patre eius, blande adloquitur, ut non aegre ferant quia modo non vident; ut praeparandi ad illam visionem, medicinalem perferant dilationem. OMNIA, inquit, MIHI TRADITA SUNT A PATRE MEO. Et dicturi erant parvuli: Nos ipsum Patrem videre volumus, quomodo ait Philippus, OSTENDE NOBIS PATREM ET SUFFICIT NOBIS. Tamquam diceret, Scio quid desideretis, et ad tam magnum bonum quam parvuli estis: NEMO COGNOSCIT FILIUM, NISI PATER. Iam me cognitum putabatis: NEMO COGNOSCIT FILIUM, NISI PATER. Tamquam me cognito Patrem videre et cognoscere quaerebatis: NEQUE PATREM QUIS COGNOSCIT, NISI FILIUS. Nec tamen vos ab hac visione separati remanebitis, quia sequitur: ET CUI VOLUERIT FILIUS REVELARE. Cui volet filius revelare, nisi de quibus dictum est, REVELASTI EA PARVULIS? Simus ergo parvuli: hoc a magno magistro requiramus et discamus. Cum sis nihil, non eris parvulus, propter quem tam magnus factus est parvulus? Pater ergo revelat Filium quibus vult, et Filius revelat Patrem quibus vult. Non enim Filius revelat Patrem, et Pater non revelat Filium. Hic audivimus, hic legimus: NEQUE PATREM QUIS AGNOSCIT NISI FILIUS, ET CUI FILIUS VOLUERIT REVELARE. Revelatorem Patris didicimus Filium: revelatorem Filii unde novimus Patrem? Audi eundem Filium. Cum dixisset Petrus, TU ES CHRISTUS FILIUS DEI VIVI, responsum accepit: BEATUS ES, SIMON BARIONA, QUIA NON TIBI REVELAVIT CARO ET SANGUIS, SED PATER MEUS QUI EST IN CAELIS. Ergo revelat et Pater Filium, et Filius revelat Patrem. Quomodo enim agnoscis Filium, nisi agnoscas quod habeat Patrem? et quomodo agnoscis Patrem, nisi agnoscas quod habeat Filium? Nec Pater enim dici potest, si non habet Filium; nec Filius dici potest, si non habet Patrem. Ergo si non est Pater nisi quia Filium habet, revelat Pater Filium. Hoc ipso quod in eo paternitas agnoscitur, proles inquiritur; si Pater est, quaeris quem genuit: ipse est deus Christus. Christus si Filius est, quaeris a quo genitus sit: ipse est deus Pater.

Quanto meliores sumus, tanto vehementius deum videre desideramus.

Revelator Patris Filius, revelator Filii Pater est.

1-8 *tota haec periodus male ap. Mai interpungitur* 3 in profectum] *BV, uti sensu exigitur;* inperfectum *mendose Mai* 24 novimus] *codd.;* noscimus *Mai* 32 ipso] *B, ut Mai recte coniecit;* ipsum *VMai* 33 deus] *ante* Christus *om. B*

10 *nobis*] Ioh. 14, 8.
16 *revelare*] Mt. 11, 27.
27 *caelis*] Mt. 16, 17.

Ergo cum oculum mentis, cum oculum fidei in Filium intendis, in quantum Filius est, agnoscis genitum esse, ut Filius esset; et ita Filius revelat Patrem. Sed quibus, nisi parvulis?

10. Unde modo non videmus deum? quia peccata nostra separant inter nos et deum. Si ergo ideo non videmus, quia peccata nostra separant inter nos et deum, et propter delicta nostra avertit faciem suam a nobis; sub onere pectorum nostrorum insudantes audiamus consequenter clamantem: VENITE AD ME OMNES QUI LABORATIS. Quid inaniter sub peccatis sudatis? VENITE AD ME OMNES QUI LABORATIS. Ubi enim laboras, nisi cum desideras quod non est in potestate desiderantis? Desiderasti aurum, amasti aurum: numquid amando habes aurum? Quid est autem hoc? quid est quod amas? Amando sitis, sitiendo quaeris, inveniendo torqueris. Ecce enim ante quam invenias quod habere desideras, ante quam capias, ante quam habeas, ante quam possideas, ardes cupiditate: iste tortor eviscerat cor, ipsa cupiditas laniat te. Sed quousque? Donec pervenias. Ecce pervenisti. Ardebas cupiditate, cum velles habere quod possideres: habes iam quod timeas ne perdas. Non ergo securitas cupiditati, sed timor cupiditati tamquam tortor tortori successit. Ante quam aliquid haberes, torquebat te sola cupiditas; cum habere coeperis, torquet te et timor. Male dixi, successit, sed alius tortor accessit: erat enim primo cupiditas habendi, manet augendi. Non enim, quia quod quaerebas accessit tibi, limes positus est cupiditati. Non vides quia plus habendo plus cupis? Quando nihil habebas, parva quaerebas; quia vero factus es dives, tuas cupiditates non satiant hereditates. Cupis habere quod non habes, times perdere quod habes: duo isti tortores iugulant te. Vel inter tormenta confitere deo tuo; audi vocantem, senti offerentem, ut tortores abscedant; audi eum qui dicit: VENITE AD ME OMNES QUI LABORATIS ET ONERATI ESTIS. Diversis et dilaniantibus adfectationibus mundi fatigamini, et duris urgemini sarcinis: EGO VOS REFICIAM. Liberi vagando per abrupta ruebatis: TOLLITE IUGUM MEUM SUPER VOS. Ipsa cupiditate et habendi difficultate asperi eratis, et vano successu rerum elati ambulabatis: contra acerbitatem et contra elationem DISCITE A ME QUIA MITIS SUM ET HUMILIS CORDE. Nolite invicem vos adtendere, ait, et habere inter vos vestram elationem.

Laborant auri amatores cupiditate habendi et augendi, timore perdendi.

7 insudantes] *B;* sudantes *V Mai* 16 sq. velis h. q. possideas *B* 20 te et] *optime B;* tenet *V Mai* 22 positus] *erat in B primum* proprietas, *quae vox forsitan retineri possit* 29 urguemini, *altera* u *exp. B*

6 sq. *a nobis*] Esai. 59, 2, ut passim Aug. 33 *corde*] Ibid. 29.
29 sq. *reficiam*] Mt. 11, 28.

11. Ait aliquis: Quid, si habere volo? o si habeam! Deus, da mihi quod habeam. Ecce vicinus meus habet quod non habeo: salutatur, et non salutat; resaluto, et non salutat. Deus, da mihi. Si tibi ille displicet, cur vis esse talis? Ipse dicit: Resaluto, et non salutor; et cupit esse quod damnat. Sed ego, inquit, cum habuero, non solum resaluto, sed etiam prior saluto. Cupiditate habendi te submittis: sed melius te novit, qui te fecit; melius consulit tibi, qui et petenti non dat quod non expedit tibi. Certe ut habeas, quia recte putas te habiturum, bene usurum, pie gubernaturum: ut habeas divitias, laborem egestates formidas. Beatus esse desideras? Veni ad eum qui clamat, EGO VOS REFICIAM. Solum est ut discas quod ait: DISCITE A ME QUIA MITIS SUM ET HUMILIS CORDE. Adtendis enim ad vicinum tuum divitem, habentem, superbientem: adtendendo illum et aemulando, superbus eris; humilis non eris, nisi eum qui propter te humilis factus est adtenderis. Disce a Christo, quod non discis ab homine: in illo est norma humilitatis; ad hunc qui accedit, prius in ipsa humilitate formatur, ut in exaltatione decoretur. Nam quae species illius? QUI CUM IN FORMA DEI ESSET, NON RAPINAM ARBITRATUS EST ESSE SE AEQUALEM DEO; SED SEMET IPSUM EXINANIVIT, FORMAM SERVI ACCIPIENS, IN SIMILITUDINEM HOMINUM FACTUS, ET HABITU INVENTUS UT HOMO: HUMILIAVIT SEMET IPSUM, FACTUS OBOEDIENS USQUE AD MORTEM, MORTEM AUTEM CRUCIS. Tanta dixit, et modum humilitatis eius nondum terminavit, nisi addidisset MORTEM AUTEM CRUCIS: hoc enim genus mortis magnum inter Iudaeos habebat opprobrium. Hoc suscepit, quod habebat magnum opprobrium, ut de ipsa humilitate non erubescentibus daret praemium. Quousque pervenit, secans tumorem tuum? Usque ad crucis opprobria.

Ut beatus sis, discenda a Christo humilitas.

12. Sed forte quasi parvus? QUI CUM IN FORMA DEI ESSET. Adtende: tu quando fuisti in forma dei? Et erubescis humiliari, propter quem humiliata est forma dei? DISCITE, inquit, A ME. Non invenistis unde hoc tam magnum fundamentum forte vestrae celsitudinis noveratis: A ME, inquit, DISCITE QUIA MITIS SUM ET HUMILIS CORDE, ET INVENIETIS REQUIEM ANIMABUS VESTRIS. Nam utique in omnibus desideriis vestris requiem quaeritis: ad hoc enim inquieti estis, dum quaeritis, ut, invenientes quod quaeritis, aliquando requiescatis. Frustra hoc putatis: inveniendo quod male quaeritis, inquietiores eritis. A ME, inquit,

1 aliquis] *om. B* 2 quod habeam] quod habet *B*, *et add.* quare hoc? 3 salutat *2° loco*] *codd. Mai, fort. pro* salutor, *ut lin. seq.* 4 cur] *om. B* 21 mortem a. crucis] *hic omittendum putaverim: cf. supra p. 361, l. 28*

21 *crucis*] Phil. 2, 6-8. 32 *vestris*] Mt. 11, 29.

DISCITE QUIA MITIS SUM ET HUMILIS CORDE, ET INVENIETIS REQUIEM ANIMABUS VESTRIS; IUGUM ENIM MEUM LEVE EST. Timebas ligari? Iugum meum lene est, suave est; si timebas ligari, desidera iocundari. Non videtis etiam in ipsis corporibus humana quaerentium et temporalia cupientium esse quasdam colligationes, de quibus sibi placeant homines? Quam difficile est, ut se solvi permittant! Qui torquem habet, placet sibi de torque, quem cupiditas detorquet. Et putas tu, quia iugum Christi transgulabit te? Noli timere, suscipe: lene est; coercet miseram libertatem, non affert aliquam asperitatem. ET SARCINA MEA LEVIS EST. Ne putes me non inpositurum tibi aliquid, si iumentum meum eris — hoc tibi dominus tuus dicit — inponam et ego sarcinam meam: sed noli timere, levis est; non te premit, sed sublevat; non onerat, sed honorat. Non ita levis est, quamvis non multum sit gravis: quomodo sunt parvae sarcinae, quae cum portantur, dicit qui portat, Leve est; tamen et ipsum leve, quamvis non multum, habet aliquod pondus. Christi sarcina adeo levis est, ut levet: non cum illa vel ab illa premeris, sed sine illa non surges. Talem tibi puta istam sarcinam, qualis est avibus sarcina alarum: alarum sarcinas si aves habuerint, sublevantur; si detractae fuerint, in terra remanebunt. Quid enim grave est amanti? Nonne videmus — ut alia omittam innumerabilia, quibus aestuat et conteritur genus humanum — studiosus venandi quantum laboret, quae perferat, quos calores aestate, quae frigora hieme, quae densa silvarum, quas itinerum difficultates, quas montium clivositates? Amor tamen non solum facit haec omnia tolerabilia, sed etiam suavia: in tantum suavia, ut, si venari prohibeas, tunc laboret, tunc patiatur horrendum animi taedium; non fert quietem. Tanta tolerantur, ut perveniatur ad aprum; et difficile sustinetur, ut perveniatur ad deum!

Iugum Christi avium alis simile: non premit, sed sublevat.

Nihil grave est amanti.

13. Ergo hoc dixit Christus. Ubi audistis, SARCINA MEA LEVIS EST, nolite cogitare quae hic perpessi sunt martyres, et dicere apud vos

[3] lene] *B, cf. infra l. 8;* leve *heic VMai* [8] strangulabit] *B;* transgulabit *VMai* lene] *hoc loco V quoque et Mai* [13] quamvis] *Mai coniecit, cf. l. 15;* quasi *BV* [16] non adeo *B* [17] non puta *B hoc loco corruptus* [28] auditis *B*

[2] *leve est*] Mt. 11, 30.

[7] *de torque... detorquet*] Utrum ex oxymoris quibus delectatur Aug., quemadmodum infra l. 13, *non ònerat, sed honorat;* l. 16, *adeo levis, ut levet.*

[10] *levis est*] Mt. 11, 30.

[18] *qualis est avibus sarcina alarum*] Ipsissimis verbis de sarcina Christi disserit Aug. in sermone sane genuino, quem edidit Caillau II 11, n. 6: « Tam levis est sarcina Christi, ut non solum non premat, sed etiam allevet.., Advertite hoc in avibus: omnis avis portat pennas suas... Detrahant onus, et cadent ». Et paullo post: « Honoravit, non oneravit ».

[23] *clivositates*] Nullum aliud exemplum profertur in Thes. l. latinae vocabuli huius, quod idcirco Mai « novum bonumque » esse pronuntiat.

ipsos: Quomodo est levis sarcina Christi? Confessi sunt eum viri, et tanta perpessi sunt: confessi sunt pueri, confessae sunt puellae; sexus validior et infirmior, aetas maior et minor, omnes confiteri et coronari meruerunt. Puto quia non laboraverunt. Quare non laboraverunt? quia caritate omnia pertulerunt. Ista est sarcina Christi, quam dignatur inponere: caritas vocatur, caritas dicitur, dilectio nuncupatur. Per hanc tibi facile erit, quicquid laboriosissimum antea fuit; per hanc leve erit, quicquid grave pendebas. Suscipe hanc sarcinam: non te premet, levabit te; alae tibi erunt, quas ante quam habeas, clama ad vocantem: QUIS MIHI DABIT PENNAS SICUT COLUMBAE? — non sicut corvo, sed sicut columbae — ET VOLABO, inquit. Et quasi quaereres, Ut quid? ET REQUIESCAM. Ergo per illam sarcinam INVENIETIS REQUIEM ANIMABUS VESTRIS. Accipite hanc sarcinam, has alas; et si coepistis habere, nutrite. Perveniant istae alae ad tantum modum, quo volare possitis. Una ala est, DILIGES DOMINUM DEUM TUUM EX TOTO CORDE TUO, ET EX TOTA ANIMA TUA, ET EX TOTA MENTE TUA. Sed noli ad unam alam remanere; nam si unam habere te putas, nec ipsam habes. DILIGES PROXIMUM TUUM TANQUAM TE. Nam si fratrem quem vides non diligis, deum, quem non vides, quomodo potes diligere? Accedat et alia: sic volabis, sic de terrenis auferes cupiditatem, figes in caelestibus caritatem. Istis duabus alis in quantum niteris, sursum interim cor habebis; ut sursum cor sursum trahat tempore suo et carnem suam. Nec ad pennas omnes habendum putes tibi multum esse: quaerenda sunt quidem huius dilectionis praecepta in scripturis sanctis multiplicia, quibus exerceatur lector et auditor; sed IN HIS DUOBUS PRAECEPTIS TOTA LEX PENDET ET PROPHETAE.

Sarcina Christi caritas vocatur.

Quasi duae alae, dilectio dei et proximi.

5sq. inponere] *B;* exponere *VMai* 7 quicquid labor. a. fuit; per hanc leve] *B; excidit in VMai* 10 sicut columbae] *1° loco om. B* 14 perveniant] *B, quod antea conieceram;* perveniunt *VMai* 20 aufereris cupiditate *B, haud aspernenda lectio* 21 sursum] *3° loco B, in V postea deletum; om. Mai* 22 habendum] *Mai;* habendo *BV: quidni legatur* ab p. o. habendo? 23 esse] *BV;* deesse *emendavit Mai*

11sq. *requiescam*] Ps. 54, 7.
16 *tua*] Mt. 22, 37.
18 *te*] Ibid. 39.
19 *diligere?*] I Ioh. 4, 20.
25 *prophetae*] Mt. 22, 40.

CXXVII.

Mai, Serm. CXXVII, NPB. I, 298-299: ex cod. Vatic. lat. 471, saec. XII, fol. 33^{r}-33^{v}, quem denuo contuli (= *V*). Textum praeterea recognovi ad Clm. 17059, fol. 24^{v}-26^{r}, olim Schaeftlarnensis monasterii, saec. IX-X (= *M*), qui licet interdum barbariei salebris scateat, lectiones tamen optimas passim supplet, alias emendandi copiam facit. Brevis quidem oratio, et in qua vix quicquam reperias quod non iam alibi occurrat; at dicendi modus Augustino sane dignus, locisque nonnullis grandis et magnificus.

ITEM EX EODEM CAPITULO EVANGELII · DE HUMILITATE.

Lingua domini, tuba iustitiae et veritatis, tamquam in generis humani contione consistens, vocat et dicit: VENITE AD ME, OMNES QUI LABORATIS ET ONERATI ESTIS, ET EGO VOS REFICIAM. TOLLITE IUGUM MEUM SUPER VOS, ET DISCITE A ME QUIA MITIS SUM ET HUMILIS CORDE, ET INVENIETIS REQUIEM ANIMABUS VESTRIS. IUGUM ENIM MEUM SUAVE EST, ET ONUS MEUM LEVE EST. Qui non laborat, non audiat; qui autem laborat, audiat: VENITE AD ME, OMNES QUI LABORATIS ET ONERATI ESTIS. Qui non est oneratus, non audiat; qui autem oneratus est, audiat: VENITE AD ME, OMNES QUI LABORATIS ET ONERATI ESTIS. Ut quid? ET EGO REFICIAM VOS. Omnes hic laborant, omnes sunt onerati. Omnis qui laborat et oneratus est, refectionem quaerit, quietem desiderat. Et quis non laborat in hoc saeculo? Dicatur mihi, quis non laborat vel operando vel cogitando? Laborat in operibus pauper, laborat in cogitationibus dives: pauper vult habere quod non habet, et laborat; dives, timendo perdere quod habet, et volendo augere quod non habet, plus laborat. Onera vero sua portant omnes quaecumque peccata, quibus superba premitur cervix: et tamen sub tanta mole erigit se; et cum prematur peccatis, tumescit superbia. Ideo dominus ait, quid? EGO, inquit, VOS REFICIAM. TOLLITE IUGUM MEUM SUPER VOS, ET DISCITE A ME. Quid, domine, discimus a te? Scimus in principio te esse Verbum, et Verbum

[1] *inscriptionem partim ex contentis, partim ex codice M supplevi; aliam adinvenit Mai;* item eiusdem de eodem *V* [2] iustitiae et] *om. M* [4] vos reficiam] *M;* refic. vos *V* [5] quoniam mitis sum ego *M* [7] leve] *om.* est *M* [11] quaerit] et *add. V* [12] laborat 2° *loco*] *M;* laboret *V* [14] vult h. q. n. h. et laborat] *M;* laborat operando volens habere quod non habet *V* [15] quod habet] *M; om. V* non] *M; om. V* [16] sua vero *M* [17] cervix] *om. M* [18] ait, quid?] *V;* ad quid vocat *M*

[2] *tuba iustitiae*] Vide sis adnot. ad sermonem Morin 15, initio.

[7] *leve est*] Mt. 11, 28-30; paullo aliter alibi Aug.

apud deum, et deum Verbum; scimus omnia per te esse facta, visibilia et invisibilia. Quid a te discimus? Caelum suspendere, terram solidare, mare diffundere, aerem expandere, omnia elementa animalibus congruis implere, saecula ordinare, rotare tempora? Quid a te discimus? An forte, quae operatus es in terra, ipsa vis nos discere? haec vis docere? Ergo discimus a te leprosos mundare, daemonia pellere, febres fugare, mari et fluctibus imperare, mortuos suscitare? Nec ista, inquit. Dic ergo, quid? QUONIAM MITIS SUM ET HUMILIS CORDE. Erubesce deo, humana superbia. Verbum dei dicit, deus dicit, unigenitus dicit, altissimus dicit: DISCITE A ME QUIA MITIS SUM ET HUMILIS CORDE. Tanta altitudo ad humilitatem descendit, et homo se tendit? Collige te, et redige te, homo, ad humilem Christum, ne in tua extensione rumparis.

Cantatus erat psalmus CII.

2. Modo psalmus cantabatur, modo Alleluia dicebatur: QUIS SICUT DOMINUS DEUS NOSTER, QUI IN ALTIS HABITAT, ET HUMILIA RESPICIT? Respiciens te, humilem te inveniat, ne damnet te. Ipse dixit, ipse contionatus est, ipse ad hanc salutem genus humanum vocavit: DISCITE A ME, inquit, non creare creaturam; discite QUONIAM MITIS SUM ET HUMILIS CORDE. IN PRINCIPIO ERAT: quid excelsius? VERBUM CARO FACTUM EST: quid humilius? Imperat mundo: quid excelsius? Pendet in ligno: quid humilius? Quando ille ista propter te, tu quid adhuc erigeris, adhuc tumes, follis inflatus? Deus est humilis, et tu superbus? Forte, quoniam dixit EXCELSUS EST DOMINUS, ET HUMILIA RESPICIT, dicis tu, Me non respicit. Quid te infelicius, si non respicit, sed despicit? Respectio miserationem habet, despectio contemptum. Sed forte, quia dominus humilia respicit, latere te putas, quia tu humilis non es, excelsus es, superbus es. Non lates hic oculos dei. Vide enim quid ibi dicat. EXCELSUS EST DOMINUS. Excelsus certe. Quomodo ad eum pervenias, scalas quaeris? Humilitatis lignum quaere, et pervenisti. EXCELSUS EST DOMINUS, HUMILIA RESPICIT: EXCELSA AUTEM — ne te putes latere, qui superbus es — EXCELSA AUTEM A LONGE COGNOSCIT. Cognoscit, sed a longe. LONGE

Deus est humilis, et tu superbus?

1 et verbum deum *M* et scimus *V* esse] *M; om. V* 3 mare diffundere] *M; om. V* expandere] distendere *M* 4 saeculum *M* discimus] ergo quae *add. M* 5 discere? haec vis] *M; om. V* 7 ergo] *om. M* 11 te *1° loco*] *om. M* 13 alleluiam dicebam *M* 14 noster] *VM; praeterm. Mai* in altis] *V;* in excelsis *M, ut Tertullianus* 14 sq. respiciens] *M;* dum respiciet *V* 15 humilem te i. n. d. te] *M;* te *utroque loco om. V* dixit] *V;* invenit *M* 20 sq. tu quid de te adhuc erigitur cervix adhuc tumidus fellis inflatur *M* 23 quid te infelicius si non respicit] *unus M habet* 25 tu] *M; om. V* 26 hic] *fort. pro* sic? ibi] *M;* tibi *V* 27 certe] excelsus est *repet. M*

14 *respicit?*] Ps. 112, 5. 6.
18 *factum est*] Ioh. 1, 1. 14.
22 *respicit*] Ps. 137, 6.
30 *cognoscit*] Ibid.

EST A PECCATORIBUS SALUS. Humilia quid? de proximo. Mirum machinamentum omnipotentis! Excelsus est, et humilia de proximo respicit; alti sunt superbi, excelsus eos a longe cognoscit. PROPE EST DOMINUS EIS QUI OBTRIVERUNT COR, ET HUMILES SPIRITU SALVOS FACIET. Ergo, fratres, non in vobis tumescat superbia, sed putescat: horrete illam, abicite illam. Humilem quaerit christianum Christus. Christus in caelo, Christus nobiscum, Christus in infernis, non retinendus, sed soluturus. Habemus talem ducem. Sedet ad dexteram Patris, sed de terra nos colligit: illum sic, illum autem sic: illi praestando, istum castigando: illum laetificando, illum tribulando. Colligat, qui colligit; colligat, ne pereamus; illuc colligat, ubi non perimus: in illam vivorum regionem, ubi merita agnoscuntur, et iustitia coronatur.

Humilem quaerit christianum Christus.

CXXVIII.

Mai, Serm. CXXVIII, NPB. I, 300-302: ex cod. Vatic. 471, fol. 119^{v}-121^{r} (= *V*), quem denuo contuli. Praeterea usus sum libro ms. Bruxell. 14920-22, seu iuxta computationem recentioris catalogi t. II, p. 123-125, n. 1087, saec. X-XI fol. 130^{v}-132^{r} (= *B*). Oratio est ad populum die sabbato habita de occurrente pericope evangelii sec. Iohannem, proptereaque solito brevior atque simplicior, licet Augustino prorsus minime indigna. Ceterum genuinam eam esse sponsor est Florus Lugdunensis, qui illius fragmentum Collectioni suae in Apostolum ad II Cor. 3 inseruit: cf. Migne 39, 1734 (= *Flor*). Praeter lectionem evangelii altera recitata erat ex libro Tobiae, fortasse adpropinquante hieme, quando sollemne erat s. episcopo Hipponienses suos ad vestiendos pauperes eleemosynasque faciendas adhortari, uti probabiliter conficitur ex his verbis, p. 372, l. 29; « Faciendae sunt eleemosynae, tempus est » etc.

TRACTATUS SANCTI AUGUSTINI EX CAPITULO EVANGELII · DE INFIRMO IACENTE AD PISCINAM · DIE SABBATO.

Quaeri solet, quomodo scriptum est in libro legis qui appellatur Genesis, ubi est initium sanctarum scripturarum, cur omnia opera sua

[3] dominus] *om. M* [4] salvos faciet] *scripsi Augustino consentanee;* salvos facit *M;* salvabit *V* [5] vobis] *M;* nobis *V* putescat] *M;* putrescat *V* [6] caelo] et *interser. V* [10] colligat *1° loco*] *M unus* [11sq.] in illam *usq.* coronatur] *M heic quoque solus* [13-14] *inscriptionem ex codd. BV et Floro composui:* incipit tr. s. Aug. de cap. ev. die sabbato *B;* sermo de sabbato *Flor;* eiusdem in evang. sec. Ioh. de i. i. ad pisc. *V* [15] quomodo] *B;* quod *VMai* [16] cur] *VMai;* quo *B*

[1] *salus*] Ps. 118, 155.
[4] *faciet*] Ps. 33, 19.
[11] *vivorum regionem*] Cf. Ps. 114, 9.
[14] *die sabbato*] Cf. sermonis Mai 125 exordium, quo docemur, Augustinum die dominico et sabbato de evangelio diei contionari consuevisse; ideo serm. Maur. 125, n. 1: « Meminimus enim, inquit, de hoc capitulo evangelii iam nos locutos caritati vestrae ».
[15] *Quaeri solet*] Operae pretium puto,

deus perfecerit sexto die, et die septimo, id est die sabbati, requieverit ab omnibus operibus suis, cum dicat Filius eius, per quem facta sunt omnia: PATER MEUS USQUE NUNC OPERATUR, ET EGO OPEROR. Hoc enim dicens redarguebat Iudaeos, qui ei calumniabantur, quod die sabbati dixerit homini, SURGE, TOLLE GRABATUM TUUM, ET AMBULA; Iudaeis enim onera portare non licet sabbato. Quid sibi ergo vult? Numquidnam Filius contrarius est Verbo Patris, cum ipse sit Verbum Patris? Intellegere ergo debemus, ne Iudaeis similes remaneamus; ipsi enim tam carnaliter accipiebant sabbatum, ut vacantem putarent deum ex illo die sabbati. Aut si hoc non putabant, forte credebant et ipsum in creatura sua operari per sex dies, et sabbato omni requiescere sibi et vacare, et more puerorum gaudere ad ferias. Sic ergo ista solvitur quaestio, quia verum est deum sex diebus implesse et perfecisse opera sua condendo creaturas, sabbato autem requievisse, non a creaturis amministrandis, sed a condendis. Nam moles ista mundana, id est caelum et terra et omnia quae in eis sunt, si ab eo non reguntur, cadunt. Regit autem ille mundum sine labore, non quomodo ille portabat grabatum. Et si bene intellegatur, deus simul et requiescit et agit; omnis enim qui sine labore agit, et in ipso opere requiescit. Si me interroges utrum deus vacet, viveremus si vacaret? Rursus si me interroges utrum deus requiem habeat, respondebo tibi: Et quid est quod nobis dabit, si ipse non habet? Ergo respondebo: Et requiem habet, et usque nunc operatur. Hoc tu non potes: sed ille deus est, quod non es tu. Venerat ergo iam tempus quo umbrae transirent, et respiraret dies, sicut scriptum est in Cantico canticorum: DONEC ASPIRET DIES, ET REMOVEANTUR UMBRAE.

Requies dei die sabbato quomodo intellegenda.

Omnia, si a deo non reguntur, cadunt.

2. Quando ergo dominus Iesus languidum illum, quem sanum fecit, grabatum suum tollere iubebat, umbras veteres removebat. Iam ergo venerat tempus, quo fieret quod dicit apostolus: NEMO ERGO VOS IUDICET IN CIBO ET POTU, ET IN PARTE DIEI FESTI, NEOMENIAE, ET SABBATORUM, QUOD EST UMBRA FUTURORUM. Erant ergo illae observationes iudaicae mandatae a deo umbrae futurorum; et ipsa, quae fuerant futura,

1 sabbati] *B;* sabbato *VMai* 5 grabbatum *B const.* 7 sit] est *B* 19 opere] *om. B* 24sq. in cantica *B* 26 quem] *om. B* 31 et] *om. B*

lectorem commonere de exordio alius sermonis his verbis in codice Bruxellen. praemisso: *Dominus Iesus conditor sancti evangelii, tanquam lege misericordiae neminem volens perire, quandoquidem ideo venit salvare quod perierat...;* sequuntur pauca verba mox deleta. Huiusmodi initium, quamquam non reperitur ap. Vattasso, ad genuinam tamen Augustini orationem videtur pertinere; quo magis dolendum est, librarium post duos hos versus statim ad alia transisse.

3 *operor*] Ioh. 5, 17.
5 *ambula*] Ibid. 8.
25 *umbrae*] Cant. 2, 17.
30 *futurorum*] Col. 2, 16. 17.

veniens Christus facere incipiebat praesentia: quod expectabatur, advenerat; quod significabatur, videbatur. Non ergo impediant umbrae, removeantur, videamus lumen. In quo? in Christo. Propter hoc enim dicit: IN LUMINE TUO VIDEBIMUS LUMEN; et QUI SEDEBANT IN UMBRA MORTIS, LUMEN ORTUM EST EIS. Sanus est homo, et calumniaris de grabato? Ille dixit languido ut portaret lignum, qui pro illo fuerat pensurus in ligno. Stulta impietas Iudaeorum! Quem videbas iacentem, vides ambulantem; et accusas portantem? Qui sanitatem dedit ambulanti, dedit vires portanti. Esto christianus, o Iudaee, et intellege sabbatum: quamdiu Iudaeus es, observare sabbatum potes, intellegere non potes. Nisi ad veritatem transeas, non potes habere quod celebras.

Iudaeus observare sabbatum potest, intellegere non potest.

3. Quid est quod dixi, non potes habere quod celebras? Potes enim per sabbati vacationem requiem celebrare: sed nisi ad Christum transeas, ad aeternam requiem non potes pervenire; remanebis in umbra, sine luce. Transi ergo ad Christum, ut auferatur velamen. Apostolus enim hoc dicit: USQUE IN HODIERNUM DIEM, QUAMDIU LEGITUR MOYSES, VELAMEN EST SUPER CORDA EORUM POSITUM; QUOD NON REVELATUR, QUONIAM IN CHRISTO EVACUATUR. Velamen, non Moyses, evacuatur; velamen, non lex. Attendite quomodo dominus venerit, et evacuatur velamen: quando pependit in ligno, velum scissum est. O magnum mysterium! O ineffabile sacramentum! Transgressores legis auctorem legis crucifixerunt, et legis secreta patuerunt. Nonne crux illa clavis fuit? Dominum tenuit, et clausa dissolvit. Sed Iudaei etiam discisso velo coopertam habent faciem: NOS AUTEM, ait apostolus, REVELATA FACIE GLORIAM DOMINI CONTEMPLANTES, IN EANDEM IMAGINEM TRANSFORMAMUR, DE GLORIA IN GLORIAM, TAMQUAM A DOMINI SPIRITU. In lapide illi potuerunt habere legem: o si haberent in corde, nobiscum essent. Nos autem, fratres, in cordibus habeamus legem; non verbi laudibus, sed bonis operibus demonstremus. Faciendae sunt eleemosynae, tempus est: videantur fructus vestri; gaudeam de laboribus meis. Non potes dicere lan-

Crux Christi clavis fuit.

8sq. ambulandi... portandi *B* 12 quid est... quod celebras?] *om. B* 18-26 *verba haec* velamen, non Moyses *usque* a domini Spiritu *extant apud Pseudo-Bedam in Apostolum, ad II Cor. 3: edit. Paris. 1544, fol. 135v (= Flor)* 22sq. fuit domini? tenuit *B Flor.* 24 habent] *B Flor;* habebant *V Mai* 25 contemplantes] *B cum Cypriano;* speculantes *V Mai Flor cum Vulg* 26 a do. spiritu] *B;* in do. spiritum *V Mai* 29 elemosin. *BV const.*

4 *lumen*] Ps. 35, 10.
5 *eis*] Esai. 9, 2.
18 *evacuatur*] II Cor. 3, 15. 14.
22 *crux illa clavis fuit*] Cf. Enarr. in Ps. 45, n. 1: « nostis quia velum discidit, ut templi secreta patescerent. Proinde quia crux domini nostri clavis fuit, qua clausa aperirentur » etc.
26 *Spiritu*] II Cor. 3, 18.

guido, Surge et ambula; potes dicere, Donec surgas, iace et manduca. Sanare aegrum non potes, vestire nudum potes. Fac quod potes: non a te deus exigit quod non potes.

De faciendis eleemosynis monita Tobiae.

4. De ipsa facienda misericordia audistis quid monuerit sanctus Tobis filium suum Tobiam: SICUT TIBI EST SUBSTANTIA, FILI, ITA FAC: SI MULTUM HABES, MULTUM FAC: SI EXIGUUM, DE IPSO EXIGUO COMMUNICA. Vidua, quae duo minuta attulit, quam exiguum habebat! et dominus eam videbat. Certe si negligebant, quia multum non attulit quam duo minuta, videre poterat cor sapientis quae dedit. Quae plus in dona dei misit, quam quae sibi nihil dimisit? Non hoc monuit Tobis filium suum: EX EO QUOD HABES, inquit, COMMUNICA; non dixit, Totum da. Hoc facite quod Tobis monuit. Multi et illud fecerunt: omnia sua dimiserunt, omnia sua pauperibus donaverunt, nihil sibi reliquerunt. Nihil, putamus? Et ubi est deus? Quid enim non habet pauper, si deum habet? aut quid habet dives, si deum non habet? Facite ergo, et ammiramini verba scripturae. Caecus pater videnti filio loquebatur, monebat ut faceret eleemosynam: qui inter cetera dicebat: ELEEMOSYNA ENIM LIBERAT A MORTE. Non est hoc mirum: etsi enim caecus loquebatur videnti, sed tamen vivens viventi. Quod sequitur mirum est. Cum enim dixisset de eleemosyna, LIBERAT A MORTE, addidit, ET NON PERMITTIT IRE IN TENEBRAS. O pater, semper eleemosynam fecisti: quare ad has tenebras caecitatis venisti? Poterat ergo hoc dicere filius patri suo: sed ille sciebat quid diceret, et ille quod audiebat intellegebat. Sunt aliae tenebrae, quo eleemosyna intrare non permittit eos, qui amant eam facere. Quae illae sunt tenebrae? De quibus ipse dominus dicit: LIGATE ILLI MANUS ET PEDES, ET PROICITE EUM IN TENEBRAS EXTERIORES; IBI ERIT FLETUS ET STRIDOR DENTIUM. Istae tenebrae exteriores vocantur. Quare? quia extra deum sunt: qui ad illas venit, et qui in illas intrat, a deo longe recedit. Denique servum malum mittit in tenebras exteriores; bono

Pauper si deum habet, quid non habet?

Tenebrae exteriores quae sint.

[2] fac quod potes] *B; excidit ap. VMai* [4] quid] *BV;* quod *Mai* [5] Tobis] *Mai;* Tobi *heic BV* est] *BV; om. Mai* [8] quam] *BV;* quae *Mai* [10] Tobis] *VMai;* Tobin *B, at omnes* Tobis *versu sq.* [17] qui i. c. dicebat] *B; om. VMai* eleemosyna] enim *interser. VMai* [25] illae] *BV;* istae *Mai* [26] eum *om. B* [29] servum malum mittit] *B;* bonum servum intromittit, malum (*om.* mittit) *VMai, quod quorsum recidat non video*

[2] *vestire nudum potes*] De vestiendi pauperes apud Hipponem more lege sis Augustini epist. 122.

[6] *communica*] Tob. 4, 8. 9, iuxta antiq. versionem.

[8] *videbat*] Cf. Luc. 21, 2.

multum non attulit quam] De *quam* cum positivo loco comparativi coniuncto cf. Forcellini-De Vit ad h. v. num. 10 sqq.

[14] *Quid enim non habet pauper* etc.] Duplicem hanc sententiam in suas homilias passim transtulit Caesarius Arelatensis.

[20 sq.] *in tenebras*] Tob. 4, 11.

[27] *dentium*] Mt. 22, 13.

autem dicit: INTRA IN GAUDIUM DOMINI TUI. Malum est exire ad tenebras; bonum est intrare in lucem, ubi omnino non ullae sint tenebrae nec cordis nec carnis.

5. Erat ergo in isto Tobia caecitas carnis, sed magna lux cordis. Filius patri, ne offenderet locum, manum tenebat; pater filio, ne offenderet deum, viam vitae demonstrabat. Ille manum tenebat; ille viam demonstrabat, ubi vere periculosum est offendere. In qua luce erat, quando ista dicebat? Certe clausi erant oculi, et tamen dicebat: FILI, FAC ELEEMOSYNAM: ELEEMOSYNA LIBERAT A MORTE. Nihil videbat, qui hoc dicebat? Immo videbat, non alba et nigra, sed iusta et iniusta; discernebat, non colores, sed mores. Benedictus filius, qui audiebat caecum videntem, caecum in carne, videntem in corde! Caecitas enim transiit illius, curavit illum deus, recepit oculos: sed et si non reciperet oculos in hac carne, nonne fuerant illi oculi quandoque in morte claudendi? Omnes enim sancti, quando hinc exeunt, ad lumen veniunt: vile est videntibus deum lumen solis huius. Cernentem filium pater exhortabatur, et de eleemosynis commonebat: multa dixit de eleemosynis, prope hoc solum filium carissimum et unicum monuit. Quanta vis est in eis, quanta virtus! Quid datur, et quid accipitur? Quid expenditur, et quid emitur? Non nobis dicitur, Emerunt eleemosynis patres vestri regnum caelorum? Et emerunt, et nobis emendum reliquerunt. Omnes emant, omnes possideant: angustias nemo patietur; possessio dei erimus, possessio nostra deus erit. Colimus enim deum, et colit nos deus. Sed quod dixi, colimus deum, omnes accipiunt; quod dixi, colit nos deus, aliquos fortasse offendi. Nos eum colimus, non ipse nos? Bonum est nobis, ut colat nos: nam nisi agrum istum coluerit, spinis implebitur. Quis est agricola, nisi qui colit agrum? Audi ergo dominum Christum, et noli expavescere, quando tibi dicitur, colit te deus: EGO SUM, inquit, VITIS, VOS SARMENTA, ET PATER MEUS AGRICOLA. Ergo colimus deum ut fructum habeamus, et colit nos: utrumque propter fructum nostrum fit. Nos enim de sterilibus efficimur fecundi atque

Videntibus deum lumen solis vile est.

Colimus deum, et colit nos deus.

[1] est *om. B* [2] non ullae] *B;* nullae *VMai* [13] et si] *BV;* etiam si *Mai* [16] vile... lumen] vilis... lux *B* cernentem] *B; om. VMai* [20] dicitur] *an pro* dicatur? [21] caelorum] *sine interrogandi nota BV* [22] emant] emerunt *B* [25] aliquis fort. offensus non cognoscit *B, et om.* Nos e. c. n. i. nos? [26] nos?] *V; interrog. notam om. Mai* [30] et] deus *contra codicum fidem interser. Mai* [31] de sterili *B*

[1] *tui*] Mt. 25, 21.

[29] *agricola*] Ioh. 15, 5. 1, omnino ut solet Aug: cf. serm. Guelferb. 1, 10; 28, 6.

fructiferi: aridi et sitientes implemur eo; fons autem siccari non novit. Fit ergo totum propter nos. Agamus gratias ei qui creavit nos, et ut cum illo regnemus vocavit nos. EXPLICIT.

CXXIX.

Mai, Serm. CXXIX, NPB. I, 303-304: ex cod. Vatic. 471, fol. 132^{v}-133^{r} (= *V*). Contuli cum Floro Lugdunensi (Pseudo-Beda), Collect. in apostol. Pauli ex Augustino, edit. Paris. 1544, fol. 105^{v} et 111^{v} (= *Flor*). De sermone hoc, brevi quidem, sed magni momenti, et a medii aevi theologis in suos usus saepius adhibito, fuse et argute, ut solet, disseruit Andreas Wilmart in ephemeride « Rev. Bénéd. », XL (1928), p. 90-96; cui cum nihil detrahendum, nihil addendum existimem, rem pluribus exsequi supersedeo. Id solummodo animadvertam, quod ex hac etiam editione apparet, cum viro eruditissimo plane me convenire de auctoritate contionum, quae ex codice Vaticano 471 ab Angelo Mai erutae sunt.

EX EVANGELIO SEC. IOHANNEM · DE EUCHARISTIA.

Qualem vocem domini audistis invitantis nos? Quis invitavit, quos invitavit, et quid praeparavit? Invitavit dominus servos, et praeparavit eis cibum se ipsum. Quis audeat manducare dominum suum? Et tamen ait: QUI MANDUCAT ME, VIVIT PROPTER ME. Quando Christus manducatur, vita manducatur. Nec occiditur ut manducetur, sed mortuos vivificat. Quando manducatur, reficit, sed non deficit. Non ergo timeamus, fratres, manducare istum panem, ne forte finiamus illum, et postea quod manducemus non inveniamus. Manducetur Christus: vivit manducatus, quia resurrexit occisus. Nec quando manducamus, partes de illo facimus. Et quidem in sacramento sic fit, et norunt fideles quemadmodum manducent carnem Christi: unusquisque accipit partem suam, unde et ipsa gratia partes vocantur. Per partes manducatur, et manet integer totus; per partes manducatur in sacramento, et manet integer totus in caelo, manet integer totus in corde tuo. Totus enim erat apud Patrem, quando venit in virginem: implevit illam, nec recessit ab illo. Veniebat

Eucharistia per partes manducatur, et ipsa gratia partes vocantur.

1 aridi] sicut autem nos *praem. B, et om.* et *post* aridi siccari] *VMai;* sitire *B; fort. legend.* siccare, *uti alibi Aug* 2 fit] *om. B, et* agamus *cum praeced. coniungit* 3 qui *ante* vocavit *perperam add. Mai* 4 *inscriptio partim ex Flor et V, partim ex Possidii Indiculo c. 10* 11 quod] *Flor;* quid *VMai* 19sq. veniebat... manebat] *Flor;* venit... mansit *VMai*

8 *me*] Ioh. 6, 58.

16 *partes vocantur*] Notanda ista Afrorum consuetudo, eucharistiam « partes » vocandi, de qua nihil apud lexicographos invenio.

in carnem, ut eum homines manducarent; et manebat integer apud Patrem, ut angelos pasceret. Quod enim sciatis, fratres, — et qui scitis, et qui nescitis, scire debetis — quando Christus factus est homo, PANEM ANGELORUM MANDUCAVIT HOMO. Unde, quomodo, qua via, quibus meritis, qua dignitate panem angelorum manducaret homo, nisi creator angelorum fieret homo? Securi ergo manducemus: non finitur quod manducamus; et manducemus, ne nos finiamur. Quid est, Christum manducare? Non hoc est solum, in sacramento corpus eius accipere; multi enim accipiunt indigni, de quibus dicit apostolus: QUI MANDUCAT PANEM, ET BIBIT CALICEM DOMINI INDIGNE, IUDICIUM SIBI MANDUCAT ET BIBIT.

2. Sed quomodo manducandus est Christus? Quomodo ipse dicit: QUI MANDUCAT CARNEM MEAM, ET BIBIT SANGUINEM MEUM, IN ME MANET ET EGO IN ILLO. Si itaque in me manet, et ego in illo, tunc manducat, tunc bibit: qui autem non in me manet, nec ego in illo, etsi accipit sacramentum, acquirit magnum tormentum. QUI ergo IN ME MANET quod ait, alio loco ipse dicit: QUI FACIT MANDATA MEA, IN ME MANET, ET EGO IN ILLO. Videte ergo, fratres, quia si separemini, qui fideles estis, a corpore domini, timendum est ne fame moriamini. Ipse enim dixit: QUI NON MANDUCAT CARNEM MEAM, NEC BIBIT SANGUINEM MEUM, NON HABEBIT IN SE VITAM. Si ergo separemini, ut non manducetis corpus et sanguinem domini, metuendum est ne moriamini; si autem accipiatis indigne, et bibatis indigne, metuendum est ne iudicium manducetis et bibatis. Angustiae vobis sunt magnae. Bene vivite, et dilatantur angustiae. Nolite vobis male viventibus vitam promittere: quod non promittit deus, fallit se homo, quando promittit sibi. Malus testis, tu tibi promittis quod veritas tibi negat. Veritas dicit: Si male vivitis, in aeternum moriemini; et tu tibi dicis, Et male vivo, et in aeternum cum Christo vivo? Quomodo fieri potest, ut mentiatur veritas, et tu verum dicas? OMNIS HOMO MENDAX. Ergo non potestis bene vivere, nisi ille

Angustiae de recipienda eucharistia bene vivendo dilatantur.

8 solum est *Flor* 14 illo *1° loco*] eo *Flor* itaque] *Flor; om. VMai* 15 accipit] *Flor;* accipiat *VMai* 17 quod] *om. Flor* 21 hab. in se] *Flor;* i. s. h. *VMai* 24 vobis] *Flor V;* nobis *Mai* sunt] *om. Flor* magnae] undique *add. Flor: cf. Dan. 13, 22* 26 sq. promittit sibi... tibi promittis] *ita Flor; at VMai* promittit. tibi malus testis tu es. tibi promittis 27 tibi negat] *Flor;* tibi *om. VMai* 28 in aeterno *Mai* 29 vivo] *Flor;* vivam *VMai* 29 sq. quomodo... mendax] *haec verba praeterm. Flor*

4 *homo*] Ps. 77, 25.
11 *bibit*] I Cor. 11, 29.
14 *in illo*] Ioh. 6, 57.
18 *in illo*] Nusquam ita in N. T; sed cf. I Ioh. 3, 24.
21 *vitam*] Cf. Ioh. 6, 54.
30 *mendax*] Ps. 115, 11.

adiuverit, nisi ille dederit, nisi ille donaverit. Inde orate, et manducate. Orate, et ab his angustiis liberabimini. Implebit enim vos, et in bene agendo, et in bene vivendo. Inspiciatur vestra conscientia. Implebitur os vestrum laude dei et exultatione; et dicetis illi, de magnis angustiis liberati: LIBERASTI GRESSUS MEOS SUBTER ME, ET NON SUNT INFIRMATA VESTIGIA MEA.

Ergo ut bene vivamus, orandum.

CXXX.

Mai, Serm. CXXX, NPB. I, 304-306: ex eodem codice Vatic. 471, fol. 136^{v}-137^{v} (= *V*), ex quo sermones quinque superiores. Tanta est similitudo cum aliis eiusdem argumenti sermonibus, ut puta Maur. 135, 136 et tract. 44 in Ioh., ut superfluum censuerim, de singulis locis comparationem instituere. Notatu dignum est, sermonem 136, cuius excerpta duo in collectione Flori habentur, quique integer a Maurinis ex codice tunc Colbertino 821 primum evulgatus est, in codice etiam Vaticano 471 sermoni huic Maiano 130 praemissum esse.

EX EVANGELIO SEC. IOHAN. DE ILLUMINATIONE CAECI NATI.

Dominus Iesus VENIT IN HUNC MUNDUM PECCATORES SALVOS FACERE. Invenit ergo hominem a nativitate caecum. Quis enim hominum nisi caecus nascitur? Mente dico, non corpore. Sed, ut videat, inungitur sputo et luto; sed sputo non quocumque, non cuiuscumque, sed Christi. Sputum Christi est prophetia, lutum homines. Recordamini unde factus est homo. Quando ergo prophetabant homines, sputum erat in luto. Quid dicam de prophetis antiquis? Ipse apostolus dicit: HABEMUS THESAURUM ISTUM IN VASIS FICTILIBUS. Thesaurum istum ecce habes sputum: inde primo inunctus est iste; et omnis, qui natus est caecus, hinc inungitur, et ad Siloam piscinam mittitur. Non enim poterat Christus de sputo suo illi oculos aperire? Postremo poterat et sine sputo et sine luto iubere ut videret, et fieret. Poterat: sed facta miraculorum quasi verba

Facta miraculorum, quasi verba sacramentorum.

1 nisi ille donaverit] *Flor;* om. *VMai* 2 liberabimini] *Flor V;* liberamini *Mai* 3 implebitur] *VMai;* implebit *Flor* 5 liberasti] *omnes, pro* dilatasti, *ut videtur;* et *praem. Flor* subter] *Flor, Augustino consentanee;* subtus *V Mai cum Vulg* 7 *inscriptionem ex sermone Maur. 136, qui in codice praecedit, et ex Flori excerptis composui;* de eodem *V* 8 Iesus] *V;* noster *Mai* 16 primo] *V;* primum *Mai*

6 *mea*] Ps. 17, 37.
8 *facere*] I Tim. 1, 15.
15 *fictilibus*] II Cor. 4, 7.
19 sq. *facta mirac. q. verba sacramentorum*] Habes simile quid supra p. 354, l. 8 sq.: « domini facta miraculorum, verba sunt mysteriorum ».

sunt sacramentorum. Ergo mittitur ad Siloam piscinam. Utquid moras istas? Agnoscimus potestatem. Quod vis facis, Christe: videat iam caecus iste. Non, inquit: eat prius ad Siloam piscinam, et lavet faciem. Gratias sancto evangelio, interpretatur nobis Siloam piscinam. SILOA, inquit, QUOD INTERPRETATUR MISSUS. Quis est iste missus? Missum agnoscite; clamat, PATER MISIT ME. Ergo misit ipse ad ipsum: credentem misit ad baptismum. Lavit faciem, et vidit; peccata deleta sunt, et lumen effulsit. Iam vero quod interrogatus, et a Iudaeis sic exagitatus, sic respondebat, iam in corde inunctus erat. Sed quando laverit faciem de Siloa, lectio ipsa testatur. Inunctus ergo adhuc erat, nondum videbat, quando dicebat: SCIMUS QUIA PECCATORES DEUS NON EXAUDIT.

Quae est spes hominum, si peccatores deus non exaudit?

2. Quae spes est hominum, si peccatores deus non exaudit? Nonne duo ascenderunt in templum orare, unus pharisaeus et alter publicanus? Nonne pharisaeus dicebat, GRATIAS TIBI AGO, QUOD NON SUM SICUT CETERI HOMINES, INIUSTI, RAPTORES, SICUT ET PUBLICANUS ISTE? Nil petebat, quasi satiatus ascenderat, saginamque ructabat. Non dixit, Subveni mihi; non dixit, Miserere mei, QUONIAM PATER MEUS ET MATER MEA DERELIQUERUNT ME; non dixit, ADIUTOR MEUS ESTO, NE DERELINQUAS ME. Sed publicanus de longinquo stabat. Res mira: in templo de longinquo stabat, et deo templi ipse appropinquabat. Ergo de longinquo stabat, NEC OCULOS AD CAELUM AUDEBAT LEVARE: SED PERCUTIEBAT PECTUS SUUM DICENS: DOMINE, PROPITIUS ESTO MIHI PECCATORI. Audivimus controversiam: dicat Christus sententiam. Ecce dicit, audiamus: AMEN, inquit, DICO VOBIS, QUIA DESCENDIT DE TEMPLO IUSTIFICATUS PUBLICANUS ILLE, MAGIS QUAM ILLE PHARISAEUS. Certe peccatores deus non exaudit. Quando pectus suum tundebat, sua peccata puniebat; quando peccata sua puniebat, deo iudici propinquabat. Odit enim deus peccata: si oderis et tu, incipis iungi deo, ut dicas ei: AVERTE FACIEM TUAM A PECCATIS MEIS. Averte faciem tuam: sed unde? a peccatis meis; NON AVERTAS FACIEM TUAM A ME. Quid est autem, faciem tuam a peccatis meis? Noli ea videre, noli ea agnoscere, ut mihi possis ignoscere. Ergo spes est et peccatori: roget deum, non desperet, tundat pectus, in se ipse vindicet paenitendo, ne ille vindicet iudicando. Humiliatus propinquat excelso.

Exemplum publicani.

9sq. Sed quando... testatur] *librariorum errorem hoc loco suspicor; cf. tamen infra p. 379, l. 28*

5 *missus*] Ioh. 9, 7.
6 *misit me*] Ioh. 5, 36. 37 et al.
11 *non exaudit*] Ioh. 9, 31.
15 *iste*] Luc. 18, 11.
18 *dereliquerunt me*] Ps. 26, 10.
19 *me*] Ibid. 9.
22 *peccatori*] Luc. 18, 13.
25 *pharisaeus*] Ibid. 14.
29 *meis*] Ps. 50, 11.
30 *a me*] Ps. 26, 9.

3. Sed quare dixerit dominus, DESCENDIT PUBLICANUS ILLE IUSTIFICATUS, MAGIS QUAM ILLE PHARISAEUS, continuo subdidit rationem, non te fraudavit. Ait enim, tamquam diceremus illi, quare hoc? QUONIAM QUI SE, inquit, EXALTAT HUMILIABITUR, ET QUI SE HUMILIAT EXALTABITUR. Audisti quare: si audisti et intellexisti, fac quod audisti, humilia te, roga deum, dic domino deo tuo peccatorem te esse; quod videt, etsi non dicas. Dicis fortasse: Si videt antequam dicam, quid me opus est dicere? O homo, oblitus es, BONUM EST CONFITERI DOMINO? oblitus es, CONFITEMINI DOMINO, QUONIAM BONUS EST? Etsi iudici homini non confiteris, quia malus est, confitere domino, quoniam bonus est: confitere, ingemisce, paeniteat te, pectus tunde. Delectat deum tale spectaculum, ubi videt peccatorem suum vindicare peccatum. Tu agnosce, et ille ignoscit; tu puni, et ille parcit. Sed ut tibi parcat, peccatis tuis non debes parcere. Responde, Non parcat, non parcat, deleat iniquitatem meam.

Ut quid confitendum peccatum, quod videt deus, etsi non dicas.

4. Post multa, proiectus est de synagoga Iudaeorum ille ex caeco videns: irati sunt ei, proiecerunt eum de synagoga sua. Ecce quod timebant parentes ipsius; exposuit hoc nobis evangelista, non tacuit: TIMEBANT ENIM, inquit, PARENTES EIUS, NE CONFITERENTUR CHRISTUM, ET TOLLERENTUR DE SYNAGOGA; ET IDEO DIXERUNT, AETATEM HABET, IPSUM INTERROGATE. Timuerunt ergo proici de synagoga: ille non timuit, et proiectus est; parentes eius ibi remanserunt. Restat susceptor Christus, ut dicat iste: QUONIAM PATER MEUS ET MATER MEA DERELIQUERUNT ME. Et quid adiunxit? DOMINUS AUTEM ASSUMPSIT ME. Veni, Christe, assume: illi proiciunt, tu suscipe: assume missus non admissum. Ecce assumit ille: ostendit se oculis, quos ipse aperire dignatus est. TU, inquit, CREDIS IN FILIUM DEI? Et ille adhuc inunctus: QUIS EST, DOMINE, UT CREDAM IN EUM? Et Dominus: ET VIDISTI EUM, ET QUI LOQUITUR TECUM, IPSE EST. Lavit ei faciem. Iam ergo corde videns, adoravit salvatorem suum. Hoc facit Christus Iesus tamquam ⟨caeco⟩ nato generi humano, adhuc inuncto corporaliter, propter miraculum: sed miraculum fecit, ut commendaret fidem; commendavit de isto miraculo apertorum oculorum caeci nati eam fidem, qua cotidie aperit oculos generis humani, et ipsius caeci nati.

Cotidie aperit Christus oculos generis humani.

18 confiterentur] *V;* – etur *Mai*

4 *exaltabitur*] Luc. 18, 14.
8 *domino*] Ps. 91, 2.
9 *bonus est*] Ps. 105, 1 et al.
20 *interrogate*] Cf. Ioh. 9, 22. 23.
23 *assumpsit me*] Ps. 26, 10.
28 *ipse est*] Ioh. 9, 35-37.

CLVIII.

Mai, Serm. CLVIII, NPB. I, 351-355: ex cod. Vatic. lat. 3828, foll. 180v-182v, saec. x (= *V*) quem contuli. Is autem optimae notae esse non videtur, nec ullus alius suppetit, ex quo librarii menda tollantur. Quod quidem eo magis dolendum est, quo sermo ipse pulchrior, eiusque certior auctoritas; quippe cuius sponsorem habemus Possidium in Indic. c. 8 circ. fin., ubi diserte meminit tractatus « de die pentecosten, ex eo quod scriptum est in Tobia: *Die pentecosten, qui est sanctus a septimanis* ». Ceterum sermonem Hippone regio habitum memoriae s. Theogenis mentio demonstrat; Augustiniana vero origo ex comparatione locorum, qui de eodem argumento tractant, facile agnoscitur.

DE DIE PENTECOSTEN · EX EO QUOD SCRIPTUM EST IN TOBIA : DIE PENTECOSTEN QUI EST SANCTUS A SEPTIMANIS.

Hodierno die credo quod noverit caritas vestra adventum sancti Spiritus domini ecclesiam celebrare: promisit enim dominus missurum se sanctum Spiritum apostolis suis, et secundum fidelissimam pollicitationem suam utique quod promisit implevit. Sicut enim resurrectio domini confirmavit in fide hominum divinitatem eius, qui propter nos homo fieri dignatus est, sic multo magis ascensus in caelum, et plenius atque perfectius donum Spiritus sancti quod misit, et implevit discipulos suos, iam factos utres novos, ut vinum novum possent suscipere; ideo cum linguis loquerentur, ebrii dicti sunt et musto pleni. Audientium vox testimonium dominicae scripturae fuit: NEMO enim MITTIT VINUM NOVUM IN UTRES VETERES, dominus dixerat. Parabat ergo vinum novum utribus novis. Utres enim veteres erant, quamdiu carnaliter de Christo sentiebant: ad utrem enim veterem pertinebat illa sententia apostoli Petri, quando ei ait dominus timenti ne moreretur Christus, et quasi sic periret quomodo et ceteri homines: REDI POST ME, SATANAS, SCANDALUM ES MIHI. Ista turbatio Petri ad utrem veterem pertinebat. At ubi resurrexit dominus, et ostendit se illis, et palpaverunt quod planxerant

Missio Spiritus sancti, confirmatio divinitatis Christi.

1-2 *inscriptio ex Possidio, Indic. c. 8.* 3 hodierno] *V;* – erna *Mai* 9 donum] *conieci;* dono *VMai* 18 ista] *V;* ita *Mai* 19 quod] *V; in* quem *mut. Mai*

1 *in Tobia*] c. 2, v. 1, iuxta graec. Miror virum eruditum E. Kalinka in opusculo *Die älteste erhaltene Abschrift des Verzeichnisses der Werke Augustins* (Acad. Vindob. sessio 29 Aprilis 1925), p. 32, adnot. 4, eo usque progressum esse, ut adsereret nullam in libro Tobiae Pentecostes fieri mentionem, cum huic affirmationi manifeste contradicat Aug. serm. 8, n. 13 et 270, n. 6.

11 *musto pleni*] Act. 2, 13.

13 *veteres*] Mt. 9, 17.

18 *mihi*] Mt. 16, 23.

in cruce pendere; viderunt membra viventia, quae mortua et sepulta plangebant; confirmati sunt in fide, et crediderunt ei. Ascendit in caelum, et mandat ut congregarent se in unum locum, et ibi expectarent quo usque mitteret ipse promissionem suam. Congregati ergo in unum locum orando et desiderando promissionem, exuerunt vetustatem, et induti sunt novitatem. Facti ergo iam capaces susceperunt Spiritum sanctum die pentecostes. Et non sine causa magnum sacramentum et evidentissimum quidem nos diem istum celebramus. Intendat autem sanctitas vestra, quomodo sibi consonent scripturae veteres et novae: ibi enim gratia promissa est, hic data; ibi figurata, hic perfecta. Quemadmodum si quis artifex rerum formandarum de alio metallo, aere aut argento, formas quas fusurus est primo de cera conponit, et prima adumbratio viam facit futurae soliditatis — ipsas enim formas facit, quas impleturus est — sic etiam dominus veteri populo figuris delineavit omnia et deformavit, novo populo autem effusione perfectissima implevit. Quae sit ergo illa forma, et quae ista adimpletio in die pentecostes, advertat aliquanto intentius sanctitas vestra: operae pretium est intentionis; cum magno fructu dicitur, quando intentius auditur quod dicitur. Estote certe et vos utres novi, ut per ministerium nostrum vinum capere possitis.

Veteris testamenti figurae, quasi adumbratio formae, cuius adimpletio in Pentecoste.

2. Quaeritur a nobis saepe: Si nos diem pentecosten propter adventum sancti Spiritus celebramus, Iudaei quare celebrant pentecosten? Nam et ipsi habent pentecosten. Audistis mane, qui fuistis intenti, cum legeretur lectio Tobiae ad memoriam beati Theogenis, quod in die pentecostes sibi fecerit prandium, invitaturus aliquos de suis, qui digni essent participare cum illo mensam, ex eo quod esset timor in eis domini: DIE PENTECOSTES, ait, QUI EST SANCTUS DE SEPTIMANIS. Septies enim septem XLVIIII fiunt: huc additur unum propter unitatem, ut redeamus ad

Lectio Tobiae mane ad memoriam beati Theogenis.

[6] novitatem] *V;* – ate *Mai* [14] dilaniavit *V insulse* [17] aliquanto] *scripsi;* – ando *VMai* [24] teog. *V* quod] *Mai;* quae *V*

[15] *deformavit*] De significatione verbi cf. Thes. l. lat. V. 370, l. 44 sqq.

[24] *ad memoriam beati Theogenis*] Ergo Hippone sermo iste habitus est: nam et in Actis concilii Carthaginiensis sub Cypriano anno 256 habiti sententia refertur « Theogenis ab Hippone regio », et eiusdem memoriae apud Hipponem positae diserte meminit Aug. serm. 273, n. 7. Cave tamen, ne cum Angelo Mai (NPB. I, adnot. ad p. 121) Theogenem martyrem, de quo et sociis Hildaevora et Vihila in codd. Vatic. 3836 et Casin. 12 extat homilia, cum Hipponiensi episcopo et martyre eumdem esse existimes: agitur enim, quantum video, in hac homilia de tribus martyribus gothis, fortasse de « Diogene diacono » (al. Theogene, Theotegno, Theoctisto) qui « cum duobus fratribus » die XVIII. kl. mai in martyrologio hieronymiano commemoratur. Nec in Africa ipsam homiliam compositam esse pro certo habeo.

Multitudo nisi unitate ligetur, rixosa est.

caput, quod unitas confirmat omnem multitudinem. Et multitudo, nisi unitate ligetur, rixosa et litigiosa est; multitudo autem consors unam animam facit, sicut et ipsis illis qui acceperunt Spiritum sanctum, ut scriptura dicit, ERAT ANIMA UNA ET COR UNUM IN DEUM. Fiunt ergo quinquaginta, quod sacramentum est pentecostes. Quare ergo illud celebrant Iudaei, nisi quia ibi figura erat? Adtendite: nostis, et nullus omnino christianorum est qui hoc ignoret quod dicturus sum, apud Iudaeos agnum occidi, et celebrari pascha in figura futurae dominicae passionis. Nam etiam hoc illis mandatum est, ut quaererent agnum ex capris et ovibus. Unde potest inveniri agnus ex capris et ovibus? Sed, quod ibi imperatum est impossibile, possibilitatem futuram domini nuntiabat: inventus est enim agnus ex capris et ovibus, quia dominus noster Iesus Christus secundum carnem natus ex semine David, ex peccatoribus et iustis habet originem. Invenis in origine domini, secundum generationes quas evangelistae exponunt, et peccatores multos et iustos: ideo et tales vocavit, id est peccatores, quia et per tales venit. Congregat enim ecclesiam suam de iustis et peccatoribus: in regnum caelorum iustos missurus, et segregaturus peccatores qui perseverant in peccatis et nequitia. Tamen sic venit portaturus peccata nostra, ut non dedignaretur originem peccatorum suscipere; et multa ibi sacramenta sunt, in ipsis generationibus, quae praestabit deus ut sit tempus exponere sanctitati vestrae. Nunc tamen ad id quod instituramus revertamur.

Genealogia Christi ecclesiam ex iustis et peccatoribus congregandam insinuat.

3. De die pentecostes dicebamus, quare ipsum diem celebrant Iudaei. Occidunt agnum, occisio agni paschalis est: sic et nos celebramus pascha, ubi agnus occisus est immaculatus sine culpa. Vere agnus, cui testimonium perhibuit Iohannes, dicens: ECCE AGNUS DEI, ECCE QUI TOLLIT PECCATA MUNDI; ipsius nos passione pascha celebramus. Lex data est Iudaeis in timore; Spiritus sanctus datus est Christianis in gratia. Illi per timorem legem implere non potuerunt, et per ipsam legem rei facti sunt. Quinque libros habet lex, quinque porticus cir-

Pascha et Pentecosten celebrant Iudaei et Christiani.

5 quod] *Mai;* qui *V* 7 quod] *Mai;* quae *V* 8 caelebrare *V* 9 querent *V* 10 inveniri] *corr. ex* invenire *V* 18 *locus ap. Mai male distinctus* 25 et occidunt *Mai*

4 *in deum*] Act. 4, 32.

9 sq. *ex capris et ovibus*] Exod. 12, 5. Paullo aliter Aug. Quaest. in Heptat. l. 2, c. 42: *ab agnis et haedis;* eodem autem modo, atque hic, illud interpretatur: « Quid enim opus erat, ovem vel agnum ab agnis et haedis accipiendum moneri, nisi ille figuraretur, cuius caro non solum ex iustis, verum etiam ex peccatoribus propagata est? »

22 *exponere sanctitati vestrae*] Id praestitit Aug. in serm. 51 « De generationibus secundum Matthaeum et Lucam », quem notavit Possidius in Indic. c. 8.

28 *mundi*] Ioh. 1, 29.

cumdabant piscinam Salomonis; sed ferebant infirmos, neminem eorum sanare poterant. Quinque porticus infirmos ferebant, ubi iacebant; quomodo et in libris nemo sanabatur. Quare nemo? Propter superbiam: cum putant enim se viribus suis posse implere quod iussum est, non impleverunt quod praeceptum est. Et erat contra illos lex, in qua inveniuntur rei, donec exclament, quod etiam mane diximus sanctitati vestrae: MISER EGO HOMO, QUIS ME LIBERABIT DE CORPORE MORTIS HUIUS? GRATIA DEI PER IESUM CHRISTUM DOMINUM NOSTRUM. Lex ergo reos ostendit, gratia liberat a reatu: lex minatur, gratia blanditur: lex poenam intendit, gratia indulgentiam pollicetur. Tamen ipsa, quae praecipiuntur, in lege et in gratia; et ideo lex illa digito dei scripta dicitur. Sic habemus scriptum.

Mane disseruerat Augustinus de Epist. ad Rom. 7, 24 sq.

4. Quid sit autem digitus dei, quaeramus in evangelio, et inveniemus. Quid significat digitus dei? Non enim deus vere talem formam habet corporis, qualem nos habemus; et ex una parte videt, et ex una non videt; aut determinatur figura membrorum, qui ubique totus est, et praesens omnibus. Quid est ergo digitus dei? Spiritus sanctus. Adtendite: unde hoc probamus? Ex evangelio. Aliquando enim, quod unus evangelista figurate dicit, alius ipsum locum apertius dicit. Est in quodam loco evangelii, ubi dixerunt Iudaei de domino, quod in nomine Belzebub eicit daemonia. Respondens autem dominus: SI EGO IN DIGITO DEI EICIO DAEMONIA, CERTE SUPERVENIT IN VOS REGNUM DEI. Alius evangelista sic exponit ipsum locum, dicens: SI EGO IN SPIRITU SANCTO, IGITUR SUPERVENIT IN VOS REGNUM DEI. Cum ergo unus evangelista dicit digitum dei, alius exponit illud, ut nobis ostendat quia Spiritus sanctus digitus dei. Non digitos carnis quaeramus in deo, sed intellegamus quare digitus dicatur Spiritus sanctus. Quia per Spiritum sanctum divisiones donorum acceperunt apostoli: in digitis autem divisio manus apparet; ibi est conputatio et distributio. Quare ergo pentecosten Iudaei celebrant? Magnum sacramentum, fratres, et omnino mirum: si animadvertatis, die pentecostes acceperunt legem digito dei scriptam, et die pentecostes venit Spiritus sanctus.

Spiritus sanctus quare digitus dei dicatur.

21 autem] *V;* ait *Mai* 29 pentecosten I. celebrant] *haud male coniecit Mai: cf. supra p. 381, l. 22;* pentecostes Iudaei *V*, *omisso* celebrant

1 sq. *neminem eorum sanare poterant*] Similia habet Aug. serm. 125, n. 1; Enarr in Ps. 70, serm. 1, n. 19; in Ps. 102, n. 15 et al. Quod autem heic de quinque porticibus quae *circumdabant piscinam Salomonis* loquitur, ex Ioh. 10, 23 et Act. 3, 11; 5, 12 ubi revera de « porticu Salomonis » agitur, confusionem ortam esse conicio.

8 *nostrum*] Rom. 7, 24. 25.

22 *dei*] Luc. 11, 20.

24 *regnum dei*] Mt. 12, 28.

5. Sed hoc de lege data probare opus est, quam acceperunt Iudaei in tabulis lapideis. Significabat autem duritiam cordis illorum. Tamen digito dei scripta: quia omnia quae ibi scripta sunt, ipsa praecipiuntur et Christianis; sed iam, sicut dicit apostolus, NON IN TABULIS LAPIDEIS, SED IN TABULIS CORDIS CARNALIBUS. Hoc ergo interest, quia ipsa scripta est in duris cordibus illorum, et non est impleta: ipsa data est in iam credentia corda et facilis et sempiterna Christianorum. Ideo ergo ille lapis erat: corda vero Christianorum, terra fructifera erat, quae possit fructum adferre. Ideo et dominus in evangelio, quando illa mulier illi oblata est, quae in adulterio fuerat inventa, et volebant eam secundum legem lapidare, dominus autem volebat ut deinceps non peccaret, paratus ignoscere peccato eius, ait illis qui volebant lapidare, cum ipsi essent lapidei: SI QUIS EST IN VOBIS SINE PECCATO, PRIOR IN ILLAM MITTAT LAPIDEM. At ubi dixit hoc, inclinavit caput, et coepit digito scribere in terram; illi autem considerantes conscientias suas unus post unum discesserunt a maiore usque ad minorem, et relicta est illa mulier sola. Levavit autem dominus caput, et ait ei: QUID EST, MULIER, NEMO TE DAMNAVIT? Et dixit: NEMO, DOMINE. Et dominus: NEC EGO TE DAMNABO: VADE, DEINCEPS NOLI PECCARE. Ista indulgentia quid significavit? Gratiam. Illa duritia quid significabat? Legem in lapidibus datam. Unde dominus digito scribebat, sed iam in terra, unde fructus possit excipere. In lapide autem quicquid seminatur, non exit, quia radicem mittere non potest. Digitus dei, et digitus dei: digito dei scripta est lex; digitus dei, Spiritus sanctus.

Eadem lex scripta digito dei in duris cordibus Iudaeorum et in fructiferis cordibus christianorum.

6. Data est lex die pentecostes, et venit Spiritus sanctus die pentecostes. Sed dixeramus nos probaturos, quia quinquagesimo die acceperunt Iudaei legem, a pascha quod celebramus. Habes praeceptum illis esse, ut quarta decima die primi mensis agnum occidant, et pascha celebrent. Restant de mense XVII dies, ut conputes ipsum diem quartum decimum, unde incipit pascha. Ventum est ad eremum, ubi data est lex, et sic dicit scriptura: TERTIO AUTEM MENSE, EX QUO POPULUS DE AEGYPTO EDUCTUS EST, locutus est dominus ad Moysen, ut illi, qui accepturi erant legem, purificarent se in tertium diem, quo danda erat lex. Initio ergo tertii mensis mandatur purificatio in tertium diem;

6 data est] *V;* est *om. Mai* 7 facilis] *Mai;* facilia *V* 25 et v. S. s. d. pentecostes] *V; om. Mai* 30 heremum *V* ubi] *V;* ibi *corr. Mai* 34 initio] *conieci, pro* tertio *quod in VMai legitur: cf. epist. 55, n. 30* « die primo mensis tertii » (*ubi quoque ante Maur. editionem legebatur* die tertio) *et* « ex ingressu tertii mensis »

5 *carnalibus*] II Cor. 3, 3.
14 *lapidem*] Ioh. 8, 7.
19 *peccare*] Ibid. 10. 11.
32 *eductus est*] Exod. 19, 1.

et incipit pascha... Adtendite, ne vos numeri quasi deludant, et caliginem intellectus vobis adferant: quantum possumus, aperimus illud, adnuente domino. Si adiuvet nos intentio vestra, videbitis cito quod dicitur: si autem non fuerit, obscurum erit, quicquid dixero, etiam si planissime dicatur... Ergo indicitur pascha quarta decima die mensis: et mandatur purificatio, ut lex daretur in monte, scripta digito dei; digitus autem dei est Spiritus sanctus. Mementote: probavimus enim hoc ex evangelio. Indicitur purificatio in diem tertium tertii mensis. De primo ergo mense deduc tredecim, et restant XVII, ut incipias a quarto decimo. Adde totum mensem secundum: fiunt dies XLVII; ab ipso die purificationis in tertium diem, fiunt dies L. Nihil manifestius, nihil evidentius, quia die pentecostes acceperunt legem Iudaei.

Quinquagesimo die a Pascha legem acceperunt Iudaei.

7. Sed durum est, onus fuit, durum pondus fuit. Venit autem dominus cum gratia, et clamat: VENITE AD ME, OMNES QUI LABORATIS ET ONERATI ESTIS, ET EGO REFICIAM VOS. TOLLITE IUGUM MEUM SUPER VOS, ET DISCITE A ME QUIA MITIS SUM ET HUMILIS CORDE, ET INVENIETIS REQUIEM ANIMABUS VESTRIS; IUGUM ENIM MEUM LENE EST, ET SARCINA MEA LEVIS EST. Quomodo iugum illius lene est? Lex minatur, ille blanditur: lex dicit, Sin feceris puniam; Christus dicit, Quicquid feceris ignosco, deinceps vide ne pecces. Ergo iugum eius lene, et sarcina levis. Si efficiamur utres novi, expectamus gratiam eius intenti, magnopere inplebimur Spiritu sancto, et per Spiritum sanctum erit in nobis caritas, iam cum fervefacti fuerimus vino novo, et inebriati calice illius inebriante et praeclaro, ita ut saecularia illa quae nos tenebant obliviscamur, sicut obliti sunt martyres, cum irent ad passionem, et filios et uxores sunt obliti, et parentes pulverem mittentes in capita sua, et matres producentes ubera sua, cum improperio lactis, separantes se a cibo, obliti sunt omnia, nec agnoscebant suos. Quid miraris si martyr non agnoscit suos? Ebrius est homo. Unde autem ebrius? De caritate. Unde autem caritas? De digito dei, de Spiritu sancto, de eo qui venit per pentecosten.

Lene iugum caritatis duro legis oneri in Pentecoste successit.

1 sq. et incipit pascha] *suspensionem sententiae usque l.* 5 ergo indicitur pascha *punctis indicavi* 5 die] *adiect.* primi *excidisse suspicor* 18 ille] *Mai;* illa *V* 21 sq. inplebimus *V* 23 fervefacti] *V, in* fervi facti *perperam mut.;* fervidi facti *Mai* 27 se] *Mai; deest in V*

12 *acceperunt legem Iudaei*] Quae in superioribus notariorum imperitia seu oscitantia perturbata sunt, facile corriges conferendo cum epist. 55, n. 30. 31 et serm. 8, n. 13, ubi omnino similia proferuntur.

18 *levis est*] Mt. 11, 28-30.

24 *et praeclaro*] Cf. Ps. 22, 5.

28 *nec agnoscebant suos*] Ita Aug. serm. 284, n. 2: « Hinc ergo martyres nostri, hinc biberunt: hinc inebriati non agnoverunt suos » etc.

POST SERMONEM MAI CLXXIV.

Habetur fragmentum istud ex homilia forte iam diu deperdita, et quidem, ut mihi videtur, profecto genuinum, quod nuper cum codice Capituli Veronensis LIX 57, fol. 105^{v}-106^{r}, saec. VI-VII (= *V*) iterum contuli:

ITEM EIUSDEM IN OMELIA DE EO LOCO EVANGELII UBI DICIT DOMINUS: MANDATUM NOVUM DO VOBIS UT DILIGATIS INVICEM, ET CETERA.

Accepit a nobis quod vile est, dedit nobis quod magnum est: accepit malum nostrum, dedit nobis bonum suum; accepit mortem, dedit nobis vitam; accepit hic contumelias, dedit nobis honorem; accepit hic crucem, dedit nobis requiem. Quanta sunt quae hic accepit mala! quanta sunt quae dedit nobis bona! Factus est ergo dominus noster Iesus Christus filius hominis: tamen deus factus est homo, non deus mutatus in hominem, sed manens in semet ipso deus perfectus, et nihil in deterius commutatus; suscipiens hominem mutandum in se melius, non in illo deterius. Et reliqua.

4 accipit *r°* *loco V* 6 contumilias *V* accipit *V* 9 tamen] *legebam in V;* manens *Mai* 10 ipso] *emend. Mai;* ipsum *V* nihil] inde *interser. Mai*

3 *invicem*] Ioh. 13, 34.

V.

EX SERMONIBUS
A FRANCISCO LIVERANI EDITIS

Franciscus Liverani, licet canonicus Romanae basilicae s. Mariae Maioris, multisque aliis ecclesiasticis honoribus auctus, regi tamen Victorio Emmanueli quam Pio nono pontifici deditior, fervidi animi vir nec sine acumine, Florentiae anno 1863 amplum *Spicilegium Liberianum* edidit, quod cur inter illius opera ab Hugone de Hurter non sit recensitum, mirari subit. [1]

Ibi quidem post prologum et Pseudo – Ambrosii tractatum, p. 11-33, decem s. Augustini nomine inscriptae homiliae ex liberianis codicibus proferuntur, totidem itaque, quot Frangipanius antea vulgaverat; plurimum vero abest, ut, quemadmodum numero, ita pondere et auctoritate ambae collectiones pares sint. Nam ex liberianis sermonibus vix duo invenias, qui ad Augustinum re vera pertineant: et ex ipsis duobus alter, qui locum ultimum obtinet, nonnisi pars prior est sermonis inter Denisianos 25, 1-2; alter vero, « De ascensione Domini » octavo loco inscriptus, sermo est in Augustini Appendice 178[us], at is quidem longiore fragmento suppletus et emendatus, ut nitorem ac venustatem Hipponiensis oratoris heic primum reddere videatur. Hoc unum igitur ex tota messe liberiana operi nostro accedet emolumentum.

[1] *Nomenclator literar.* ed. 3, t. V (1913), col. 2028.

VIII.

Liverani, Serm. 8, Spicil. Liberian., p. 27-29 (= *Liv*): ex cod. Liberianae basilicae EE. 3. 3, foll. 222^{v}-223^{v} (= *M*) et duobus codd. biblioth. Florent. Laurentianae Plut. XVI. 42, fol. 23^{v}-24^{v} (= *L*); Aedil. 141, 29^{r}-29^{v} (= *E*). Idem est qui in Append. tomi 5 Maurinae editionis extat sermo 178, at ibi tota media parte mutilus ac deformatus (= μ). Quaeritur nunc, an fragmentum a Francisco Liverani restitutum vere augustinianum sit atque ineditum. Et ineditum quidem esse, nequaquam vero aliunde ex operibus s. episcopi mutuatum, re quantum potui diligenter considerata ausim adserere. Quod autem ad auctoritatem pertinet, haec animadvertere sufficiat: 1° maximam esse dictionum et sententiarum similitudinem inter fragmentum liberianum et nota hucusque opera Augustini, nemo infitias ibit, qui adnotationes textui subiectas vel strictim oculis lustrarit; 2° idem ad unguem quadrat cum ambabus partibus ex quibus constat sermo Appendicis 178; 3° facillime intellegitur, quare a plerisque codicibus mss. exciderit, sive de industria, quia nempe contra Arrianos concertatio iam diu obsoleverat, sive fortuito, cum recens reperta portio inter verba ex evangelio bis repetita, *Pater maior me est*, medium locum obtineat. Ceterum meminisse oportet, textum huius orationis non nisi per sequioris aevi homiliaria ad nos usque pervenisse, ut proinde non nusquam suspectus iure ac merito haberi possit. Codex Vatic. lat. 4951, fol. 159ra (= *R*), ex quo Angelus Mai multa et pretiosa deprompsit, sex tantum priores versus exhibet, sermoni Morin 17 praefixos; similiter codex Wigorniensis capituli F. 93, fol. 115^{r}, cuius exemplum collegae doctissimo Andreae Wilmart O. S. B. acceptum refero (= *W*). Denique novissime animadverti, sermonis huius priorem partem, usque *fecisse videamur iniuriam* (p. 394, l. 10), in homiliario quoque Veronensis capituli, cod. LXXXI, fol. 95^{rb}-95^{vb}, saec. XIV, reperiri.

EX EVANGELIO IOHANNIS · DIE QUADRAGESIMA ASCENSIONIS DOMINI.

Ascensionis domini nostri Iesu Christi sanctus et sollemnis dies hodie illuxit: EXULTEMUS ET IOCUNDEMUR IN EO. Christus descendit, inferi patuerunt; Christus ascendit, superna claruerunt. Christus in ligno, insultent furentes; Christus in sepulcro, mentiantur custodientes. Christus in inferno, visitentur quiescentes; Christus in

1 sq. *inscriptionem ipse composui;* de ascensione domini *Liv;* unde supra *R;* sermo s. Leonis papae *L: cf. titulum sermonis Floril. Casin. II, 76* 4 hodie] hodiernus *RW* iocund.] letemur *M* 5 inferna *RW;* inferiora μ 5 sq. Christus i. l. p. i. furentes] *om.* μ 6 ligno] pependit *add. Liv MLE*

4 *in eo*] Ps. 117, 24, uti solet Aug.

caelo, credant omnes gentes. Ipse ergo debet esse auctor nostri sermonis, qui est largitor nostrae salutis. Non de alio aliquo loquimur vobis, nisi de illo qui modo ex evangelio loquebatur omnibus nobis, et ascensurus ad Patrem dicebat discipulis suis: HAEC LOCUTUS SUM VOBIS, CUM ADESSEM VOBISCUM. PARACLITUS AUTEM SPIRITUS VERITATIS, QUEM MITTET PATER IN NOMINE MEO, ILLE VOS DOCEBIT OMNIA, ET COMMONEBIT VOS OMNIA QUAECUMQUE DIXI. NON TURBETUR COR VESTRUM, NEQUE FORMIDET. AUDISTIS QUIA DIXI VOBIS, VADO AD PATREM MEUM; QUIA PATER MAIOR ME EST.

Fides nostra de Christo domino.

2. Nostis, fratres, dominum nostrum Iesum Christum factum propter nos quod sumus nos, mansisse autem nihilominus in ea forma, in qua aequalis est Patri. Factum enim esse credimus dei Filium nostrae infirmitatis participem, nec tamen suae maiestatis expertem. Ipsa ergo fides nostra: deus super nos, idemque homo inter nos. Sed quia propter nos in forma humilitatis assumptae multa hic gessit, ut divinitatis substantiam, quae in eo latebat, absconderet, et humanam solam, quae in eo apparebat, ostenderet; qui hoc discernere atque intellegere non potuerunt, haereses condiderunt. In his sunt praeter ceteros Arriani, qui deum Patrem deo Filio contendunt esse maiorem. His catholica veritas breviter lucideque respondeat.

Arrianorum error.

[1] omnes] *om. RW* gentes] *huc usque RW, in quibus continuo sequitur sermo novus, isque genuinus, qui ita incipit:* Audivimus cum s. evang. legeretur, et mirantes (*Morin 17*) [2] aliquo] *LEM;* aliquid *Liv;* nam de quo aliquid loquamur μ [3 sq.] nobis? ascensurus enim μ [4-7] Haec locutus *usque* quaecumque dixi *om. M* [5] adessem] *LE;* adhuc essem μ *Liv* veritatis] *LE;* sanctus μ *Liv* [7] quaecumque] quae *E* dixi] dixero vobis *L* [8] meum] *om. LM* vobis] vado et venio ad vos *inser. M* [10 sqq.] Nostis *usque p. 394, l. 19*, maior me est *Liverani primus evulgavit* nostis] enim *add. LE* [11] mansisse] *LE;* mansurum *M;* mansurus *Liv* [12] enim] tamen *LE, om.* esse [14] fides] *LEM;* fide *Liv* fides ergo *M* [15] propter (*om.* nos in) formam *LE* [18] haereses] *LEM 1 m.;* haeresim *M in ras.* condid.] *LEM;* edid. *Liv* in his] autem *inser. L*

[1] *credant omnes gentes*] Erit fortasse, cui hoc exordium aliquantulum grandiloquum videatur: ast huic generi dicendi nonnumquam indulsisse Augustinum, diebus praesertim sollemnioribus, inter cetera constat ex serie sermonum « in natali Domini ».

[1-3] *Ipse ergo debet esse auctor* etc.] Duas has sententias ad verbum exscripsit is, qui sermonem Caillau II 67 (Mai 45) consarcinavit.

[9] *me est*] Ioh. 14, 25-28, memoriter, ut puto, aut certe paullo liberius: nam verba *cum adessem vobiscum* pertinent ad Luc. 24, 44 et ante *vado ad Patrem* excidit, fortasse propter homoeoteleuton, *vado et venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis utique quia*. Ceterum verba *commonebit vos omnia* habet etiam cod. Evangeliorum Cantabrigiensis *d*. Quod autem l. 3 dicitur, *qui modo ex evangelio loquebatur*, argumento est, locum hunc Iohannis die Ascensionis in ecclesia recitatum esse; quod ex antea notis sermonibus iam dudum coniecerat vir eruditus et anglicanae ecclesiae minister W. C. Bishop: v. Journal of theolog. Studies, XIII (ian. 1912), p. 264.

3. Quaerimus enim ab eis, unde maiorem Patrem Filio dicant. Si magnitudine dixerint, id est, mole aliqua corporali, quemadmodum dicimus, verbi gratia, Mons ille maior est quam ille, aut, Illa civitas maior est quam illa: respondemus eis ex evangelio, quia SPIRITUS DEUS EST, et corporalia spiritualibus comparari non possunt. Tunc enim dici poterit aliquid maius vel minus, quando in utroque corporalis forma definitur. Deus autem nec mole distenditur, nec lineamentis corporis distinguitur, nec locis concluditur, nec coartatur angustiis, nec ullis limitibus terminatur: non enim mole, sed virtute magnus est deus. Cessent ergo et conquiescant cogitationum indigna phantasmata, quae fidelium ingravidant suis imaginationibus mentes; familiaritas quoque carnis omnino discedat: quando de deo cogitamus, nulla oculis nostris species carnis occurrat.

Deus virtute, non mole, magnus.

4. Sed rursus dicunt tempore, id est, aetate Patrem esse maiorem; asserunt enim, nullo modo fieri posse, ut ille qui gignit et ille qui nascitur sit coaevus. Necesse enim dicunt, ut prius existat ille qui generat, de quo possit rursum existere ille qui nascitur. Et hoc unde, nisi de cogitationibus carnis? Hoc enim de humanae generationis consuetudine didicerunt; nec considerant quia inter homines, ubi est filius aetate debilior, ibi est et pater senectute defectior: et utique filius, qui minor est natu, quicquid crescit et corroboratur, pater senescit et deficit. Si ergo usquequaque contendunt Patrem esse antiquiorem, confiteantur necesse est Filium fortiorem. Quod certe si absurdum est de deo sentire, desinant tandem humano sensu divina commendare secreta.

Neque aetate Pater Filio maior.

5. Sed parum est, eos sic convincere, nisi aliquid demonstrare potuerimus in creatura visibili, ubi generatori suo ille qui nascitur sit

2 dixerunt *MLiv* 3 ille] illo *Liv* 4 deus spir. *LE* 6 potuit *LE* aliquod *Liv* corporali *M* 9 liminibus *Liv* 10 conquiescant] haec *inser. LE* 11 ingravitant *Liv* 12 discedat] et *inser. MLiv* 16 sit coaevus] *LEM;* sint coaevi *mut. Liv* 17 rursum] *LEM;* rursus *Liv* 20 ibi] *Liv;* ubi *LEM* et] *LE; om. M Liv* in senectute *M* et utiq.] *LEM;* quod utiq. *Liv* 21 natu] *scripsi;* natus *LE Liv; om. M* 23 certe si] *LE;* si certe *MLiv* est] hoc *inser. EM Liv* 24 humano] *LM;* [humani generis *MLiv*

4 sq. *deus est*] Ioh. 4, 24.

9 sq. *sed virtute magnus e. d.*] Epist. 137, c. 2, n. 8: « Neque enim mole, sed virtute magnus est deus ».

10 *indigna phantasmata*] Epist. 120, c. 2, n. 7: « ita ista confringere atque a fide nostra quodammodo excutere festinamus, ut ne pulverem quidem ullum talium phantasmatum illic remanere patiamur ».

11 *ingravidant s. i. mentes*] Confess. l. 7, c. 5, n. 7: « pectore misero, ingravidato curis ».

24 *commendare*] i. e. explicare, declarare: cf. Thes. ling. lat. III, 1851, 73 sqq.

Exemplum in creatura: splendor igni, de quo nascitur, coaevus.

coaevus. Ad has ergo erroris tenebras depellendas unam lucernam ad comparationem proferamus, quae ardentis lini fomite tremulum lumen effundit. Ardet utique ignis: ignis in substantia, splendor est in specie; nec tamen de splendore ignis, sed de igne nascitur splendor: et tamen sine splendore suo ignis numquam fuit, quamvis splendor de igne nascatur; sed ex quo primum ille parvus ignis initium cepit, cum suo utique coaevo splendore surrexit. Splendor ergo igni de quo nascitur est coaevus, et esset utique splendor coaeternus, si esset ignis aeternus.

In qua forma inferiorem se Patre Filius dicat.

6. Sed absit ut per hanc vilissimam comparationem domino nostro Iesu Christo fecisse videamur iniuriam. Debemus ergo ostendere in evangelio, ubi ipse Filius vel in qua forma inferiorem se esse dixerit Patre, FACTUS OBOEDIENS USQUE AD MORTEM, vel ubi aequalem se ostenderit genitori: EGO ET PATER UNUM SUMUS. Dicunt enim nobis ipsi e contra: Ecce ipse Filius dixit, PATER MAIOR ME EST; nec intellegunt eum in carne positum ista dixisse, quando non solum a deo Patre, sed, sicut divinus psalmus loquitur, MINORATUS est etiam PAULO MINUS AB ANGELIS. Si hoc solum libenter audire volunt, cur non adtendunt, quod ipse iterum dixit, EGO ET PATER UNUM SUMUS? Deinde considerent unde sit dictum, PATER MAIOR ME EST. Ascensurus enim ad Patrem contristati sunt discipuli quod eos corporali forma desereret; et ait illis: QUOD DIXI VOBIS, VADO AD PATREM, TRISTITIA IMPLEVIT COR VESTRUM. SI DILIGERETIS ME, GAUDERETIS, QUOD VADO AD PATREM: QUIA PATER MAIOR ME EST. Hoc est dicere: ideo subtraho vestris oculis istam

[1] depell.] *L;* repell. *EMLiv* [2] profer.] *LEM;* praefer. *Liv* [3] ardet] in eo *add. MLiv* ignis] *bis LE; semel MLiv* [5] nunquam ignis *Liv* [6] parvus igniculus *MLiv* [7] coaevo] *MLiv;* coaevus *LE* [12] patri *L* [16] psalmus loquitur] *LE;* psalmus dicit *M;* psalmista dicit *Liv* [18] quod] *LE;* quia *MLiv* [19] ascensurus] *LE;* ascensuro enim illo *MLiv;* ascensurum e. se dixit ad p. et contristati sunt μ, *qui hinc cum ceteris prosequitur* [20] quod] *LEM;* quia *Liv* μ [22] gauderetis] utique *add. Liv* μ quod] *LEM;* quia *Liv* μ [23] dicere] ac si diceret μ

[1] sq. *lucernam ad comparationem proferamus*] Serm. 117, n. 11: « cotidie cum lucernam accendimus admonemur rei cuiusdam invisibilis et inenarrabilis, ut lucerna aliqua intellegentiae nostrae in ista nocte saeculi possit accendi... Da mihi ignem sine splendore, et credo tibi Patrem fuisse sine Filio ».

[9] *per hanc vilissimam comparationem*] Ibid: « dico, non posse comparari temporalia aeternis, sed posse ex aliqua tenui et parva similitudine coaeva coaeternis ».

[12] *mortem*] Phil. 2, 8.

[13] *sumus*] Ioh. 10, 30.

[16] *divinus psalmus*] Pro quo *psalmista* legit solus Liverani; huiusmodi autem conexionem verborum apud Aug. nusquam invenisse me fateor.

[17] *ab angelis*] Ps. 8, 6.

[22] *vestrum*] Ioh. 16, 6.

[23] *me est*] Ioh. 14, 28.

ideo subtraho etc.] Serm. 264, n. 4: « Adhuc cum me videtis in terra, maior me est Pater. Discedam ab oculis vestris; tollatur ab aspectibus caro mortalis, quae propter vestram mortalitatem suscepta est ».

servi formam, in qua Pater maior me est, ut ab oculis carnis servi forma remota dominum spiritualiter videre possitis.

7. Ergo et propter veram formam servi, quam susceperat, verum dixit, PATER MAIOR ME EST, quia utique homine maior est ⟨deus⟩; et propter veram formam dei, in qua permanebat cum Patre, verum dixit, EGO ET PATER UNUM SUMUS. Ascendit ergo ad Patrem per id quod homo erat, sed mansit in Patre per id quod deus erat, quia in carne ad nos processit, et a Patre non recessit. Ascendit, inquam, ad Patrem VERBUM, quod CARO FACTUM EST, ut habitaret in nobis; et suam praesentiam repromisit, dicens: ECCE EGO VOBISCUM SUM OMNIBUS DIEBUS USQUE AD CONSUMMATIONEM SAECULI. Secundum formam dei dicit de illo Iohannes apostolus: IPSE EST VERUS DEUS, ET VITA AETERNA. Secundum formam servi dicit de illo apostolus Paulus: QUI CUM IN FORMA DEI ESSET, NON RAPINAM ARBITRATUS EST ESSE SE AEQUALEM DEO, SED SEMETIPSUM EXINANIVIT, FORMAM SERVI ACCIPIENS. Secundum formam dei ipse de se loquitur: EGO ET PATER UNUM SUMUS; secundum formam servi dicit: TRISTIS EST ANIMA MEA USQUE AD MORTEM. Unde est illa fiducia? unde est ista formido? Illa utique vox ex proprietate substantiae, ista vero ex participatione infirmitatis assumptae.

Secundum quam formam de se loquatur Filius, discernendum.

8. Haec ergo, carissimi, prudenter intellegentes de scripturis sanctis, dum legimus, discernamus: sed, dum discernimus, fortassis ne erremus, intellectum ab ipso domino postulemus.

4 deus] *Liv* μ; *om. LEM* 5 permanebat] *LEM* permanet *Liv* μ 9 habitaret] *LEM;* inhabitaret *Liv* μ 11 dei] servi μ *mendose* 17 sq. est... est *om.* μ 21 fortassis ne] *LEM;* ne fortasse *Liv* μ 22 postulemus] *codd. et editt. add. doxologiam*

3 *Ergo et propter v. formam servi* etc.] Tract. 78 in Ioh. n. 1: « Forma quippe servi accessit, non forma dei recessit... propter hanc dicit, Pater maior me est; propter illam vero, Ego et Pater unum sumus ».

6 sq. *per id quod homo erat*] Ibid.: « Ergo et ibat per id quod homo erat, et manebat per id quod deus erat ».

9 *in nobis*] Ioh. 1, 14.

11 *saeculi*] Mt. 28, 20.

12 *aeterna*] I Ioh. 5, 20.

15 *accipiens*] Phil. 2, 6. 7.

17 *mortem*] Mt. 26, 38.

20 sq. *intellegentes ... discernamus*] Primum subdubitavi, utrum haec brevis clausula ab ipso Augustino profecta, an ab homiliarii compositore, ut saepius evenit, adiecta sit; confer tamen p. 392, l. 17 sq. supra: « qui hoc *discernere* atque *intellegere* non potuerunt ».

VI.

EX SERMONIBUS
IN BIBLIOTHECA CASINENSI EDITIS

In tomis tribus prioribus *Bibliothecae Casinensis* qui annis 1873-1877 editi sunt, exhibet Florilegium sermones haud paucos, fragmentaque sermonum, qui s. Augustini nomine inscribuntur: quorum plerique subditicii, multi etiam ab A. B. Caillau iam antea vulgati erant. De iis solummodo hic breviter proloquar, qui ad rem nostram pertinent:

Tom. I, Florileg. p. 133-138: *Praesens evangelica lectio...* Est sermonis Maur. 296 prolixior, eaque genuina ac magni momenti recensio. Cuius variantes lectiones etsi Caillau olim praelibavit, operae tamen pretium videtur, splendidae contionis textum plenum continuumque in hac collectione denuo exhibere.

Ibid. p. 161-162: *In illa enim vita ipsum erit negotium nostrum...* Fragmentum est sermoni 26 s. Maximi Taurin. in cod. Casin. 12, p. 94, adsutum. Augustinianum profecto est, aut saltem ex augustinianis mercibus confectum, quod tamen in s. Doctoris operibus, quale heic extat, minime reperitur. Cum autem apud Migne 47, 1177-1178, ab omnibus legi possit, nec quicquam novi, quod ad verba sententiasve spectat, contineat, ab eo iterum edendo interim supersedi.

Tom. II, Florileg. p. 76-77: *Dominus noster Iesus Christus postquam a mortuis resurrexit...* Brevis et, ut videtur, extrema parte mutilus sermo de Christi in caelos ascensione: qui licet s. Leonis papae nomen prae se ferat, nisi lepide fallor, Augustini fetus est. Textus quidem ex uno cod. Casin. 99 notus, et multis locis corruptus; attamen dignus visus est, qui huic nostro operi inseratur.

Ibid. p. 114-115: *Non est opus sanis medicus... Domini vox est...* « Sermo sancti Augustini » inscriptus, revera Augustini sententias refert et dicendi genus; licetque textus passim depravatus sit, nec remedium in promptu habeatur, in hanc collectionem eum recipere non dubitavi.

Ibid. p. 136: *Audistis magis a domino esse laudatos...* Pauca verba et ἀδέσποτα de Thoma cicatricibus Christi manum inferente, quae, si quid video, Augustinum omnino referunt, nec usquam alibi, quod noverim, leguntur.

Quattuor igitur omnino sermonibus ex Bibliotheca Casinensi seges nostra fit auctior. Parum forte videbitur, sed ne obliviscaris velim, alia et ampliora ex divite Archicoenobii tabulario iam antea ab Octavio Fraja Frangipane et A. B. Caillau esse vulgata.

I, 133.

Iam diu quidem notus erat sermo iste, qui est in Maur. editione 296[us] (= μ), sed nostra demum aetate integritati suae primum restitutus est; antea enim duobus locis versibus plus septuaginta mutilus erat. Rimas primus explevit A. B. Caillau, uti videre est ap. Migne 47, 1183-1187; tum Bibliothecae Casinensis editores totum sermonem in voluminis I Florilegio p. 133-138 evulgarunt (= β) ex codice Casin. XI, p. 231-237, saec. XI (contuli, = *C*), qui non solum illibatum eum unus ex omnibus servavit, sed etiam textum passim meliorem reddit. Porro quod ab iis, qui medio aevo homiliaria confecerunt, huiusmodi loca de vastata Urbe et de repulso Donatista tanquam supervacua in breve coacta sint, facile intellegitur: nobis autem eo pluris facienda sunt, quo in eis magis perspicitur Hipponiensis nostri vividum pectus, excelsus animus, cor quo nullum fortasse mortalium extitit generosius. Insuper ex iis, quae diu amputata erant, nunc autem honori suo restituuntur, certiores fimus, sermonem paucis diebus a celeberrima Collatione Carthaginiensi, in qua tantopere laboraverat Augustinus « ut veritas ostenderetur, falsitas convinceretur », ac proinde anno 411, die iunii 29, habitum esse; qua de re doctissimus Tillemontius deficiente adhuc idoneo testimonio dubitavit (H. E. XIII, 495; Empereurs V, 812).

DE NATALE SANCTORUM APOSTOLORUM PETRI ET PAULI EX EVANGELIO IN QUO AIT: SIMON IOHANNIS DILIGIS ME?

Praesens evangelica lectio hodiernae sollemnitati conveniens, quae modo sonuit in auribus nostris, si ab auribus etiam in cor nostrum descendit, et in eo locum quietis invenit — tunc etenim in nobis requiescit verbum dei, quando nos acquiescimus verbo dei — admonuit nos omnes, qui vobis verbum et sacramentum domini ministramus, pascere oves suas. Beatus Petrus, apostolorum primus, domini Iesu Christi tam amator quam negator, sicut indicat evangelium, secutus est dominum passurum; sed tunc non potuit sequi passurus: secutus est pedibus, nondum idoneus sequi moribus. Promisit se moriturum pro illo, et non potuit nec cum illo: plus enim ausus erat, quam eius capacitas sustinebat. Plus promiserat quam poterat, quia et indignum erat ut faceret quod promiserat. ANIMAM, inquit, MEAM PRO TE PONAM. Hoc

Tunc in nobis requiescit verbum dei, quando nos acquiescimus verbo dei.

1-2 De natale... Pauli μ; *reliqua ex C* 3 Praesens evangelica] *C;* Recens sancti evangelii μ 5 etenim] *C;* enim μ 9 tam] *C;* maior μ 10 passurus] μ; passum *C* 12 ausus erat] μ; auxerat *C*

7 *verbum et sacramentum d. m.*] Similiter serm. Denis 17, 7: « qui vobis dispensator est constitutus *verbi et sacramenti* ».

14 *ponam*] Ioh. 13, 37.

Indignum erat, ut prius Petrus pro Christo moreretur, quam Christus pro Petro.

pro servo dominus erat facturus, non servus pro domino. Quia ergo plus est ausus, ibi praepostere amavit; ideo timuit, et negavit. Postea vero dominus, postquam surrexit, docet Petrum amare. Inordinate amans deficit sub pondere passionis: ordinate autem amanti promittit passionem.

2. Meminimus infirmitatem Petri dolentis quod esset dominus moriturus: hanc commemoro. Ecce commemoro: qui meminerunt, in corde suo mecum dicant; qui obliti fuerant, commonente me recolant. Dominus Iesus Christus passionem suam imminentem ipse discipulis praenuntiavit. Tunc Petrus amans eum, sed adhuc carnaliter, mori timens mortis interfectorem, ABSIT A TE, inquit, DOMINE, ABSIT A TE, PROPITIUS TIBI ESTO. Non diceret, Propitius tibi esto, nisi agnosceret deum. Ergo, Petre, si deus a te agnoscitur, quid times ne deus moriatur? Tu homo es, ille deus est: et pro homine deus factus est homo, assumens quod non erat, non perdens quod erat. In eo ergo erat dominus moriturus, in quo erat et resurrecturus. Expavit ergo Petrus humanam mortem, et noluit eam contingere dominum: nesciens sacculum volebat claudere, unde nostrum erat pretium manaturum. Audivit a domino tunc: REDI RETRO, SATANA, NEQUE ENIM SAPIS QUAE DEI SUNT, SED QUAE SUNT HOMINUM; cui paulo ante dixerat – dicenti TU ES CHRISTUS FILIUS DEI VIVI – BEATUS ES, SIMON BARIOANNA, QUIA NON TIBI REVELAVIT CARO ET SANGUIS, SED PATER MEUS QUI EST IN CAELIS. Paulo ante beatus, postea satanas. Sed unde beatus? Non de suo: NON TIBI REVELAVIT CARO ET SANGUIS, SED PATER MEUS. Unde autem satanas? Ex homine, et in homine: NON ENIM SAPIS QUAE DEI SUNT, SED QUAE SUNT HOMINUM. Talis ergo Petrus, amans dominum, et volens mori pro domino, secutus est; et inventum est quomodo praedixerat medicus, non quomodo praesumpsit aegrotus. Interrogatus ab ancilla, negat semel, bis, tertio. Respicitur a domino, flet amare, tergit lacrimis pietatis sordes negationis.

Petrus de dei beatus, de suo satanas.

[2] ibi praepostere] μ; ubi *tantum* *C* [3] postquam surrexit] μ; post resurrectionem *C* [4] amans] μ; amat sed *C* defecit μ promisit μ [6] dominus esset μ [9] suam *et* ipse *om.* *C* [12] esto tibi μ *I° loco* dixisset μ [13] verum deum μ cognoscitur μ [14] ille deus est *om.* *C* et pro h. d. f. e. homo] μ; et ille homo factus est *C* [15sq.] dominus moriturus erat μ [16] erat, *post* in quo, *om.* μ [17] sacculum] *C;* saccum μ; saeculum β [18] pretium erat μ [21] tibi non μ [22] in caelis est *C* [24] meus] qui est in caelis *repet.* μ [25] et *om.* *C* enim *om.* *C* [26] ergo *om.* μ [27] et inventum est] μ; sed *tantum habet* *C* [28] praesumpsit] *C;* praesumpserat μ [29] et tertio. Aspicitur μ [30] cordis negationes *C*

[12] *esto*] Mt. 16, 22.
[20] *hominum*] Ibid. 23.
[21] *vivi*] Ibid. 16.
[22] *in caelis*] Ibid. 17.

3. Resurgit dominus, apparet discipulis; videt iam Petrus viventem, cui morienti timuerat; videt non dominum occisum, sed mortem in domino occisam. Iam ergo confirmatus exemplo ipsius carnis domini, mortem non esse usque adeo metuendam, docetur amare: modo opus est ut amet, iam viso domino vivo post mortem modo amet, modo securus amet; securus, quia secuturus. Dominus ergo: PETRE, inquit AMAS ME? Et ille: AMO, DOMINE. Et dominus: Non, quia amas me, volo ut moriaris pro me, hoc enim iam ego feci pro te. Sed quid, amas me? quid mihi redditurus es, quia amas me? Amas me? Amo. PASCE OVES MEAS. Et iterum hoc, et tertio hoc, ut ter confiteatur amor, quia ter negaverat timor. Videte, percipite, discite. Non aliud quam AMAS? interrogatur; non aliud quam AMO respondetur. Respondenti dicitur, PASCE OVES MEAS. Et commendatis Petro ovibus suis, et commendato sibi Petro cum ovibus suis iam praenuntiat passionem, et dicit: CUM ESSES IUNIOR, CINGEBAS TE, ET IBAS QUO VELLES; CUM AUTEM SENIOR FACTUS FUERIS, ALTER TE CINGET, ET FERET QUO TU NON VIS. HOC AUTEM DICEBAT, ait evangelista, SIGNIFICANS QUA MORTE GLORIFICATURUS ERAT DEUM. Videtis hoc pertinere ad pascendas oves domini, ut non recusetur mors pro ovibus domini.

Primum post Christi resurrectionem docetur Petrus amare.

Hoc pertinet ad pascendas oves domini, ut non recusetur mors pro ovibus domini.

4. PASCE OVES MEAS. Commendat oves idoneo, an minus idoneo? Primo, quas oves commendat? Non pretio emptas, non auro, non argento, sed sanguine. Si dominus homo servo suo commendaret oves suas, procul dubio cogitaret utrumnam peculium servi illius idoneum esset pretio ovium suarum, et diceret: Si perdiderit, si dissipaverit, si consumpserit, habet unde reddat. Commendaret ergo idoneo servo oves suas, et servi facultates in pecuniam quaereret pro ovibus quas pecunia comparavit. Nunc vero dominus Christus, quia servo commendat oves quas sanguine comparavit, idoneitatem servi in passione sanguinis quaerit, tamquam dicens: PASCE OVES MEAS, commendo tibi oves meas. Quas oves? Quas emi sanguine meo. Mortuus sum pro eis.

[2] non] μ; iam *C* [3] carnis ipsius μ [5] quia, *ante* iam, *add. C* modo amet *om. C* [6] securus amat *C* inquit] *om.* μ [8] ego iam μ [10] confiteretur μ quia] *C;* quod μ [11] amas] me *add. C* interrogando *C* [12] non al.] nec al. *C* quam amo respondetur *om. C* dicitur] amo dixisse quam *C, hoc loco misere corruptus* [13] et, *ante* commendatis, *om. C* [13sq.] et commendato sibi P. c. o. suis iam *om. C* [17] clarificaturus esset μ *cum Vulg* [21] non pretio] *C;* pretiosas μ [22] commendaret servo suo μ [23] utrum, *sine* nam, μ [24] pretium μ [25] servo idoneo μ [26] in pecunia μ [27] dominus] Iesus *interser.* μ [29] diceret μ [30] oves meas *om. C*

[9] *meas*] Ioh. 21, 15. 16. 17. [17] *deum*] Ibid. 18. 19.

Amas me? Morere pro eis. Et quidem servus ille hominis homo pecuniam redderet pro ovibus consumptis: Petrus sanguinem reddidit pro ovibus conservatis.

5. Eia, fratres, aliquid pro tempore volo dicere. Quod Petro commendatum est, quod Petro mandatum est, non solus Petrus audivit: alii quoque apostoli audierunt, tenuerunt, servaverunt, maximeque ipse consors passionis et diei apostolus Paulus; audierunt ista, et ad nos audienda transmiserunt. Pascimus vos, pascimur vobiscum: det nobis dominus vires sic amandi vos, ut possimus etiam mori pro vobis, aut effectu, aut affectu. Non enim quia Iohanni apostolo passio defuit, ideo passioni animus praeparatus deesse potuit. Non est passus, sed potuit pati: praeparationem eius deus noverat. Quemadmodum tres pueri arsuri missi sunt in caminum, non victuri: negabimus eos martyres, quia eos flamma urere non potuit? Interroga ignes, passi non sunt; interroga voluntatem, coronati sunt. POTENS EST DEUS, dixerunt, ERUERE NOS DE MANIBUS TUIS: SED ET SI NON — ibi sunt certa pectora, ibi stabilis fides, ibi inconcussa virtus, ibi secura victoria — SED ET SI NON, NOTUM TIBI SIT, REX, QUIA STATUAM QUAM STATUISTI NON ADORAMUS. Aliud deo placuit, non arserunt, sed ignem idololatriae in animo regis extinxerunt.

Optat Augustinus mori pro ovibus, aut effectu aut affectu.

6. Videtis ergo, carissimi, quae sint proposita in hoc tempore servis dei propter futuram gloriam quae revelabitur in nobis; contra quam gloriam non appenditur quaelibet et quantalibet tribulatio temporalis. INDIGNAE SUNT PASSIONES HUIUS TEMPORIS, apostolus dicit, AD FUTURAM GLORIAM QUAE REVELABITUR IN NOBIS. Si haec ita sunt, modo nemo cogitet carnaliter, non est tempus: concutitur mundus, excutitur vetus homo, premitur caro, liquescat spiritus. Iacet Petri corpus Romae, dicunt homines, iacet Pauli corpus Romae, Laurentii corpus Romae, aliorum martyrum sanctorum corpora iacent Romae: et misera est Roma, et vastatur Roma: affligitur, conteritur, incenditur; tot strages

De recenti Romae vastatione.

1 equidem *C* 2 consumptis ovibus *μ* 4 sq. quid... quid *falso β* 5 solum *C;* non Petrus solus sed etiam alii apostoli aud. *μ* 7 passionis] *C;* sanguinis *μ* 9 deus *μ* 13 in caminum *om. C* 14 flamma eos *μ* 15 deus] *C;* enim dominus *μ* 16 sq. ibi stabilis] *C;* et stab. *μ* 17 virtus inconcussa *μ* secura] certa *μ* 18 quia] quoniam *μ* 19 idolatriae *C* 21 sint] *C;* sunt *Flor μ* 23 appenditur] *Cμ;* expenditur *Flor* et *om. Flor μ* 24 indignae] enim *interser μ* ait apostolus *μ;* *om. Flor* 27 liquescit *C* 29 sanctorum martyrum *μ*

18 *non adoramus*] Dan. 3, 17. 18.

21-25 *Videtis ergo* usque *in nobis*] Verba haec inseruit Florus collectioni suae in Apostolum, ad Rom. 8.

25 *in nobis*] Rom. 8, 18.

mortis fiunt, per famem, per pestem, per gladium. Ubi sunt memoriae apostolorum? Quid dicis? Ecce hoc dixi: tanta mala Roma patitur: ubi sunt memoriae apostolorum? Ibi sunt, ibi sunt, sed in te non sunt. Utinam in te essent, quisquis ista loqueris, quisquis ista desipis, quisquis vocatus in spiritu carnem sapis, quisquis talis es: utinam in te essent memoriae apostolorum, utinam tu cogitares apostolos! Videres utrumnam eis terrena felicitas promissa fuerit, an aeterna.

7. Audi apostolum, si vivit in te memoria ipsius: QUOD ENIM TEMPORALE EST LEVE TRIBULATIONIS NOSTRAE IN INCREDIBILEM MODUM ET SUPRA INCREDIBILEM MODUM AETERNUM GLORIAE PONDUS OPERATUR IN NOBIS, NON RESPICIENTIBUS QUAE VIDENTUR, SED QUAE NON VIDENTUR; QUAE ENIM VIDENTUR TEMPORALIA SUNT, QUAE AUTEM NON VIDENTUR AETERNA SUNT. In ipso Petro temporalis fuit caro, et non vis ut temporalis sit lapis Romae? Petrus apostolus cum domino regnat, corpus apostoli Petri quodam loco iacet: memoria est excitans amorem ad aeterna, non ut terrae inhaereas, sed ut cum apostolo caelum cogites. Dic mihi, si fidelis es, recole memorias apostolorum, memoriam etiam domini dei tui, certe iam sedentis in caelo. Audi quo te mittat apostolus: SI RESURREXISTIS CUM CHRISTO, QUAE SURSUM SUNT SAPITE, UBI CHRISTUS EST IN DEXTERAM DEI SEDENS; QUAE SURSUM SUNT QUAERITE, NON QUAE SUPER TERRAM. MORTUI ENIM ESTIS, ET VITA VESTRA ABSCONDITA EST CUM CHRISTO IN DEO. CUM CHRISTUS APPARUERIT VITA VESTRA, TUNC ET VOS CUM IPSO APPAREBITIS IN GLORIA. Uno verbo hoc audis: Sursum cor. Doles ergo, et ploras, quia ruerunt ligna et lapides, et quia mortui sunt morituri? Damus aliquem mortuum semper victurum: doles quia ceciderunt ligna et lapides, et quia mortui sunt morituri? Si sursum habes cor, ubi habes cor? quid ibi mortuum est? quid ibi cecidit? Si sursum habes cor, UBI EST THESAURUS TUUS, IBI EST COR TUUM. Deorsum caro tua est: et si expavescit caro tua, non moveatur cor tuum. Sed tamen, inquis, nolebam. Quid nolebas? Nolebam ut Roma tanta pateretur. Ignoscimus quia nolebas: noli tu deo irasci quia volebat: tu homo es, ille deus. Tu dicis, Nolo, ubi ille dicit, Volo?

Ad quid memoriae apostolorum.

1 fiunt] μ; sunt *C* 3 ibi sunt] *semel tantum* μ 4 ita desipis μ; *sed vide Thes. l. lat. V. 730, 44 sqq.* 5 sq. quisquis talis es, *usque* ferat arbitrium *p. 406, l. 9, C unus servavit* 8 *librarius primum scripsit sed mox delevit* Etenim quod est, *quod aliquando heic legisse Aug. videtur* 32 tu homo] tu *2 m. s. l.* et, *ante* ille *1° loco, postea deletum esse suspicor*

13 *aeterna sunt*] II Cor. 4, 17. 18, cum pluribus ex iis quae sunt Augustino propriae lectiones.

23 *in gloria*] Col. 3, 1-4: hic quoque Augustino consentanee.

29 *tuum*] Mt. 6, 21.

Non te ille damnat propter nolo tuum, et tu blasphemas volo ipsius? Sed quare hoc deus voluit? Quare hoc deus voluit? Interim servi voluntati domini dei tui, amicus factus, sciens consilium domini dei tui. Quis tam superbus sit servus, cui dominus cum aliquid iusserit ut fiat, dicat ille: Quare? Dominus apud se habet consilium: paret obsequium si perfecerit, si bene egerit, si de servo amicus factus fuerit, sicut dixit ipse dominus: IAM VOS NON DICAM SERVOS, SED AMICOS. Forte et consilium domini sui discet: interim, ante quam sciat consilium, libenter ferat arbitrium.

Superbus est servus, qui iubenti domino dicit, Quare?

8. Prorsus adhuc patientiam doceo, nondum sapientiam: patiens esto, dominus vult. Quaeris quare velit? Differ studium cognitionis, differ strenuitatem, oboedire para. Ferre te vult quod vult: ferto quod vult, et dabit tibi quod vis. Et tamen, fratres mei, audeo dicere, libenter audituri estis, si iam primas partes oboedientiae detinetis, si habitat in vobis lenis et mitis patientia ferendi dominicam voluntatem, non solum lenem: lenem quippe non ferimus, sed amamus; asperam toleramus, ad lenem gaudemus. Dominum tuum vide, caput tuum vide, exemplum vitae tuae vide: redemptorem tuum, pastorem tuum attende. PATER, SI FIERI POTEST, TRANSEAT A ME CALIX ISTE. Quomodo ostendit humanam voluntatem, et continuo convertit renisum ad oboedientiam! VERUM, NON QUOD EGO VOLO, SED QUOD TU VIS, PATER. Ecce et Petro hoc dixit: CUM SENUERIS, ALTER TE CINGET, ET FERET QUO TU NON VIS. Ostendit et in illo humanam voluntatem circa trepidationem mortis. Numquid, quia nolens mortuus est, nolens coronatus est? Sic et tu nolebas, quid? forte amittere peculium tuum, quod hic relicturus eras? Attende ne cum relinquendo remaneas. Nolebas ante te mori forte filium tuum, nolebas ante te mori uxorem tuam. Quid enim, et si Roma non caperetur, non aliquis vestrum prior moriturus erat? Nolebas ante te mori uxorem tuam; nolebat uxor tua mori ante se virum suum: ambobus obtemperaturus erat deus? Ordo penes ipsum sit, qui novit ordinare quod creavit: obtempera tu voluntati.

Ferto quod vult deus, et dabit tibi quod vis.

10 Prorsus adhuc] *hinc rursus cum* μ 11 sq. differo... differo *C* studium] *C;* secretum μ 12 differ] *om.* μ obedientiae praepara μ 12 sq. quod vult] *om.* μ 13 tibi] *om.* μ mei] ecce *interser.* μ 14 detinetis] d *ex* r *corr. C;* retinetis μ 14 sq. habitat] est μ 16 non solum lenem] *om.* μ lenia quippe μ 16 sq. aspera t. a. lenia μ 17 dominum] deum *add.* μ 19 a me] *2 m. s. l. C* 20 continuo] μ; *om. C* renisum] μ *optime;* sensum *C* 21 verumtamen μ et *om.* μ 23 et in] et *om.* μ 25 quid?] *om.* μ 26 cum] μ; eum *C* forte] *om.* μ 29 ante se mori μ 30 dominus μ 31 tu] *C;* ergo tantae μ voluntati] dei *add.* μ

7 *amicos*] Ioh. 15, 15. 21 *Pater*] Mt. 26, 39.

9. Iam adhuc video quid dicas in corde tuo: Ecce temporibus christianis Roma affligitur, aut afflicta est, et incensa est: quare temporibus christianis? Quis hoc dicis? Christianus. Ergo tu tibi responde, si christianus es: quia voluit deus. Sed quid dico pagano? insultat mihi. Quid tibi dicit? unde tibi insultat? Ecce quando faciebamus sacrificia diis nostris, stabat Roma: modo quia superavit et abundavit sacrificium dei vestri, et inhibita sunt et prohibita sacrificia deorum nostrorum, ecce quid patitur Roma. Breviter responde interim, ut illo careas. Ceterum tibi alia meditatio sit: non enim vocatus es ad amplectendam terram, sed ad comparandum caelum; non vocatus es ad felicitatem terrenam, sed ad caelestem; non ad temporales successus et prosperitatem volaticam et transitoriam, sed ad aeternam cum angelis vitam. Tamen et huic amatori carnalis felicitatis, et murmuratori adversus deum vivum, volenti servire daemoniis et lignis et lapidibus, cito responde. Sicut habet historia eorum, incendium Romanae urbis hoc tertium est; sicut habet historia eorum, sicut habent litterae ipsorum, incendium Romanae urbis, quod modo contigit, tertium est. Quae modo semel arsit inter sacrificia christianorum, iam bis arserat inter sacrificia paganorum. Semel a Gallis sic incensa est, ut solus collis Capitolinus remaneret; secundo a Nerone, nescio utrum dicam saeviente an fluente, secundo igne Roma flagravit. Iussit Nero imperator ipsius Romae, servus idolorum, interfector apostolorum, iussit, et incensa est Roma. Quare, putatis, qua causa? Homo elatus, superbus et fluidus delectatus est Romano incendio. Videre volo, dixit, quomodo arsit Troia. Arsit ergo sic semel, bis, tertio modo: te quid delectat contra deum stridere pro ea quae consuevit ardere?

Tempora christiana accusantibus quid respondendum.

Quae modo semel arsit Roma, iam bis arserat inter sacrificia paganorum.

10. Sed in ea, inquiunt, passi sunt tanta mala tam multi christiani. Excidit tibi, quia christianorum est pati mala temporalia, et bona sperare sempiterna? Tu quisquis paganus es, habes quod plangas; quia et temporalia perdidisti, et aeterna nondum invenisti. Habet Christianus quod cogitet: OMNE GAUDIUM EXISTIMATE, FRATRES MEI, CUM IN TEMPTATIONES VARIAS INCIDERITIS. Quando tibi talia in templo recitata sunt: Dii praesules Romae modo non servaverunt, quia non sunt;

In Romae excidio habet paganus quod plangat, christianus quod cogitet.

1 adhuc] *om.* μ 2 affligitur aut] *om.* μ 3 dicit μ 4 quia] quando μ 8 careamus μ 9 sit] est μ 13 et huic] et *om.* μ murmuratori] μ; murmuranti *C* 15 respondeo *C* hoc Rom. urb. μ 19 sic] μ; *om. C* 20 secundo] postea μ utrum] ut *C* 21 fraglavit *C* 24 sq. inquit volo q. Troia arserit μ 25 semel] *om. C* 32 temptationes varias] *C; ablativo* μ 32 sq. Quando t. t. i. t. recitata sunt] *om.* μ, *et eorum loco habet* Dicis itaque, o pagane 33 praesides Romae μ

32 *incideritis*] Iac. 1, 2.

diceres: Tunc servarent, quando erant. Nos deum nostrum ostendimus veracem: praedixit ista omnia, legistis, audistis; sed nescio utrum meministis, qui talibus verbis turbamini. Non audistis prophetas, non audistis apostolos, non audistis dominum ipsum Iesum Christum praedicantem mala futura? Quando accedet aetas mundo, quando propinquabit finis — audistis, fratres, simul audivimus — erunt bella, erunt tumultus, erunt pressurae, erunt fames. Quare nobis ipsis contrarii sumus, ut, quando leguntur credamus, quando implentur murmuremus?

Quando mala futura leguntur, credimus; quando implentur, murmuramus.

11. Sed plus, inquiunt, plus vastatur modo genus humanum. Interim considerata praeterita historia, salva quaestione, nescio utrum plus: sed ecce sit plus, credo quia plus. Dominus ipse solvit quaestionem. Plus modo vastatur mundus, plus vastatur, ait: quare modo plus vastatur, quando ubique evangelium praedicatur? Attendis quanta celebritate evangelium praedicatur, et non attendis quanta impietate contemnitur. Iam, fratres, dimittamus paululum paganos foris, oculum ad nos convertamus. Evangelium praedicatur, totus mundus plenus est. Antequam evangelium praedicaretur, latebat voluntas dei; in praedicatione evangelii patuit voluntas dei. Dictum est nobis in praedicatione evangelii quid amare debeamus, quid contemnere, quid agere, quid vitare, quid sperare: omnia audivimus; non latet voluntas dei per totum mundum. Pone servum mundum, et attende evangelium. Audi domini vocem; servus iste mundus est: SERVUS NESCIENS VOLUNTATEM DOMINI SUI, ET NON FACIENS DIGNA, VAPULABIT PAUCIS. Servus, mundus: servus, quia MUNDUS PER EUM FACTUS EST, ET MUNDUS EUM NON COGNOVIT. Servus nesciens voluntatem domini sui: ecce quid erat ante mundus. Servus nesciens voluntatem domini sui, et non faciens digna, plagis vapulabit paucis. SERVUS AUTEM SCIENS VOLUNTATEM DOMINI SUI. Ecce qualis est modo mundus: iam quod sequitur vobis dicite, immo nobis dicamus: SERVUS SCIENS VOLUNTATEM DOMINI SUI, ET NON FACIENS DIGNA, PLAGIS VAPULABIT MULTIS. Et utinam multis vapulet, et non semel

Maior est culpa mundi praedicato evangelio et contempto.

[1] diceres] *om.* μ, *etiam in C expunct. videtur* servarent] *C;* servaverunt μ nos] μ; *om. C* [3 sq.] non audistis apostolos] *om.* μ [4] ipsum dom. μ [5 sq.] quantum accedit ae. m. tantum propinquatur fini μ [6] audistis f. s. audivimus] μ; *om. C* [11] sit] μ; sic *C* [12] ait] *C;* audi μ [13] cum evang. ubiq. μ [15] contemnatur μ [16] convertamus] *om.* μ toto mundo, verum est μ [23] et faciens digna plagis vap. pauca μ [24] servus] *C;* quomodo servus mundus? μ [26 sq.] servus nesciens ... vapul. paucis] *om.* μ, *et eorum loco habet* Nunc vero quid? [27-29] Ecce qualis *usque* domini sui] *om.* μ [29 sq.] et faciens digna plagis vap. multa μ [30] multa... multa μ et] *ante* non, *om.* μ

[23] *paucis*] Luc. 12, 48, uti non semel Aug. [30] *multis*] Ibid. 47.

damnetur. Quid recusas vapulare multis, o serve sciens voluntatem domini tui, et faciens digna plagis? Dicitur tibi — ecce una voluntas domini tui: THESAURIZATE VOBIS THESAURUM IN CAELO, UBI NEQUE TINEA NEQUE AERUGO NEQUE COMESTURA EXTERMINAT, ET UBI FURES NON EFFODIUNT, NEQUE FURANTUR. Tu in terra, ille in caelo, dicens tibi: Mihi da, ibi habeto thesaurum, ubi ego sum custos, mitte ante te: quid servas? Quod custodit Christus, numquid tollit Gothus? Tu contra, prudentior scilicet et sapientior domino tuo, non nisi in terra thesaurizare vis. Sed cognovisti voluntatem domini tui, sursum te condere voluit ille: ergo, in terra condens, paratus esto vapulare multis. Ecce scis voluntatem domini tui volentis te servare in caelo: tu servas in terra, facis digna plagis: et quando vapulas, blasphemas, murmuras, et dicis quia quod tibi facit dominus tuus fieri non debuit. Quod facis tu servus malus, hoc fieri debuit?

Quod custodit Christus, non tollit Gothus.

12. Saltem locum illum tene: noli murmurare, noli blasphemare; lauda magis deum tuum, quia corripit te; lauda, quia emendat te, ut consoletur te: QUEM ENIM DILIGIT DOMINUS CORRIPIT, FLAGELLAT AUTEM OMNEM FILIUM QUEM RECIPIT. Tu delicatus filius dominicus, et recipi vis, et flagellari non vis; ut tu fluas, ille vero mentiatur. Debuit ergo apostolorum memoria, per quam tibi praeparatur caelum, servare tibi in terra theatra insanorum semper? Ideo mortuus est Petrus et repositus, ut lapis de theatro non cadat? Excutit deus delicias de manibus puerorum indisciplinatorum. Fratres, peccata minuamus et murmura: hostes simus iniquitatibus nostris et murmuri nostro; nobis irascamur, non deo. IRASCIMINI, prorsus irascimini, sed ad quos usus? ET NOLITE PECCARE. Ad hoc irascimini, ne peccetis. Etenim omnis homo, quem paenitet, sibi irascitur: paenitens iram exercet in se. Vis ergo ut parcat tibi deus? Tu tibi noli parcere: nam et si tu tibi parcis, ille tibi non

Ideo mortuus Petrus, ut lapis de theatro non cadat?

3 thesauros μ neque tinea] *om.* μ 4 et] *om.* μ 5 nec fur. μ in terra] μ *add.* thesaurizas in caelo] μ *add.* iubet 6 sq. servas] μ *add.* in terra 7 numquid] non μ 8 sq. non nisi i. t. t. vis] *C;* condis in terra μ 9 te] *om.* μ 10 ille] *om.* μ ergo i. t. condens] *C;* Et tu: Ego in terra condo μ paratus ergo esto vap. multa μ 11 et, *ante* tu, *add.* μ 12 vapulas] μ; *om. C* blasphemas *bis continue* μ 12 sq. et *et* quia *om.* μ 15 ill. loc. μ 16 dominum t. μ 17 deus μ 19 fluas] μ; defluas *C* vero] *om.* μ 21 semper] *om.* μ, *pro quo habet* plane verum est 21 sq. repositus] *C;* Romae positus μ 22 lapides... caderent μ 22 sq. puerorum de manibus indiscipl. μ 24 et] *om.* μ 25 domino *C* 27 paenitens] paenitentiae μ 27 sq. tibi parcat μ 28 nam et] *C;* quia μ 28 sq. ille tibi n. p. quia si] μ; *om. C*

5 *furantur*] Mt. 6, 20.
18 *recipit*] Hebr. 12, 6.
26 *peccare*] Ps. 4, 5.
27 *sibi irascitur*] Serm. Caillau II 11, 5: « Dixit iratus, secundum quod dicitur *Irascimini et nolite peccare.* Omnis enim paenitens irascitur sibi » etc.; similiter Wilmart 2, 7.

parcet; quia si et ille tibi parcat, peris. Nescis quid optas miser, peris. Sicut enim scriptum est, FLAGELLAT OMNEM FILIUM QUEM RECIPIT, sic etiam illud time, IRRITAVIT DOMINUM PECCATOR. Unde scis, quasi diceretur, unde scis quia irritavit dominum peccator? Vidi felicem peccatorem, vidi cotidie mala facientem, et nihil mali patientem, et in Spiritu sancto blasphemantem: horrui, dolui. Irritavit dominum peccator; peccator iste, qui fecit tanta mala, et nihil mali patitur, irritavit dominum, provocavit dominum: PRO MAGNITUDINE IRAE SUAE NON EXQUIRET. Hoc sequitur: IRRITAVIT DOMINUM PECCATOR, PRO MAGNITUDINE IRAE SUAE NON EXQUIRET. Ideo non exquiret, quia multum irascitur: qui tollit correptionem, parat damnationem. Non exquiret: nam si exquireret, flagellaret; si flagellaret, emendaret. Modo autem multum irascitur, felicibus iniquis multum irascitur: nolite zelare illos, nolite velle esse sicut illi. Melius est flagellari, quam damnari.

Multum irascitur deus, quando iniquis tollit correptionem.

13. Sic ergo commendavit dominus nobis oves suas, quia Petro commendavit, si tamen ex aliqua parte vel extrema digni sumus pulverem vestigiorum Petri calcare, si tamen possumus, commendavit nobis dominus oves suas. Oves ipsius estis, vobiscum oves sumus, quia Christiani sumus. Iam dixi, pascimur et pascimus. Amate deum, ut vos amet deus: et non potestis ostendere quantum ametis deum, nisi quantum apparueritis amare lucra dei. Quid habes praestare deo, homo cordate? Quid praestes deo? Quod praestabat et Petrus, totum hoc, PASCE OVES MEAS. Quid praestas deo? Ut sit maior? ut sit melior? ut sit ditior? ut sit honoratior? Qualiscumque tu eris, ille hoc erit quod erat. Ergo attende iuxta te, ne forte proximo praestare debeas quod perveniat ad deum. QUANDO UNI EX MINIMIS MEIS FECISTIS, MIHI FECISTIS. Si ergo esurienti iuberis panem frangere, tu pulsanti debes ecclesiam claudere?

Tunc ostendimur amare deum, quando lucra dei in proximo amamus.

14. Quare hoc dixi? Contristavit nos quod audivimus, cum praesentes non fuerimus, quod quidam ex Donatistis veniens ad ecclesiam,

[1] et ille] μ; ut ille *C* quid] *C;* quod μ [2] sicut] μ; sic *C* [4] diceretur] illi *add.* μ vidit μ [5] vidi] *om.* μ [6] blasphemantem] *om.* μ horruit et doluit et dixit μ [8] provocat μ [9] exquiret] *ex* inquiret *1 m. corr. C* [9 sq.] hoc sequitur... exquiret] *om.* μ [12] si flagellaret] *C;* et fortasse μ [13] irascitur] cum non flagellantur *add.* μ [14] illi] infeliciter felices *add.* μ ad tempus flagellari quam in aeternum damnari μ [15] sic] *conieci;* si *C; om.* μ nobis dominus μ [16] parte vel] μ; particula *C* [17] si tamen possumus] *om.* μ [17 sq.] nobis oves dominus (*om.* suas) μ [19] diximus, pascimus et pascimur μ [19 sq.] amet vos μ [21 sq.] homo cordate? quid praestes deo] μ; *om. C ob homoeotel.* [22] quid praestabat (*om* et) μ [26] perveniat] μ; pervenit *C* [27] tu] μ; *om. C* [29] hoc] *om. C* cum] *C;* quamvis μ

[10] *non exquiret*] Ps. 9², 4. [26 sq.] *fecistis*] Mt. 25, 40.

peccatum rebaptizationis confitens, cum ad paenitentiam ab episcopo exhortaretur, reclamatum est a quibusdam fratribus, et repulsus est. Dico caritati vestrae, torta sunt ex hoc viscera nostra; fatemur vobis, non nobis placuit talis diligentia. Scio quia zelo dei fecerunt: scio, non dubito quia zelo dei fecerunt; sed et illud debent attendere apostoli Pauli, quomodo plangit eos etiam qui ZELUM DEI HABENT, SED NON SECUNDUM SCIENTIAM. Ecce non est admissus hodie, cras morietur: de cuius manibus exigitur? Dicturus es, Sed fingit. Respondeo, Sed petit. Ego ostendo quod petit: tu ostende quia fingit. Christiane, iam volo doceas et me: unde scis quia fingit? Quia rebus suis timet. Novimus multos timuisse rebus suis, et ideo factos catholicos: cum accepissent libertatem, redierunt ad illos quidam, quidam vero manserunt. Quamdiu non intraverunt, rebus suis timuerunt; et, cum intraverunt, discendo manserunt. Unde scis ergone iste qui timet rebus suis inter illos erit qui ficti inventi sunt, maxime accedente tanta luce veritatis, tanta convictione falsitatis? Quid vis de corde iudicare, homo? Ideo sudavimus, ideo laboravimus, ideo veritas demonstrata est invicta, ut sit quaerentibus inimica? Laboravimus, ut veritas ostenderetur, falsitas convinceretur. Adiuvit dominus, factum est. Forte pro quo factum est, quadam consideratione mutatus est. Quare de corde vis iudicare? Ego video petentem, et tu accusas fingentem? Christiane, quod vides admitte, quod non vides deo dimitte. Breviter caritati vestrae dico, pascendas oves domini ab ipso domino audivimus; et scimus quid de ovibus per Iezechielem dicat: ne ovis ovem impingat, ne ovis ovem impellat, ne fortis languidam premat. Attende quid apostolus dicat: CORRIPITE INQUIETOS, CONSOLAMINI PUSILLANIMES, SUSCIPITE INFIRMOS. Corripite inquietos: fiat hoc. Consolamini pusillanimes: fiat hoc. Suscipite infirmos: fiat hoc. PATIENTES ESTOTE AD OMNES: fiat hoc. NE QUIS MALUM PRO MALO ALICUI REDDAT: fiat hoc. Tanta dicit: non ibi attendimus, nisi, Corripite inquietos. Attendite: Corripite inquietos. Numerate: Consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patien-

Dolor Augustini de quodam Donatista ab ecclesia repulso.

Christianus, quod videt, admittere, quod non videt, deo dimittere debet.

3 torta sunt *bis continue* μ 4 placet μ fecerunt] et ecclesiae *add.* μ, *om. vero* scio n. d. q. z. d. fecerunt *et reliqua quae sequuntur, usque* quando veniunt ad ecclesiam, *p. 412, l. 12*

7 *scientiam*] Rom. 10, 2.

[8 *Dicturus es, Sed fingit*] Nova haec, quibus sermo 296 suae integritati restituitur, omnino comparanda sunt cum pulcherrima contione de conversione Faustini argentarii: Morin, serm. 1.

19 *factum est*] His, ut vides, confirmatur iudicium Adalberonis W. Kunzelmann, quo sermonem 296 post collationem an. 411 cum Donatistis habitum esse pronuntiavit (Die zeitliche Festlegung der Sermones des hl. Augustinus, Würzburg 1928, p. 30).

24 *per Iezechielem*] ut puta 34, 20 sqq.

29 *reddat*] I Thess. 5, 14. 15.

tes estote ad omnes, videte ne quis malum pro malo alicui reddat. Tu non attendis nisi, Corripite inquietos: vide, ne tu sis inquietus, ne, et quod est peius, et inquietus esse velis, et corripi nolis. Rogamus vos per Christum, obsecramus ne fundatis laborem nostrum. An putatis, quia inde nobis habemus placere, quia vicimus falsitatem? Victoria semper veritatis est. Nos quid sumus? Victa falsitas, olim victa est: sed deo gratias, quia aperte victa est, et manifestata hominibus. Abundavit cultus: quare impeditur fructus?

Labor Augustini in Collatione anni 411 victoriae veritatis unice consuluit.

15. De cetero, fratres, ista non fiant: nemo sic amet ecclesiam, ut invideat lucris ecclesiae. Nudius tertia, aut nudius quarta, factum est hoc quod dico; et non leviter sonuit ad omnes, quia non admittuntur Donatistae, quando veniunt ad ecclesiam. Putatis quia nihil mali factum est, quia hoc ad omnes sonuit? Rogo, ideo sonuerit hodie vox ista, ut illud quod male sonuit obruat ea res quae bene sonuit. Date operam; hoc diximus, hoc praedicamus. Veniant, admittantur more solito, qui numquam adhuc catholici fuerunt. Qui autem iam catholici fuerunt, et inventi sunt lubrici, inventi sunt inconstantes et infirmi, inventi sunt perfidi — numquid parco? prorsus perfidi — forte erunt fideles, qui perfidi fuerunt: veniant et ipsi admittendi ad paenitentiam. Nec sibi blandiantur, quod redientes ad partem Donati egerunt ibi paenitentiam. Illa paenitentia fuit de re bona: sit vera de re mala. Quando egerunt paenitentiam in parte Donati, paenituit quod bene fecerant: modo agant ut paeniteat illos quod male fecerunt. Timetis, quoniam perfidi inventi sunt, ne sanctum conculcent? Ecce et huic timori vestro consulitur: in paenitentia dimittuntur; erunt in paenitentia, quando voluerint reconciliari iam nemine cogente, nemine terrente. Quoniam paenitens catholicus iam legum comminationes non patitur: coepit velle reconciliari, dum nemo terreret: vel tunc crede voluntati. Puta, coactus est esse catholicus: erit paenitens. Quis illum cogit petere reconciliationis locum, nisi voluntas propria? Modo ergo admittamus infirmitatem, ut postea probemus voluntatem.

Quomodo admittendi Donatistae, sive qui numquam catholici, sive etiam qui relapsi fuerunt.

12 Putatis quia] *exhinc rursus* μ *cum C* mali] *om.* μ 13 rogo] vos *add.* μ sonuerit] μ; sonuit *C* 14 bene sonuit] μ; b. sonuerit *C* 14 sq. date o. h. diximus] *C;* hanc operam date, hoc sonet, hoc praedicemus μ 16 qui autem] *C;* si autem μ 18 numquid prorsus parco perfidis? μ 19 fuerunt perfidi μ et ipsi] μ; *om. C* 20 redeuntes μ egerint μ, *et om.* ibi 22 paenituit] illos *add.* μ 24 quoniam] quod μ 25 in paenitentia dimittuntur] *C;* ad paenitentiam admittuntur μ 26 quando] *fort. pro* quoad? 29 credatur μ puta] quia *add.* μ.

10 *aut nudius quarta*] Igitur die 27 aut 26 iunii an. 411 hoc, de quo queritur Augustinus, contigerat.

II, 76.

Biblioth. Casin. II, Florileg. p. 76 sq. (= β), ex codice XCIX, p. 415-421 (= *C*), saec. XI, in quo quidem inscribitur « Sermo sancti Leonis papae ». At vero nihil quod Romani antestitis eloquentiam sapiat in hoc fragmento reperitur, multa e contrario quae Augustinum auctorem prodant, uti ex adnotationibus infra perspicuum fiet; movit praecipue animum mira similitudo cum sermone de Ascensione a me novissime reperto (Morin 17). Codicem Casinensem a Leone monacho peritissimo scriptum contuli benevolentia et liberalitate Revmi P. Antonii Casamassa. Non tamen abest suspicio, quin sermo ultima parte truncus sit, quippe qui et omnino abrupte concludatur, et solummodo tamquam una ex duodecim lectionibus ad vigilias nocturnas de Ascensione recitandis locum in homiliario obtineat.

DE QUADRAGESIMA ASCENSIONIS DOMINI.

Dominus noster Iesus Christus, postquam a mortuis resurrexit, volens certissima et fidelissima attestatione in eodem corpore se resurrexisse monstrare, in quo pependit in cruce, quadraginta diebus cum discipulis suis fuit, intrans et exiens, manducans et bibens. Sic enim oportuerat et dubitantes firmari, et veritatem evangelii posteris praedicari, et credentibus carnis suae futuram incorruptionem et immortalitatem in illa aeterna beatitudine ostendi, et malignis hominibus aliter, quam veritas habet, de domino sentientibus et docentibus contradici. In eo namque corpore in caelum resurgens ascendit, in quo corpore mortuus inferos visitavit. Ipsum quippe habitaculum iam immortalis carnis suae in caelo collocavit, quod sibi ipse in matris virginis utero fabricavit.

Ad quid Christi quadraginta dierum conversatio cum discipulis post resurrectionem.

2. Mirum sane quibusdam videtur, quod dominus in evangelio ait, NEMO ASCENDIT IN CAELUM, NISI QUI DESCENDIT DE CAELO, FILIUS

1 *titulum ipse supplevi;* sermo sancti leonis papae *Cβ* 11 sq. immortalis carnis] *emendavi ex* immortali carni

5 *intrans... et bibens*] Ita Aug. in singulis fere sermonibus de Ascensione. Cf. serm. 262, n. 1: « Conversatus est cum eis diebus quadraginta, sicut audistis, intrans et exiens, manducans et bibens »; 263, n. 4: « quadraginta diebus cum discipulis fuit, sicut Petrus in Actibus apostolorum loquitur, intrans et exiens, manducans et bibens »; 264, n. 2: « dignatus est post resurrectionem vivere cum illis quadraginta diebus integris... intrans et exiens, manducans et bibens »; 265, n. 1: « conversatus est cum eis in terra quadraginta diebus, intrans et exiens, manducans et bibens ».

13 *fabricavit*] Serm. 264, n. 4: « non dimisit hic tunicam, quam voluit indui ».

HOMINIS QUI EST IN CAELO. Quemadmodum dicitur filius hominis, inquiunt, descendisse de caelo, cum hic assumptus sit in virginis utero? Haec qui dicunt, spernendi non sunt, sed docendi sunt: arbitror enim eos pie quaerere, sed necdum quod quaerunt posse intellegere. Ignorant enim quia ipsa divinitas ita illam humanitatem suscepit, ut una persona fieret deus et homo; et illa humanitas illi divinitati ita cohaesit, ut unus Christus esset Verbum anima et caro. Et propterea dictum est: NEMO ASCENDIT IN CAELUM, NISI QUI DE CAELO DESCENDIT, FILIUS HOMINIS QUI EST IN CAELO.

Docendi sunt, qui pie quaerunt, non spernendi.

3. Utraque enim substantia sua sibi proprietatis nomina impertit, et divina humanae, et humana divinae; ut et Filius dei dicatur homo, et filius hominis dicatur deus, utrumque tamen idem ipse Christus. Ita enim ipse dominus noster Iesus Christus dignatus est hominem suscipere, ut se filium hominis non dedignaretur dicere, sicut multis locis in evangelio legimus. Nam beato Petro ipse ait: QUEM DICUNT ESSE HOMINES FILIUM HOMINIS? Cui Petrus ipso Christo petra inspirante respondit: TU ES CHRISTUS FILIUS DEI VIVI. Ecce adest ille citharista, quem David significavit: modo apparuit, quia corda suorum tetigit, et quem voluit sonum qui omnibus notus esset elicuit. Et de ultimo adventu suo terrens Iudaeos in passione sua: AMODO VIDEBITIS, inquit, FILIUM HOMINIS VENIENTEM IN NUBIBUS CAELI. Et alio loco: VIDEBITIS ANGELOS ASCENDENTES ET DESCENDENTES AD FILIUM HOMINIS. Cum ait ASCENDENTES, in caelo se esse ostendit; cum ait DESCENDENTES, etiam in terra se numquam defuturum esse monstravit, sicut etiam disci-

Idiomatum communicatio in Christo.

16 homines esse β 17 sq. cythar. $C\beta$

1 *in caelo*] Ioh. 3, 13.

Quemadmodum dicitur etc.] Idem sophisma dissolvit Aug. cum serm. 263, n. 2. 3 (= Mai 98, 3), tum De agone christ. n. 27 (Migne 40, 304).

3 *spernendi non sunt, sed docendi*] His verbis temperatam sapientemque Hipponiensis nostri indolem quis non ilico dignoscat?

7 *et caro*] Sermo de Ascensione a me novissime repertus (Morin 17, 3): « Verbum, anima et caro, Christus unus » et al.

11 *et humana divinae*] De hac, ut aiunt, idiomatum communicatione similia profert Aug. serm. 213, n. 3 (= Guelferb. 1, 4); Tract. 78 in Ioh, n. 2. 3; Contra serm. Arrianorum, n. 8; De trinit. I, c. 13, n. 28 et al.

16 *hominis?*] Mt. 16, 13.

17 *vivi*] Ibid. 16.

17 sq. *citharista*] De usu huius vocabuli apud Aug. vide sis Thes. ling. lat. III, 1198, l. 49 sqq.

21 *caeli*] Mt. 26, 64.

22 *hominis*] Ioh. 1, 51.

24 *esse monstravit*] Serm. 122, n. 6: « Si a. ad illum ascendunt, ad illum descendunt, et sursum est, et hic est »; serm. 123, n. 4: « Non diceret, *ascendentes ad filium hominis*, nisi sursum esset; non diceret, *descendentes ad filium hominis*, nisi et deorsum esset »; serm. Guelferb. 13 in fine: « quod ascendit a nobis, non recessit a nobis », et 21 in fine: « Nam si a nobis absens esset, quod modo audivimus mendacium esset, *Ecce ego vobiscum sum* » etc.

pulis ascensurus in caelum promisit, dicens: ECCE EGO VOBISCUM SUM OMNIBUS DIEBUS USQUE AD CONSUMMATIONEM SAECULI.

4 Sic autem deus dilexit humanum genus, ut Filium suum unigenitum daret pro saeculi vita. Nisi enim traderet Pater vitam, nos non haberemus vitam; et nisi ipsa vita moreretur, mors non occideretur. Ipse quippe dominus Christus est vita, de quo Iohannes evangelista ait: HIC EST VERUS DEUS, ET VITA AETERNA. Ipse namque etiam per prophetam morti mortem comminatus ait: ERO MORS TUA, O MORS; ERO MORSUS TUUS, INFERNE. Quasi diceret: Ego te moriendo occidam, ego te consumam, ego tibi omnem potestatem auferam, ego captivos quos tenuisti eruam. Innoxium me tenere voluisti: iustum est ut perdas quos tenere voluisti.

Christus, saeculi vita.

5. Ergo et mortua est vita, et mansit vita, et resurrexit vita, et morte sua mortem interficiendo nobis contulit vitam. ABSORTA EST itaque MORS IN VICTORIA Christi, qui est aeterna vita; DEGLUTIVIT ergo MORTEM, sicut apostolus ait, UT VITAE HEREDES ESSEMUS. Per Christum ergo heredes vitae aeternae effecti sumus, per quem a morte sempiterna liberati sumus, cuius etiam membra nos esse non dubitamus. Quadragesima itaque die, hoc est hodie, dominus Iesus in caelum ascendit, discipulis contemplantibus et admirantibus: ipsis quippe constantibus et confabulantibus subito nubes suscepit eum, et ablatus est ab eis in caelum.

II, 114.

Sermonem hunc haud sine mendis evulgarunt editores Bibliothecae Casinensis in Florilegio voluminis II, p. 114-115 (= *β*) ex codice Casin. CII, p. 352-354, saec. XI (contuli = *C*), et ipso locis plurimis corrupto. At sermo indubitanter Augustinianus est, uti ex locis similibus infra collectis apparet, et paulo ante Pascha habitus esse videtur: invitat enim in eo s. episcopus catechumenos ad baptismum, erroremque tum temporis vigentem redarguit, quo multi « fideles fieri » timebant, ne postea peccando perceptam gratiam amitterent.

[2] *saeculi*] Mt. 28, 20.

[4] *daret*] Ioh. 3, 16, ubi nonnulli veteres codices in fine similiter addunt *pro saeculo*.

[7] *aeterna*] I Ioh. 5, 20: cf. serm. Liverani 8, 7.

[9] *inferne*] Os. 13, 14.

[11] *tenere voluisti*] Serm. Morin 17, 4: « Adhuc ille teneret nocentes, si non occideret innocentem » etc.

[15] *in victoria*] I Cor. 15, 54. Cf. eundem serm. n. 4: « Iam in illius carne dicitur, quod in nostra in fine dicetur, *Absorta est mors in victoria* ».

[16] *essemus*] I Petr. 3, 22.

[20] sq. *constantibus*] = una stantibus: cf. Thes. ling. lat. IV. 527, l. 42 sqq.

DE EO QUOD SCRIPTUM EST: NON EST OPUS SANIS MEDICUS SED MALE HABENTIBUS · ET UT CATECHUMENI NE DIFFERANT VENIRE AD GRATIAM.

NON EST OPUS SANIS MEDICUS, SED MALE HABENTIBUS; NON VENI VOCARE IUSTOS, SED PECCATORES. Domini vox est: ad hoc autem vocat peccatores, ne semper sint peccatores; ne forte putent homines, quia amavit dominus peccatores, et semper velint habere peccata, ut amet illos Christus. Sic amat Christus peccatores, quomodo amat medicus aegrotum, sed ut occidat febrem, et salvet illum. Non illum vult semper aegrotare, ut habeat quem semper visitare; sed vult illum sanare. Ergo dominus non venit vocare iustos sed peccatores, ut iustificaret impium. Ex idolatra fecit fidelem, ex ebrioso sobrium, ex luxurioso parcum, ex avaro ⟨non⟩ donantem venatoribus, plaudentem diabolo, sed donantem pauperibus et coronandum a Christo, et acquirentem sibi illud quod transire non possit. Difficilius erat quod fecit dominus; qui enim ex impio fecit pium, pio non reddet praemium? Attendite, fratres mei: quid est incredibilius, ex impio facere pium, an ex pio facere angelum? Impius et pius contraria sunt sibi: pius et angelus non sunt contraria. Ex vicino te non implebit, qui ex contrario te commutavit? Iam enim cum pius esse coeperis, imitari incipis vitam angelicam: cum autem impius esses, remotus eras ⟨a vita⟩ angelorum. Veniente autem fide iustificaris, et humiliaris deo, qui blasphemabas deum; et qui conversus eras ad creaturam, iam desideras creatorem.

Vocat Christus peccatores, ne semper sint peccatores.

Difficilius est, ex impio facere pium, quam ex pio angelum.

2. Ecce quid tibi praestitit: exhibuit in orbem terrarum ecclesiam suam; sicut eam promisit, ita exhibuit. Praedicta est idolatria aliquando interficienda et auferenda: legerunt eam maiores nostri, et non viderunt; nos autem legimus et videmus. Qui enim videt, numquid credit? Ille credit, qui non videt: aliud est credere, aliud est videre. Crede quia non vides, ut credendo quod non vides merearis videre quod

1-3 *inscriptionem ipse supplevi;* sermo sancti augustini episcopi unde supra *C* 7 havere *C* 13 non *coniectura supplevi* 14 coronandum] *item conieci;* coronantem *C* 15 erat quod] *an forte pro* quod erat? 16 qui] *scripsi;* que *C* 17sq. implebit... commutavit?] *coniect. emendavi ex* implevit... non mutavit 20 cum] *correxi ex* tu 21 a vita] *supplevi* 22 fidem *C* 26 aufferenda 28 est] *2° loco;* esse *β*

5 *peccatores*] Luc. 5, 31. 32 et al.

6 *ne semper sint peccatores*] Aug. in epist. ad Gal. n. 17: « Non enim veni vocare iustos, ait dominus, sed peccatores: ad hoc utique, ne sint peccatores ».

13 *donantem venatoribus*] Enarr. in Ps. 102, n. 13: « Qui venatoribus donant, quare donant? dicant mihi. Quare donat venatori? Hoc in illo amat, in quo nequissimus est » etc.

17sq. *ex pio facere angelum*] Cf. serm. Morin 16, 7.

credis. Meritum visionis, fides est; merces fidei, visio est. Quid quaeris ante opus mercedem? Crede ergo, et ambula in fide: salus tua in spe est. Coepit ergo te curare optimus medicus, cui nullus morbus est insanabilis. Noli timere scelera tua praeterita, quamvis inmania, quamvis incredibilia, quae forte gessisti: morbi sunt magni, sed maior est medicus. Noli ergo curare de praeteritis: uno sacramenti momento dimittentur, et omnino omnia dimittentur. Audi de hac re quid ab apostolis dictum sit Iudaeis, qui crucifixerunt dominum: AGITE PAENITENTIAM, ET BAPTIZETUR UNUSQUISQUE VESTRUM IN NOMINE DOMINI IESU CHRISTI, ET DIMITTUNTUR VOBIS PECCATA VESTRA. Factum est: baptizati sunt, crediderunt, accesserunt corpori dominico, accesserunt ad bibendum sanguinem quem fuderunt. Omnibus reis factis indulgentiam dat dimissor peccatorum, non laudator peccatorum: quia non venit vocare iustos, sed peccatores.

Meritum visionis, fides est; merces fidei, visio.

3. Breviter ergo dicimus sanctitati vestrae: unusquisque christianus det operam, si adhuc cathecuminus est, dimittantur illi peccata. Iam enim signum Christi gerit in fronte, iam intrat ecclesiam, iam per eum tantum nomen invocatur; sed adhuc sarcinam peccatorum suorum portat: nondum dimissa sunt, quia non dimittuntur nisi in sancto baptismate. Et non dicat sibi: Timeo fieri fidelis, ne peccem postea. Ut enim non peccet postea, habet in potestate: ut non peccaverit, numquid habet in potestate? Habet quod faciat, ut non peccet: quid facit, ut non peccaverit? Quod enim factum est, factum est: praeterita non potes facere non facta: quae autem futura sunt, potes non facere. Quare ergo perverso consilio a diabolo seducitur? Futura peccata timet, quae nondum admittit; praeterita non timet, quae portat commissa. Illa nondum fecisti, ista iam premunt te; forte illa non

Vana excusatio baptismum differentium.

5 magnior *C: de superlativo « magnissimus » aliquando forte usurpato vide sis Forcellini-De Vit, v.* magnus g. 7 audi de] *scripsi;* audite *C* 11 dominico] *conieci;* domino *C, compendio scriptum* 16 cathecuminus] *ita C* dimittantur] *emendavi ex* dimidtuntur 17 gerit] ierit *C* 20 dicat sibi] *scripsi:* dicas tibi *C* 24 facere non] *conieci ex* non facere 26 amittit *C*

1 *merces fidei, visio*] Serm. 43, n. 1: « Est autem fides, credere quod nondum vides; cuius fidei merces est, videre quod credis »; Tract. 75 in Ioh. n. 5: « ipsam visionem mercedem fidei ».

5 sq. *maior est medicus*] Enarr. in Ps. 102, n. 5: « Sanabuntur omnes languores tui, noli timere. Magni sunt, inquies: sed maior est medicus. Omnipotenti medico nullus languor insanabilis occurrit ».

10 *vestra*] Act. 2, 38, ut passim legit Aug.

15 sq *christianus... si adhuc cathecuminus*] Adverte hic christianos appellari etiam catechumenos, uti apud Aug. Tract. 44 in Ioh. n. 2.

18 sq. *adhuc sarcinam p. s. portat*] Cf. Tract. 13 in Ioh. n. 7: « Quantumcumque e. catechumenus proficiat, adhuc sarcinam iniquitatis suae portat: non illi dimittitur, nisi cum venerit ad baptismum »; similiter Tract. 11, n. 1.

facies, immo si noles non facies, haec et si velis delere potes. Non possum, inquis. Confuge ergo ad eum, qui illa delet.

4. Veni ad gratiam. Accepisti enim potestatem, quia scriptum est: DEDIT EIS POTESTATEM FILIOS DEI FIERI. Incipe ergo esse filius, qui eras malus servus, iam tamen in domo magna esse coeperas. Ubi coepisti esse servus, affecta esse filius: donentur tibi peccata quae portas. Quid times quae non sunt, et non times quae sunt? Cum autem per remissionem peccatorum fueris innovatus, dimissis omnibus praeteritis, si accipis hic largum spatium vivendi, ut fidem tuam bona opera consequantur, sic vive, tamquam factus filius de familia tanti patris familias, quasi super quem invocatur nomen dei. Sic vive: profice, contemne praesentia, spera futura; vilescant tibi temporalia, clarescant aeterna. Faciamus medici praecepta, ut aeterna sanitate perfrui mereamur: quia QUI FECERIT VOLUNTATEM DEI, MANET IN AETERNUM, QUOMODO ET DEUS MANET IN AETERNUM.

Catechumenus, adhuc servus; baptizatus, iam filius est magni patris familias.

III, 136.

Biblioth. Casin. III, Florileg. p. 136 (= β), ex cod. Casin. CIV, p. 135-136, saec. XI in. (= *C*). Pauca quidem verba, sed quin vere Augustini sint nullus dubito. Quae licet fragmentum fortasse longioris orationis exhibeant, meminisse tamen oportet, huiusmodi brevissimas allocutiones praecipue in die Paschae et octavarum infantium habitas esse, quando, ut ait s. Pater, « multa agenda » erant: cf. serm. 260 initio, 226 circa finem, Guelferbyt. 19, etc.

DE EVANGELIO · UBI THOMAS TETIGIT DOMINI CICATRICES · DIE DOMINICO OCTAVARUM PASCHAE.

Audistis magis a domino esse laudatos, qui non vident, et credunt, quam eos qui vident et credunt, et etiam tangere valuerunt. Thomas enim apostolus, quando se ostenderat dominus discipulis suis, absens

4 filius] *C;* fidelius β 11 dei] *C;* domini β 16-17 *inscriptionem ipse composui;* Sermo unde supra de oct. pasche *C* 18. 19 credent *C*

3 *Veni ad gratiam*] Hoc nomine apud Augustinum aliosque Patres baptismum designari animadvertit A. Mai ad sermonem 119, qui inscribitur « De accedentibus ad gratiam » NPB. I, 251. Cf. sermonem Maur. 132, n. 1. 2: « Ecce Pascha est, da nomen ad baptismum... Sed si catechumeni exhortandi sunt, fratres mei, ut ad tantam gratiam regenerationis accedere non morentur » etc.

4 *fieri*] Ioh. 1, 12.

5 *in domo magna*] Cf. II Tim. 2, 20 et Hebr. 3, 2-6. Tract. 11 in Ioh. n. 4: « Et quod signum crucis habent in fronte catechumeni, iam de domo magna sunt; sed fiant ex servis filii ».

15 *in aeternum*] I Ioh. 2, 17.

erat; et cum audiret ab eis quod resurrexit Christus, dixit: NISI MISERO MANUM MEAM IN LATUS EIUS, NON CREDAM. Quid, si ergo dominus sine cicatricibus resurgeret? Neque enim poterat resuscitare carnem suam, ut nulla in ea vestigia vulnerum remanerent? Poterat hoc: sed nisi cicatrices reservaret in corpore suo, non sanaret vulnera in corde nostro. Tactus est, et agnitus est. Parum erat videre oculis suis, digitis suis credere volebat. Veni, inquit, MITTE DIGITOS TUOS HUC: non totum abstuli, servavi unde credas; ET VIDE LATUS MEUM, ET NOLI ESSE INCREDULUS, SED FIDELIS. At ubi ille manifestavit sibi quod illi dubium remanserat, exclamavit: DOMINUS MEUS, ET DEUS MEUS. Carnem tangebat, divinitatem clamabat. Quid tetigit? Corpus Christi. Numquid corpus Christi divinitas Christi erat? Divinitas Christi, Verbum erat: humanitas Christi, anima et caro erat. Ipsam animam tangere ille non poterat, sed intellegere poterat, quia corpus quod mortuum fuerat, vivum movebatur. Illud autem Verbum nec mutatur nec tangitur, nec deficit nec proficit; quia IN PRINCIPIO ERAT VERBUM, ET VERBUM ERAT APUD DEUM, ET DEUS ERAT VERBUM. Hoc clamavit Thomas: tangebat carnem, invocabat Verbum, quia VERBUM CARO FACTUM EST, ET HABITAVIT IN NOBIS.

Thomas tetigit carnem, agnovit Verbum.

[4] remanerent?] *C; interrogationis notam om.* β [5] sanaret] *C;* salvaret β

[2] *non credam*] Ioh. 20, 25.

[3] *Neque enim poterat* etc.] Serm. 88, n. 2: « Numquid non poterat dominus sine cicatricibus resurgere? Sed in corde discipulorum vulnera noverat, propter quae sananda cicatrices in corpore suo servaverat »; 242, n. 3: « cicatrix vulneris sanavit vulnus incredulitatis »; Enarr. in Ps. 88, serm. 2, n. 5: « cicatrices servavit in corpore, ut vulnus dubitationis sanaret in corde », et alibi passim.

[9] *fidelis*] Ioh. 20, 27.

[10] *meus*] Ibid. 28.

Carnem tangebat etc.] Serm. 258, n. 3: « Hominem tetigit, deum cognovit; tetigit carnem, respexit ad Verbum: quia Verbum caro factum est, et habitavit in nobis ».

VII.

SERMONES QUOS DIVERSIS TEMPORIBUS HUCUSQUE EDIDIT GERMANUS MORIN

Ego Leopoldus Morin, qui et Germanus, Cadomo vel potius Catumago in Normannia, urbe quondam inclita oriundus, in illa insigni s. protomartyris Stephani basilica, cui primus abbas praefuit suae aetatis miraculum Lanfrancus Papiensis, Deo et Christo renatus sum. Adolescens cum Familiae Benedictinae nomen dare statuissem, iam tum saeviente in religiosos ordines persecutione e patria migrare coactus in Maretiolense coenobium veni, quod deducta ex Beurona colonia in provincia Namurcensi apud Belgas paulo ante conditum erat. Exhinc, cum ad nullam aliam rem utilis essem, perquirendis explanandisque christianae antiquitatis monumentis summo me studio dedidi, multaque hucusque incognita documenta repperi, multas quaestiones ad rem litterariam pertinentes Dei beneficio expedivi, quibus mihi exilia mutanti ac paene omnibus adminiculis saepius destituto amplissimum tamen vitae pretium repensum est. Inprimis vero magnum Augustinum praecipuo semper amore prosecutus sum, ut cetera omnia, haud excepta Caesarii Arelatensis quam multis annis elaboraveram editione, ei posthabenda censerem. Unde credo contigit, ut novam sermonum illius messem contra omnium opinionem colligerem, quantam nemini fere post Maurinos e latebris eruere concessum.

In quibus profecto principem locum obtinent tractatus illi sive sermones quattuor et triginta, [1] quos ex codice Guelferbytano 4096 « inter furentis orbis incendia » velut augustissimum quoddam « monumentum pacis catholicae » [2] anno MCMXVII Campoduni et Monaci apud Ios.

[1] Primum quidem tres tantum et triginta uti genuinos habueram; at vero paulo post expostulantibus nonnullis huius rei sollertissimis iudicibus, illius etiam sermonis auctoritatem agnoscere compulsus sum, quem nimia quadam scrupulositate praeoccupatus in Appendicem septimo loco reieceram.

[2] Haec verba multi mihi crimini verterunt, ignorantes puto id ad traditionem christianam pertinere, ut cum dicitur « pax catholica », ipsa ecclesia catholica intellegatur; unde illud notissimum in sequentia Notkeriana de s. Martino: « canat ecclesia *pacis catholicae* ».

Koesel edidi, quosque hic, cum pauca exemplaria vendibilia supersint, priore librario comiter annuente secundis curis in vulgus profero. In quo ut ratione et via procedam, veluti cum de Denisianis sermonibus supra ageretur, ita etiam nunc a descriptione collectionis Guelferbytanae incipere visum est.

***

Codex Guelferbytanus 4096, inter Wissemburgenses sine ullo certo auctore adnumeratus, ab O. v. Heinemann in suo Catalogo t. VIII, p. 273, breviter atque haud ita accurate descriptus est. Nam licet ibi saeculo X adsignetur, peritissimorum tamen virorum Pauli Lehmann et eheu in bello impie occisi Sigmundi Tafel iudicio potius stare libet, qui librum saeculo IX, et quidem in Germania septentrionali, scriptum mihi confirmarunt. Constat modo 194 foliis pergam. 33×25 cm., at certe initio et fine mutilus: nam ex primo quaternione nonnisi septem folia supersunt, primo folio iam inde a multis saeculis abscisso; ex XXV° vero, qui nunc ultimus, unum folium exstat, cui alterum recentiori aetate aptatum est. Quo factum, ut et consueta « capitula » et titulus authenticus pessum irent; quorum loco recentiori aetate nescio quis de suo inscripsit: *tractatus vel homiliae diversorum patrum, ab initio et in calce mutilae.* Codex ipse, ex quo is noster descriptus est, etiam mancus ac male habitus fuisse videtur, partim deficientibus foliis, partim inverso ordine dispositis. Ab archetypo quoque puto repetendum est, quod saepissime litterae *u* et *b* vicissim permutantur, quodque non solum in vocibus compositis sed et alias consonantes praeter usum communem adsimilantur: ut puta, *quemammodum, at te, as se, ar redimendos nos, descendit an nos;* quin et reperitur *annus* pro *agnus*, et in verbo *adiuvare* littera *d* ab amanuensi constanter omissa est, Unam manum per totum volumen, quicquid contra dixerit Heinemann, mihi agnoscere videor, eamque licet haud elegantissimam, at planam profecto ac lucidam: accessit cura correctoris coaevi, qui recte interpungendis vocibus praecipuam operam dedit; quod vero idem aliique postea in textu nonnulla emendare ausi sunt, id quidem mea sententia parum felici successu. Denique animadvertas velim, titulos singulis tracta-

tibus praefigendos ab ipso codicis scriptore, sed fortasse paullo serius exaratos, immo nonnumquam praetermissos fuisse membrana pura relicta.

Ante quam seriem tractatuum, qui in codice habentur, ordine describam, illud in primis admoneo, numerum contioni unicuique suum a me adpositum esse, ut lectoris commodo consulerem, ceterum ab antiquario sermones alia ratione, id est per rerum ac sollemnitatum series, esse signatos.

I. f. 2 se laeta miratur · et de spiritu sancto protulisse gaudet... et gloria aeterna · dominus noster Iesus Christus · cuius est honor etc. EXPLICIT TRACTATUS DE NATALE DOMINI · II · (Append. August. serm. 121, a n. 4 med.).

II. f. 2^{v} INCIPIT TRAC · DE NATL · DOMINI · II · Unigenitus Christus dei filius · verus sol iustitiae... et virginitas perseverat · in Christo Iesu domino nostro · EXPLICIT TRAC · DE NATALE DOMINI · (Aug. serm. 191 cum exordio in nota, Migne 38, 1009 et 47, 1175 sq.).

III. f. 4 INCIP · TRACT · DE NATALE DOMINI · III · Hodie fratres karissimi · caeli desuper roraverunt... redimique non poterat mundus · nisi fuisset Christus occisus · EXPLI · TRACT · DE NATALE DOMINI · (in Append. prioris editionis meae, serm. I, primum vulgatus).

IV. f. 5^{v} INCIP · TRACT · DE NAT · SANCTI STEPHANI PRIMI MARTYRIS · Dominus et salvator noster Iesus Christus iubet nobis aliquid et promittit aliquid... nullo modo invictus pugnabis · nisi pro tuis inimicis oraveris · EXPLI · TRACT · DE NAT · STEPHA · (August. sermo 382, inter dubios; heic aliquanto melior).

V. f. 7 INCIP · TRACT · EIUSDEM · Apostolica lectio · fratres karissimi · nuper auribus vestris insonuit... inmarcescibilem coronam accipere · (August. Append. 114).

VI. f. 8^{v} INCIPIT TRACT · IN NAT · INFANTORUM QUI PRO DOMINO OCCISI SUNT · Advenit ecce dies qua sacramentum christianae nativitatis... quae magi ex ultimis terris Christo portabant · cui est honor, etc. EXPLIC · DE NAT · INFANTUM · (Est Optati Milevit. sermo primum in Appendice editionis meae, n. 2, postea integer ab Andrea Wilmart emissus: « Revue des sciences religieuses » 2 [1922], p. 271-302).

VII. f. 12 INCIPIT TRACT · IN DIE EPIFANIORUM · Aperiatur hodie omne os, dilectissimi... in aeternum custodiat · per dominum nostrum Iesum Christum · (August. Append. 138).

VIII. f. 13 INCIPIT TRACT · EIUSDEM · Diei huius adventum si perfecto possimus ore narrare... ut sacrum domini corpus attingeret · EXPLICIT · (cf. Caillau I, serm. 10).

IX. f. 13^{v} INCIPIT TRACT · DE IEIUNIO IN PRIMA DOM · QUADRAGESIMA · Adest nobis venerabile et medicinale quadragesimae tempus... qui se in paupere esurire testatur · (August. Append. 144).

X. f. 14^{v} INCIPIT TRACTATUS EIUSDEM · Nonnulli christianorum, fratres, aestimantes se... nullis vermium stimulis conpungamur · (Maxim. Taurin. serm. 26: Migne 57, 583).

XI. f. 16 INCIPIT DE DIE DOM · INITIO QUADRAGESIMAE · Rogo vos et admoneo · fratres karissimi · ut in isto legitimo... sub sua protectione perducat · Qui cum patre, etc. (Est Caesarii Arelaten.: August. App. 142).

XII. f. 18 INCIPIT TRACT · DE QUADRAGESIMA · Dominus et salvator noster fr · kar · qualiter ad eum... pro sua pietate perducere dignetur · Cui est honor, etc. (Item Caesarii: August. App. 141).

XIII. f. 19^{v} INCIPIT · TRACT · DE QUADRAGESIMA · Audivimus fr · kar · scripturam dicentem · locutum esse dominum ad Abraham... et sic semper cum domino erimus · Praestante domino, etc. (Caesarii: August. App. 4).

XIV. f. 21^{v} *mutilus incipit* credere nos in deum patrem omnipotentem universorum creatorem regem saeculorum · inmortalem et invisibilem... EXPLICIT TRACT · DE SYMBOLO · (August. serm. 215, a n. 2).

XV. f. 23^{v} INCIPIT TRACTATUS DE SYMBOLO · Apostolus dicit · erit omnis qui invocaverit nomen domini salvus erit · Ad istam salutem curritis... Symbolum est ergo breviter conplexa regula fidei... in fide non erret · amen · EXPLI · TRAC · DE SYMBOLO · IIII · (August. serm. 213, hic primum omnibus partibus suis constans: vide infra Guelferb. serm. 1).

XVI. f. 28 INCIPIT TRACTATUS DE SYMBOLO · V · Tempus est ut symbolum accipiatis quo continetur... et proficiendum est · EXPLICIT etc. (August. serm. 212).

XVII. f. 29^{v} INCIPIT TRACTAT · DE DOM · ORATIO · I · Symbolum reddidistis · quo breviter conprehensa... merces erit · amen · EXPLICIT etc. (August. serm. 58).

XVIII. f. 33^{v} INCIPIT TRACTATUS DE DOMINICA (*sic*) · II · Dominicum semen per manus linguae nostrae in vestris cordibus... et trades symbolum · Amen · EXPLI · TRAC · DE DOM · ORAT · II · (Editionis meae prioris, Append. serm. 3).

XIX. f. 35^{v} INCIPIT TRACTATUS DE DOM · ORAT · III · Videmus dilectissimi vestram sanctam devotionem expectantium dominicam percipere orationem... facientes voluntatem eius · amen · EXPLICIT etc. (Append. prioris edit. serm. 4).

XX. f. 37 INCIPIT TRAC · DE DOM · ORATI · IIII · Reddidistis quod credatis · audistis quid oretis... sed etiam discatis quid desiderare debeatis · amen · EXPLICIT etc. (August. serm. 59 interpol.).

XXI. f. 39 INCIPIT TRAC · DE PASSIONE DOMINI · Magnum et ineffabile sacramentum dominicae passionis sollemniter hodie celebramus... non semel in anno · sed continua sanctitate · amen · EXPLI · etc. (infra, Guelferb. serm. 2).

XXII. f. 40 INCIPIT TRAC · DE PASSIONE DOMINI · Passio domini et salvatoris nostri Iesu Christi fiducia gloriae est... si patienter pertulit deus · quod voluit inimicus iniustus · amen · EXPLI · etc. (infra, Guelferb. serm. 3).

XXIII. f. 41^{v} INCIPIT TRACTAT · DE NOCTE SANCTA · Dominus noster Iesus Christus in plenitudine temporis pro aeterna nostra salute passurus... ne intremus in temptationem · amen · EXPLI · TRACTAT · DE NOCTE SANCTA · I · (infra, Guelferb. serm. 4).

XXIV. f. 42 INCIPIT TRAC · DE NOCTE SANCTA · II · Quoniam dominus noster Iesus Christus diem quem fecerat moriendo luctuosum... qui mortuus est ut viveremus · amen · EXPLI · TRAC · DE NOCTE SANCTA · II · (infra, Guelferb. serm. 5).

XXV. f. 44 INCIPIT TRACTATUS DE NOCTE SANCTA · III · Dominus noster Iesus Christus passioni proximus · ubi pro debitis nostris... sed quia vicit leo · veniet iudicare vivos et mortuos · amen · EXPLI · TRACTAT · DE NOCTE SANCTA · III · (infra, Guelferb. serm. 6).

XXVI. f. 44^{v} INCIPIT TRACTATUS DE DOMINICA SANCTI PASCHE · Hic est dies quem fecit dominus · exultemus et iocundemur in eo · Sicut modo domino deo nostro cantavimus · ita illo adiuvante... senescere licet · mori non licet · amen · EXPLI · TRAC · DE DOM · SANCTI PASCE · (ex serm. August. 230 et 225 consarcinatus).

XXVII. f. 45^{v} INCIPIT TRACTAT · DE DOMINI · SANCTE PASCE · Post laborem noctis praeteritae · quoniam et si spiritus... propter aedificationem illorum · amen · EXPLICIT etc. (August. serm. 228, ab Hier. Vignier primum editus, hic correctior).

XXVIII. f. 46^{v} INCIPIT TRAC · DE DOM · SANCTI PASCE · Dominum nostrum Iesum Christum factum esse hominem... ut cum videretis non erubescatis · sed potius exultetis · amen · EXPLICIT etc. (August. serm. 119).

XXIX. f. 48^{v} INCIPIT TRACTATUS DE DOMINICO SANCTE PASCHE · Siquidem ipse habet clavem David... adoptati sumus · cui est gloria, etc. (est s. Hieronymi tractatus initio mutilus: cf. Anecd. Maredsol. III, 2, p. 416).

XXX. f. 49^{v} INCIPIT TRAC · DE DOM · SANCTI PASCAE · Vos in novam vitam regenerati · propter quod infantes vocamini... ut ad promissa dei pervenire possitis · amen · EXPLICIT etc. (infra, Guelferb. serm. 7).

XXXI. f. 51 INCIPIT TRACTATUS DE DOM · SANCTE PASCHE · Hoc quod videtis · karissimi · in mensa domini panis est et vinum... ut ea quae dicta sunt teneatis · amen · EXPLICIT etc. (supra, Denis serm. 6).

XXXII. f. 52 INCIPIT TRAC · DE DOM · SANCTE PASCE · Sicut audistis praedicari dominum Christum · quia in principio... et de sacramentis altaris hodie infantibus disputandum est · amen · EXPLICIT · etc. (August. serm. 226).

XXXIII. f. 52v INCIPIT TRACTATUS DE DOM · SANCTE PASCE · Beati apostoli cum mirabilia facerent · et sanitates in nomine Christi... Sufficiant caritati vestrae · quia multa agenda sunt · EXPLI · TRAC · DE DOM · SANCTI PASCE · (infra, Guelferb. serm. 19).

XXXIV. f. 53 INCIPIT TRACTATUS DE DOM · SANCTI PASCE · Omnem quidem diem dominus fecit · non solum autem fecit · sed etiam facit... caritatis · inmortalitatis · aeternitatis · amen · EXPLICIT TRAC · DE DOM · SANCTE PASCE · (infra, Guelferb. serm. 8).

XXXV. f. 54 INCIPIT TRAC · DE SECUNDA FER · PASCA · Passio domini et resurrectio duas ostendit nobis vitas · unam quam toleramus... dominus erit merces tua · amen · EXPLI · TRAC · DE SECUNDA FER · PASCE · (Ab Angelo Mai primum editus, sed mutilus; infra integer, Guelferb. serm. 9).

XXXVI. f. 56v INCIPIT TRACTAT · DE SECUNDA FER · PASCE · Resurrectionem domini alii viderunt · alii nuntiatam non crediderunt... corrigant claudicationem · veniant ad benedictionem · amen · EXPLI · TRAC · DE SECUNDA FER · PASCE · II · (infra, Guelferb. serm. 10).

XXXVII. f. 58 Audistis quid dominus discipulis suis post resurrectionem dixerit... Unde ergo mortuus? Verbum caro factum est · et habitavit in nobis · amen · EXPLI · TRAC · (infra, Guelferb. serm. 11).

XXXVIII. f. 60 Domini passio discipulorum defectio · sed domini resurrectio discipulorum refectio... Nolite esse latrones · sed imitamini fidem latronis · Amen · EXPLI · TRAC · DE TER · FER · PASCE · II · (prior. edit. Append. serm. 5).

XXXIX. f. 62 Hodie tertius dies agitur · ex quo gloriosa solemnitas caelebratur... ut non glorietur invidus Iudaeus · sed semper gaudeat Christianus · EXPLI · TRAC · DE TER · FER · PASCE · (ibid. serm. 6).

XL. f. 62v Resurrectio domini Iesu Christi · forma est christianae fidei · Quod enim natus est... quomodo audebis dicere · Redde quod promisisti? amen · EXPLI · TRAC · DE TERTIA FER · PASCE · II · (infra, Guelferb. serm. 12).

XLI. f. 65 Hodierna lectio commendat nobis verum Christum · et veram ecclesiam · verum sponsum · et veram sponsam · ne in aliquo erre-

mus · et aut sancto sponso... ne in tam sanctis nuptiis litigemus · amen · EXPLI · TRAC · DE QUARTA FER · PASCE · (August. serm. 238, a Maurinis primum ex uno tantum codice evulgatus).

XLII. f. 66 INCIPIT TRAC · DE · III · (*sic*) FER · PASCE · Diebus his sanctis resurrectioni domini dedicatis... credamus de capite · amen · EXPL · TRAC · DE QUARTA (*sic*) FERIA PASCHE · II · (August. serm. 242).

XLIII. f. 68 Resurrectionem suam dominus Christus certam et veram · multis et variis documentis... Nos videmus corpus · de capite credamus · Amen · EXPL · TRACTATUS DE QUARTA FERIA PASCE · III · (Et si in Append. prioris editionis serm. 7 reiectus, hic demum a me inter genuinos post serm. Guelferb. 33 receptus).

XLIV. f. 70^{v} Bonum est ut commemoremini quod omni anno soletis audire · Sicut enim quod scriptum est... usque ad consummationem saeculi · amen · EXPL · TRACTATUS DE QUINTA FERIA PASCE · I · (infra, Guelferb. serm. 13).

XLV. f. 71^{v} Narratio resurrectionis domini nostri Iesu Christi secundum evangelistam Iohannem... laudabunt te · EXPL · TRACTATUS DE QUINTA FERIA PASCE · IIII · (August. serm. 243).

XLVI. f. 73 De lectione evangelii · hodie secundum Iohannem resurrectio domini recitata est... qui pro nobis mortuus est in infirmitate · amen · EXPL · TRACTATUS DE QUINTA FERIA SANCTE PASCE · IIII · (infra, Guelferb. serm. 14).

XLVII. f. 74 Novit caritas vestra lectiones istas sancti evangelii... Ibi ergo erunt omnes qui currunt ad decem et septem · qui faciunt legem dei · adiuvante spiritu dei · amen · EXPL · TRACTATUS DE SEXTA FERIA PASCE · I · (ibid. serm. 15).

XLVIII. f. 76 Liberatoris nostri predicatio (*sic*) nostra est liberatio... et eritis non ad sinistram damnandi · sed ad dexteram coronandi · amen · EXPL · TRACTATUS DE SEXTA FERIA PASCA · II · (August. serm. 251).

XLIX. f. 79 Apostolum Petrum primum omnium apostolorum meministis in domini passione fuisse turbatum... testimonium dilectionis · amen · EXPL · TRACTATUS DIE SABBATU OCTABARUM SANCTE PASCE · I · (August. serm. 147).

L. f. 80 Ecce dominus iterum post resurrectionem apparens discipulis interrogat apostolum Petrum... nemo timet iram potentis · haerendo vultui omnipotentis · amen · EXPL · TRACTATUS DE SABBATU OCTABARUM SANCTE PASCE · II · (infra, Guelferb. serm. 16).

LI. f. 81^{v} Audistis apostoli Petri domino interrogante confessionem... commendo etiam ut pro ceteris oretis · EXPLICIT TRACTATUS DE SABB · OCTABARUM SANCTE PASCE · III · (ibid. serm. 17).

LII. f. 83 Primo die dominico agnoscit caritas vestra · hoc est ante istos octo dies... et peritis · et perditis · amen · EXPL · TRAC · DE DOMINICO DIE OCTABARUM SANCTE PASCE · (infra, Guelferb. serm. 18).

XXXIII *bis*. f. 84^{v} Beati apostoli cum mirabilia facerent... quia multa agenda sunt · EXPL · TRAC · DE DOMINICO OCTABARUM SANCTE PASCE · II · (ibid. serm. 19).

LIII. f. 85 Hodierno die baptizati in Christo et regenerati universo populo dei celebrata sacramentorum sollemnitate miscendi sunt... quos fideles tales esse cognoveritis · amen · (August. serm. 224, hic cum nonnullis lect. var.).

LIV. f. 86^{v} Ne moras faciamus acturi multa... ne vos oneremus · breviter omnibus vobis dico · haec agite quae audistis · et deus pacis erit vobiscum · amen · EXPL · TRAC · DE DOMINICO OCTABARUM SANCTE PASCHE QUANDO INFANTES MISCENDI SUNT POPULO DEI · (August. serm. 260, item cum lect. var.).

LV. f. 87 Ascensionem domini in caelum cum carne in qua resurrexit dominus hodie celebramus... et ut credas quia vives de me · prius morior pro te · amen · EXPL · TRACT · DE QUADRAGESIMA ASCENSIONIS DOMINI · (infra, Guelferb. serm. 20).

LVI. f. 88^{v} Sollemnitatem diei huius ammonemus scientes... usque ad occasum laudate nomen domini · amen · EXPL · TRAC · DE QUADRAGESIMA ASCENSIONIS DOMINI · II · (August. serm. 265).

LVII. f. 92^{v} INCIPIT TRAC · DE QUADRAGESIMA ASCENSIONIS DOMINI · II · (*sic*) Ascensionem domini hodie celebramus... mendacium esset. Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem saeculi · amen · EXPL · TRAC · DE QUADRAGESIMA ASCENSIONIS DOMINI · (cf. infra, Guelferb. serm. 21).

LVIII-LIX. f. 93^{v} INCIPIT TRAC · DE QUINQUAGESIMA POST PASCA · Grata est deo sollemnitas... liberavit ipse salvator · amen · EXPLI · TRACTATUS DE NATALE SANCTE (*sic*) IOHANNES BAPTYSTA · I · (Ex mutilo archetypo transscriptus initium habet ex serm. August. 378, finem ex serm. 293).

LX. f. 98 INCIPIT TRAC · DE NATALE SANCTE IOHANNES BAPTYSTA · Cuius hodie celebramus natalis diem praecursor est domini · sanctus Iohannes non evangelista sed baptista... gratias domino agere didicisti . amen · EXPL · TRAC · DE NATAL · SANCTI IOHANNES BAPTISTE · (August. serm.. 290 cum exordio in nota a Maurinis indicato).

LXI. f. 100^{v} INCIPIT TRACTATUS DE NATAL · SANCTI IOHANNES BAPTISTE · Diei hodierni sollemnitas... in praesepio positus est · amen ·

EXPLICIT TRACTATUS DE NATALE SANCTI IOHANNIS BAPTISTE · III · (August. serm. 292).

LXII. f. 105v INCIPIT TRAC · DE NATALE SANCTI IOH · BAPT · IIII · De Iohanne baptista · non evangelista · cuius hodie natalis celebramus diem... breviter concludam · homo humilietur · deus exaltetur · qui gloriatur in domino glorietur · amen · EXPL · TRAC · DE NATAL · SANCTI IOHANNIS BAPTYSTE · (infra, Guelferb. serm. 22).

LXIII. f. 108 INCIPIT TRACTATUS DE NATALE SANCTI IOHANNIS BAPTISTE · V · Quem diem celebramus hodiernum... have gratia plena · Conversi ad dominum · EXPL · TRAC · DE NATALE SANCTI IOHANNIS BAPTISTE · VI · August. serm. 291).

LXIV. f. 110v INCIPIT TRACTATUS DE NATALE SANCTOR · APOSTOLOR · PETRI ET PAULI · I · Debuimus quidem tantorum martyrum diem... magistrum in caelo habemus · amen · EXPL · etc. (serm. 298).

LXV. f. 112v INCIPIT TRACTATUS DE NATALE SANCTOR · APOSTOLOR · PETRI ET PAULI · II · Hodiernum nobis diem festum... pervenire mereamur · amen · EXPL · etc. (serm. 297).

LXVI. f. 116v INCIPIT TRACTATUS DE NATALE SANCTOR · APOSTOLORUM PETRI ET PAULI · III · Apostolorum passio beatorum istum nobis sacravit diem... expectationi caritatis vestrae · quantum coronator eorum dignatus est · non defuit · amen · EXPL · etc. (infra, Guelferb. serm. 23).

LXVII. f. 119 INCIPIT TRACTATUS DE NATALE SANCTOR · APOSTOLORUM PETRI ET PAULI · IIII · Beati apostoli Petrus et Paulus diversis temporibus sunt vocati · et uno die coronati... sed memento quia dei dona sunt merita tua · amen · EXPL · etc. (ibid. serm. 24).

LXVIII. f. 121v INCIPIT TRAC · DE NATAL · SANCTORUM MACCHABEORUM · I · Magnum spectaculum positum erat... et non invenies locum eius · EXPL · etc. (August. serm. 301 extrema parte mutilus).

LXIX. f. 124 INCIP · TRAC · DE NATAL · SANCTORUM MACCHABEORUM · II · Istum diem sollemnem gloria martyrum fecit... matrem traxit · amen · EXPL · etc. (Eiusd. serm. 300).

LXX. f. 126v INCIPIT TRAC · DE NATAL · SANCTI LAURENTI · I · Beati Laurenti martyris dies sollemnis hodiernus est... non saevitia timeatur · amen · EXPL · TRAC · DE NATALE SANCTI LAURENTI · (Serm. 302 cum epilogo a me primum edito inter Guelferb. serm. 25).

LXXI. f. 131v INCIP · TRAC · DE NATALE SANCTI LAURENTI · Agnoscit fides vestra granum... ad gloriam aeternitatis · amen · EXPL · TRAC · DE NATAL · SANCTI LAURENTI · II · (August. serm. 305 cum hac clausula Maurinis incognita: « His vocibus excellentissimi salvatoris, et gratia eius, et spiritu eius, et inspirato amore eius accensi sunt martyres tuba

veritatis, exarserunt flamma caritatis, vicerunt promissa vanitatis, pervenerunt ad gloriam aeternitatis ». Cf. Migne 47, 1188 C).

LXXII. f. 133 INCIPIT TRAC · DE NATAL · SANCTI CYPRIANI · I · Insignem martyrem Christi · per quem maxime istam rexit... sic laudatum esse gaudemus · amen · EXPL · etc. (infra, Guelferb. serm. 26).

LXXIII. f. 134^{v} INCIP · TRAC · DE NATAL · SANCTI CYPRIANI · II · Sollemnitatem sanctam eius martyris hodie celebramus... dicamus omnes · Deo gratias · Conversi ad Dominum · amen · EXPL · TRAC · DE NATAL · SANCTO CYPRIANO · II · (ibid. serm. 27).

LXXIV. f. 136^{v} INCIPIT TRAC · DE NATAL · SANCTI CYPRIANI · III · Dominus et salvator noster Iesus Christus · in quo spes nobis est salutis aeternae... potens est dominus ab omni malo nos liberare · amen · EXPL · etc. (ibid. serm. 28).

LXXV. f. 140 INCIPIT TRAC · DE NATAL · SANCTI CYPRIANI · IIII · Sancta sollemnitas beatissimi martyris · quae nos in nomine domini congregavit... aram fecimus Cyprianum · EXPL · etc. (supra, Denis serm. 14).

LXXVI. f. 142 INCIPIT TRAC · DE MARTA ET MARIA SIGNIFICANTIBUS DUAS VITAS · Sanctum evangelium cum legeretur · audivimus a femina religiosa... ideo non mergimur · quia crucis ligno portamur · amen · EXPL · TRAC · DE MARTHA ET MARIA SIGNIFICANTES DUAS VITAS · I · (August. serm. 104, hic parte haud minima auctior: infra, Guelferb. serm. 29).

LXXVII. f. 145^{v} INCIPIT TRAC · DE PARTU SANCTAE MARIAE · I · Sunt quidam qui dicunt fieri non posse ut Christus de Maria... et culpam sanavit · et poenam curavit · amen · EXPL · etc. (Fragmentum, ut videtur, ineditum, at parvi aut nullius momenti).

LXXVIII. f. 146 INCIPIT TRAC · DE NATAL · SANCTOR · SCILITANORUM IN BASILICA NOBARUM · Martyrum Christi virorum et feminarum fortitudo Christus... omnia cooperantur in bonum · amen EXPL · TRAC · DE NATAL · SANCTOR · SCILITANORUM · I · (infra, Guelferb. serm. 30).

LXXIX. f. 150 INCIPIT TRAC · DE NATAL · SANCTOR · PERPETUAE ET FELICITATE · I · Refulget et preminet inter comites martyres... omnium signata sollemnitas · amen · EXPL · TRAC · DE NATAL · SANCTOR · PERPETUA ET FELICITATE · I · (August. serm. 281).

LXXX. f. 150^{v} INCIP · DE NATAL · SANCTOR · PERPETUA ET FELICITATIS · II · Martyres sancti quorum hodie sollemnitas celebratur · inter quos Perpetua et Felicitas eminent... quibus iste nobis consecratus est dies pro tempore pauca suffecerint · amen · EXPL · TRAC · DE NATAL · SANCTORUM PERPETUAE ET FELICITA · II · (in Append. prior edit. serm. 8).

LXXXI. f. 152v INCIPIT TRAC · DE NATAL · SANCTOR · MARTYRUM · Memoriam martyrum celebramus · laudes ergo martyrum... festa martyrum celebrantes in sobrietate mentis · non in ebrietate ventris · simul deo placentes · amen · EXPL · TRAC · DE NATAL · SANCTORUM MARTYRUM · I · (August. serm. 64, cum exordio et variant. lectt. in nota apud Migne 38, 425).

LXXXII. f. 153v INCIPIT TRAC · DE NATAL · SANCTORUM MARTYRUM · II · Beatificamus martyres sanctos prae ceteris hominibus... sed maledictus omnis qui spem suam ponit in homine · amen · EXPL · TRAC · DE NATAL · SANCTOR · MARTYRUM · II · (infra, Guelferb. serm. 31).

LXXXIII. f. 156 INCIPIT TRAC · DE NATAL · SANCTORUM MARTYRUM · III · Dies sollemnis sanctorum martyrum debitus sermo... unum pretium datum est pro omnibus nobis · amen · EXPL · TRAC · DE NATAL · SANCTORUM MARTYRUM · III · (August. serm. 325 cum clausula aliunde desumpta).

LXXXIV. f. 157 INCIPIT TRAC · DE ORDINATIONE EPISCOPI · I · Hodie caritati vestrae · ex quo nos deus dignatus est... numeroso possessore amplius dilatatur · amen · EXPL · TRAC · DE ORDINATIONE EPISCOPI · I · (infra, Guelferb. serm. 32).

LXXXV. f. 163 INCIP · TRAC · DE CALENDIS IANUARIIS · I · Dies calendarum istarum · fr · dil · quas ianuarias... a domino praemia repensentur · Quod ipse praestare, etc. (Est Caesarii Arelatensis: in Append. August. serm. 129).

LXXXVI. f. 164v INCIPIT TRAC · DE CONDENDO THESAURO · I · Omnis homo in tribulatione aliqua constitutus... qui dedit consilium corrigendi · Conversi ad dominum · amen · (August. serm. 60, nonnullis partibus hic decurtatus).

LXXXVII. f. 167 INCIPIT TRAC · AD CONIUGATOS · I · Audite carissimi membra Christi · et matris catholicae filii... (August. serm. 392, sine exordio adventicio « De muliere curva », qualem igitur describunt Maurini in nota: Migne 39, 1709).

LXXXVIII. f. 169 INCIPIT TRAC · DE BONO CONIUGALI ET MALO CONCUB · I · Quando castitatis bonum · fratres carissimi · secundum quod et decet... praemium feliciter pervenire · Praestante domino etc. EXPL · TRAC · DE BONO CONIUGALI · ET DE VITANDIS CONCUBINIS · I · (Est Caesarii Arelatensis: in Append. Aug. serm. 289).

LXXXIX. f. 171v INCIP · TRACTA · DE AVARITIA · Sermonis nostri propositio apostolica lectio · Nihil inquit intulimus in hunc mundum... a quo tua debita relaxari petisti · amen · (August. serm. 177, ex uno tantum ms. a Maurinis vulgatus).

XC. f. 176 INCIPIT TRAC · DE DIVITE ET PAUPERE LAZARO · I · Sancta lectio si in ista vita nos salubriter terreat... cum panem dabit · seipsum

dabit · amen · EXPL · TRAC · DE DIVITE ET PAUPERE LAZARO · I · (supra, Mai serm. 13).

XCI. f. 178 INCIPIT TRAC · DE MULIERE SAMARITANA · Multa lecta sunt et magna et necessaria... salientis in vitam aeternam · amen · EXPL · etc. (Ex priori parte Tractatus 15 in Ioh.).

XCII. f. 180 INCIPIT TRAC · DE MULIERE CANANEA · SECUNDUM MATHEUM · Mulier ista quae clamabat post dominum audistis quemadmodum quaesierit · petierit · pulsaverit... et ut fiat quod iubet · rogetur deus · et adiuvat deus · amen · EXPL · TRAC · DE MULIERE CANANEA · SECUNDUM MATH · (infra, Guelferb. serm. 33).

XCIII. f. 182 INCIPIT TRAC · DE VASTATIONE ROMAE · Intueamur primam lectionem sancti Danihelis prophetae... etiam exitum ut possitis sustinere · amen · EXPL · etc. (Migne 40, 716-724).

XCIIII. f. 186^{v} INCIPIT TRAC · DE TEMPORE BARBARICO · Magna plaga vulneris magnum exigit remedium... et Arrianum prosternet rebaptizantem · amen · EXPL · TRAC · DE TEMPORE BARBARICO · (Est Quodvultdei episcopi, in Append. prioris editionis, serm. 9, primum integer vulgatus).

XCV. f. 192^{v} INCIPIT EPISTOLA DE PRESSURIS TEMPORALIBUS SERVORUM DEI · Domino dilectissimo et desiderantissimo fratri et conpresbytero Victoriano Augustinus episcopus. Litterae tuae impleverunt grandi dolore... (August. Epist. 111: Migne 33, 422-427).

Summa igitur totius descriptionis erit haec: constat collectio Guelferbytana tractatibus 95, immo 96, si rationem ducas tractatus XXXIII^{i} post LII^{um} secundo transscripti. Ex iis porro

31 inter opera Augustini iam cognita atque indubiae auctoritatis locum obtinent (2. 14. 16. 17. 27. 31. 32. 41. 42. 45. 48. 49. 53. 54. 56. 58-61. 63-65. 69. 71. 75. 79. 81. 87. 89. 93. 95.); ex quibus sermones aliquot, quippe qui codicem unum aut etiam nullum hucusque sponsorem habeant, ad hoc venerandae antiquitatis antigraphum recognoscere maxime expediet;

9 genuinis licet et ipsi accensendi, at hic diversimode interpolati, adulterati, detruncati exhibentur (20. 26. 28. 57. 68. 83. 86. 90. 91.);

16 non Augustiniani quidem, tamen Augustino iam inde antiquitus adscripti sunt: ex quibus unus (29) Hieronymum, alius (10) Maximum Taurinensem, quinque (11. 12. 13. 85. 88) Caesarium, reliqui (1. 4. 5. 7-9. 77) Africanos anonymos habent auctores, praeter duos, ex quibus alter (6) Optato Milevitano episcopo a viris clarissimis

Andrea Wilmart et Bernardo Capelle certo restitutus est, alter (94) integer primum a me editus Quodvultdei episcopi omnino esse videtur;

33 haud minus Augustini fetus sunt indubitati, qui saltim ex parte (15. 66. 70. 76), plerique etiam ex toto (21-25. 30. 33-37. 40. 43. 44. 46. 47. 50-52. 55. 62. 67. 72-74. 78. 82. 84. 92) hucusque incogniti erant: porro duorum auctoritati (22. 24) Eugippius, Beda Florusque adstipulantur; duorum vero (35. 40) fragmenta solummodo, eaque alienis mercibus inmixta, Angelus Mai saeculo superiori publicavit; tres denique (51. 70. 84.) ad eventus referuntur, qui aliis Augustini scriptis testati sunt;

6 tandem hactenus pariter ineditos, etsi Augustino minus dignos putaverim, at ii certe neque sexto saeculo inferiores sunt, et ad priora christianae religionis tempora inlustranda minime spernendi (3. 18. 19. 38. 39. 80.).

Quae omnia si una simul contuleris, mecum facile consenties, haud aliter olim collectionem inscriptam fuisse, ac subsimilem alteram, quae in antiquo catalogo Laureshamensi (G. Becker « Catalogi bibliothecarum antiqui » 37, 188) copiose describitur, id est: TRACTATUS SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI.

***

Praeter hos tractatus ex codice Guelferbytano erutos, decem et septem alios sermones diversis temporibus seorsum emisi; quos, quia in variis ephemeridum recessibus vage disiecti sunt, hoc loco iuxta temporum ordinem, quo in lucem prodierunt, recensere non abs re erit:

I. QUIA IUBET DOMINUS ET PATER: in conversione Faustini pagani. (« Rev. Bénéd. » VII, 1890, p. 267-270; « Études, textes, découvertes »: Anecdota Maredsolana, 2e série, p. 299-303).

II. SOLLEMNITATIBUS MARTYRUM SANCTAE LECTIONES: de die sanctae Eulaliae. (« Rev. Bénéd. » VIII, 1891, p. 418-419; « Études, textes, découvertes », p. 307-308).

III. DOMINUS IESUS CHRISTUS QUI NOS EXAUDIT CUM PATRE: de Trinitate. (« Rev. Bénéd. » X, 1893, p. 484-489).

IV. APOSTOLUS PAULUS CUM LEGERETUR, AUDIVIMUS QUID AGATUR: in Rom. 7, 15 sqq. (« Rev. Bénéd. » X, 1893, p. 490-494).

V. DE BONO MISERICORDIAE SANCTITATEM VESTRAM ADMONERE DESIDERAMUS. (« Rev. Bénéd. » X, 1893, p. 495-497).

VI. FIDES CENTURIONIS HUIUS: de puero centurionis. (« Rev. Bénéd. » X, 1893, p. 531-533).

VII. ET MENTEM INLUMINANT, ET SPEM ADICIUNT: de filia archisynagogi et de muliere fluxum sanguinis patiente. (« Rev. Bénéd. » X, 1893, p. 533-535).

VIII. SPERATE IN DOMINO, OMNES QUI TIMETIS EUM; ET SI ABUNDAT INIQUITAS: de psalmo XCIII. (« Rev. Bénéd. » X, 1893, p. 535-541).

IX. ASCENSIONEM DOMINI CELEBRAMUS: de Ascensione. (« Rev. Bénéd. » XXIX, 1912, p. 253-256).

X. UT AUDEAMUS LOQUI VOBIS, FIDES FACIT: in Galat. 5, 16-26, die dominica. (« Rev. Bénéd. » XXIX, 1912, p. 466-467).

XI. SANCTUM EVANGELIUM AUDIVIT NOBISCUM CARITAS VESTRA: de octo beatitudinibus. (« Rev. Bénéd. » XXXIV, 1922, p. 6-13).

XII. CANTAVIMUS DOMINO, BEATUS HOMO QUEM TU ERUDIERIS: de psalmo XCIII, in basilica Maiorum. (« Rev. Bénéd. » XXXVI, 1924, p. 187-192).

XIII. ARBOR FICULNEA GENUS HUMANUM EST: de arbore fici, in qua dominus folia tantum invenit. (« Rev. Bénéd. » XXXVI, 1924, p. 194-198).

XIV. DIEM SOLLEMNEM BEATORUM MARTYRUM: de natali Massae candidae. (Rendiconti della Pontificia Accademia Romana di Archeologia, anno III, 1925, p. 292-294).

XV. EVANGELICA TUBA EXHORTANS MARTYRES: de sancto Quadrato, ad mensam Cypriani. (Ibid. p. 295-303).

XVI. NOSTIS EX EVANGELIO, FRATRES, QUEMADMODUM: de muliere Chananaea. (« Rev. Bénéd. » XL, 1928, p. 217-222).

XVII. AUDIVIMUS CUM SANCTUM EVANG. LEGERETUR, ET MIRANTES CREDIDIMUS: de ascensione domini. (« Rev. Bénéd. » XLI, 1929, p. 136-142).

Ex his sermonibus novem sunt, de quorum auctoritate nemo unquam dubitabit, qui de huiusmodi rebus aliquid existimare possit: nimirum I. II. XI-XVII. De reliquis haesit diu iudicium, praesertim de sex sermonibus III-VIII, quos ex Cod. lat. Monacensi 17059, olim Schaeftlariensi, abhinc annis prope quadraginta in lucem erui. Hos quippe, nullo prorsus excepto, anno iam MDCCCXCV tales esse professus sum, qui pro vere ac proprie Augustinianis aegre haberi possint. Inconsulta sane praecepsque sententia! At enim iuvenis eram, necdum s. Doctoris Hipponiensis dicendi modo ita assuefactus; animum quoque

praeoccupaverat, quod amicus ac magister desideratissimus Odilo Rottmanner Monacensis dissentire a me videretur. Verum procedente aetate, cum Augustino familiarius usus essem, quamlibet exigua plerumque codici Schaeftlariensi, ubi de textu constituendo agitur, fides adhibenda sit, hos quoque cum duobus aliis IX-X, licet nequaquam omnibus numeris absolutos, a nemine nisi ab Augustino profectos esse, ac proinde in genuinorum numerum admittendos demum intellexi. Quapropter omnes in unum simul collectos lector hic reperiet, qui in ephemeridum pagellis hucusque delitescebant.

SERMONES MORINIANI

I. – EX COLLECTIONE GUELFERBYTANA

I.

Guelferb. Serm. I, prioris editionis p. 1-9: codicis fol. 23^{v}-28^{r} (= *G*). Permagni sane aestimandus iste sermo, ac veluti ineditus, licet maximam partem cum Augustini sermone 213 (=μ) conveniat. Nam de hoc et Maurini: « In editis tantum, inquiunt, sermonem hunc vidimus, non in manuscriptis »; ac nostra aetate sedulus ille christianae antiquitatis investigator C. P. Caspari nonnisi unum codicem in quo extaret invenit, et hunc chartaceum, nec saeculo XV antiquiorem, Vratislaviensem regiae bibliothecae I. Q. 344 (=*V*): alterum saeculi item XV in bibl. regia Monacensi lat. 8826 (=*M*) postea recognovit collega et amicus desideratissimus Odilo Rottmanner: nunc vero ecce tibi testem insperatum totis sex saeculis vetustiorem. Praeterea saepe in dubium vocata erat sermonis auctoritas, quod textus symboli a Romano–Mediolanensi, qualis ab Augustino solet exponi, duplici nomine discreparet: nempe ter in eo legebatur QUI CONCEPTUS EST DE SPIRITU SANCTO, NATUS EX VIRGINE MARIA, fere ut in textu recepto, itemque uno saltem loco PASSUS SUB PONTIO PILATO, CRUCIFIXUS, MORTUUS ET SEPULTUS. Atqui in codice Guelferbytano genuina lectio ubique exhibetur: QUI NATUS EST DE SPIRITU SANCTO ET VIRGINE MARIA, et SUB PONTIO PILATO CRUCIFIXUS ET SEPULTUS; ut nullus deinceps remaneat ex hoc capite ambigendi locus. Neque hoc satis: ipsius symboli explanationi in nostro manuscripto conectuntur exordium et clausula, quae, licet in editis haud reperies, omnes tamen numeros in se habent, quibus ea genuina esse agnoscas. Prodeat itaque in integrum restituta maximi ponderis oratio, eximiique ingenii viros, qui eam ab Augustino compositam vindicarunt, minime deceptos fuisse ostendat.

INCIPIT TRACTATUS DE SYMBOLO.

Apostolus dicit: ERIT, OMNIS QUI INVOCAVERIT NOMEN DOMINI SALVUS ERIT. Ad istam salutem curritis, qui nomina vestra dedistis ad baptismum: salutem, non parvi temporis, sed aeterni: salutem, quae non est nobis pecoribusque communis, neque hominibus bonis et malis. Videtis enim, et certum est omnibus nobis, quoniam salus praesentis temporis, pro qua obtinenda vel reparanda multum homines laborant, non soli homines habent, sed etiam pecora, magna et parva: a draconibus et elefantis usque ad muscas et vermiculos pertendit haec salus. Deinde ipsi homines habent istam salutem, et qui invocant deum et qui blasphe-

3 sq. baptismum: salutem] baptismum salutis *G* 6 salus] *ἀνακόλουθον pro* salutem

3 *erit*] Rom. 10, 13: qui locus ab Augustino de symbolo vel de oratione disserente alibi quoque laudatur, ut puta Enchirid. c. 8, n. 2; serm. 56, n. 1; 115, n. 1; 168, n. 5 etc.

Ut salvi simus, prius credendum est, postea invocandum.

mant deum; unde dicit sanctus psalmus: HOMINES ET IUMENTA SALVOS FACIES DOMINE, SICUT MULTIPLICATA EST MISERICORDIA TUA DEUS; FILII AUTEM HOMINUM SUB TEGMINE ALARUM TUARUM SPERABUNT. Salus ergo ista per multiplicem misericordiam dei pervenit ad extrema animalia: filii autem hominum, qui pertinent ad Filium hominis, sub tegmine alarum tuarum sperabunt. Hoc facimus in hac vita: modo speramus, quod postea accipiamus. Et quid promittit ipse psalmus? INEBRIABUNTUR AB UBERTATE DOMUS TUAE, ET TORRENTE VOLUPTATIS TUAE POTABIS EOS: QUONIAM APUD TE EST FONS VITAE. Fons vitae Christus est: ut modo de illo aliquid gustaremus, homo factus est; servatur autem nobis eius ubertas, quae satiat angelos et omnia caelestia ministeria. Sed hoc postea: modo autem, ut ad illud pervenire possimus, deum invocemus ut salvi simus, secundum apostolum qui dixit: Omnis qui invocaverit nomen domini, salvus erit. Propheta hoc antea dixerat: sed Paulus apostolus dixit modo transisse tempus quando inpleatur quod scriptum est, Omnis qui invocaverit nomen domini, salvus erit. Iam dixi qua salute, ne forte modo dicatis: Quare et invocantes nomen domini non salvi sunt? Salvus erit. Deinde adiunxit ipse apostolus: QUOMODO AUTEM INVOCABUNT, IN QUEM NON CREDIDERUNT? AUT QUOMODO CREDUNT, QUEM NON AUDIERUNT? QUOMODO AUTEM AUDIENT SINE PRAEDICANTE? AUT QUOMODO PRAEDICABUNT, SI NON MITTANTUR? SICUT SCRIPTUM EST: QUAM SPECIOSI PEDES EVANGELIZANTIUM PACEM, EVANGELIZANTIUM BONA! Nemo ergo potest salvus esse, qui non invocaverit: nemo potest invocare, nisi primo crediderit. Quia ergo iste ordo est, ut prius credatis, postea invocetis, hodie accipitis symbolum fidei, in quo credatis; post octo autem dies orationem, in qua invocetis.

Oratio dominica octo diebus post symbolum neophytis tradita.

2. Symbolum est ergo breviter conplexa regula fidei, ut mentem instruat, nec oneret memoriam; paucis verbis dicatur, unde multum

3.5 tecmine *G* 19 credunt] *ita G cum plur. antiq. codd.* 27 Symbolum est *etc.*] *ab his incipit sermo August. 213, qualis hactenus editus erat; textum a C. P. Caspari constitutum* (« *Alte und neue Quellen zur Geschichte des Taufsymbols und der Glaubensregel* » *Christiania, 1879, p. 231-249*) *siglo γ indicavi, littera vero V codicem Vratislaviensem reg. biblioth. I. Q. 344; item siglo μ textum Maurinorum, littera autem M lectiones cod. Monac. lat. 8826* ergo] *unus G* 28 instruat] inseruat *G* memoriam oneret *M* dicatur] dicitur *γ*

1 *sanctus psalmus*] Comp. supra p. 394, l. 16: « sicut divinus psalmus loquitur ».

3 *sperabunt*] Ps. 35, 7 sq.

9 *vitae*] Ibid. 9 sq.

11 *caelestia ministeria*] Cf. De vera relig. c. 40, n. 75; c. 55, n. 110 sq.; De civ. Dei l. 20, c. 21, n. 2 etc.

14 *Propheta*] Ioel 2, 32.

22 *bona*] Rom. 10, 14 sq.

25 sq. *post octo a. dies orationem*] Cf. serm. 56 et 57, n. 1; alius hic usus Hipponiensis ecclesiae, alius Romanae atque Neapolitanae: de quo vide sis « Rev. Bénéd. » VIII (1891), p. 535; XI (1894), p. 400 sq.

adquiratur. Symbolum ergo dicitur, in quo se agnoscant Christiani: hoc est quod primum vobis breviter pronuntiabo. Deinde, quantum dominus donare dignatus fuerit, aperiam vobis; ut quod tenere vos volo, et intellegere valeatis. Hoc est symbolum. *Et post symbolum:* Non est multum, et multum est; non opus est ut verba numeretis, sed appendatis. CREDO IN DEUM PATREM OMNIPOTENTEM. Vide quam cito dicitur, et quantum valet. Deus est, et pater est: deus potestate, pater bonitate. Quam felices sumus, qui deum nostrum patrem invenimus! Credamus ergo in eum, et omnia nobis de ipsius misericordia promittamus, quia omnipotens est: ideo in deum patrem omnipotentem credimus. Nemo dicat: Non mihi potest dimittere peccata. Quomodo non potest omnipotens? Sed dicis: Ego multum peccavi. Et ego dico: Sed ille omnipotens est. Et tu: Ego talia peccata commisi, unde liberari et mundari non possum. Respondeo: Sed ille omnipotens est. Videte quid ei cantetis in psalmo: BENEDIC, inquit, ANIMA MEA DOMINO, ET NOLI OBLIVISCI OMNES RETRIBUTIONES EIUS, QUI PROPITIUS FIT OMNIBUS INIQUITATIBUS TUIS, QUI SANAT OMNES LANGUORES TUOS. Ad hoc nobis est eius omnipotentia necessaria. Nam universae creaturae ad hoc erat necessaria, ut crearetur: omnipotens est ad facienda maiora et minora, omnipotens est ad caelestia et terrestria, omnipotens est ad facienda inmortalia et mortalia, omnipotens est ad facienda spiritalia et corporalia, omnipotens est ad facienda visibilia et invisibilia, magnus in magnis, nec parvus in minimis; postremo omnipotens est ad facienda omnia quae facere voluerit. Nam ego dico quanta non possit: non potest mori, non potest peccare, non potest mentiri, non potest falli; tanta non potest, quae si posset, non esset omnipotens. Credite ergo in eum, et confitemini: CORDE ENIM CREDITUR AD IUSTITIAM, ORE AUTEM CONFESSIO FIT AD SALUTEM. Ideo cum credideritis, oportet ut confiteamini, quando symbolum redditis. Accipite modo quod teneatis, et postea reddatis, et numquam obliviscamini.

Deus potestate deus est, pater bonitate.

Ad hoc nobis omnipotentia dei necessaria, ut peccata dimittat.

3. Post hoc quid? ET IN IESUM CHRISTUM. CREDO, dicis, IN DEUM PATREM OMNIPOTENTEM, ET IN IESUM CHRISTUM FILIUM EIUS UNICUM,

1-5 Symbolum ergo — sed appendatis] *G unus servavit* 20 ad facienda caelestia μ 23 minimis] parvis *M* 24 facere] *om.* γ voluit *M* 25 fallere *V;* fallere nec falli *M* 25 sq. tanta — posset] *corr. ex* quanta non potest, quae ista si posset *G* 28 creditis *M* 29 reddetis μ 31 Post hoc quid?] *G*μ; Post haec quid? *M; om.* γ

17 *tuos*] Ps. 102, 2, 3. 28 *salutem*] Rom. 10, 10.

Christus unicus Patri Filius, nobis unicus salvator.

DOMINUM NOSTRUM. Si Filium unicum, ergo Patri aequalem: si Filium unicum, ergo eiusdem substantiae cuius est Pater: si Filium unicum, ergo eius omnipotentiae cuius est Pater: si Filium unicum, ergo Patri coaeternum. Hoc in se, et apud se, et apud Patrem. Propter nos quid? ad nos quid? QUI NATUS EST DE SPIRITU SANCTO ET VIRGINE MARIA. Ecce qua venit, quis, ad quos: per virginem Mariam, in qua operatus est Spiritus sanctus, non homo maritus; qui fecundavit castam, et servavit intactam. Sic ergo carne indutus est dominus Christus, sic factus est homo qui fecit hominem: assumendo quod non erat, non perdendo quod erat. VERBUM enim CARO FACTUM EST, ET HABITAVIT IN NOBIS. Non Verbum in carnem versum est, sed Verbum manens carne accepta, invisibilis semper, factus est visibilis quando voluit, et habitavit in nobis. Quid est, in nobis? In hominibus, factus unus ex hominum numero: unus et unicus, unicus Patri. Nobis quid? Et nobis unicus salvator, nemo enim praeter ipsum salvator noster; et nobis unicus redemptor, nemo enim praeter ipsum redemptor noster: non auro, non argento, sed sanguine suo.

4. Ergo ipsa, ubi empti sumus, eius commercia videamus. Cum enim dictum esset in symbolo, NATUS DE SPIRITU SANCTO ET VIRGINE MARIA, iam quid pro nobis passus est? Sequitur: SUB PONTIO PILATO CRUCIFIXUS ET SEPULTUS. Quid? Filius dei unicus dominus noster crucifixus? Filius dei unicus dominus noster sepultus? Homo crucifixus est: deus non est mutatus, deus non est occisus; et tamen secundum hominem occisus: SI ENIM COGNOVISSENT, ait apostolus NUMQUAM DOMINUM GLORIAE CRUCIFIXISSENT. Et dominum gloriae ostendit, et crucifixum confessus est: quia si quis etiam tuam tunicam illaesa carne tua conscindat, tibi facit iniuriam, nec sic clamas pro veste tua, ut dicas,

1-2 ergo patri — filium unicum] *om. M* 2 eiusdem] dem *2 m. s. l. suppl. G* 3 eius] eiusdem *V* 4 et apud se] hoc apud se *M* 5 spiritu sancto et] *om. M* Maria virgine *γ ;* qui conceptus est de spiritu sancto, natus ex virgine Maria *μ et reliq. edd. excepto γ* 6 qua *1° loco*] quo *M* 8 Christus] Iesus *M* 14 et unicus] sed unicus *G, s. l. corr.* « vel et » unicus] *semel M* 14-16 *plurima hoc loco om. M* 19sq. qui conceptus est de spiritu sancto, natus ex virgine Maria *μ ceterique edd. uno excepto γ* 20 passus est] *cum sequentibus coniungunt γ et ceteri excepto G, ac sr symbolo contineantur haec verba, quae immo ne in ipso G interpolata sint vereor* sup poncio *G* 21 crucifixus] *M et priores edd. add.* mortuus Quid ?] *scripsi, cum in GVM μ legatur* quia; qui *conicit γ* dominus noster] deus non *G, at in membro seq.* dominus noster: *locus etiam in γ ita corruptus est, ut vix intellegi possit* 22 sepultus] est *add. γ* 22sq. crucifixus est] *γ ex antiq. edd. addit* homo sepultus, *quae verba a tribus codd. absunt*

10 *nobis*] Ioh. 1, 14. 25 *crucifixissent*] I Cor. 2, 8.

Conscidisti tunicam meam, sed, Conscidisti me, dissipasti me, fila de me fecisti. Loqueris ista integer, et verum dicis, et de carne tua nihil detraxit qui laesit. Sic et dominus Christus crucifixus est. Dominus est, unicus Patri est, salvator noster est, dominus gloriae est: tamen crucifixus est, sed in carne, et sepultus in sola carne. Nam ubi sepultus est, et quando sepultus est, tunc ibi nec anima fuit, sola caro in sepulcro iacebat: et tamen confiteris IESUM CHRISTUM FILIUM EIUS UNICUM DOMINUM NOSTRUM, QUI NATUS EST DE SPIRITU SANCTO ET VIRGINE MARIA. Quis? Iesus Christus, unicus Filius dei, dominus noster. SUB PONTIO PILATO CRUCIFIXUS. Quis? Iesus Christus, unicus dei Filius, dominus noster. ET SEPULTUS. Quis? Iesus Christus, unicus dei Filius, dominus noster. Sola caro iacet, et tu dicis, Dominus noster? Dico, plane dico: quia vestem intueor, et vestitum adoro. Caro illa illius vestimentum fuit: quia CUM IN FORMA DEI ESSET, NON RAPINAM ARBITRATUS EST ESSE AEQUALIS DEO, SED SEMET IPSUM EXINANIVIT, FORMAM SERVI ACCIPIENS, non formam dei amittens, IN SIMILITUDINE HOMINUM FACTUS, ET HABITU INVENTUS UT HOMO.

Quomodo recte dicatur Filius dei crucifixus et sepultus.

5. Non contemnamus solam carnem: quando iacuit, tunc nos emit. Quare nos emit? Quia non semper iacuit: TERTIA enim DIE RESURREXIT A MORTUIS. Hoc sequitur in symbolo; cum confessi fuerimus eius passionem, confitemur et resurrectionem. In passione quid egit? docuit quid toleremus. In resurrectione quid egit? ostendit quid speremus. Hic opus, ibi merces: opus in passione, merces in resurrectione. Nec, quia resurrexit a mortuis, hic remansit: sed quid sequitur? ASCENDIT IN CAELUM. Et modo ubi est? SEDET AD DEXTERAM PATRIS. Intellege dexteram, ne quaeras ibi sinistram: dextera dei dicitur aeterna felicitas; dextera dei dicitur ineffabilis, inaestimabilis, inconprehensibilis beatitudo atque prosperitas. Haec est dextera dei, ibi sedet. Quid est, ibi sedet? Ibi habitat: sedes enim dicuntur, ubi quisque habitat. Non enim, quando illum vidit Stephanus sanctus, mentiebatur qui dicebat SEDET AD DEXTERAM PATRIS. Quomodo enim dicit Stephanus? ECCE EGO VIDEO CAELUM APERTUM, ET FILIUM HOMINIS STANTEM AD DEXTERAM DEI.

In passione docuit quid toleremus, in resurrectione quid speremus.

[1] dissipasti me] *unus G, in quo coniunctio* et *post. m. perperam addita est* [6] caro] carne μ [7] et] *om.* $V\gamma$ [8] *hic quoque in editis ante* γ *legebatur* qui conceptus est de spiritu sancto, natus ex virgine Maria [9-11] qui *in* quis *mutavi, notasque interrogandi adieci, exemplo sumpto ex serm. August. 214, n. 7, cum quo scite hunc locum comparat* γ [14] quia] qui *M, haud sane spernenda lectio* [15] aequalis] *cum* $\mu\gamma$ *scripsi, etsi in GVM legitur* se aequalem; *sed cf. serm. Guelferb. 11, 3* [29] Non] γ, *cui hic suffragatur G;* num μ [31] dicit] *s. l. corr. ex* vidit *G*

[17] *homo*] Phil. 2, 6 sq. [32] *dei*] Act. 7, 55.

Quia ille vidit stantem, mentiebatur forte qui dicebat tunc SEDET AD DEXTERAM PATRIS? Sedet, ergo dictum est: manet, habitat. Quomodo? quomodo tu. Quo statu? Quis dicet? Dicamus quod docuit, dicamus quod novimus.

6. Quid? INDE VENTURUS IUDICATURUS VIVOS ET MORTUOS. Confiteamur salvatorem, ne timeamus iudicem: qui enim modo in eum credit, et praecepta eius facit, et diligit eum, non timebit, quando veniet iudicare vivos et mortuos; non solum non timebit, sed ut veniat optabit. Quid enim nobis felicius, quam quando venit quem desideramus, quando venit quem amamus? Sed timeamus, quia iudex noster erit: ipse tunc erit iudex noster, qui modo est advocatus noster. Audi Iohannem: SI DIXERIMUS QUIA PECCATUM NON HABEMUS, NOS IPSOS SEDUCIMUS, ET VERITAS IN NOBIS NON EST; SI AUTEM CONFESSI FUERIMUS PECCATA NOSTRA, dixit, FIDELIS EST ET IUSTUS, QUI DIMITTAT NOBIS PECCATA, ET MUNDET NOS AB OMNI INIQUITATE. HAEC SCRIPSI VOBIS, UT NON PECCETIS: ET SI QUIS PECCAVERIT, ADVOCATUM HABEMUS AD PATREM IESUM CHRISTUM IUSTUM; ET IPSE EST EXORATIO PECCATORUM NOSTRORUM. Si haberes causam apud aliquem iudicem agendam, et instrueres advocatum, esses susceptus ab advocato, ageret causam tuam sicut posset; et si non illam finisset, et audires illum iudicem venturum, quantum gauderes, quia ipse potuit esse iudex tuus, qui fuit paulo ante advocatus tuus? Et modo ipse pro nobis orat, ipse pro nobis interpellat; advocatum eum habemus, et iudicem timemus? Immo, quia advocatum praemisimus, securi iudicem venturum speremus.

Christi adventus sperandus, non timendus.

7. Transitum est in symbolo quod pertinet ad Iesum Christum, Filium dei unicum, dominum nostrum; sequitur ET IN SPIRITUM SANCTUM, ut conpleatur trinitas, Pater et Filius et Spiritus sanctus. Sed de Filio multa sunt dicta, quia Filius suscepit hominem: Filius Verbum caro factum est, non Pater, non Spiritus sanctus. Sed carnem Filii tota trinitas fecit: inseparabilia enim sunt opera trinitatis. Sic ergo accipite Spiritum sanctum, ut non credatis minorem esse quam Filium, aut

Quare plura de Filio dicta, quam de Spiritu sancto.

[1] ille] $G\mu$; illum γ [3] dicet] $\gamma\mu$; dicit G [7sq.] quando veniet — non timebit] *om. GM propter homoeoteleuton* [8] veniat] et *add.* γ *unius codicis V auctoritate fretus* [9] desideramus] quam *add. M* [10sq.] ipse tunc — advocatus noster] *inverso ordine* qui modo est advocatus noster ipse tunc erit iudex noster $VM\mu\gamma$ [14] et] *1° loco s. l. suppl. G* dimittit *G* mundabit *M* [16] ad patrem] *G unus cum Augustino passim;* apud patrem *cet.* [19] ab advocato] de advocato *2 m. corr. ex* abvocatis, *ut videtur, G* et ageret *M* [23] timeamus $\mu\gamma$ [29] factum] *2 m. corr.* factus *G* [31] credatis] $GM\mu$; accipiatis γ [31sq.] quam filium aut minorem esse] *om.* γ, *ut videtur, culpa typothetae* aut] et μ

[17] *nostrorum*] 1 Ioh. 1, 8-2, 2.

minorem esse quam Patrem. Pater enim et Filius et Spiritus sanctus, tota trinitas, unus deus: nihil ibi distat, nihil varium, nihil defectivum, nihil alteri contrarium; aequale semper, invisibile et incommutabile, Pater et Filius et Spiritus sanctus. Liberet nos trinitas a multitudine peccatorum.

8. Iam quod sequitur ad nos pertinet. IN SANCTAM ECCLESIAM. Sancta ecclesia nos sumus: sed non sic dixi « nos », quasi ecce qui hic sumus, qui me modo audistis. Quotquot hic sumus deo propitio christiani fideles in hac ecclesia, id est in ista civitate, quotquot sunt in ista regione, quotquot sunt in ista provincia, quotquot sunt et trans mare, quotquot sunt in toto orbe terrarum – quoniam a solis ortu usque ad occasum laudatur nomen domini; sic se habet ecclesia catholica, mater nostra vera, vera illius sponsi coniunx. Honoremus eam, quia tanti domini matrona, est; et quid dicam? Magna est sponso et singularis dignatio: meretricem invenit, virginem fecit. Quia meretrix fuit non debet negare, ne obliviscatur misericordiam liberantis. Quomodo non erat meretrix, quando post idola et daemonia fornicabatur? Fornicatio cordis in omnibus fuit: in paucis carnis, in omnibus cordis. Et venit, et virginem fecit: ecclesiam virginem fecit. In fide virgo est: in carne paucas habet virgines sanctimoniales: in fide omnes virgines debet habere, et feminas et viros; ibi enim debet esse castitas et puritas et sanctitas. Nam vultis nosse quam virgo sit? Apostolum Paulum audite, amicum sponsi audite, zelantem sponso, non sibi. APTAVI VOS, inquit, UNI VIRO. Ecclesiae dicebat: et cui ecclesiae? Quocumque litterae illae pervenire potuerunt: APTAVI VOS UNI VIRO VIRGINEM CASTAM EXHIBERE CHRISTO. TIMEO AUTEM, dixit, NE SICUT SERPENS EVAM DECEPIT ASTUTIA SUA, SIC VESTRAE MENTES CORRUMPANTUR A CASTITATE, QUAE EST IN CHRISTO. Ubi times corrumpi, ibi virgo es. TIMEO, dixit, NE SICUT SERPENS EVAM SEDUXIT ASTUTIA SUA. Serpens ille numquid corporaliter concubuit cum Eva? Et tamen virginitatem cordis eius extinxit. HOC TIMEO, dixit, NE CORRUMPANTUR MENTES VESTRAE A CASTITATE, QUAE EST IN CHRISTO. Virgo est ergo ecclesia. Virgo est, virgo sit: caveat seductorem, ne inveniat corruptorem. Virgo est ecclesia. Dicturus es mihi forte: Si virgo est, quomodo parit filios?

Laus ecclesiae catholicae, virginis et matris.

2 nihil ibi distat] *item nescio quo casu om.* γ 6 In] *om.* μ, *licet in tribus codd. et cet. edd. legatur* 10 in ista provincia] et *praem.* γ 11 sunt et in toto μ 13 coniunx] *G cum* $\gamma\mu$ 14 sponsi μ 18 carne i. o. corde μ *et priores edd.* 24 ecclesae *G* 25 exibere *G* 26-28 sic vestrae — astutia sua] *G unus; om. ceteri ob homoeoteleuton* 29 cum Eva concubuit *G 2 m. inverso ordine*

12 *domini*] Cf. Ps. 112, 3. 27 *in Christo*] II Cor. 11, 2. 3.

aut si non parit filios, quomodo dedimus nomina nostra, ut de eius visceribus nasceremur? Respondeo: et virgo est, et parit: Mariam imitatur, quae dominum peperit. Numquid non virgo sancta Maria et peperit, et virgo permansit? Sic et ecclesia et parit, et virgo est; et si consideres, Christum parit: quia membra eius sunt, qui baptizantur. VOS ESTIS, inquit apostolus, CORPUS CHRISTI ET MEMBRA. Si ergo membra Christi parit, Mariae simillima est.

Mariae simillima est.

9. IN REMISSIONEM PECCATORUM. Haec in ecclesia si non esset, nulla spes esset: remissio peccatorum si in ecclesia non esset, nulla futurae vitae et liberationis aeternae spes esset. Gratias agimus deo, qui ecclesiae suae dedit hoc donum. Ecce venturi estis ad fontem sanctum: diluemini baptismo salutari, lavacro regenerationis renovabimini; eritis sine ullo peccato, ascendentes de illo lavacro. Omnia quae vos praeterita persequebantur, ibi delebuntur. Aegyptiis insequentibus Israhelitas similia erunt vestra peccata; persequentibus, sed usque ad mare Rubrum. Quid est, usque ad mare Rubrum? Usque ad fontem Christi cruce et sanguine consecratum. Quod enim rubrum est, rubet. Non vides, quomodo rubeat pars Christi? Interroga oculos fidei: si crucem vides, attende et cruorem: si vides quod pendet, attende quod fudit. Lancea perforatum est latus Christi, et manavit pretium nostrum. Ideo signo Christi signatur baptismus, id est, aqua ubi tinguimini, et quasi in mari Rubro transitis. Peccata vestra hostes vestri sunt: sequuntur, sed usque ad mare. Cum vos intraveritis, evadetis, illa delebuntur; quomodo evadentibus per siccum Israhelitis aqua cooperuit Aegyptios. Et quid dixit scriptura? UNUS EX EIS NON REMANSIT. Peccasti multa, peccasti pauca: peccasti magna, peccasti parva; quid ad UNUS EX EIS NON REMANSIT? Sed quoniam viviturus sumus in isto saeculo, ubi quis non vivit sine peccato, ideo remissio peccatorum non est in sola ablutione sacri baptismatis, sed etiam in oratione dominica et cottidiana, quam post octo

Remissio peccatorum, magnum donum a deo ecclesiae conlatum.

Aqua baptismalis signo Christi signata.

5·6 menbra *more suo G* 8 In] *hic quoque om. μ, ut supra p. 447, l. 6* 9 remissio] *aevo posteriori in genetivum perperam mut. G* 10 agimus] *item 2 m. in coniunctivum corr. G* 12 salutari] *cum praeced. vocabulo rhythmi causa coniunxi, G et ceteri cum sequenti* regenerationis] re *postea s. l. suppl. G* renovamini *G* 14 insequentibus] *Gμ*; persequentibus *γ* 18 pars] crux *γ contra omnes codd. et edd.* 21 tinguimini] *Gμ*; tingimini *γ* 24 dixit] *GVM;* dicit *μγ* 26 quid ad] *V; recent. m.* quid adhuc *corr. G;* quid alius *M;* quod est *γμ, qui absque causa nonnulla verba deesse suspicantur* unus] minus *μ* 27 viviturus] *G et duae ex prior. edd. quibus usus est Caspari, eademque forma participii recurrit infra in Tractatibus 12, 2 et 28, 7;* victuri *μγ*

6 *et membra*] I Cor. 12, 27.
25 *remansit*] Ps. 105, 11.
29 sq. *quam post octo dies accepturi estis*] Cf. supra p. 442, l. 25 sq.: porro hunc usum nusquam alias ab Augustino expresse testatum, ex dictis tamen eius facile colligi Caspari animadvertit.

dies accepturi estis. In illa invenietis quasi cottidianum baptismum vestrum; ut agatis deo gratias, qui donavit hoc munus ecclesiae suae, quod confitemur in symbolo: ut cum dixerimus SANCTAM ECCLESIAM, adiungamus REMISSIONEM PECCATORUM.

Oratio dominica quasi cottidianus baptismus.

10. Post haec, CARNIS RESURRECTIONEM. Iste iam finis est: sed finis sine fine erit resurrectio carnis; sed erit postea nulla mors carnis, nullus dolor carnis, nullae angustiae carnis, nulla fames et sitis carnis, nullae afflictiones carnis, nulla senectus et lassitudo carnis. Noli ergo horrere carnis resurrectionem: bona eius vide, mala obliviscere. Prorsus quicquid querelarum est carnalium modo, tunc ibi non erit: aeterni erimus, aequales angelis dei, unam cum angelis sanctis civitatem habebimus. A domino possidebimur, hereditas eius erimus, et ipse hereditas nostra erit; quoniam ipsi dicimus modo: DOMINE PARS HEREDITATIS MEAE, et de nobis dictum est Filio ipsius: POSTULA A ME, ET DABO TIBI GENTES HEREDITATEM TUAM. Possidebimus, et possidebimur: tenebimus, et tenebimur. Quid dicam? colimus, et colimur; sed colimus ut deum; colimur ut ager. Ut sciatis quia colimur, dominum audite: EGO SUM VITIS VERA, VOS ESTIS SARMENTA, PATER MEUS AGRICOLA. Si agricola dicitur, agrum colit. Quem agrum? Colit nos. Et agricola terrae huius visibilis arare potest, fodere potest, plantare potest, rigare, si aquam invenerit, potest: pluere numquid potest? incrementum dare, germen educere, in terram radicem figere, in auras promovere, robor addere ramis, fructibus onerare, foliis honestare, numquid agricola potest? Agricola tamen noster, deus Pater, omnia ista potest in nobis. Quare? Quia credimus in deum Patrem omnipotentem. Ergo tenete quod et proposuimus vobis, et, quomodo deus dare dignatus est, exposuimus.

Ad carnis resurrectionem quanta bona pertineant.

11. Ad octo dies reddituri estis, quod hodie accepistis. Parentes vestri, qui vos suscipiunt, doceant vos, ut parati inveniamini, et quomodo vigiletis ad gallicantum, ad orationes quas hic celebratis. Iam incipit vobis et ipsum symbolum hic praeberi, ut diligenter teneatis: nemo trepidet, nemo trepidando non reddat. Securi estote,

Redditio symboli et vigiliae ad gallicantum.

3 symbulo *G* 6 sq. nullus dolor carnis] *unus G servavit* 13 dominus μ 20 potest] *4° loco ex* post *corr. G* 21 pluere] *M;* potest pluere *GV; om.* $\mu\gamma$ numquid potest] *minus congrue cum sqq. coniungunt edd. et mss.* in terram] *cum* germen educere *conectunt* $\mu\gamma$, *G vero cum* radicem figere 22 robor] *G;* robur $\mu\gamma$ 23 onestare *G* 27 sqq. *haec clausula in uno G legitur* 30 symbulum *G*

13 *meae*] Ps. 15, 5.
15 *tuam*] Ps. 2, 8.
18 *agricola*] ex Ioh. 15, 5 et 15, 1 in unum conflatis, uti alibi quoque apud Augustinum: cf. infra, serm. Guelferb. 28, 6.

patres vestri sumus, non habemus ferulas et virgas grammaticorum. Si quis in verbo erraverit, in fide non erret. EXPLICIT TRACTATUS DE SYMBOLO · IIII ·

II.

Guelferb. Serm. II, p. 11-13: cod. fol. 39-40. Brevis atque ineditus sermo in Parasceve, cuius sive sobriam eloquentiam locosque biblicos adtendas, sive sententias cum epistula Augustini 140 eiusdemque in Ps. 21 Enarratione secunda conferas, neminem praeter ipsum auctorem ultro agnosces. Nimirum psalmus ille in sacro diei conventu lectus fuerat, iuxta usum quem tota Africa receptum Tractatus 13 in Iohannem n. 4 testatur; de quo et s. Doctor potissimum contra Donatistas disputat, regnum Christi nullo terrarum limite concludi, eiusque tunicam dividi non oportere contestans.

INCIPIT TRACTATUS DE PASSIONE DOMINI.

Sacramentum passionis nec ab altario, nec ab ore ac fronte fidelium umquam discedit.

Magnum et ineffabile sacramentum dominicae passionis sollemniter hodie celebramus: quod quidem et aliis diebus nec ab altario, cui assistimus, nec ab ore nostro ac fronte discedit; ut quod assidue corporis etiam sensibus ammonetur, semper corde teneatur. Verumtamen anniversaria ista sollemnitas multo plus in recordationem tantae rei agit mentem; ut quod ante multos annos in uno loco Iudaeorum impietate commissum est, eorumque crudelibus oculis visum, nunc contuitu fidei tamquam hodie factum toto spectetur orbe terrarum. Si tunc illi quod crudeliter fecerunt libenter videbant, quanto libentius quod pie credimus mentibus nostris recolente memoria revocemus? Si illi cum voluptate suam cernebant iniquitatem, quanto magis nos salutem nostram recordemur cum gaudio? In illo quippe uno facto praesentia illorum scelera notabantur, sed nostra etiam futura delebantur. Denique ubi illorum commissa facinora detestamur, ibi nostra dimissa laetamur. Illi perpetratores impietatis, nos celebratores solemnitatis: illi congregati sunt saevientes, nos oboedientes: illi perditi, nos inventi: illi venditi, nos redempti: illi spectabant insultantes, nos venerantes adoramus. Ideo

[2] non erret] amen *hic et in fine singulorum fere tractatuum add. G; quam vocem, cum compositoris homiliarii, non auctoris, esse constet, ubique omittendam existimavi* [6] caelebramus *G* [14] credimus] m *ex* b *s. l. corr. G* [15] suam] sua *G* nos] *s. l. suppl. G*

[1] *ferulas e. v. grammaticorum*] Cf. Tract. 2 in Ioh. n. 14: « non timeamus ferulas grammaticorum ».

Christus crucifixus infidelibus est scandalum et stultitia, nobis autem dei virtus et dei sapientia: hoc est enim illud infirmum dei, quod fortius est hominibus, et stultum dei, quod sapientius est hominibus. Res consecutae clarius ista docuerunt. Nam quid tunc havebat rabies inimicorum, nisi ut auferrent de terra memoriam eius? Sed ille ab uno populo crucifixus, in tot populorum est cordibus constitutus; et qui tunc ab una gente occidebatur, nunc ab omnibus gentibus adoratur. Et tamen non solum tunc, verum etiam nunc caeci legunt, et surdi cantant, quod voce prophetica futurum tanto ante praedictum est: FODERUNT MANUS MEAS ET PEDES MEOS, DINUMERAVERUNT OMNIA OSSA MEA. IPSI AUTEM CONSIDERAVERUNT ME: DIVISERUNT SIBI VESTIMENTA MEA, ET SUPER VESTEM MEAM MISERUNT SORTEM. Haec sicut in psalmo praenuntiata sunt, ita in evangelio leguntur impleta: sed tunc per manus Iudaeorum fiebat, quod eorum aures inaniter feriebat: et passio domini prophetata quanto minus ab eis intellegebatur, tanto efficacius implebatur; nunc vero et legunt praedictum, et agnoscunt impletum. Et adhuc eligunt Christum negare, quia non possunt ulterius occidere.

Psalmus XXI in Passionis sollemnitate recitatus.

2. Peiores autem Iudaeis haeretici: nam illi Christum, quem non aspiciunt, negant; isti, quam vident, eius ecclesiam oppugnant. Nec solum istis Iudaeis qui modo Christum negant, verum etiam illis qui eum occiderunt miserabilius haeretici insaniunt: nam illi non deleverunt titulum pendentis in ligno, isti exsufflant baptismum sedentis in caelo. Ex hoc itaque praesenti psalmo utrisque adversariis respondemus: et negatoribus capitis, et negatoribus corporis. Caput enim Christus, corpus ecclesia. Contra Iudaeos legimus: FODERUNT MANUS MEAS ET PEDES MEOS, DINUMERAVERUNT OMNIA OSSA MEA, et cetera quae sequuntur. Contra haereticos legimus: COMMEMORABUNTUR ET CONVERTENTUR AD DOMINUM UNIVERSI FINES TERRAE, ET ADORABUNT IN CONSPECTU EIUS UNIVERSAE PATRIAE GENTIUM; QUONIAM DOMINI EST REGNUM, ET IPSE DOMINABITUR GENTIUM. Sed teneamus quod significabat illa vestis

Contra haereticos rebaptizantes.

[1] stultitia] *scripsi;* stultis *G* [4] havebat] *conieci;* habebat *G* [14] prophetata] *s. l. corr. ex* profeta [16] agnuscunt *corr.* [22] exsufflant] ex *s. l. suppl.* [26] meos] *item s. l. suppl.; notatu dignum est, hoc verbum pariter omissum esse in fragmento codicis Capituli Veronensis LIX (57), infra p. 666.*

[3] *hominibus*] Cf. I Cor. 1, 23-25: porro hac translatione « infirmum dei » « stultum dei » alibi quoque Augustinus utitur, v. gr. De civ. dei l. 10, c. 28: In Ioh. tract. 8, n. 9.

[12] *sortem*] Ps. 21, 17-19.

[18] *Peiores a. Iudaeis haeretici*] Enarrat. in Ps. 65, n. 2: « Non solum dolete Iudaeos... sed plus haereticos plangite. Si enim dolendi sunt qui collecti non sunt, quanto amplius qui collecti divisi sunt? »; item supra p. 53, l. 15 sq.: « excusabiliores sunt Iudaei » etc.

[30] *gentium*] Ps. 21, 28-29.

desuper texta, quam nec illi diviserunt qui Christum occiderunt, sed ad eam sorte pervenerunt qui pervenire potuerunt. Possunt ergo per multos haereticos dividi sacramenta Christi: nullus fidelium scindit vel dividit caritatem Christi; sed qui pertinent ad partem sortis sanctorum in lumine, ipsi eam tamquam propriam tenent, quia spiritaliter diligunt unitatem. Quapropter, carissimi, celebremus istum diem anniversaria devotione: gloriemur autem in cruce Christi, non semel in anno, sed continua sanctitate. EXPLICIT TRACTATUS DE PASSIONE DOMINI.

Sacramenta per haereticos dividi possunt; caritas et unitas non possunt.

III.

Guelferb. Serm. III, p. 14-16: cod. fol. 40r-41v. Sermonem hunc aeque ineditum iam s. Augustino adscribendum apud me decreveram, cum demum comperi ex quinque fragmentis « de passione domini », quae Beda et Florus collectaneis suis inseruere (Migne 39, 1723 sq.), secundum quartumque ex hoc ipso sermone excerpta esse: itaque accedit iudicio meo utriusque viri doctissimi auctoritas. Simulque considera, « De passione domini tractatus duos » a Possidio haud secus atque in nostro codice notari.

INCIPIT TRACTATUS DE PASSIONE DOMINI.

Passio domini et salvatoris nostri Iesu Christi fiducia gloriae est, et doctrina patientiae. Quid enim non sibi de dei gratia promittant corda fidelium, pro quibus dei Filius unicus et Patri coaeternus parum fuit ut homo ex homine nasceretur, nisi etiam manibus hominum, quos creavit, moreretur ipse ab eis? Magnum est quod futurum a domino promittitur nobis: sed multo est maius quod recolimus iam factum esse pro nobis. Ubi erant, aut quid erant, quando pro impiis mortuus est Christus? Quis dubitet eum donaturum sanctis vitam suam, qui eisdem donavit adhuc mortem suam? Quid cunctatur humana fragilitas credere futurum esse, ut vivant homines aliquando cum deo? Multo incredibilius iam factum est, quod mortuus est propter homines deus. Quis enim est Christus, nisi illud quod IN PRINCIPIO ERAT VERBUM, ET VERBUM ERAT APUD DEUM, ET DEUS ERAT VERBUM? Hoc Verbum dei CARO FACTUM EST, ET

Maius est quod factum est pro nobis, quam quod futurum promittitur.

10 fiduciae *G* 18 adhuc] *forte exicidit verbum* impiis 21 aput *G* 22 dei] *legendumne* deus *?*

1 *desuper texta*] Ioh. 19, 23.

3 *dividi sacramenta*] Idem saepe Augustinus, ut puta Enarr. 2 in Ps. 21, n. 19: « Vestimenta ipsius, sacramenta ipsius, potuerunt dividi per homines: sed erat ibi vestimentum quod nemo divisit... Sacramenta sibi haeretici dividere potuerunt, caritatem non diviserunt ».

5 *lumine*] Cf. Col. 1, 12.

16 *mortuus est*] Rom. 5, 6.

22 *Verbum*] Ioh. 1, 1.

HABITAVIT IN NOBIS. Non enim habebat in semetipso unde moreretur pro nobis, nisi mortalem carnem sumsisset ex nobis. Sic inmortalis mori potuit, sic vitam donare mortalibus voluit: participes sui postea facturus, quorum esset prior particeps factus. Nam nec unde viveremus nos habebamus de nostro, nec unde moreretur ille de suo. Mirum proinde nobiscum egit mutua participatione conmercium: nostrum erat, unde mortuus est; illius erit, unde vivamus. Verumtamen carnem, quam de nobis unde moreretur assumpsit, etiam ipsam, quoniam creator est, dedit; vitam vero, qua in illo et cum illo victuri sumus, non a nobis accepit. Ac per hoc, quod attinet ad naturam nostram, qua homines sumus, non de suo mortuus est, sed de nostro; quoniam illius natura, qua deus est, mori penitus non potest. Quod autem attinet ad ipsius creaturam, quam sicut deus fecit, etiam de suo mortuus est: quoniam et carnem, in qua mortuus est, ipse fecit.

Mirum dei nobiscum in Christi passione commercium.

2. Non solum ergo erubescere non debemus de morte domini dei nostri, verum etiam maxime in ea fidere maximeque gloriari: suscipiendo quippe a nobis mortem, quam invenit in nobis, fidelissime spopondit nobis in se vitam daturum, quam habere non possumus ex nobis. Nam qui tantum nos dilexit, ut quod peccato meruimus sine peccato pro peccatoribus pateretur, quomodo nobis non dabit quod iustitia, qui iustificat? quomodo non reddet, qui pollicetur in veritate, praemia sanctorum, qui sine iniquitate poenam pertulit iniquorum? Confiteamur itaque, fratres, intrepidi, vel etiam profiteamur, Christum pro nobis esse crucifixum: non paventes, sed gaudentes: non verecundantes, sed gloriantes dicamus. Vidit hunc apostolus Paulus, et commendavit titulum gloriae. Qui cum haberet multa magna atque divina, quae de Christo commemoraret, non dixit gloriari se in mirabilibus Christi, quia, cum esset apud Patrem deus, mundum creavit, cum esset etiam quod nos homo, mundo imperavit; sed MIHI AUTEM, inquid, ABSIT GLORIARI, NISI IN CRUCE DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI. Videbat pro quibus, quis, ubi pependerat: et de tanta humilitate dei et divina celsitudine apostolus praesumebat.

De morte domini quemadmodum Paulus gloriari debemus.

6 nostrum] *scripsi;* nostrorum *G* 8 assumpsit] p *suppl. s. l.* 21 quod iustitia] *subaudi* meruimus; quod iustis *G*, *quemadmodum* stultis *pro* stultitia *supra p. 451, l. 1* 26 commendabit *G*

1 *in nobis*] Ioh. 1, 14.

7 *illius erit, unde vivamus*] Cf. serm. Morin 17, 7: « Nec tu habebas unde viveres, nec ille unde moreretur. O magna mutatio! Vive de ipsius, quia de tuo mortuus est ».

31 *Christi*] Gal. 6, 14.

3. Isti autem, qui nobis insultant, quod dominum crucifixum colamus, quanto sibi sapere videntur, tanto insanabilius et desperatius desipiunt, nec omnino quid credamus vel dicamus intellegunt; neque enim dicimus hoc in Christo esse mortuum, quod deus erat, sed quod homo erat. Nam si, homo ipse quilibet cum moritur, illud quod maxime homo est, id est, quo distat a pecore, quod habet intellectum, quod humanum et divinum, temporale et aeternum, falsum verumque discernit, id est anima rationalis, cum suo corpore mortem non patitur, sed illo moriente viva discedit, et tamen dicitur, Mortuus est homo; cur non sic dicatur etiam, Mortuus est deus, ut non intellegatur mori potuisse id quod est deus, sed quod mortale pro mortalibus susceperat deus? Nam sicut, homo cum moritur, non moritur anima eius in carne, sic et Christus cum mortuus est, non est mortua divinitas eius in homine. Sed deus, inquiunt, homini misceri non potuit, et cum illo fieri Christus unus. Secundum istam sententiam carnalem et vanam humanasque opiniones, multo difficilius crederemus spiritum carni quam deum homini posse misceri; et tamen nullus homo esset homo, nisi spiritus hominis humano corpori misceretur. Quando igitur spiritus et corpus quam spiritus et spiritus difficilior mirabiliorque mixtura est: si ergo spiritus hominis, cum corpus non sit, et corpus hominis, cum spiritus non sit, tamen, ut homo esset, utrumque commixtum est; quanto magis, ut ex utroque unus Christus esset, potuit deus, qui spiritus est, non corpori praeter spiritum, sed homini habenti spiritum spiritali participatione misceri?

Mortuum esse deum, qua ratione dicatur.

Difficilior spiritus et carnis, quam dei et hominis mixtura.

4. Gloriemur ergo et nos in cruce domini nostri Iesu Christi, per quem nobis mundus, et nos mundo crucifigamur; de qua cruce ut non erubesceremus, eam in ipsa fronte, hoc est, in pudoris domicilio collocavimus. Iam vero quae in ista cruce, vel quam salubris sit doctrina patientiae, si explicare conemur, quae verba rebus, quae verbis tempora suppetunt? Quis enim homo, qui veracissime atque intentissime credit in Christum, superbire audeat, docente humilitatem deo, non tantum verbo, sed etiam exemplo suo? Quam vero sit utilis ista doctrina, breviter illa scripturae sanctae sententia commonet: ANTE RUINAM EXAL-

Crux Christi cur in fronte collocata.

[1] *qui nobis insultant*] Cf. serm. 279, n. 8: « Insultetur nobis, qui credimus in crucifixum, in occisum ».

[2] sq. *cur non sic dicatur etiam, Mortuus est deus*] Simili modo Enarr. in Ps. 40, n. 2: « Ergo non moritur Verbum, cum non moriatur anima facta per Verbum: sed quo modo recte dicimus, Mortuus est homo, etsi anima ipsius non moriatur, sic recte dicimus, Mortuus est Christus, etsi divinitas eius non moriatur ».

[22] *spiritus est*] Cf. Ioh. 4, 24.

[25-27] sq. *Gloriemur ergo — collocavimus*] Haec in collectaneis Bedae et Flori ad Gal. 6 reperiuntur inscripta « Item ex sermone de passione » (Migne 39, 1724).

TATUR COR, ET ANTE GLORIAM HUMILIATUR; cui et illud consonat: DEUS SUPERBIS RESISTIT, HUMILIBUS AUTEM DAT GRATIAM; et illud: QUI SE EXALTAT, HUMILIABITUR; ET QUI SE HUMILIAT, EXALTABITUR. Proinde cum apostolus nos admoneat, ne simus alta sapientes, sed humilibus consentientes, cogitet, si potest, in quantum superbiae praecipitium feratur homo, si non consenserit humili deo; et quam sit perniciosum inpatienter ferre hominem quod voluerit deus iustus, si patienter pertulit deus quod voluit inimicus iniustus. EXPLICIT TRACTATUS DE PASSIONE DOMINI.

Quanta hominis superbia, non consentire humili deo.

IV.

Guelferb. Serm. IV, p. 17-18: cod. fol. 41^{v}-42^{r}. Brevis quidem et simplex eaque inedita allocutio cum reliquis sermonibus ab Augustino « in vigiliis Paschae » habitis, in primis 219 conferenda; qua ex comparatione necnon ex locis sacrae scripturae adlatis eam quoque ex beatissimo viro profectam esse nihil dubito.

INCIPIT TRACTATUS DE NOCTE SANCTA · I ·

Dominus noster Iesus Christus in plenitudine temporis pro aeterna nostra salute passurus monuit discipulos dicens: VIGILATE ET ORATE, NE INTRETIS IN TEMPTATIONEM. Quod licet assidue debeat curare christianus, ne singulas noctes somnus absumat, exemplo apostoli dicentis IN VIGILIIS SAEPIUS, hac tamen nocte ut universus Christo vigilet mundus, sacratior et sanctior vigilia constituta est; ut id quod semel fecit divina miseratio, anniversaria sollemnitate celebret humana devotio, ne delere permittat oblivio. SEMEL enim CHRISTUS MORTUUS EST, IUSTUS PRO INIUSTIS. RESURGENS autem A MORTUIS IAM NON MORITUR, MORS EI ULTRA NON DOMINABITUR. QUOD ENIM MORTUUS EST PECCATO, MORTUUS EST SEMEL; QUOD AUTEM VIVIT, VIVIT DEO. SIC ET NOS EXISTIMEMUS NOS MORTUOS ESSE PECCATO, VIVERE AUTEM DEO IN CHRISTO IESU. Hoc tam magnum sacramentum ut semper memoria retineret, dies anni quo factum est non utique debuit similis ceteris noctibus praeterire; sed

Vigilia paschalis ceteris sacratior.

[1] *humiliatur*] Prov. 18, 12.
[2] *gratiam*] Iac. 4, 6; I Petr. 5, 5.
[2-8] *Qui se exaltat... iniustus*] Haec quoque ap. Bedam et Florum in Rom. 12 « Ex sermone de passione domini » deprompta (Migne 39, 1723).
[3] *exaltabitur*] Luc. 14, 11; 18, 14.
[4] sq. *consentientes*] Rom. 12, 16.
[12] *temptationem*] Matth. 26, 41.
[14] *saepius*] II Cor. 11, 27.
[17] *permittat oblivio*] Cf. serm. 220: « Hoc semel factum esse optime nostis... Quod enim semel factum in rebus veritas indicat... sollemnitas autem non ea faciendo, sed celebrando, nec praeterita praeterire permittit ».
[18] *iniustis*] I Petr. 3, 18.
[21] *Iesu*] Rom. 6, 9-11.

celebritate sollemnissima in mentes religiosorum redit. Ad hoc autem Iudaei Christum occiderunt, ut perderent de terra memoriam eius. Hoc eis excepta poena aeterna interim redditur, ut illius clarificata memoria nec ipsorum scelus mundus obliviscatur; quisquis enim noctis huius lucem toto terrarum orbe miratur, simul Iudaeorum tenebras detestatur. Sed facinus eorum nos abominemur: tantum autem bonum, quod nobis dominus de malo eorum praestitit, fideliter teneamus, et sollemniter celebremus.

2. Quia hac nocte, carissimi fratres, qua sepultum recolimus dominum, vigilias celebramus, eo tempore vigilemus, quo pro nobis ille dormivit. Ille quippe longe ante per prophetam suam nuntians passionem: EGO DORMIVI, inquit, ET EXSURREXI, QUONIAM DOMINUS SUSCEPIT ME. Patrem dominum appellavit. Nocte igitur qua dormivit nos vigilamus, ut morte qua passus est nos vivamus; illius dormitione temporali vigilias celebramus, ut illo pro nobis vigilante in aeternam vigiliam resurrecti infatigabiles maneamus. Hac autem nocte etiam resurrexit, cui resurrectioni nostra vigilat exspectatio. TRADITUS EST PROPTER PECCATA NOSTRA, et dormivit: RESURREXIT PROPTER IUSTIFICATIONEM NOSTRAM. Unde nos hac ipsa una nocte, in qua dormivit, nostram vigiliam frequentamus, ut in eius vigilia securi eodem somno quandoque careamus; et evigilationis eius horam vigilando expectamus, ne in ipsa iustificatione nostra, propter quam resurrexit, subrepente neglegentia, non corpore sed corde dormiamus. Vigilemus ergo, carissimi, et oremus, ne intremus in temptationem. EXPLICIT TRACTATUS DE NOCTE SANCTA · I ·

Aeternae vigiliae, in quam resurrecturi sumus, imago est.

V.

Guelferb. Serm. V, p. 19-22: cod. fol. 42^{v}-44^{r}. Propositi sui esse indicat orator, ut « prius de generali vigilia, postea de speciali hodierna, quae dominus dederit, pauca dicat ». Atqui prolixum fragmentum de speciali ratione paschalis vigiliae Eugippius « Excerptis » suis c. CXX (al. 135) inseruit, quod et Maurini uti ser-

[6] abhominemur *G* [9] fratres] *fortasse a librario additum* [13] apellavit [15] resurrecti] *in* resurrecturi *postmodum mutatum: cf. H. Rönsch « Itala u. Vulgata » p. 296* [19] in quo *G* [20] somno] *ex* somnum *corr.* [21] expectamus] *scripsi, quod tractu pari cum verbo superiore* frequentamus *sententia procedat;* expectemus *G*

[12] *suscepit me*] Ps. 3, 6: ubi licet Augustinus « suscipiet » legere consueverit, tamen in lib. 2 De Genesi contra Manichaeos, c. 24, n. 37, pariter habetur « quoniam dominus suscepit me »; ceterum lege sis ea quae infra dicuntur in nota ad sermonem Guelferb. 6, p. 461, l. 3.

[18] *nostram*] Rom. 4, 25.

monem Augustini 221 protulerunt. Quod quidem fragmentum ipsa est orationis nostrae altera pars, pars vero prior nondum in lucem edita est: ut neque hic desit, qui sponsor iam inde antiquitus appelletur, cum ipse se sermo vi propria Hipponiensis nostri fetum indubitatum prodat.

INCIPIT TRACTATUS DE NOCTE SANCTA · II ·

Quoniam dominus noster Iesus Christus diem, quem fecerat moriendo luctuosum, fecit resurgendo gloriosum, utrumque tempus in sollemnem memoriam revocantes, eius mortem recordando vigilemus, et eius resurrectionem suscipiendo gaudeamus. Hoc est anniversarium festum nostrum, et pascha nostrum; non sicut populo veteri per occisionem pecoris figuratum, sed sicut populo novo per victimam salvatoris impletum: quia PASCHA NOSTRUM INMOLATUS EST CHRISTUS, et VETERA TRANSIERUNT, ET ECCE FACTA SUNT NOVA. Neque enim lugemus nisi nostris delictis gravati, aut vero gaudemus nisi eius gratia iustificati: quoniam TRADITUS EST PROPTER DELICTA NOSTRA, ET RESURREXIT PROPTER IUSTIFICATIONEM NOSTRAM. Lugendo illud, hoc gaudendo laetamur; et quod propter nos adque pro nobis triste commissum est, laetumque praemissum est, non ingrata oblivione praeterimus, sed grata memoria celebramus. Vigilemus ergo, carissimi, quia usque ad istam noctem Christi sepultura producta est; ut in hac ipsa nocte fieret carnis resurrectio, quae tunc irrisa est in ligno, nunc adoratur in caelo et terra. Nox quippe ista ad consequentem diem, quem dominicum habemus, intellegitur pertinere. Et utique nocte resurgere debuit, quia sua resurrectione et tenebras nostras inluminavit; neque enim ei frustra tanto ante cantatum est: TU INLUMINABIS LUCERNAM MEAM DOMINE: DEUS MEUS, INLUMINABIS TENEBRAS MEAS. Proinde tam grande mysterium etiam devotio nostra commendat: ut quemadmodum eius resurrectione fides nostra firmata iam vigilat, sic et nostra vigilia etiam nox ista inluminata praefulgeat; ut digne possimus cum orbe terrarum ecclesia diffusa cogitare hodie, ne inveniamur in nocte. Tot tantisque populis, quos Christi nomine tam insignis ubique sollemnitas congregavit, sol abscessit, dies non recessit, cum lucenti caelo lucens terra successit.

Christus nocte resurgere debuit.

2. Causas tamen huius tantae vigiliae nostrae si quis inquirat, et sollerter invenire et fideliter respondere potest. Ille quippe, qui nobis

7 peccoris *G* 10 nostri dilectis *G* 11 dilecta 13 adque] *post corr.* atque 28 lucenti] *conieci;* lucente *G*

8 *Christus*] I Cor. 5, 7.
9 *nova*] II Cor. 5, 17.
12 *nostram*] Rom. 4, 25.
22 *meas*] Ps. 17, 29.

gloriam sui nominis donavit, ipse inluminavit hanc noctem; et cui dicimus, INLUMINABIS TENEBRAS MEAS, praebet lucem cordibus nostris: ut quemadmodum gaudentibus oculis istum splendorem luminum cernimus, ita huius tam clarae noctis rationem inluminata mente videamus. Quid est ergo, quod festo anniversario vigilant hodie Christiani? Nunc enim maxime vigilamus, nec alia sollemnitas talis intellegi solet; in isto desiderio dum quaerimus et dicimus: Quando vigilamus? ad tot dies vigilamus; tamquam in huius conparatione aliae non sint reputandae vigiliae. Apostolus quidem, sicut ieiuniorum, ita etiam vigiliarum assiduitatem commendavit ecclesiae, de se ipso commemorans et dicens: IN IEIUNIIS SAEPIUS, IN VIGILIUS SAEPIUS; sed huius noctis vigilia tanta est, ut sola sibi etiam ceterarum commune nomen velut proprium vendicaret. Prius itaque de generali vigilia, postea de speciali et hodierna, quae dominus dederit, pauca dicimus.

Splendor luminum in vigilia paschali.

Vigiliae nomen apud Christianos velut huius noctis proprium.

3. In illa vita, pro cuius adipiscenda requie laboramus, quam nobis post huius corporis mortem, vel etiam post huius saeculi finem, in resurrectione veritas pollicetur, numquam dormituri sumus, sicut numquam utique morituri. Quid est enim aliud somnus, quam cottidiana mors, quae nec penitus hinc aufert, nec diutius detinet hominem? Et quid est aliud mors, quam diuturnus et altissimus somnus, a quo deus excitat hominem? Ubi ergo nulla mors venit, nec imago eius somnus intervenit. Denique somnus nullus nisi mortalium. Non est ista requies angelorum: illi quia semper vivunt, numquam salutem somno recipiunt. Sicut ipsa vita, ita est illic sine fine vigilia; nec aliud ibi est vivere, quam vigilare: nec aliud vigilare, quam vivere. Nos autem in hoc corpore, quod corrumpitur et aggravat animam, quoniam non vivimus nisi vires dormiendo reparemus, similitudine mortis interrumpimus vitam, ut vivere saltim per intervalla possimus. Ac per hoc quisquis caste et innocenter assidue utitur vigiliis, angelorum vitam procul dubio meditatur — quantum enim carnis huius infirmitas sit oneri terreno, caelestia desideria conprimuntur — exercens contra molem mortiferam diuturniore vigilia, ut ei meritum conparet in vita perpetua. Neque enim sibi ipse consonat, qui desiderat semper vivere, et non amat prolixius

Cur in vigiliis saepius sit mens exercenda Christiano.

14 dicimus] *pro* dicamus? *sive* dicemus, *ut conicit Car. Weyman?* 26 aggrabat *I m.* 30 terreno] *erat primum, ni fallor,* terreni

7 sq. *dicimus: Quando vigilamus? ad tot dies vigilamus*] Eodem dicendi modo utitur Augustinus serm. 252, n. 12, ubi de Quadragesima loquens: « Ideo quadraginta illos dies, ait, antequam vigilemus » i. e. ante sollemnem vigiliam Paschae.

11 *saepius*] II Cor. 11, 27.

26 *animam*] Sap. 9, 15.

vigilare; mortem vult omnino non esse, et eius imaginem non vult minuere. Haec causa, ista ratio est, cur in vigiliis saepius sit mens exercenda Christiano.

4. Nunc iam, fratres, alia pauca dum commemoramus advertite de speciali noctis huius vigilia. Dictum est enim, quare saepius somnum detrahere et vigilias addere debeamus: nunc autem dicendum est, cur tanta celebritate hodierna potissimum nocte vigilemus. Quod die tertio resurrexerit a mortuis dominus Christus, nullus ambigit Christianus. Hac autem nocte hoc factum esse sanctum evangelium contestatur. Totum enim diem a praecedente nocte conputari non dubium est: non secundum dierum ordinem, qui commemorantur in Genesi — quamquam et illic tenebrae praecesserint; nam TENEBRAE ERANT SUPER ABYSSUM, cum DIXIT DEUS, FIAT LUX, ET FACTA EST LUX — sed quia illae tenebrae nondum erant nox, nondum enim praecesserat dies. DIVISIT quippe DEUS INTER LUCEM ET TENEBRAS: et prius lucem vocavit diem, deinde tenebras noctem, et a facta luce usque ad alterum mane commemoratus est dies unus. Manifestum est illos dies a luce coepisse, et transacta nocte usque ad mane singulos terminatos. Sed postea quam creatus homo a luce iustitiae in peccati tenebras declinavit, a quibus eum Christi gratia liberavit, factum est ut nunc dies a noctibus conputemus; quia non a luce ad tenebras, sed a tenebris ad lucem venire conamur, et domino adiuvante speramus. Sic et apostolus dicit: NOX PRAECESSIT, DIES AUTEM ADPROPINQUAVIT; ABICIAMUS ITAQUE OPERA TENEBRARUM, ET INDUAMUS NOS ARMA LUCIS. Dies igitur dominicae passionis, quo crucifixus est, iam transactam noctem propriam sequebatur; ideoque clausus et terminatus est usque ad parasceven, quam Iudaei etiam cenam puram vocant, ab eius noctis exordio incipiente sabbati observatione. Deinde sabbati

De speciali noctis huius vigilia.

Cum dies in Genesi a luce coeperint, quare nunc dies a noctibus conputamus.

Parasceven Iudaei cenam puram vocant.

[4] Nunc iam] *conieci;* nuncia *G*, *post. in* nunciamus *mutat.* [6] dicendum est *etc.*] *Abhinc usque ad finem tractatus alterum testem habemus, ut dixi, Eugippium, cuius Excerptum CXX (135) iuxta editionem Vindobonensem (CSEL, VIIII, 445 sqq.) nota K, M autem sermonem Maur. 221 designavi* [8] resurrexerit] *KM;* resurrexit *G* [9] hoc factum] *om. G* sanctum] *s. l. suppl. G* [11] commemorantur] *GK;* commemoratur *M* [12] praecesserint] *G;* praecesserunt *KM* [14] nondum erant nox] *KM;* dum erant nox *G* enim praecesserat] *KM;* erant *G* [16] a facta] *G; praepositionem om. KM* [17] nocte] *G;* luce *KM* [19] in peccati] *G;* ad peccati *KM* [20] liberavit] *G;* liberat *KM* [22] speramus] *praem.* fieri *KM* sic et] *GK;* sicut et *M* [26] parasceven] *KM;* parascevae *G* caenam *G* [27] incipiente s. observatione] *GK;* incipientes s. observationem *M*

[12] *abyssum*] Gen. 1, 2.
[13] *lux*] Ibid. 3.
[15] *tenebras*] Ibid. 4.
[16 sq.] *dies unus*] Ibid. 5.
[24] *lucis*] Rom. 13, 12.

dies, a sua nocte incipiens, finitus est vespere incipientis noctis, quae pertinet ad initium dominici diei: quoniam eum dominus suae resurrectionis gloria consecravit. Illius itaque noctis ad initium diei dominici pertinentis nunc istam sollemnitatis memoriam celebramus. Illam noctem agimus vigilando, qua dominus resurrexit, et illam vitam, de qua paulo ante dicebamus, ubi nec mors ulla nec somnus est, in sua carne nobis inchoavit; quam sic excitavit a mortuis, ut iam non moriatur, nec mors ei ultra dominetur. Nam quoniam venientes ad sepulcrum eius, a quibus diligentibus quaerebatur diluculo, corpus non invenerunt, responsumque acceperunt ab angelis, quod iam resurrexerat, manifestum est quod ea nocte resurrexerit, cuius extremitas illud diluculum fuit. Proinde cui resurgenti paulo diutius vigilando concinimus, praestabit ut cum illo sine fine vivendo regnemus. Sed et si forte his horis, quibus nos ducimus istam vigiliam, illius adhuc corpus in sepulchro erat, nondumque surrexerat, nec sic vigilando sumus incongrui: quia ille dormivit ut vigilaremus, qui est mortuus ut viveremus. EXPLICIT TRACTATUS DE NOCTE SANCTA · II ·

Qua hora Christus resurrexerit, incertum.

VI.

Guelferb. Serm. VI, p. 23-24: cod. fol. 44^{r}-44^{v}. Haec quoque tertia de vigiliis paschae oratiuncula et grata novitate et Augustinianae eloquentiae sapore insignis, nec quidquam ab huius usu ac consuetudine dissident quae ex utroque testamento laudantur exempla.

INCIPIT TRACTATUS DE NOCTE SANCTA · III ·

Dominus noster Iesus Christus passioni proximus, ubi pro debitis nostris quod non debebat exsolvit, ut chirografum quo rei tenebamur eius sanguine deleretur, ait discipulis suis: VIGILATE ET ORATE, NE INTRETIS IN TEMPTATIONEM. Ex hac eius commendatione instituta est ista sollemnitas: ut eius diei anniversario reditu vigiletur, quo eius expectata est resurrectio. Exaudiat nos vigilantes in sollemnitate sua,

[5] qua] *KM; corr. ex* quia *G* [6sq.] in sua carne] *praem.* quam *KM* [7] incoavit *G* [8] quoniam] *GK* quando *M* [9] diluculo] *cum praecedentibus G, cum sqq. KM conectunt* [11] resurrexerit] *GK;* resurrexit *M* [12] proinde] *G;* deinde *KM* [13] si] *KM; vox in G hoc loco deleta est, forsitan* esse [15] surrexerat] *G;* resurrexerat *KM* [16] vigilaremus] *G;* vigilemus *KM* [20] debebat] *scripsi;* debeat *G*

[13sq.] *Sed et si forte...*] Idem dubium insinuatur in benedictione cerei, *Exultet.* [22] *temptationem*] Matth. 26, 41.

qui dormivit pro salute nostra. In eius quippe rei prophetia et ex persona ipsius dictum fuerat: EGO DORMIVI, ET SOMNUM CEPI; ET EXSURREXI, QUONIAM DOMINUS SUSCIPIET ME. Tamquam diceret: Ne sibi Iudaei praevaluisse videantur: ego dormivi, voluntatis fuit, non necessitatis. Ipse prorsus, ipse dormivit, tamquam dignatus, non tamquam superatus; quippe qui potestatem habebat ponendi animam suam, et iterum sumendi eam. Non tamen ideo Iudaei sine scelere fuerunt, quia ipse potestate dormivit; ut enim eorum facinus demonstraret, dixit in alio psalmo: DORMIVI TURBATUS. Nam hoc ad ipsos retulit, qui eum a se turbatum esse putaverunt, cui velut victo insultaverunt, et tamen cum eius mortem nefariis vocibus expetissent, alienos se facere ab eius interfectione conati sunt; ut non ipsorum sed Pilati factum videretur, qui eum crucifigendum militibus dedit. Ideo continuo psalmus ipse: FILII HOMINUM, inquid, DENTES EORUM ARMA ET SAGITTAE, ET LINGUA EORUM GLADIUS ACUTUS. Tamquam diceret: Et si non propriis manibus, ore tamen proprio peremistis, cuius mortem petistis. Sed quid in alio psalmo dicit? NUMQUID QUI DORMIT NON ADICIET UT RESURGAT? Ecce surrexit qui dormierat; vigilavit, et factus est SICUT PASSER SINGULARIS SUPER TECTUM, id est, super caelum, ubi interpellat pro nobis, ubi iam non moritur, nec mors ei ultra dominabitur: quia non dormiet neque dormitabit, qui custodit nos. Ecce illi, qui se aliquid nocuisse putaverunt, etiam regnum ipsum, ubi eum sibi regnare noluerunt, extirpati exinde perierunt; ut et visibiliter impleretur, quod in eodem psalmo dormiturus ait: SUSCITA ME, ET REDDAM ILLIS. Humiliantes igitur animas nostras vigilias celebremus, ut eius vigili corde speremus et exspectemus adventum, cuius vox omnes dormientes etiam de tumulis excitabit: QUI BENE FECERUNT, AD RESURRECTIONEM VITAE; QUI MALE FECERUNT, AD RESURRECTIONEM IUDICII. Ipse namque est, de cuius somno in cruce exaltati Iacob tanto ante praedixit: ASCENDISTI RECUMBENS, DORMISTI SICUT LEO. Ipse VICIT LEO

Somnus Christi voluntatis fuit, non necessitatis.

Nec tamen ideo Iudaei sine scelere fuerunt.

Christus ut leo dormivit, et vicit.

[3] suscepiet *G* [5] dormibit *corr.* [14] lingua] linguae *G*, *ubi superflua* e *ex voce seq. orta esse videtur* [21 sq.] regnum ipsum] *pro* regno ipso? [28] exaltati] *scripsi;* exaltato *G*

[3] *suscipiet me*] Ps. 3, 6; *suscepiet G*, quo scribendi modo fortasse explicatur lectio minus Augustiniana *suscepit* supra p. 456, l. 12.

[7] *eam*] Ioh. 10, 18.

[9] *turbatus*] Ps. 56, 5; cf. Augustini Enarr. in Ps. ad h. l.

[15] *acutus*] Ibid.

[17] *resurgat?*] Ps. 40, 9.

[18] *super tectum*] Ps. 101, 8.

[19] *interpellat pro nobis*] Rom. 8, 34; comp. Enarr. huius Psalmi, serm. 1, n. 8: « singularis in tecto, id est in caelo... ibi interpellat pro nobis », et serm. Wilmart 6, 3.

[20] *dominabitur*] Rom. 6, 9.

[20 sq.] *qui custodit nos*] Ps. 120, 4.

[24] *illis*] Ps. 40, 11.

[26] *excitabit*] Cf. serm. Wilmart 4, 3 fin.

[27] *iudicii*] Ioh. 5, 29.

[29] *sicut leo*] Gen. 49, 9.

DE TRIBU IUDA: quia et Iacob illud dixit, cum benediceret Iudam. Quoniam ergo dormivit leo, deputatus est inter mortuos; sed quia vicit leo, veniet iudicare vivos et mortuos. EXPLICIT TRACTATUS DE NOCTE SANCTA · III ·

VII.

Guelferb. Serm. VII, p. 25-27: cod. fol. 49^{v}-51^{r}. Pulcherrima eaque inedita oratio de arcanis ritibus, qui initiandis olim Christianis in usu erant, et de dialogo eucharisticae praefationi praemisso, ut in sermonibus 227, 229 et 272; quam et ipsam a nemine si non ab Augustino profectam esse censeo.

INCIPIT TRACTATUS DE DOMINICA SANCTAE PASCHAE.

Vos in novam vitam regenerati, propter quod infantes vocamini; vos praecipue, qui hoc modo videtis, quid sibi haec velint, sicut vobis promiseramus, audite. Audite et fideles, qui videre consuestis: bona est commemoratio, ne subripiat oblivio. Quod videtis in mensa domini, quantum pertinet ad ipsarum rerum speciem, et in vestris mensis videre consuestis: ipse est visus, sed non ipsa virtus. Nam et vos idem ipsi estis homines, qui eratis: neque enim ad nos novas facies attulistis. Et tamen novi estis: veteres corporis specie, novi gratia sanctitatis, sicut et hoc novum est. Adhuc quidem, quomodo videtis, panis est et vinum: accedit sanctificatio, et panis ille erit corpus Christi, et vinum illud erit sanguis Christi. Hoc facit nomen Christi, hoc facit gratia Christi, ut hoc ipsum videatur quod videbatur, et tamen non hoc valeat quod valebat. Antea enim si manducaretur, inpleret ventrem; modo cum manducatur, aedificat mentem. Sicut autem quando baptizati estis, immo autem antequam baptizaremini, die sabbati locuti sumus vobis de sacramento fontis, in quo tinguendi eratis, et diximus vobis, quod credo quia obliti non estis, hoc valuisse vel valere baptismum, quod est sepultura cum Christo, apostolo dicente, CONSEPULTI ENIM SUMUS CHRISTO PER BAPTISMUM IN MORTEM, UT QUEMADMODUM ILLE SURREXIT A MORTUIS, SIC ET NOS IN NOVITATE VITAE AMBULEMUS; ita et modo non ex corde nostro, neque ex praesumtione nostra, neque ex humanis argumentationibus, sed ex auctoritate apostoli, opus est vobis commendare et

Quod vident in mensa domini, hoc et in suis mensis fideles videre consueverunt.

Die sabbati locutus erat Augustinus de sacramento fontis.

7 modo] *heic* primum *aut quid simile excidisse suspicor* 9 ne] *suppl. s. l.* 14 quomodo] *pro* quod modo? 20 autem] *fort. redundat, ex* ante *quod sequitur* 24 quem ammodum, *ut adsolet, G*

1 *Iuda*] Apoc. 5, 5. 25 *ambulemus*] Rom. 6, 4.

insinuare, quid sit quod accepistis vel accepturi estis. Ecce breviter audite apostolum, immo Christum per apostolum, de sacramento mensae dominicae quod ait: UNUS PANIS, UNUM CORPUS MULTI SUMUS. Ecce totum est, cito dixi: sed appendite verba, nolite numerare. Si verba numeratis, breve est; si appenditis, grande est. Unus panis, dixit. Quotquot ibi panes positi fuerint, unus panis: quotquot panes fuerint in altaribus Christi hodie per totum orbem terrarum, unus panis est. Sed quid est, unus panis? Exposuit brevissime: UNUM CORPUS MULTI SUMUS. Hoc panis corpus Christi, de quo dicit apostolus, alloquens ecclesiam: VOS AUTEM ESTIS CORPUS CHRISTI ET MEMBRA. Quod accipitis, vos estis, gratia qua redempti estis; subscribitis, quando AMEN respondetis. Hoc quod videtis, sacramentum est unitatis.

Amen respondent fideles, quando accipiunt sacramentum.

2. Iam quia breviter nobis insinuavit apostolus quid hoc esset, considerate illud diligentius et videte, quomodo fiat. Quomodo fit panis? Trituratur, molitur, a consparsura, in coctura: in consparsura mundatur, coctura firmatur. Ubi tritura vestra? Hoc facti estis: ipsa fuit in ieiuniis, in observationibus, in vigiliis, in exorcismis. Molebamini, quando exorcizabamini. Consparsura non fit sine aqua: baptizati estis. Coctura molesta est, sed utilis. Quae est enim coctura? Ignis temtationum, sine quibus haec vita non est. Sed quomodo est utilis? VAS FIGULI PROBAT FORNAX, ET HOMINES IUSTOS TEMPTATIO TRIBULATIONIS. Quomodo autem de singulis granis in unum congregatis et quodam modo sibimet consparsione commixtis fit unus panis, sic fit unum corpus Christi concordia caritatis. Quod autem habet corpus Christi in granis, hoc sanguis in acinis: nam et vinum de pressura exit, et quod in multis singillatim erat, in unum confluit, et fit vinum. Ergo et in pane et in calice mysterium est unitatis.

Quomodo panis facti sunt neophyti.

3. Quod autem audistis ad mensam domini, DOMINUS VOBISCUM, hoc et quando de abside salutamus dicere solemus, et quotienscumque oramus hoc dicimus: quia hoc nobis expedit, ut semper sit dominus nobiscum, quia sine illo nihil sumus. Quod autem sonuit in auribus vestris,

Dominus vobiscum.

[10] menbra *G* [20] utilis] *in* utile *post. perperam mutat. propter vocem quae sequitur*

[3] *sumus*] I Cor. 10, 17.

[4] *Appendite verba, nolite numerare*] Cf. serm. 237, n. 4: « Nolo numeres, verba appende »; similiter supra p. 443, 5: « non o. e. u. verba numeretis, sed appendatis ».

[10] *membra*] I Cor. 12, 27.

[11] *subscribitis*] Comp. supra p. 31, l. 18; et serm. 272: « Ad id quod estis, Amen respondetis, et respondendo subscribitis ».

[15] *consparsura... coctura*] Neutrius vocabuli exempla ex Augustino adducit novus Thesaurus linguae latinae.

[21] *tribulationis*] Eccli. 27, 6.

[31] *quia sine illo nihil sumus*] Cf. De trinit. lib. 14, c. 12, n. 16: « Nec ipse cum omnibus eo modo quo dicimus, Dominus vobiscum. Magna itaque hominis miseria est, cum illo non esse, sine quo non potest esse ».

videte quid dicatis ad altare dei. Interrogamus enim quodammodo et admonemus, et dicimus: SURSUM COR. Nolite iusum: cor putrescit in terra, levate illud in caelum. Sed quo sursum cor? quid respondetis? quo sursum cor? HABEMUS AD DOMINUM. Ipsum enim sursum cor, aliquando bonum est, aliquando malum est. Quomodo malum est? In his malum, de quibus dictum est: DEIECISTI EOS, DUM EXTOLLERENTUR. Sursum cor, si non sit ad dominum, non est iustitia, sed superbia; ideo cum dixerimus, Sursum cor, quia adhuc sursum cor potest esse superbiae, vos respondetis, Habemus ad dominum. Ergo dignatio est, non elatio: et quia est ista dignatio, ut sursum cor habeamus ad dominum, nos illud fecimus? nos potuimus de viribus nostris? terram, quod eramus, in caelum levavimus? Absit: ipse fecit, ipse dignatus est, ipse manum misit, ipse gratiam suam porrexit, ipse quod iusum erat sursum fecit. Ideo cum dixerimus, Sursum cor, et responderitis, Habemus ad dominum, ne vobis tribuatis quia sursum cor habetis, adiunxi: GRATIAS AGAMUS DOMINO DEO NOSTRO. Ista sunt mysteria brevia, sed magna: brevia dicimus, sed magna affectu. Cito enim haec vobis dicitis et sine codice, et sine lectione, sine longa disputatione. Commemorate vos quod estis, et in quo perseverare debetis, ut ad promissa dei pervenire possitis. EXPLICIT TRACTATUS DE DOMINICA SANCTAE PASCHAE.

Sursum cor.

Habemus ad dominum.

Gratias agamus domino deo nostro.

VIII.

Guelferb. Serm. VIII, p. 28-29: cod. fol. 53r-54v. Perbrevis quoque sermo iste, at pariter ineditus et oratoriis Augustini virtutibus plane dignus. Agit s. episcopus de versu psalmi HIC EST DIES QUEM FECIT DOMINUS, et de laetandi modo Christianorum, ostenditque Alleluia licet hic semper absque satietate dici non possit, in futura tamen vita ita esse decantandum, ut perpetuo iocunditatem, numquam afferat fastidium.

INCIPIT TRACTATUS DE DOMINICA SANCTAE PASCHAE.

Omnem quidem diem dominus fecit: non solum autem fecit, sed etiam facit; sic enim facit omnem diem, cum FACIT ORIRI SOLEM SUUM SUPER BONOS ET MALOS, ET PLUIT SUPER IUSTOS ET INIUSTOS. Dies

10 quia] *pro* quae? 21 sanctae] *hic et alibi in* sancti *mutat., alibi vero genus femininum servatum est, quod et ubique intactum reliqui*

2 *sursum cor*] Singulari numero, et sic constanter apud Augustinum.

6 *extollerentur*] Ps. 72, 18.

24 *iniustos*] Matth. 5, 45.

24 sq. *Dies e. iste vulgaris*] Cf. serm. 230: « Dies iste vulgaris cotidianus... »

ergo iste vulgaris, bonis malisque communis, non est putandus significatus hoc loco, ubi audivimus, HIC EST DIES QUEM FECIT; quendam enim insignius praedicat, et ad quendam diem intentos nos facit dicendo, HIC EST DIES QUEM FECIT DOMINUS. Qualis iste dies, ubi dicitur, EXULTEMUS ET IUCUNDEMUR IN EO? Qualis, nisi bonus? qualis, nisi concupiscibilis, amabilis, desiderabilis, delectabilis, de quali dicebat Ieremias sanctus, ET DIEM HOMINUM NON CONCUPIVI, TU SCIS? Quis ergo est iste dies, quem fecit dominus? Vivite bene, et vos eritis. Non enim de isto die, quem inchoat solis ortus et claudit occasus, apostolus loquebatur, cum diceret, SICUT IN DIE HONESTE AMBULEMUS. Ubi etiam dicit: NAM QUI INEBRIANTUR, NOCTE EBRII SUNT. Nemo videt per prandium homines ebrios; sed quando fit, ad noctem pertinet, non ad diem quem fecit dominus. Sicut enim dies in eis, qui pie sancte et religiose vivunt, temperanter iuste sobrie; sic contra in his, qui impie luxuriose superbe inreligiose, sine dubio nox tali nocti erit fur: DIES DOMINI, SICUT FUR IN NOCTE, ITA VENIET, scriptum est enim. Sed cum hoc testimonium commemoraret apostolus, conversus ad eos quibus alibi dixerat, FUISTIS ALIQUANDO TENEBRAE, NUNC AUTEM LUX IN DOMINO; ubi factus dies quem fecit dominus, conversus ad eos, cum dixisset, SCITIS, FRATRES, QUIA DIES DOMINI, SICUT FUR IN NOCTE, ITA VENIET, ait illis: VOS AUTEM NON ESTIS IN TENEBRIS, UT DIES ILLE VOS TAMQUAM FUR CONPREHENDAT. OMNES ENIM VOS FILII LUCIS ESTIS, ET FILII DIEI; NON SUMUS NOCTIS, NEQUE TENEBRARUM. Ista ergo nostra cantatio, vitae bonae est commemoratio. Quando dicimus omnes voce consona, laeto spiritu, corde concordi, HIC EST DIES QUEM FECIT DOMINUS, congruamus sono nostro, ne testimonium contra nos dicat lingua nostra. Inebriaturus te hodie dicis, Hic est dies quem fecit dominus: non times, ne tibi respondeat, Istum diem non fecit dominus; et ipse dicitur bonus dies, quem sibi faciat luxuria et nequitia pessimum diem.

Dies, quem fecit dominus, nos sumus.

Nemo per prandium ebrius.

2. Ecce laetitia, fratres mei, laetitia in congregatione vestra, laetitia in psalmis et hymnis, laetitia in memoria passionis et resurrectionis Christi, laetitia in spe futurae vitae. Si tantam laetitiam facit quod speramus, quid erit cum tenebimus? Ecce isti dies, quando audimus Alle-

Laetitia paschalis qualis sit.

9 incoat *G* 17. 19 conversus ad eos] *locus, ut videtur, a librariis corruptus*

5 *in eo*] Ps. 117, 24.

7 *tu scis*] Hier. 17, 16.

8 *Vivite bene, et vos eritis*] Cf. serm. 230: « Quod enim cantatis, vos estis, si bene vivitis... Si vultis esse dies quem fecit dominus, bene vivite ».

10 *ambulemus*] Rom. 13, 13.

11 *ebrii sunt*] I Thess. 5, 7; in eodem serm. 230 uterque locus Apostoli ita pariter adducitur, ac si alter esset alteri contiguus.

18 *domino*] Eph. 5, 8.

20 *veniet*] I Thess. 5, 2.

23 *tenebrarum*] Ibid. 4. 5.

luia, quodammodo mutatur spiritus. Nonne quasi nescio quid de illa superna civitate gustamus? Si isti dies tantam nobis laetitiam faciunt, qualis erit ille, ubi dicitur, VENITE BENEDICTI PATRIS MEI, PERCIPITE REGNUM; quando omnes sancti congregantur in unum: quando ibi se vident, qui se non noverant: ibi se agnoscunt, qui se noverant: ibi secum sic erunt, ut numquam pereat amicus, numquam timeatur inimicus? Nam ecce dicimus Alleluia: bonum est, laetum est, gaudii iucunditatis suavitatis plenum est. Tamen, si semper hoc dicamus, fastidimus; quando autem intervenit certo anni tempore, cum qua iucunditate redit, cum quo desiderio abscedit! Numquid ibi sic erit gaudium, et ibi erit fastidium? Non erit. Forte dicit aliquis: Et unde fieri potest, ut hoc semper, et numquam fastidium? Si tibi aliquid ostendero in ista vita quod non possit habere fastidium, credis quia ibi totum sic erit. Fastidium in cibo, fastidium in potu, fastidium in spectaculo, fastidium in illa et illa re: numquam autem fuit fastidium sanitatis. Sicut ergo hic in ista mortalitate carnis, in ista fragilitate, in isto taedio oneris corporis numquam potuit esse fastidium sanitatis, sic ibi numquam erit fastidium caritatis, inmortalitatis, aeternitatis. EXPLICIT TRACTATUS DE DOMINICA SANCTAE PASCHAE.

In futura vita se agnoscunt, qui se noverant.

Alleluia cum qua iucunditate redit, cum quo desiderio abscedit.

IX.

Guelferb. Serm. IX, p. 30-34: cod. fol. 54^{r}-56^{v}. Eodem fere modo incipit et explicit sermo inter Maianos LXXXIII (NPB. I, 162 ex cod. Vaticano 4951, saec. XII = β); quem cum ego ante annos amplius triginta cum ceteris minutiori cura apud me recenserem, chartulis meis aperte consignavi, ipsum quidem genuinum, at certo parte sui truncatum esse, et aliqua n. 2 post verba « sed membra sua in terra cognoscebat » desiderari. Cui nunc iudicio fidem facit codex Guelferbytanus, quando quidem is loco a me praesenso paginas integras tres exhibeat, quae in ms. Vaticano desunt, quaeque ad vitam « alteram quam desideramus » pertinent. Iam igitur sermo totus enotescit, totus, inquam, et pulcherrimus; nam ex ea parte, quae hic primum editur, ita auditores commotos fuisse apparet, ut contionatori assensum clara voce adclamarent. Quibus ille: « Quid est, inquit, quod clamatis, si ad mentes vestras nulla esca pervenit? Sed nos quid sumus? » etc.

INCIPIT TRACTATUS DE SECUNDA FERIA PASCHAE.

Passio domini et resurrectio duas ostendit nobis vitas: unam quam toleramus, alteram quam desideramus. Potens est enim illam nobis dare, qui pro nobis istam dignatus est tolerare. Hoc enim ostendit

[20] pasca *G* [21] nobis ostendit β [23] dare] donare β

[4] *regnum*] Matth. 25, 34. [6] *inimicus*] Idem supra p. 222, l. 8.

quantum nos diligat, et voluit ut credamus, quia daturus est nobis bona sua propria, qui mala nostra voluit nobiscum habere communia. Nati sumus, et natus est: quia morituri sumus, mortuus est. Ista duo nos in ista vita nostra noveramus, initium et finem, nasci et mori: nascendo labores inchoare, moriendo ad incerta migrare. Ista duo noveramus, nasci et mori: hoc abundat in regione nostra. Regio nostra, terra; regio angelorum, caelum. Venit ergo dominus noster ad istam regionem ex alia regione: ad regionem mortis, de regione vitae: ad regionem laboris, de regione felicitatis. Venit afferens nobis bona sua, et patienter sustinuit mala nostra. Bona sua occulte portabat, mala nostra aperte tolerabat: apparebat homo, latebat deus: apparebat infirmitas, latebat maiestas: apparebat caro, latebat Verbum. Patiebatur caro: ubi erat Verbum, quando caro patiebatur? Verbum non tacebat, quia patientiam nos docebat. Ecce resurrexit dominus Christus tertia die: ubi est insultatio Iudaeorum? ubi est insultatio circumfrementium et insanientium principum Iudaeorum, et medicum occidentium? Recolite, carissimi, quae audieritis, quando eius passio legebatur. SI FILIUS DEI EST, DESCENDAT DE CRUCE, ET CREDIMUS EI. SI FILIUS DEI EST, SALVUM FACIET EUM. Audiebat ista, et tacebat; pro ista dicentibus petebat, et se non ostendebat. In alio quippe evangelio scriptum est, quoniam exclamavit pro eis, et ait, PATER IGNOSCE ILLIS, QUIA NESCIUNT QUID FACIUNT. Videbat ibi suos futuros, videbat in se continuo credituros, ipsis volebat ignosci. Caput nostrum in cruce pendebat, sed membra sua in terra cognoscebat.

Vita una toleranda per passionem domini ostensa.

2. Cum legeretur liber Actuum apostolorum, ibi iam audistis quemadmodum cum mirarentur, qui convenerant, apostolos et eos qui cum ipsis erant loquentes linguis omnium gentium quas non didicerant, inspirante et docente Spiritu sancto quem acceperant, stupentes mira-

Lectum erat ex Actibus apost. cap. 2.

[1] quod daturus sit *β* [3] morituri sumus] et *add. β* [5] inchoare] h *s. l. suppl. G* [6] habundat *G;* abundabat *β* [7] noster] *om. β* [9] Venit] *cum praecedentibus β, cum sqq. G coniungit* [9 sq.] patienter sustinuit] *G;* prius patiens *β* [10] occulta... aperta *β* [11] apparebat enim homo *β* [13] caro quando *β* non tacebat] *non dubitanter scripsi;* non latebat *G;* non repellebat *β*; latebat *aut* non parebat *conicit De Bruyne* [14] tertio *β* insultatio] *G;* insania *β* [15 sq.] principum Iudaeorum] *om. β* [17] audieritis] *βG, sed hic statim corr.* audistis [18] faciet] *Gβ, fort. pro* faciat? [21 sq.] Videbat ibi suos futuros] *om. β* [23] menbra *more suo G* in terra cognoscebat] *reliqua in β desiderantur usque* sed ipse non deficit *p. 470, l. 31* [24] ibi] *conieci;* ubi *G* [24 sq.] quem ammodum *G*

[6] *abundat in regione nostra*] Cf. August. serm. 233, n. 4: « Magnum quid huc adtulit mercator iste de regione sua veniens: mercator iste invenit in regione nostra quod hic abundat. Quid hic abundat? Nasci et mori »; serm. Guelferb. 12, 1: « Usitatum fuit in regione terrena... nasci et mori » etc.

[18] *ei*] Ex Mt. 27, 40 et 42.
eum] Cf. Mt. 27, 43.

[21] *faciunt*] Luc. 23, 34.

culum allocutus est Petrus apostolus, et exposuit eis, quia ipsi quidem per ignorantiam fecerunt malum istud, quod dominum occiderunt; deus autem implevit dispositionem suam, ut pro toto mundo sanguis innocens funderetur, et omnium credentium peccata delerentur: quia ille est mortuus, in quo peccatum non potuit inveniri. Tenebatur cautio nostrorum peccatorum, tenebat contra nos chirografum diabolus; possidebat quos deceperat, habebat quos vicerat. Debitores omnes eramus, cum debito hereditario omnes nascuntur: fusus est sanguis sine peccato, et delevit cautionem de peccato. Illi ergo qui loquente Petro crediderant, in Actibus apostolorum, conturbati dixerunt: QUID FACIEMUS, FRATRES? DICITE NOBIS. Desperabant enim tantum nefas sibi posse dimitti. Et dictum est illis: AGITE PAENITENTIAM, ET BAPTIZETUR UNUSQUISQUE VESTRUM IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI, ET REMITTUNTUR PECCATA VESTRA. Quae peccata? omnia. Quantum omnia? Et hoc tam magnum, quod occidistis Christum. Quid enim sceleratius facere potuistis, quam quod vestrum creatorem pro vobis creatum occidistis? Quid gravius potuit facere freneticus, quam quod ab illo occisus est medicus? Dimittitur tamen et hoc, dictum est illis: omnia dimittuntur. Saevistis, et sanguinem innocentem fudistis: credite, et bibite quod fudistis. Illi ergo ibi erant, qui desperantes dixerunt, Quid faciemus? et audierunt quod credentes in eum quem occiderunt possent tanti sceleris accipere veniam. Ibi erant, ipsos videbat: ipsos ante crucem suam vidit, quos ante mundi constitutionem praevidit. Pro his dixit: PATER, IGNOSCE ILLIS, QUIA NESCIUNT QUID FACIUNT. Illi occidebant medicum: medicus de suo sanguine faciebat occisoribus medicamentum. Magna misericordia et gloria: quid non est illis dimissum, quando illis dimissum est, quod occiderunt Christum? Ideo, carissimi, dubitare nemo debet, in lavacro regenerationis omnia prorsus et minima et maxima dimitti omnino peccata: est enim exemplum magnumque documentum. Nullum gravius peccatum, quam occidere Christum: quando et hoc est dimissum, quid in credente baptizato remanebit admissum?

In lavacro regenerationis omnia omnino dimittuntur peccata.

3. Sed resurrectionem Christi consideremus, carissimi: quoniam sicut eius passio significavit nostram veterem vitam, sic eius resurrectio sacramentum est novae vitae. Ideo apostolus ait: CONSEPULTI SUMUS

Christi resurrectio, sacramentum novae vitae.

[7] vincerat *corr.* [21] possent] *scripsi;* posse *G* [27] quod] *pariter ex coniectura;* qui *G*

[3] *dispositionem suam*] Cf. Act. 3, 17. 18.
[11] *nobis*] Act. 2, 37; ubi quidem verba « dicite nobis », quae Vulgata nescit editio, ab Augustino leguntur, Enarr. in Ps. 73, n. 22.
[14] *vestra*] Act. 2, 38.
[23] *constitutionem*] Cf. Eph. 1, 4 et al.

CHRISTO PER BAPTISMUM IN MORTEM, UT QUEMADMODUM CHRISTUS SURREXIT A MORTUIS, SIC ET NOS IN NOVITATE VITAE AMBULEMUS. Credidisti, baptizatus es: mortua est vetus vita, occisa est in cruce, sepulta in baptismo. Vetus sepulta est, in qua male vixisti: nova resurgat. Bene vive: sic vive, ut vivas: sic vive, ut, cum mortuus fueris, non moriaris. Considerate, carissimi, quid dixerit dominus in evangelio homini quem curavit: ECCE SANUS FACTUS ES; IAM NOLI PECCARE, NE QUID TIBI DETERIUS CONTINGAT. Ista sententia conclusi fueramus, et in augustias magnas redacti: sed illius misericordia numquam deserit. Orationem baptizatis dedit, quia hic sine peccato non vivitur, ut cottidie dicamus, DIMITTE NOBIS DEBITA NOSTRA. Debita sunt: illa cautio generalis, et nos non cessamus fieri debitores. Dicimus unde nobis cottidie dimittantur; sed non ideo debemus in flagitiis, in sceleribus, in criminibus quasi securi requiescere. Amica nobis non debent esse peccata: vomuimus ea, oderimus ea: non canino more ad nostrum vomitum revertamur. Et si subrepunt, nolentibus subrepant, non diligentibus vel studiose appetentibus: qui enim amicitias voluerit habere cum peccatis, inimicus erit ei, qui venit delere peccata, cum ipse nullum haberet peccatum. Fratres mei, considerate quod dico: amicus morbo, inimicus est medico. Si aegrotares corpore, et veniret ad te medicus propter professionem suam, indica mihi quid vellet veniendo ad te: quid vellet, nisi sanare te? Cum ergo esset amicus tibi, necesse est ut sit febri inimicus: nam si tuam febrem amaret, te non amaret. Odit ergo febrem tuam; contra illam intravit domum tuam, contra illam ascendit in cubiculum tuum, contra illam accessit ad lectum tuum, contra illam tetigit venam tuam, contra illam praecepta tibi dedit, contra illam medicamenta conposuit et apposuit: totum contra illam, totum pro te. Si ergo ille totum contra febrem, totum pro te, tu amando febrem solus eris contra te. Respondebis mihi, scio, respondebis mihi et dices: Quis est, qui amet febrem? Scio et ego, aegrotus non amat febrem, sed amat quod petit febris. Quid est quod dixit medicus, cum ingressus ad te fuerit, arte armatus adversus febrem tuam? Dicit tibi, verbi gratia: Frigida noli bibere. Ne bibas frigida, a medico audisti, inimico febris tuae. Cum discesserit medicus, febris dicit: Bibe frigida. Quando tibi dixerit

Oratio baptizatis data ut cautio contra debita cottidiana.

Amicus morbo, inimicus est medico.

1 in morte *G* quem ammodum *constanter* 8 conclusi] *erat primum* conclus, *cui* si *s. l. additum est* 24sq. contra illam a. i. cubiculum tuum] *haec postea in marg. infer. suppleta* 29 Qui est *G* 33 inimico] *correxi ex* inimica

2 *ambulemus*] Rom. 6, 4.
8 *contingat*] Ioh. 5, 14.
11 *nostra*] Mt. 6, 12.

febris, dicere habes: Illa aestuatio febris est. Sermocinatio tacita tibi loquitur, ingerit faucibus siccitatem, facit frigida delectationem: memento quid dixerit medicus, noli bibere. Sed medico absente febris adest. Quid medicus dixerat? Vis illam vincere? Noli illi cedere. Si iunxeris te medico contra febrem, duo eritis: si consenseris febri, vincitur medicus, sed malo aegroti, non medici. Absit autem, ut medicus Christus vincatur in eis, QUOS PRAESCIVIT ET PRAEDESTINAVIT: quia IPSOS ET VOCAVIT, ET QUOS VOCAVIT, IPSOS ET IUSTIFICAVIT; QUOS AUTEM IUSTIFICAVIT, IPSOS ET GLORIFICAVIT. Coerceantur vitia, conpescantur libidines, torqueatur livore diabolus et angeli eius. SI DEUS PRO NOBIS, QUIS CONTRA NOS?

4. Quod autem Christus ostendit resurrectione corporis sui, bene vivendo incipite spiritaliter agere. Illud vero ipsum, id est, ipsam proprietatem, ipsam veritatem, ipsam carnis incorruptibilitatem, modo nolite sperare: merces fidei est, finito die redditur merces. Nunc in vinea laboremus, finem diei expectemus: qui nos enim conduxit, ut laboremus, non nos deserit, ne deficiamus. Pascit operarium laborantem, qui ei praeparat donare die finito mercedem: sic et modo dominus laborantes in hoc saeculo pascit nos, non solum cibo ventris, sed etiam cibo mentis. Si non pasceret, ego non loquerer; quia verbo pascit, hoc agimus, qui eum vestris non ventribus sed mentibus praedicamus. Esurientes accipitis, epulando laudatis: quid est quod clamatis, si ad mentes vestras nulla esca pervenit? Sed nos quid sumus? Ministri eius, servi eius: non enim nostra, sed de cellario ipsius proferimus, quod vobis erogamus. Inde et nos vivimus, quia conservi sumus. Et quid vobis ministramus: panem ipsius, an panem ipsum? Quisquis hominem operarium conduxisset ad vineam suam, panem illi posset dare, non se. Christus se ipsum dat operariis suis: se ipsum praestat in pane, se ipsum servat in mercede. Non est ut dicamus: Si modo eum manducamus, in fine quid habebimus? Nos manducamus, sed ipse non finitur: esurientes reficit, sed ipse non deficit. Pascit modo laborantes, quibus manet integra merces. Quid enim melius accepturi sumus, quam ipsum? Si aliquid se melius haberet, hoc daret: sed deo nihil est melius, et Christus deus est. Attende, IN PRINCIPIO ERAT VERBUM, ET VERBUM ERAT APUD DEUM, ET DEUS ERAT VERBUM: HOC ERAT IN PRINCIPIO APUD

Acclamatio auditorum.

Christus se nobis praestat in pane, servat in mercede.

[2] frigidam *G*, *seq. vocabuli causa* [7] praedistinavit [19 sq.] cybo... cybo [21 sq.] aesurientes... aepulando [23] aesca [27] veneam *corr.* [31] reficit] *ex* refecit Pascit modo laborantes] *ab his rursum β prosequitur* [33] se] *om. β*

[9] *glorificavit*] Rom. 8, 29. 30. [11] *nos?*] Ibid. 31.

DEUM. Hoc quis capit? quis colligit? quis intuetur? quis contemplatur? quis digne cogitat? Nemo. VERBUM CARO FACTUM EST, ET HABITAVIT IN NOBIS. Ad hoc te vocat, ut operarius labores. Verbum caro factum est. Vocat te ipse: erit laus tua Verbum, dominus erit merces tua. EXPLICIT TRACTATUS DE SECUNDA FERIA PASCHAE.

X.

Guelferb. Serm. X, p. 36-38: cod. fol. 56^{v}-58^{r}. Et sententiarum pondere et elocutionis arte Augustini esse se prodit sermo iste hactenus ineditus. In quo de fide resurrectionis disputatur, et cur certus hominum numerus eam sortiatur, ceteri autem occulto Dei iudicio minime adtingant, quemadmodum in populo Iudaico et in Iacob patriarcha cum angelo luctante olim praefiguratum est: quibus similia alibi reperies, ut puta serm. 5, n. 6 sqq.; 122, n. 3; 204, n. 3 etc.

INCIPIT TRACTATUS DE SECUNDA FERIA PASCHAE · II ·

Resurrectionem domini alii viderunt, alii nuntiatam non crediderunt; et exprobrantur ab ipso domino iam praesente, quia non crediderunt eis qui viderunt et nuntiaverunt. Quanta dignatio gentium, et longe postea natorum! Quid praestitit deus eis, quibus modo implentur ecclesiae Christi? Apostoli sancti cum domino ambulaverunt, verbum veritatis ex ore eius audierunt, mortuos suscitantem viderunt; et resurrexisse dominum non crediderunt. Nos autem, qui longe post nati, praesentiam eius corporalem numquam vidimus, nullum verbum ex ore carnis eius audivimus, nullum ab eo factum miraculum his oculis aspeximus; et tamen credidimus, audientes litteras eorum, qui tunc credere noluerunt. Factum recentissimum nuntiatum sibi non crediderunt: scripserunt quod legeremus; audivimus, et credimus. Quod autem dominus Iesus noluit apparere Iudaeis, dignos esse qui post resurrectionem dominum Christum viderent non iudicavit: suis se ostendit, non alienis. Et dum praedicant sui, crediderunt alieni; et qui fuerunt alieni, facti sunt sui. Multi enim ex ipsis, sicut legitur in Actibus apostolorum, multi ex ipsis qui dominum crucifixerunt, qui

Christus resurgens cur Iudaeis apparere noluit.

3 in nobis] *reliqua apud β hoc modo leguntur:* Ad hoc te advoca; operare laborans; ad Verbum caro factum est advoca te. Ipsa erit salus tua: Verbum Dominus erit merces tua sine fine mansura 6 pasce *G* 8 et] *videtur ex proposito esse deletum* 16 credidimus] *item in* credimus *post. mut. videtur* 18 legerimus *G* 22 sq. legitur i. A. a. m. ex ipsis] *haec s. l. suppl.*

1 *deum*] Ioh. 1, 1. 2. 3 *in nobis*] Ibid. 14.

sanguine eius effuso polluti sunt; multi ex ipsis qui dixerunt, SANGUIS EIUS SUPER NOS ET SUPER FILIOS NOSTROS, postea crediderunt annuntiantibus apostolis. Eius super illos revera fuit sanguis, sed abluendos, non perdendos: super alios perdendos, super alios mundandos: super perdendos iustus, super mundandos misericors. Et nunc numquid omnium est fides? Quomodo tunc ipsi Iudaei alii crediderunt, alii non crediderunt, sic et nunc gentes: crediderunt alii, non credunt alii. NON EST OMNIUM FIDES. Quorum est autem fides, gratia credunt: non se iactent, dei donum est. Numquid ideo nos elegit dominus, quia boni eramus? Non elegit bonos, sed quos voluit facere bonos. Omnes in umbra mortis fuimus, omnes in massa peccati de Adam veniente colligati tenebamur. Radice vitiata qualis nasci potuit fructus ex arbore generis humani? Sed qui sanaret vitia, venit sine vitio; et qui venit mundare peccata, venit sine peccato.

Sanguis Christi super perdendos iustus, super mundandos misericors.

Massa peccati.

2. Ne attendatis Iudaeos qui modo sunt palea, id est, illius areae quae tunc triturata est. Nam si consideremus, fratres mei, de Iudaeis prophetae, de Iudaeis patriarchae, de Iudaeis apostoli, de Iudaeis virgo Maria, quae peperit Christum; de Iudaeis postea Paulus credens, et tot milia in uno die baptizata: de Iudaeis innumerabiles ecclesiae Christianorum. Sed illa frumenta iam in horreo recondita sunt: de paleis diabolus ludet. Iudaei fideles, et Iudaei infideles. Ubi sunt primo damnati? In primo, in patre omnium ipso Iacob, qui appellatus est etiam Israhel. Iacob, supplantator; Israhel, videns deum. Quando reversus est de Mesopotamia cum filiis suis, angelus cum illo luctatus est, gerens personam Christi; et cum luctaretur, longe excellens virtute, velut succubuit illi, et praevaluit Iacob. Sic et dominus Christus subcubuit Iudaeis: praevaluerunt, quando occiderunt. Magna virtute victus est: ubi victus est, ibi nobis vicit. Quid est, ubi victus est, ibi nobis vicit? Quia unde passus est, sanguinem fudit, quo nos redemit. Ergo sic scriptum est, praevaluit illi Iacob. Et tamen ipse Iacob, qui luctabatur, agnoscebat mysterium. Praevaluit luctans homo angelo: et cum dixisset illi, DIMITTE ME, ait ille qui praevaluerat, NON TE DIMITTO, NISI BENEDIXERIS ME. O grande mysterium! benedicit victus, qui liberat passus; tunc ipsa fuit

Iudaei in Iacob alii damnati, alii benedicti.

5 Et nunc] *2 m. s. l. add.* dico 7 gentes] *eadem 2 m. s. l. praem.* inter 13 Sed qui] *eadem 2 m. ac supra add. s. l.* Christus deus 17 apostoli] *item 2 m. add.* prodierunt 18 Christum] *2 m. s. l. add.* exorta est credens] s. ortus est *idem glossator s. l.* 22 apellatus *G*

2 *nostros*] Mt. 27, 25.
5 *fides*] II Thess. 3, 2.
30 *Iacob*] Cf. Gen. 32, 28.
32 *benedixeris me*] Ibid. 26.

tota benedictio. QUID VOCARIS? DIXIT ILLI. ILLE RESPONDIT, IACOB. NON VOCABERIS IACOB, ait, SED VOCABERIS ISRAHEL. Tanti nominis inpositio, magna est benedictio. Israhel interpretatur, ut dixi, Videns deum: nomen unius, praemium omnium. Omnium: sed fidelium et benedictorum, et Iudaeorum et Graecorum. Graecos enim apostolus omnes gentes dicit, propterea quia in gentibus graeca lingua extollitur. GLORIA, inquit, ET HONOR — apostoli verba sunt — GLORIA ET HONOR ET PAX OMNI OPERANTI BONUM, IUDAEO PRIMUM ET GRAECO; IRA ET INDIGNATIO, TRIBULATIO ET ANGUSTIA, IN OMNEM ANIMAM OPERANTIS MALUM, IUDAEIS PRIMUM ET GRAECIS. Iudaeis bonis bonum, malum malis; gentibus bonum bonis, malum malis.

3. Non se extollant Iudaei, et dicant: Ecce tamen Iacob pater noster est; praevaluit angelo, et benedictus est ab angelo. Nos dicimus: Populus Israhel, attende ibi te; Israhel non es tu: vocaris, sed non es: errat in te nomen, manet in te crimen. Sed dicit mihi: Ecce Iacob pater meus, ecce Israhel pater meus; ecce nomen, ubi est crimen? Ibi lege, ibi te inveni. Ibi enim scriptum est: ET TETIGIT IPSI IACOB LATITUDINEM FEMORIS, ET ARUIT, ET CLAUDICABAT. Iacob unus homo, et benedictus, et clodus. In quibus benedictus, et in quibus clodus? Si credidisti in Christum, agnosce te benedictum; si negasti Christum, agnosce te clodum: de illis enim es, de quibus dicit propheta, ET CLAUDICAVERUNT A SEMITIS SUIS. Unde erant mulieres sanctae, quibus primum se resurgens dominus demonstravit? nonne de Iudaeis? Unde erant apostoli, qui et si primo nuntiantibus mulieribus non crediderunt, ipsum tamen postea audierunt, et exprobrantem cognoverunt, et magistro cohaeserunt? nonne de Iudaeis? Ecce Israhel benedictus. Sed in multis claudus, in paucis benedictus: ipsa est enim latitudo femoris, multitudo generis. Non utcumque dixit, Tetigit femur, sed, LATITUDINEM FEMORIS. Ubi femoris latitudo, procul dubio generis multitudo. Et quid mirum? Agnosco pauca grana, admiror acervum palearum; sed video quid debeatur horreo, quid flammae. Et nunc audiant, adhuc vivunt: corrigant claudicationem, veniant ad benedictionem. EXPLICIT TRACTATUS DE SECUNDA FERIA PASCHAE · II ·

In Iudaeis plerisque errat nomen, manet crimen.

6 proterea *G*

2 *Israhel*] Gen. 32, 27 sq. sed haud ita presse.

10 *Graecis*] Rom. 2, 10. 8. 9.

15 *errat in te nomen, manet in te crimen*] Cf. Aug. serm. 232, n. 8: « Si autem fit, nomen errat, crimen manet »; De patientia, c. 6, n. 5: « Cum vero illa tenetur in crimine, tunc huius multum erratur in nomine »; item infra, serm. Guelferb. 23, 4; 32, 4.

18 *et claudicabat*] Gen. 32, 25; quem locum eodem modo Aug. interpretatur serm. 5, n. 6, et al.

22 *suis*] Ps. 17, 46.

XI.

Guelferb. Serm. XI, p. 39-43: cod. fol. 58r-60v. Nullus sermoni titulus praescribitur, quod et saepius infra accidit membrana pura relicta. Verum hic aliquid omnino deterius evenit, ut ordine forsitan inversis seu etiam deficientibus archetypi foliis orationis nonnisi disiecta membra remanserint, quae tamen qualiter coadunari queant facile perspicias. Licet enim prima specie nihil huiuscemodi suspiceris, septem saltem in ea fragmenta distinguenda sunt: quorum primum duobus primis versibus constat AUDISTIS QUID DOMINUS — MORITURIS, secundum vero disperiit, tertium QUOD ENIM DEUS SIT CHRISTUS — ET NON COGNOVISTIS ME? immediate primo coniungitur, quartum PHILIPPE QUI ME VIDIT — PATER ET FILIUS DUO et quintum QUICQUID ITERUM DICIS — EGO ET PATER AUDIAT quinto et quarto loco commutato ordine exhibentur, sextum ET ARRIANUS UNUM — ET SI NON ESTIS IDONEI COGI in priorem partem sermonis proxime sequentis intrusum est, septimum tandem DARE TAMEN FIDEM TENETE — HABITAVIT IN NOBIS quarto membro in codice subicitur, eoque demum totus sermo absolvitur; textus quoque ipse, quod haud aegre intellegas, tot inter rimas hiatusque sententiarum multifariam male habitus est. Quod maxime dolendum est, cum et sermo ineditus sit, et singulae eius particulae Augustini prodant ingenium.

DE TERTIA FERIA PASCHAE.

Audistis quid dominus discipulis suis post resurrectionem suam dixerit iam non moriturus, et timorem mortis auferens morituris . . .

. . . . . .

2. Quod enim deus sit Christus, nec illi negant qui nolunt eum confiteri cum Patre unius esse substantiae: confitentur deum, aequalem negant; ergo duos deos faciunt. Nos autem sic aequalem dicimus Patri Filium, ut singillatim si quaeratur a nobis, utrum deus sit Pater, deum esse fateamur: utrum deus sit Filius, deum esse fateamur: utrum hi Pater et Filius dii sint, an deus, deum esse fateamur. Hoc infirma et humana corda non capiunt: hoc tam magnum atque divinum, quando quidem de deo sermo est, infirmitas humana non potest cogitare; sed potest credere, ut postea fiat idonea cogitatio. Dictum est enim domino: OSTENDE NOBIS PATREM, ET SUFFICIT NOBIS. Hoc qui dicebat, Patrem in Filio non agnoscebat: hoc enim videbat, quod Iudaei crucifigere potue-

Quid sit Deus, non possumus cogitare, sed possumus credere.

[1] Nulla omnino inscriptio in codice, neque certo definiri potest, utrum ad secundam, an ad tertiam Paschae feriam sermo pertineat: lege sis tamen not. ad p. 478, l. 25.

[3] *auferens morituris*] Cf. serm. 147, n. 3: « Resurgendo Christus abstulit mortis timorem ». Porro hic iam primum rimarum indicium, nec ullum ex sequentibus fragmentis huic initio convenienter aptatur.

[13] *nobis*] Ioh. 14, 8.

runt; illum non videbat, quem Iudaei latentem offendebant. Et hoc totum putabat esse Christum, quod oculis intuebatur; et ideo non illi sufficiebat, quia non totum videbat. Et quia nihil amplius in Christo esse credebat, ideo quod eis sufficeret Patrem quaerebat. Tamquam diceret: Te quidem novimus, te quidem videmus; sed adhuc aliquid maius desideramus. Ostende nobis Patrem, et sufficit nobis: ulterius enim non erit quod quaeramus, cum Patrem didicerimus. Et ille volens se ostendere Patri aequalem: TANTO, inquit, TEMPORE VOBISCUM SUM, ET NON COGNOVISTIS ME?

3. (4) PHILIPPE, QUI ME VIDIT, VIDIT ET PATREM. Quid est, Qui me vidit, vidit et Patrem, nisi quia non me vides tu, quia maiorem putas Patrem? Qui me vidit, vidit et Patrem. Non sine causa putas Patrem sufficere tibi, nisi quia me nondum vides. Ostende nobis Patrem, et sufficit nobis. Vide me, et sufficio tibi. Et tamen videnti hoc dicebat: videnti et non videnti: videnti formam servi, non videnti formam dei. Nam si formam dei videret, ibi videret aequalem Patri Filium: quia CUM IN FORMA DEI ESSET, NON RAPINAM ARBITRATUS EST ESSE AEQUALIS DEO. Quia natura erat, rapina non erat. Cui rapina fuit, cecidit; et unde cecidit, inde deiecit. Ipsam enim rapinam cum homine quem deiecit diabolus communicare voluit, ut haberet comitem in supplicio, quem consortem voluit habere in peccato. Quid enim aliud hominibus dixit, nisi: GUSTATE, ET APERIENTUR VOBIS OCULI, ET ERITIS TAMQUAM DII? Haec est rapina. Superbia ista rapina est, usurpatio est, non dignatio. Nam si non usurpemus, erimus gratia, quod superbia non erimus; ad gratiam enim pertinet, EGO DIXI, DII ESTIS, ET FILII EXCELSI OMNES. Sed ego dixi: quod dixi, ipse facit. Sed quales dii homines, quales dii? Aequales angelis dei. Hoc promissum est, ultra non quaeramus: non enim deo aequales erimus, sed aequales angelo facti, in terra Patrem et Filium et Spiritum sanctum sicut credimus, ita et videmus. Quia ergo multum erat Philippum videre quod dixit dominus — adhuc enim gravabatur corpore corruptibili: nondum venerat quod dicit apostolus, VIDEMUS NUNC PER SPECULUM IN AENIGMATE, TUNC AUTEM FACIE AD FACIEM — quia multum erat illum cogitare quod audivit a

Videnti totum Christum nihil ultra quaerendum est.

10 Philippus *G* 16 quia] *pro* qui *?* 19 cum hominem *G* 26 quid dixi? *G*

10 Altero numero ordinem, quo sibi in cod. fragmenta succedunt, indicavi.

Patrem] Ioh. 14, 9.

17 sq. *aequalis deo*] Phil. 2, 6: ubi licet perperam 2 m. emendaverit « aequalem », tamen pronomen « se », quod in Vulgata habetur, omisit; cf. serm. Guelferb. 1, 4: supra p. 445, l. 15.

19 *inde deiecit*] Cf. Caillau I, serm. 57, n. 2: « inde deiecit, unde ipse cecidit ».

22 *dii*] Gen. 3, 5.

25 *omnes*] Ps. 81, 6; quo loco Aug. modo *altissimi*, modo *excelsi* legisse constat.

27 *angelis dei*] Luc. 20, 36.

33 *faciem*] I Cor. 13, 12.

domino, Qui me vidit, vidit et Patrem... Considerate non frustra dictum, vidit et Patrem. Non dixit, Qui me vidit, vidit Patrem; ne daret occasionem Sabellianis, qui dicuntur Patripassiani, qui dicunt ipsum esse Patrem, qui est Filius; sed quando vult, Pater est: quando vult, Filius est. Ne huic errori alteri daret occasionem, non dixit, Qui me vidit, vidit Patrem, sed, vidit et Patrem: sic et Patrem et Filium. Pater ergo et Filius, duo. Quid duo? Si quaeras a me, Pater et Filius duo.

Sabellianorum error.

4. (3) Quicquid iterum dicis, iterum respondeo. Pater et Filius, quid? dii? Non, duo. Quid ergo? Unus deus. Non intellego, inquit. Pater non est Filius, Filius non est Pater: duo sunt. Deus est Pater, deus est Filius: et non sunt duo dii? Non intellego. Quid tibi ergo ego dicam non intellegenti? Audi prophetam: NISI CREDIDERITIS, NON INTELLEGITIS. Non intellegis, ut credas; sed credis, ut intellegas: opus est fides, merces intellectus. Nisi credideritis, non intellegitis. Audi tamen ipsum dominum, ut discas quid credas. SI DILIGERETIS ME, GAUDERETIS, QUIA VADO AD PATREM: QUONIAM PATER MAIOR ME EST. Modo quasi extitit, qui intellegat. Ecce, inquit, modo intellego. Pater maior me est. Forma servi loquitur: formam dei quaere. Hoc ergo dixit. Si diligeretis me, gauderetis quia eo ad Patrem, quia Pater maior me est. Modo quod me videtis, ibi me videtis, ubi minor sum. Cum ergo ibi me videatis, ubi minor sum, si amatis me, eam illuc ubi aequalis sum. Miraris quia Filius minor est Patre in forma servi? Ego tibi dico quia et se ipso minor est, quia SEMET IPSUM EXINANIVIT, FORMAM SERVI ACCIPIENS. Si autem intellegis de illo esse dictum, MINORATUS EST PAULO MINUS AB ANGELIS; iam ergo si applicuisti te formae servi, noli ibi remanere, surge inde, aequalem Patri Christum confitere. Quare libenter audis, Pater maior me est? Libentius audi, EGO ET PATER UNUM SUMUS. Ecce catholica fides, tamquam inter Scyllam et Charybdim navigans, sicut navigatur in illo freto inter Siciliam et Italiam: ex una parte saxa navifraga, ex alia parte vorago

Non intellegis, ut credas; sed credis, ut intellegas.

Catholica fides inter Scyllam et Charybdim navigans.

8 sq. quid? dii? *etc.*] *aliter 2 m. interpunxit* quid dii non duo? quid ergo unus deus? 9 inquit] inquis *sine causa sugger. De Bruyne*

1 *et Patrem*] Suspensa remansisse elocutio videtur.

3 *Sabellianis, qui dicuntur Patripassiani*] Cf. Aug. serm. 71, n. 5: « sicut Sabelliani, quos quidam Patripassianos vocant »; Lib. de haeres. n. 41: « ut Patripassiani quam Sabelliani crebrius nuncupentur ».

4 *quando vult, Filius est*] Item serm. 183, n. 7: « Quando vult, Filius est: quando vult, Pater est ».

8 *Quicquid iterum* etc.] Fragmentum hoc, quod tertio loco f. 58v legitur, haud male quidem cum praecedenti cohaeret, licet verborum consequentia non nihil passa esse videatur.

12 *intellegitis*] Esai. 7, 9.

16 *est*] Ioh. 14, 28.

23 *accipiens*] Phil. 2, 7.

24 *angelis*] Hebr. 2, 7.

27 *sumus*] Ioh. 10, 30.

28 *inter Scyllam et Charybdim*] Eadem metaphora de iisdem haeresibus, in Ioh. tract. 36, n. 9; tract. 37, n. 6 et al.

navivora. Si in saxa incurrerit, frangitur; si in voraginem incurrerit, absorbetur. Sic et Sabellius: Unus est, dixit, non sunt duo, Pater et Filius. Observa naufragium. Item Arrianus: Duo sunt, unus maior, alter minor, non aequali substantia. Observa voraginem. Inter utrumque naviga, et rectum iter tene. Non enim sine causa catholici orthodoxi nominati sunt: orthodoxon graece, latine rectum est. Si ergo tenueris rectam lineam, nec in Scyllam nec in Charybdim incurris. Tene ergo tu, Ego et Pater unum sumus. EGO ET PATER: audiat

Catholici iure orthodoxi nominati sunt.

5. (6) et Arrianus UNUM, et Sabellius audiat SUMUS. Quod audis, unum, a Charybdi te abstinebis: quod audis, sumus, ab Scylla te servabis. Unum sumus, dic, et recte navigabis. Ecce audivimus, unum sumus: unum, quia eiusdem substantiae: unum, quia non dissimilis disparisque naturae: unum, quia summa aequalitas, in nullo discrepantia, in nullo diversitas. Ecce quare, unum: quare, sumus? Quia Pater et Filius unus deus est. Quare ergo unus deus est, non sumus? Unus enim deus Pater et Filius et Spiritus sanctus, unus deus est: tres sunt, et unus deus est. Pater non est Filius, Filius non est Pater, Spiritus sanctus nec Pater nec Filius, sed Patris et Filii Spiritus: et hoc totum unus deus. Quare unus deus? Quia tanta ibi caritas, tanta pax, tanta concordia, in nullo dissonantia. Modo tibi dico unde credas, quod non potes intelligere nisi credas. Quot animae erant, dic mihi, in Actibus apostolorum, quae crediderunt, cum apostolorum miracula intuerentur? Illos dico Iudaeos, qui dominum crucifixerant, qui manus cruentas attulerunt, qui aures sacrilegas habebant, quorum lingua gladio conparata est: DENTES EORUM ARMA ET SAGITTAE, ET LINGUA EORUM GLADIUS ACUTUS. Tamen quia non sine causa pro illis precem fuderat Christus, nec sine causa dixerat, PATER IGNOSCE ILLIS, QUIA NESCIUNT QUID FACIUNT, de ipso numero plurimi crediderunt; et, sicut legimus, CREDIDERUNT ILLO DIE, dictum est, TRIA MILIA ANIMAE. Ecce milia sunt animarum, et ecce tot milia animae; et tamen venit in eos Spiritus sanctus, per quem diffunditur caritas in cordibus nostris. Et quid dictum est de tot animabus? ERAT ILLIS ANIMA UNA ET COR UNUM. Tot animae, anima una: non natura, sed

Si multitudo fidelium anima una, quanto magis tres personae divinae unus deus.

1 in voragine *G* 6 orthodoxon] *scripsi;* ortodoxi *G*, n *postea super* i *addita* 13 discrepanti *G* 15 non sumus] *ita G, vereor ut recte* 26 pro illi *G*

5 sq. *catholici orthodoxi nominati sunt*] Cf. De vera relig. c. 5, n. 9: « apud eos solos, qui christiani catholici vel orthodoxi nominantur, id est, integritatis custodes, et recta sectantes ».

8 *audiat*] Post hanc vocem conexio cum sequente fragmento, licet id quidem in proximum tractatum disiectum sit, omnino perspicua est.

25 *acutus*] Ps. 56, 5.

27 *faciunt*] Luc. 23, 24.

29 *animae*] Act. 2, 41.

31 *nostris*] Rom. 5, 5.

32 *unum*] Act. 4, 32.

gratia. Si tot animae per illam gratiam desuper venientem factae sunt anima una, miraris quia Pater et Filius et Spiritus sanctus unus est deus? Itaque, fratres mei, tenete fortissimam et integerrimam et catholicam fidem. Quando auditis vel legitis in scripturis, ubi ostenditur maior Pater, formam servi recolite; ubi autem legitis unum esse Patrem et Filium, divinitatem credite. Et si non estis idonei cogi

Fortissima et integerrima fides catholica.

6. (5) tare, tamen fidem tenete: ipsa perducit, ipsa facit ut opera vestra bona acceptentur deo. OMNE ENIM QUOD NON EST EX FIDE, PECCATUM EST. Dicit vobis aliquis, Mortuus est Christus? Confitere mortuum, sed in carne. Et quis est mortuus? Unicus dei Filius, dominus noster Iesus Christus. Ergo moritur divinitas? Non moritur divinitas. Non est ergo mortuus Christus? Mortuus est deus Christus. Quomodo mortuus est deus Christus, si divinitas non moritur? Quomodo mortui sunt et apostoli in carne, non in anima. Ubi est ergo mortuus apostolus in carne, sic ergo mortuus est Christus in carne. Tamen Christus est mortuus: etsi ex parte qua mori potuit, non tamen ex divinitate mori potuit. IN PRINCIPIO enim ERAT VERBUM, ET VERBUM ERAT APUD DEUM, ET DEUS ERAT VERBUM. Ubi mors? nusquam. In principio non est factum Verbum, sicut in principio fecit deus caelum et terram: hoc fecit Verbum. Quid erat in principio? Ergo erat Verbum, et Verbum erat apud deum, et deus erat Verbum. Quaere mortem, non invenis: non est ubi, non est unde, non est quis. Non est ubi, quia non est inter manus Iudaeorum; non est unde, quia non habet carnem et sanguinem; non est quis, deus est, aequalis est Patri. Unde ergo mortuus? VERBUM CARO FACTUM EST, ET HABITAVIT IN NOBIS. EXPLICIT TRACTATUS.

Quomodo mori potuit Christus.

7 tare] *emendavi ex* dare *G* 8 deo] *ita absque praepositione G* 14 Ubi] *pro* uti? 20 Quid erat] *pro* quod erat?

2 sq. *unus est deus?*] Cf. In Ioh. tract. 14, n. 9: « Erat illis anima una et cor unum in domino. Si caritas de tot animis fecit animam unam, et de tot cordibus fecit cor unum... quomodo ibi non est unus deus Pater et Filius? »; tract. 18, n. 4: « Erat illis anima una et cor unum in deum. Si ergo anima mea et anima tua, cum idem sapimus nosque diligimus, fit anima una, quanto magis Pater deus et Filius deus in fonte dilectionis deus unus est? »

7 *tare*] Ab his syllabis quintum fragmentum incipit, quo et totius sermonis conclusio continetur.

8 sq. *peccatum est*] Rom. 14, 23.

10 *Et quis est mortuus? Unicus dei Filius* etc.] Cf. serm. Guelferb. 1, 4: supra p. 444, l. 21 sq.; 445, l. 9 sqq.

14 *in carne, non in anima*] Ita etiam argumentatur Augustinus serm. Guelferb. 3, 3: supra p. 454.

18 *Verbum*] Ioh. 1, 1.

19 *terram*] Gen. 1, 1.

25 *in nobis*] Ioh. 1, 14. Haud absimilia sunt ista ab iis, quae in serm. 232, n. 5, leguntur: « Unde nobis vita? unde illi mors? In principio erat Verbum, et Verbum e. a. d. e. d. e. Verbum. Quaere ibi mortem. Ubi, unde, quomodo?... Non erat illi, unde haberet mortem: non habebamus nos, unde haberemus vitam; accepit ille mortem de nostro, ut daret nobis vitam de suo. Quomodo ille mortem de nostro? Verbum caro f. e. e. h. in nobis ». Qui quidem sermo cum feria tertia Paschae de discipulis in Emaus habitus sit, hunc quoque tractatum ad eandem paschalis sollemnitatis diem pertinere putaverim.

XII.

Guelferb. Serm. XII, p. 45-49: cod. fol. 62v-65r. Uti tractatus noni, ita et huiusce pars prior unum ex Maianis sermonibus, eum videlicet qui XXXIIIIus ordine est, (NPB. I, 73 = β) efformavit: quem licet iam pridem genuinum esse agnovissem, exclusa inferioris sane aetatis clausula IDEOQUE, FRATRES, DEVOTE, etc., mecum tamen reputans bonam ex eo partem excidisse praesenseram. Et recte quidem, ut ex codice nunc Guelferbytano adprobatur: cuius ope tribus ferme paginis inter n. 2 et 3 Maiano textu redintegrato praedictum recentius additamentum tuto reicitur, reliquae vero orationi, quam ex libro posterius scripto eruditus Cardinalis edidit, testis longe antiquioris accedit auctoritas. Quod autem notatu dignum, etiam in recentissimo codice haud secus atque in nostro inscribitur sermo « In feria tertia Paschae ».

INCIPIT TRACTATUS DE TERTIA FERIA PASCHAE · II ·

Resurrectio domini Iesu Christi forma est christianae fidei. Quod enim natus est ex homine homo certo tempore, deus autem ex deo, sine aliquo tempore deus; quod ergo natus est in carne mortali, in similitudine carnis peccati, quod portavit infantiam, transgressus est pueritiam, pervenit ad iuventutem, et hanc perduxit ad mortem, hoc totum resurrectioni militabat. Non enim resurgeret, nisi mortuus esset: mortuus non esset, nisi natus esset; ac per hoc, quod natus et mortuus est, resurrectioni profecit. Natum hominem de homine dominum Christum multi et alieni et impii crediderunt: quamvis de virgine non noverunt, tamen hominem natum crediderunt Christum et amici et inimici, crucifixum et mortuum Christum crediderunt et amici et inimici: resurrexisse non noverunt nisi soli amici. Hoc autem propter quid? Ille autem dominus Christus, quod nasci voluit, quod mori voluit, resurgere intendit: ibi nobis diffinivit fidem. In genere enim nostro, id est, in genere humano duas res noveramus: nasci, et mori. Ut doceret et quod

Totum in Christo resurrectioni militabat.

Resurrexisse Christum quare non noverint nisi soli amici.

1 *Inscriptionem ex ea, quae in fine legitur, supplevi;* In feria III Paschae sermo β 2 domini] nostri *add.* β 3 dominus autem ex domino est β 4 deus] *om.* β quid ergo *G* 4sq. in similitudinem β 7 militavit β 8 quod natus est β 9 profecit] β; proficit *G* 9sq. Christum dominum β 10 alieni] alii β et impii *om.* β 12 crediderunt Christum β et amici *om.* β et inimici] sed inimici β, *et haec cum sqq. coniungit* 14 Christus *om.* β 15 nobis] *s. l. corr. ex* nos *G* hoc est β 16 duas res] β *hic add.* non noveramus: suscepimus quod noveramus, *quibus verbis quid loci intellegentiae accedat, haud equidem video* Ut] Nam ut β et quod] *om.* quod β

16 *nasci et mori*] Vide sis not. ad sermonem Guelferb. 9, 1: supra, p. 467, l. 6.

non noveramus, suscepit quod noveramus. Usitatum fuit in regione terrena, in condicione mortalitatis nostrae, prorsus usitatum fuit nasci et mori: tam usitatum, ut in caelo esse non posset, in terra esse non cesset. Resurgere autem, et in aeternum vivere, quis noverat? Hoc novum attulit ad regionem nostram, qui venit ex deo. Factus est pro homine homo, magna miseratio: factus homo, factor hominis. Non erat magnum Christo esse quod erat: sed magnum esse voluit, fieri quod fecerat. Quid est, fieri quod fecerat? Fieri homo, qui hominem fecerat. Haec est miseratio eius.

2. Totum quod agitur in ista vita, in qua volunt beati esse homines, et non possunt... Bonum est enim quod valde volunt, sed non in regione sua quaerunt quod cupiunt. Certa quaeque enim in suis regionibus nascuntur. Et in terra non ubique nascitur aurum, non ubique argentum, non ubique plumbum: ipsae fruges aliae alibi proveniunt: sicut quaeque regio tulerit vel recusaverit, alia poma in illo loco, alia in illo et in illo, diversa per diversa; et nihil ubique, nisi nasci et mori. Verumtamen hoc ipsum nasci et mori, non de universo mundo, sed de ista parte infima mundi: in caelis enim non est nasci et mori, ex quo ibi condita sunt omnia. Cadere inde potuit princeps quidem angelorum cum sociis suis; sed pro ipsis qui ceciderunt angelis homines illuc venturi sunt, et implebunt locum eorum qui ceciderunt. Quia ergo diabolus vidit hominem ascensurum unde ipse ceciderat, vidit, et invidit: cecidit, et deiecit. Sed quid est, quod diabolus cecidit? quid est, quod hominem deiecit? Totum vicit, qui non cecidit, sed descendit. Cecidit homo: descendit deus, et factus est homo. Ubi ergo abundat nasci et mori, regio est miseriae: beati quaerunt esse homines in regione miseriae,

Beati esse hic frustra quaerimus.

[1] Usitatum] Itaque cum β [2] mortalitis *G* usitatum fuit] ita eum decuit β [3] tam usitatum] Nam usitatum est β, *qui pessime corruptum, ut vides, textum exhibet* esse] homo *add.* β cesset] desineret β [4] Resurge *G* et] *om.* β [5] Factus est] β *om.* est, *et* factus *cum superioribus coniungit, quin et* magna miseratio: factus homo *pariter praetermittit* [6] hominis] deus *add.* β [7] fieri quod fecerat] se fieri quod coeperat β [8] quod fecerat?] quod coeperat *rursum* β [10] quod] *om.* β agitur] igitur β in qua] *corr. ex* in quo *G* [11] quod valde] valde quod β *forte melius* [11 sq.] sed in regione sua non quaeritur β [13] nascuntur. Et in terra] *G;* quaeruntur in terra β [16 sq.] Verumtamen h. i. n. e. mori] *om.* β [17] mundo] dico *in modum parenthesis add.* β ista] β; ipsa *G* [18] imfima *G* [19] princeps] primus β quidem] β; quidam *G* angelorum] angelus β [24] Cecidit homo] *ab his usque p. 483, l. 16 nihil iam genuini textus in* β *reperias* [25] habundat *G*, *litterula post* habun *erasa*

[6] *factor hominis*] Idem *ἀντίθετον* infra, serm. Guelferb. 32, 5: « creator noster, creatus inter nos: qui fecit nos, qui factus est propter nos ».

[11] *et non possunt*] Post haec verba, uti alias apud Hieronymum ipsumque Augustinum, sententia manet interrupta, oratoris animo ad alia festinante.

aeternitatem quaerunt in regione mortis. Ait nobis dominus, ait nobis veritas: Quod quaeritis, non est hic, quia non est hinc. Bonam rem quaeritis, quod omnis homo vult: bonam rem quaeritis, quia vivere bonum est; sed ad hoc nati sumus, ut moriamur. Non quid velis vide, sed qua condicione veneris respice. Ideo nati sumus, ut moriamur. Desiderantibus vitam, non obtinetur a morituris, et ideo peius miseri. Nam si moreremur, et vivere vellemus, non valde miseri essemus; ideo autem valde miseri sumus, quia vivere volumus, et mori cogimur. Nescis quod homo quilibet non potest semper vigilare, sed vult et dormire? Non est contra voluntatem ipsius quod dormit: vigilare semper non potest; sed quia vult et dormire. Non tamen potest esse homo, nisi et vigilare et dormire. Venitur ad vitam, et omnis homo dicit, Vivere volo, et nemo vult mori; et cum nemo velit mori, inpingitur mori. Quantum potest agit, manducando, bibendo, dormiendo, sibi unde vivat providendo, navigando, ambulando, currendo, cavendo, vivere vult. Plerumque a periculis multis liberatus vivit: sed teneat, si potest, aetatem suam; non perveniat ad senectam. Transitur periculosus dies, et dicit homo, Evasi mortem. Unde evasisti mortem? Quia transitus est periculosus dies. Tamen additus est tibi dies: unum plus vixisti, unum minus habes, si computo. Si enim viviturus eras, verbi gratia, triginta annos, transacto isto die, recedit de summa vivituri, accedit ad pondus morituri. Et dicunt tamen, Accedunt anni homini. Ego dico, quia recedunt: illam enim summam attendo quae remansit, non quae transiit. Accedunt, quare? Quia qui vixit quinquaginta annos, iam quinquaginta unum habet. In quibus vivit, vel quos viviturus est? Octoginta annos, verbi gratia, viviturus erat: habet inde quinquaginta, restant triginta. Vixit unum: habet quod vixit, quinquaginta unum sunt: quod viviturus est, viginti novem restant; et hinc recessit unus, huc accessit alter: sed cum accessisset, non tenes unde recessit. Timens vivit et alterum, remanserunt viginti octo: vivit et tertium, remanserunt viginti septem. Vivendo tollitur unde vivitur, et ducendo vita minuitur et non est: quia non est quomodo dies ultimus evadatur.

Ad hoc nati sumus, ut moriamur, et nemo vult mori.

Non accedunt anni homini, sed recedunt.

[2] hinc] n. *s. l. suppl.* [3] quia] *conieci;* quid *G*, *littera rursus in fine deleta* [6] optinetur *G* [7] vellemus] *an pro* nollemus*?* [9] dormire] *interrogandi notam adposui* [11] et dormire] *pro* et dormit*?* [13] inpingitur] *aliquid post* gi *eras.* [20] cumputo *G* [20-27] viviturus] *quinquies, cuius participii exempla habes serm. Guelferb. 1, 9 et 28, 7* [21] die] *add. post* s. *s. l.* [25] quos] *conieci;* quod *G* est] *hic quoque interrogandi notam addidi*

[22] *Ego dico, quia recedunt*] Similiter Aug. serm. Frang. 2, 1: « quantum anni accedunt, immo decedunt »; Guelferb. 30, 1: « non ergo anni... accesserunt, sed... recesserunt ».

3. Sed venit dominus noster Iesus Christus, et tamquam allocutus est nos: Quid timebatis, o homines, quos creavi, et quos non deserui? O homines, ruina a vobis, creatura a me: o homines, quid timebatis mori? Ecce morior, ecce patior: ecce quod timebatis non timeatis, quia ostendo quod speretis. Ecce sic fecit, demonstravit nobis resurrectionem in aeternum: ipsam evangelistae scriptis suis terminaverunt, per orbem terrarum apostoli praedicaverunt. Propter ipsius resurrectionis fidem sancti martyres mori non timuerunt, et tamen mori timuerunt: magis enim morerentur, si mori timerent, et timore mortis Christum negarent. Quid est tamen Christum negare, nisi vitam negare? Quanta dementia est, amando vitam negare vitam! Ipsa ergo nobis determinatio fidei est Christi resurrectio. Unde etiam scriptum est et in veteri et in novo testamento, agere paenitentiam et accipere remissionem peccatorum, IN VIRO IN QUO DIFFINIVIT FIDEM OMNIBUS, SUSCITANS EUM A MORTUIS. Haec est diffinitio fidei, resurrectio domini nostri Iesu Christi. Vivitis, si vivatis: hoc est, in aeternum vivitis, si bene vixeritis. Nolite timere male mori: timete, sed male vivere. Mira perversitas! Omnis homo timet quod nemo evadet, et non facit quod potest facere. Ut non moriaris, non potes facere; ut bene vivas, potes. Fac quod potes, et non timebis quod non potes. Nihil enim tam certum est homini quam mors. Incipe ab initio. Conceptus est homo in utero: forte nascitur, forte non nascitur. Iam natus est: forte crescit, forte non crescit: forte discit literas, forte non discit literas: forte ducit uxorem, forte non ducit: forte habebit filios, forte non habebit: forte bonos habebit, forte malos habebit: forte bonam uxorem habebit, forte malam habebit: forte dives erit, forte pauper erit: forte ignobilis erit, forte honoratus erit. Numquid inter haec potest dici, Forte morietur, forte non morietur? Ergo omnis homo natus aegritudinem incidit, de qua nullus evadet natus. Moritur inde, quo modo solet dici. Ydrops est: necesse est moriatur, nemo inde evadet. Elefantiosus est: necesse est moriatur, nemo inde evadet. Natus est: necesse est moriatur, nemo inde evadet. Quia ergo necesse est ut moriatur, quando quidem nec ipsa vita hominis saltim diuturna esse

Spe resurrectionis timor mortis vincendus.

Nihil tam certum homini, quam mors.

1 tamquam] *in* taliter *rec. m. mut.* 6 sq. per orbem terrarum] *cum praeced. G coniungit, rhythmi vero et consequentiae causa cum sqq. conectere malui* 8 mori timuerunt] mori non timuerunt *G, sed negatio secundo loco evidenter expungenda est* 14 in virum *G* 18 sq. non moriaris] *negatio m. rec. suppl. s. l.*

6 *terminaverunt*] Pari sensu ac p. 479, l. 15: « ibi nobis diffinivit fidem »; cf. infra, l. 11: « determinatio fidei ».

14 *mortuis*] Act. 17, 31.

21–27 Cf. August. serm. 94, n. 3.

27 sqq. Eadem fere leguntur ap. Augustinum serm. 77, n. 14.

permittitur, cuiusvis ab infantia decrepiti senis, non restat, nisi confugere ad eum qui pro nobis mortuus est, et resurgendo spem dedit; ut, quia in ista vita, in qua currimus, non possumus nisi mori, nec eam possumus facere aeternam, quam multum amamus, ad eum confugiamus, qui promisit nobis aeternam. Videte enim quid nobis promiserit dominus, fratres: et aeternam, et beatam. Certe ista misera est: quis hoc nesciat, quis non fateatur? Quanta habemus, quanta patimur, quae nolumus, in ista vita! Rixae, dissensiones, temptationes, ignorantia cordis nostri in invicem, ita ut aliquando nescientes amplectamur inimicum, timeamus amicum: ubi fames, ubi nuditas, ubi frigora, ubi aestus, ubi lassitudines, ubi aegritudines, ubi zelotipiae. Certe misera est haec vita. Tamen, si posset nobis dari aeterna ipsa misera, quis non gratularetur? Quis non diceret, Sic volo esse, quomodo sum, tantum mori nolo? Si malam vitam vis habere, qualis est ille qui dabit et sempiternam et beatam? Sed si vis pervenire ad sempiternam et beatam, habeto temporalem bonam. Bona erit in opere, beata erit in mercede. Si autem recusas opus, qua fronte mercedem quaeris? Si non potueris dicere Christo, Feci quod iussisti, quomodo audebis dicere, Redde quod promisisti? EXPLICIT TRACTATUS DE TERTIA FERIA PASCHAE · II ·

Ad vitam aeternam et beatam non pervenitur nisi per temporalem bonam.

XIII.

Guelferb. Serm. XIII, p. 50-52: cod. fol. 70^{v}-71^{r}. Hic quoque sermo hactenus incognitus, at prorsus Augustinianis accensendus, in quo de verbis evangelii Iohannei 20, 17 *Noli me tangere* disputatur, ut in editis 243-246: quam pericopen s. episcopus, « omni anno », ut ipse testis est (serm. 246, n. 3) exponere solebat.

INCIPIT TRACTATUS DE QUINTA FERIA PASCHAE · I ·

Bonum est ut commemoremini quod omni anno soletis audire: sicut enim quod scriptum est non sufficit semel legi, sic non sufficit quod non intellegitur semel exponi. Qui ergo quod audierunt et intellexerunt animo tenent et bene meminerunt, patienter audiant, cum etiam

Saepius repetitae expositionis utilitas.

15 si vis] si *item post. add. s. l.* 15sq. temporalem bonam] *ex iis quae iam sequuntur nonnulla in β reperiuntur, sed ea plerumque interpolata atque corrupta* 18 promisisti] *clausulam ab Augustino certo alienam add. β* 20 *inscriptionem ex ea quae in fine legitur supplevi* 21 commemoramini *G*

21 *quod omni anno soletis audire*] i. e. de verbis evangelii « Noli me tangere », de quibus et in serm. 246, n. 3, Augustinus: « Solemus vobis, inquit, inde omni anno loqui ».

illi qui forte obliti sunt instruuntur, vel audiunt qui nondum fortassis audierunt. Movet enim quare dominus Iesus Christus mulieri fideli quaerenti ad corpus domini sui pervenire, quod in monumento positum non potuit invenire, dixerit, NOLI ME TANGERE, NONDUM ENIM ASCENDI AD PATREM MEUM. Si enim se tangi nolebat antequam ascendisset ad Patrem, nondum utique ascenderat ad Patrem, quando discipulis dicebat, VIDETE MANUS MEAS ET PEDES MEOS; PALPATE ET VIDETE. Tangi se nolebat, qui palpari volebat. Inde fit quaestio utique solvenda: non enim quisquam dicere audivit, A viris se tangi voluit, antequam ascendisset ad Patrem; mulieribus autem tunc se servavit tangendum, cum ascendisset ad Patrem. Cum ascenderet ad Patrem, vel cum ascendisset ad Patrem, quis enim tetigit? Tunc se servavit tangendum mulieribus, quando nec a viris tangi potuisset? Et tamen propter caritatem non solum tangebat eum Saulus persecutor, sed etiam vastabat in terra, quando de caelo dicebat SAULE, SAULE, QUID ME PERSEQUERIS? Dominus enim Christus et ibi est ad dexteram Patris, et hic laborat in terris: ibi est, sed hic sunt membra: ibi est qui iudicaturus est vivos et mortuos, et idem ipse hic est in suis, de quibus dicturus est, CUM UNI EX MINIMIS MEIS FECISTIS, MIHI FECISTIS. Quid est ergo, Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem? Christus melius tangitur fide quam carne: fide Christum tangere, hoc est tangere. Denique illa mulier, quae fluxum sanguinis patiebatur, accessit cum fide, et tetigit manu vestem, fide maiestatem. Et videte quid est tangere. Tunc dominus, qui a turbis comprimebatur, ab una tangebatur. Ait enim, QUIS ME TETIGIT? Admirati discipuli, quia undique eum multitudo conprimebat, responderunt: TURBAE TE CONPRIMUNT, ET DICIS, QUIS ME TETIGIT? Et ille, TETIGIT ME ALIQUIS. Nam si te turbae premunt, non tangunt: unde te tetigit, nisi quia credidit?

Christus fide tangitur.

2. Et modo, fratres mei, in caelo est Iesus. Quando erat ante discipulos, secundum visibilem carnem, secundum contrectabilem substantiam corporalem, et visus est, et tactus est; modo autem cum sedeat ad dexteram Patris, quis nostrum eum tangere potest? Et tamen vae nobis,

2 movet] *scripsi;* monet *G* 9 audivit] *pro* audebit*?* 10 servabit *G* 24 sq. ammirati *G*

5 *meum*] Ioh. 20, 17.

7 *videte*] Luc. 24, 39.

8 sq. *non enim quisquam dicere audivit*] Cf. in Ioh. tract. 121, n. 3: « Quis autem tam sit absurdus, ut dicat eum a discipulis quidem, antequam ad Patrem ascendisset, voluisse se tangi, a mulieribus autem noluisse, nisi cum ascendisset ad Patrem? »

15 *persequeris?*] Act. 9, 4.

19 *fecistis*] Matth. 25, 40; quae loca de eodem argumento ambo pariter usurpantur in serm. 239, n. 7.

24 *tetigit?*] Luc. 8, 45.

24 sq. *Admirati*] Eundem locum Aug. dum in tract. in Ioh. 26, n. 3, memoriter adferret, hoc ipsum verbum, quod in evangelio non legitur, de suo addidit: « Et mirantes discipuli dixerunt ».

27 *aliquis*] Luc. 8, 46.

nisi eum fide tangamus. Omnes tangimus, qui credimus. Certe in caelo est, certe longe est, certe existimari non potest quanto intervallo spatiorum distat a nobis. Crede, et tangis. Quid dicam, tangis? Quia credis, apud te habes de quo credis. Ergo si credere tangere est, immo si tangere credere est, quid sibi vult, Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem meum? quid est hoc? Quid quaeris carnem meam, qui nondum intellegis divinitatem meam? Vultis nosse quomodo volebat tangere mulier ista? Quaerebat quasi mortuum, quem resurrecturum non credebat. TULERUNT DOMINUM MEUM DE MONUMENTO; et plangit quasi hominem. O tangere! Quia ergo videbat eam circa formam servi occupatam, formam dei, qua aequalis est Patri, nec sapere, nec credere, nec intellegere noverat, differt tactum, ut impleat tactum. Noli me, inquid, tangere, nondum enim ascendi ad Patrem meum. Tangis me antequam ascendam ad Patrem, et in solo homine credis: quid tibi prodest, quod credis? Sine ergo ascendam ad Patrem. Unde numquam recessi, tibi ascendo, si credideris aequalem Patri. Non enim dominus noster Iesus Christus sic descendit a Patre, ut desereret Patrem: quia, et quod ascendit a nobis, non recessit a nobis. Ascensurus enim et sessurus ad dexteram Patris porro longe ait discipulis: ECCE EGO VOBISCUM SUM USQUE IN CONSUMMATIONEM SAECULI. EXPLICIT TRACTATUS DE QUINTA FERIA PASCHAE · I ·

Nec, cum descendit, deseruit Patrem, nec, cum ascendit, recessit a nobis.

XIV.

Guelferb. Serm. XIV, p. 53-55: cod. fol. 73r-74r. In Ioh. 20, 1-18 pro feria quinta Paschae sermo alter ineditus, et ipse Augustino indubitanter adscribendus, qui lectionem evangelii secundum Lucam 24, 36 sqq. pridie lectam fuisse commemorat: ut ex his de paschali hebdomada tractatibus pericoparum ordo facile restitui possit, quem Hippone Regio saeculo quinto ineunte in locum alterius antiquioris suffectum esse putaverim.

INCIPIT TRACTATUS DE QUINTA FERIA SANCTAE PASCHAE · IIII ·

De lectione evangelii hodie secundum Iohannem resurrectio domini recitata est, et audivimus quaesitum esse dominum a discipulis, et non inventum in sepulchro; hoc autem mulieres nuntiaverunt, non eum

2 quando *G* 4 aput 8 resurrectorum *corr.* 12 differt] *scripsi;* defert *G* 13 tanges 17 discendit 22 *titulus ex subscriptione ad calcem sermonis desumptus est* 24 dominum] dm *tractu calami superducto G* 25 sepulchro] pul *s. l. suppl.*

9 *monumento*] Ioh. 20, 2.

10 *O tangere!*] Cf. serm. Mai 95, 6: « o tangere! o credere! o exigere! » et Morin. 16, 7: « O non exaudire! »

16 *si credideris aequalem Patri*] In Ioh. tract. 121, n. 3: « Eius quippe intimis sensibus quodammodo ascendit ad Patrem, qui sic in eo profecerit, ut Patri agnoscat aequalem ».

20 *saeculi*] Matth. 28, 20.

credentes resurrexisse, sed furto ablatum esse de sepulchro. Quod autem venerunt duo discipuli, Iohannes ipse evangelista — ipse enim intellegitur, quem diligebat Iesus — et cum illo Petrus, et ingressi sunt, et viderunt linteamina sola, nullum autem corpus: quid scriptum est de ipso Iohanne? Si advertistis, INTRAVIT, ait, ET VIDIT, ET CREDIDIT. Hoc quod audistis, credidit, non est fides laudata: creduntur enim et vera et falsa. Nam si fides eius laudata esset vel commendata in eo quod dictum est, vidit, et credidit, non sequeretur scriptura dicens, NONDUM ENIM NOVERAT SCRIPTURAS, QUIA OPORTEBAT IESUM RESURGERE A MORTUIS. Ergo vidit, et credidit: quid ergo credidit? quid credidit, nisi quod mulier dixerat, ablatum esse dominum de sepulchro? Dixerat enim, TULERUNT DOMINUM DE MONUMENTO, ET NESCIO UBI POSUERUNT EUM. Cucurrerunt illi, ingressi sunt, viderunt linteamina sola, nullum corpus; et crediderunt eum perisse, non resurrexisse. Viderunt ablatum de sepulchro, crediderunt viri ablatum, et abierunt. Mulier stetit, et coepit corpus Iesu lacrimis quaerere, coepit ad monumentum plorare; illi minorem curam habuerunt, fortiores sexu, sed minores affectu. Mulier plus quaerebat Iesum, quia ipsa prior in paradiso perdiderat Iesum: quia per illam mors intraverat, plus vitam quaerebat. Et tamen quomodo quaerebat? Tamquam corpus mortui, non incorruptionem vivi dei; quia nec ipsa credebat, ideo in sepulchro non fuisse corpus, quia resurrexerat dominus. Ingressa vidit angelos. Ecce angeli non se ostenderunt Petro et Iohanni, et ostenderunt se mulieri. Prorsus, carissimi, hoc commendatur, quia sexus infirmior plus quaesivit, quod prior, ut diximus, perdidit. Vident illam angeli, et dicunt: NON EST HIC, RESURREXIT. Adhuc illa stat et plorat, adhuc non credit: perisse dominum de sepulchro existimabat. Vidit et Iesum: non putat Iesum, hortulanum putavit, adhuc corpus mortui exigit. SI TU, inquit, TULISTI EUM, DIC MIHI UBI POSUISTI EUM, ET EGO TOLLAM EUM. Quid tibi opus est, quod non amas? Mihi, inquit, detur. Quae sic quaerebat mortuum, quomodo credidit vivum? Postea dominus appellat eam nomine suo. Maria agnovit vocem, respexit salvatorem; et ipsa illi tamquam ipsi respondit, RABBONI, QUOD INTERPRETATUR, DOMINE.

Non omnis fides laudanda.

Discipuli fortiores sexu, minores affectu.

3 dilegebat *G* 5 intrabit 15 viri] *an pro* vere? 18 in paradysum 20 incorruptione 22 angelos] o *ex* u *corr.* 23 Iohanne 26 sq. sepulchro] h *s. l. add.* 28 putabit *corr.* 31 apellat 32 ipsi] *ex* ipse *corr.* 33 interpraetatur

5 *credidit*] Ioh. 20, 8.
9 *mortuis*] Ibid. 9.
12 *eum*] Ibid. 2.
25 *resurrexit*] Matth. 28, 6.
29 *eum*] Ioh. 20, 15.
33 *domine*] Ibid. 16.

2. Quid sibi vult quod sequitur, NOLI ME TANGERE, NONDUM ENIM ASCENDI AD PATREM MEUM? VADE, ET DIC DISCIPULIS MEIS, ASCENDAM AD PATREM MEUM ET AD PATREM VESTRUM, AD DEUM MEUM ET AD DEUM VESTRUM, hoc quidem quaestionem non habet. Ascendam ad Patrem meum, quia unigenitus sum; et ad patrem vestrum, quia adoptati estis, et simul dicitis omnes, PATER NOSTER QUI ES IN CAELIS. Et deum meum et deum vestrum. Non sic meum, quomodo vestrum: meum enim deum, quia factus sum homo; vestrum deum, quia semper homines. Secundum hoc enim deus Christi Pater, quia factus est homo; ideo est deus ipsius, deus creaturae unigeniti Verbi. Psalmum interroga: DE VENTRE MATRIS MEAE DEUS MEUS ES TU. Ante ventrem matris, Pater meus; de ventre matris, deus meus. Hoc ergo quaestionem non habet. Illud aliquantulum perturbat propter minus intellegentes, quid sibi velit, Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem meum. In terra illum non tangebat: cum ascendisset, tangere poterat? Quid est ergo, Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem? Recolite, quando apparuit discipulis suis, et putaverunt eum esse spiritum, quid eis dixit? Heri lectum est. QUID TURBATI ESTIS, ET COGITATIONES QUARE ASCENDUNT IN COR VESTRUM? VIDETE MANUS MEAS ET PEDES MEOS: TANGITE, ET VIDETE. Viris dixit, tangite, antequam ascenderet ad Patrem: et mulier non tangeret, nisi cum ascendisset ad Patrem? Quid est ergo, ut intellegamus? Absit a nobis, ut intellegamus. Maria ut videret, corpus quaerebat; nos ut intellegamus, spiritum eius desideremus. Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem. Quid est, Noli me tangere? Noli hoc usque credere, noli in homine figi: est aliud maius, quod non intellegis. Vides me humilem in terra: tangis me, et remanes in terra. Altiorem me tange, in altiorem me crede, in unigenitum Patri aequalem crede; quando enim me intellexeris aequalem, tunc tibi ascendi ad Patrem. Tangere autem corde, hoc est credere; nam et illa mulier, quae fimbriam tetigit, corde tetigit, quia credidit. Denique sentit tangentem, et non sentiebat turbam prementem. TETIGIT ME ALIQUIS, ait dominus: tetigit me, credidit in me. Et discipuli non intellegentes quid sit, tetigit me, dixerunt: TURBA TE COMPRIMIT, ET DICIS, QUIS ME TETIGIT? Ego nescio quid dicam, Tetigit me aliquis? Turba premit, fides tangit. Ascendat ergo nobis Christus, et

Deus, Christi Pater ante incarnationem, ab incarnatione deus Christi.

Pridie lectum erat evang. Luc. 24, 38.

Christus corde ac fide tangitur.

20 ascenderet] *perperam corr.* ascendam 29 corde tetigit] *s. l. suppl.* 34 aliquis?] *sic cum interrogandi nota*

4 *vestrum*] Ioh. 20, 17.
6 *caelis*] Matth. 6, 9.
11 *es tu*] Ps. 21, 11.
19 *videte*] Luc. 24, 38.
33 *tetigit?*] Luc. 8, 46. 45.
34 *turba premit, fides tangit*] Cf. supra, p. 344, l. 16; 345, 10. 22; 484, 23: infra, p. 526, l. 25.

tangamus eum, si credamus in eum, quia Filius dei est, aeternus, coaeternus, non ex quo natus est de virgine, sed aeternus. Nam et nos aeternos facturus est, non quia semper fuimus, sed quia semper erimus. Ille coaeternus, Patri aequalis, sine tempore, ante omnia tempora, per quem facta sunt tempora: ante diem, dies de die, qui condidit diem. Sic credite, et tetigistis. Sic tangite, ut haereatis: sic haerete, ut numquam separemini, sed cum illo permaneatis in divinitate, qui pro nobis mortuus est in infirmitate. EXPLICIT TRACTATUS DE QUINTA FERIA SANCTAE PASCHAE · IIII ·

XV.

Guelferb. Serm. XV, p. 56-59: cod. fol. 74r-76r. Et iste in eorum numero est, qui hic primum Augustini nomine inscripti in lucem eduntur: tractat de mirabili piscatione ad mare Tiberiadis, Ioh. 21, 1 sqq., et de mystica numeri piscium significatione, in qua tantum virum plus aequo se oblectasse, cum aliunde, tum praecipue ex sermonibus 248-252 notum est.

INCIPIT TRACTATUS DE SEXTA FERIA PASCHAE · I ·

Novit caritas vestra lectiones istas sancti evangelii, testes resurrectionis domini anniversaria sollemnitate celebrari. Sicut ergo memoriam renovat lectio, sic memoriam renovat lectionis expositio; hoc ergo dicturi sumus adiuvante domino, quod omni anno soletis audire. Sed si lectio renovanda est in memoriam, quae legi potest et alio tempore in evangelio; quanto magis sermo, qui non auditur nisi semel in anno? Apparuit discipulis suis dominus post resurrectionem suam ad mare Tiberiadis, et invenit piscantes, nihil capientes. Nocte piscantes nihil ceperunt: dies inluxit, et ceperunt: quia diem Christum viderunt, et in verbo domini miserunt retia, ut caperent. Duas autem invenimus piscationes factas a discipulis Christi, in verbo Christi: primam, quando eos elegit, et apostolos fecit: alteram modo, postquam resurrexit a mortuis. Conferamus illas, si placet, et quid inter eas distet diligenter attendamus; pertinet enim ad aedificationem fidei nostrae. Prius ergo, cum piscatores inveniret dominus, quos adhuc non invenerat, etiam per totam noctem nihil ceperunt, sine causa laboraverunt. Iussit ut retia mitterent: non dixit, in dexteram: non dixit, in sinistram: sed, MITTITE, inquit,

Locus evang. Ioh. 21, 1 sqq. quotannis expositus.

Quid distet inter duas piscationes.

6 haerete] *conieci;* certe *G* 10 *ita in fine sermo subscribitur* 11 evangilii *G* 17 tyberiadis 26 metterent

RETIA. Miserunt,... ut duas naviculas onustarent, ita ut pene multitudine piscium mergerentur; deinde tanta erat etiam piscium multitudo, ut retia rumperentur. Sic se habuit illa piscatio: quid ergo ista? MITTITE, inquit, RETIA IN DEXTERAM PARTEM. Ante resurrectionem passim mittuntur retia; post resurrectionem eligitur dextera. Deinde in prima piscatione naviculae premuntur, retia rumpuntur; in ista novissima post resurrectionem nec navis premitur, nec sagena rumpitur. In prima piscatione numerus piscium nullus dicitur; in ista post resurrectionem numerus piscium certus dicitur. Feramus ergo primam, ut veniamus ad novissimam. Quid dixi, feramus primam? Ecce retia, retia verbi, retia praedicationis, ecce retia. Dicat psalmus: ANNUNTIAVI, ET LOCUTUS SUM; MULTIPLICATI SUNT SUPER NUMERUM. Certum est, quia modo fit: annuntiatur evangelium, multiplicantur Christiani super numerum. Si omnes bene viverent, navim non premerent; si haereses et schismata non dividerentur, rete non rumperetur. Quare autem in prima piscatione navigia duo fuerunt? Recolite, fratres: ipsi sunt duo illi parietes, circumcisio et praeputium, qui in lapide angulari ibi conveniunt, et osculum pacis inveniunt. In novissima autem piscatione perfecta unitas; dextera est enim, nihil habet sinistrum. Ipsa est ecclesia sancta, quae modo in paucis est laborantibus inter multos malos: ipsa erit in certo illo numero et definito, ubi iam nullus invenitur peccator: dextera est enim, nihil habet sinistrum. Et magni pisces erunt: quia omnes inmortales erunt, omnes sine fine victuri sunt. Quid tam magnum, quam quod non habet finem? Et pertinuit ad evangelistam, renovaveris in memoriam primam piscationem. Quare enim addidit, ET CUM TAM MAGNI PISCES ESSENT, RETIA NON SUNT DISCISSA? Tamquam diceret: recolite illam primam piscationem, ubi retia sunt scissa. Hic regnum caelorum erit, nullus haereticus latrabit, nullus schismaticus se separabit: omnes intus erunt, in pace erunt.

Multiplicati Christiani navim premunt ecclesiae.

1 miserunt] *aliquid hic desideratur, ut puta « et tantum ceperunt », uti in eiusdem argumenti sermone 250, n. 2 legitur* honostarent *corr.* 2 deinde] *pro* denique? 8 numerus] s *ex* m *corr.* 14 scismata 16 ille 23 quid tam] *scripsi;* quiddam *G: cf. serm. Guelferb. 11 supra p. 478, l. 6 sq. « cogidare »* 24 renovaveris] *fort. melius* renovareris; renovaberis immemoriam *G* 28 scismaticus seperabit

1 *retia*] Luc. 5, 4.
3 *rumperentur*] Ibid., 7. 6.
4 *partem*] Ioh. 21, 6.
12 *numerum*] Ps. 39, 6; eadem ratione versum interpretatur Augustinus serm. 248, n. 3; 250, n. 3; 251, n. 2.
24 *et pertinuit ad evangelistam*] August. serm. 249, n. 1: « Et quoniam in illa prima piscatione dictum erat quia prae multitudine piscium retia rumpebantur, pertinuit ad curam evangelistae in ista piscatione dicere, Et cum tam magni essent, non est scissum rete ».
26 *discissa*] Ioh. 21, 11.

2. Et omnes, quot erunt? centum quinquaginta tres erunt? Absit, absit a nobis, ut vel in isto populo, qui hic ante me stant, tam paucos dicam esse, qui in regno caelorum futuri sunt, ubi milia, innumerabilia milia, quae vidit Iohannes induta stolis albis. Hoc dixit: EX OMNI TRIBU ET LINGUA VENIEBANT, NUMERUS QUEM NUMERARE NEMO POTEST. Quid sibi ergo vult numerus iste? Alios doceo, alios commoneo: qui non audierunt, discant: qui audierunt et obliti sunt, recolant: qui tenent, in memoriam, quod audierunt, me commemorante firmentur. Numeri huius ratio ad decem et septem incipit: signaculum est omnium sanctorum, omnium fidelium, omnium iustorum in regno caelorum futurorum. Decem et septem: decem propter legem, septem propter spiritum gratiae. Inpone legem: nemo facit, nemo implet. Adde adiutorium Spiritus: fit quod iubetur, quia deus adiuvat. Quid ait lex? NON CONCUPISCES. OCCASIONE ACCEPTA PECCATUM PER MANDATUM FEFELLIT ME, inquid, ET PER ILLUD OCCIDIT; ET LEX SUBINTRAVIT, UT ABUNDARET DELICTUM. Adde Spiritum: PLENITUDO LEGIS, CARITAS. Sed unde caritas? CARITAS DEI DIFFUSA EST IN CORDIBUS NOSTRIS PER SPIRITUM SANCTUM, QUI DATUS EST NOBIS. Septenario autem numero Spiritum commendari novit, qui legit: sed audiat, qui neglegenter legit, aut forte qui legere non potest. Spiritum sanctum sic commendat deus per Isaiam prophetam: SPIRITUS, dicit, SAPIENTIAE ET INTELLECTUS, CONSILII ET FORTITUDINIS, SCIENTIAE ET PIETATIS, SPIRITUS TIMORIS DEI. Iste est septiformis Spiritus, qui etiam super baptizatos invocatur. Lex, decalogus est: decem enim praecepta scripta erant in tabulis, sed adhuc lapideis, propter duritiam Iudaeorum. Postea quam venit Spiritus, quid ait apostolus? EPISTULA NOSTRA VOS ESTIS SCRIPTA, NON ATRAMENTO, SED SPIRITU DEI VIVI; NON IN TABULIS LAPIDEIS, SED IN TABULIS CORDIS CARNALIBUS. Tolle spiritum, occidit littera; quia reum facit, non liberat peccatorem. Propter hoc

Quid sibi velit numerus piscium.

Septiformis Spiritus super baptizatos invocatus.

[1] quot] quod *G* [2] absit] *s. l. suppl.* stant] *sic plurali numero G* [3] ubi milia] *emendavi ex* ubi nulla [9] *legendumne* a decem? [13] adiuvet *G* [20] spiritus] spiritum *G: cf. p. 489, l. 8* [25] apostolis

[5] *potest*] Apoc. 7, 9.
[13] *concupisces*] Rom. 7, 7.
[15] *occidit*] Ibid. 11.
delictum] Rom. 5, 20.
[16] *caritas*] Rom. 13, 10.
[18] *nobis*] Rom. 5, 5.
[22] *dei*] Esai. 11, 2. 3.
[23] *super baptizatos invocatur*] Haec refer ad preces sollemnes, quibus episcopi, dum confirmationis sacramentum administrant, etiam nunc utuntur, de quibus et Augustinus serm. 249, n. 3: « Sicut enim lex decalogo significatur, ita Spiritus sanctus septiformis ostenditur. Ipse invocatur super baptizatos, ut det illis deus secundum prophetam spiritum sapientiae et intellectus: ecce duo; spiritum consilii et fortitudinis: ecce quattuor; spiritum scientiae et pietatis: ecce sex; spiritum timoris domini: ecce septem ».
[27] *carnalibus*] II Cor. 3, 2. 3.

apostolus: NEQUE ENIM, inquit, IDONEI SUMUS COGITARE ALIQUID A NOBIS QUASI EX NOBISMETIPSIS; SED SUFFICIENTIA NOSTRA EX DEO EST, QUI ET IDONEOS NOS FECIT MINISTROS NOVI TESTAMENTI, NON LITERA, SED SPIRITU. LITERA ENIM OCCIDIT, SPIRITUS VERO VIVIFICAT. Iunge ergo septem ad decem, si vis inplere iustitiam. Quando aliquid facere per legem iuberis, roga Spiritum, ut adiuvet.

3. Commendavimus decem et septem: sed quam longe sunt a centum quinquaginta tribus! Multi tamen sciunt quod dicturi sumus: qui sciunt, ferant moras. Quando duo ambulant in via, unus velox, et unus tardus, in potestate velocis est, ut simul ambulent, si expectet ad illum. Velox viator expectet tardum, ut simul ambulent. Ergo qui scit quod dicturus sum, velox est; sed expectet tardum comitem, donec et ipse instruatur de decem et septem. Fiunt centum quinquaginta tres, si ipsi decem et septem sic numerantur, ut ab uno incipias, et omnes addas, quo usque ad decem et septem pervenias. Si enim incipias dicere, Unum, duo, tria, quatuor, pervenis ad decem, et non inventurus es in manu tua nisi decem. Si autem sic numeres: unum et duo, iam tres sunt: et tria, iam sex sunt: et quatuor, iam decem sunt: et quinque, iam quindecim sunt: et sex, iam viginti unum sunt: et septem, iam viginti octo sunt: et octo, iam triginta sex sunt: et novem, iam quadraginta quinque fiunt: et decem, iam quinquaginta quinque sunt. Ecce iam proximi sumus, et spes est perveniendi, quia tantum accessimus. Adde ergo undecim, fiunt sexaginta sex: adde duodecim, fiunt septuaginta octo: adde tredecim, fiunt nonaginta unum: adde et quatuordecim, fiunt centum quinque. Iam et tardi secuntur veloces. Adde ergo et quindecim, fiunt centum viginti: adde sedecim, fiunt centum triginta sex: adde decem et septem, fiunt centum quinquaginta tres. Ibi ergo erunt omnes qui currunt ad decem et septem, qui faciunt legem dei, adiuvante Spiritu dei. EXPLICIT TRACTATUS DE SEXTA FERIA PASCHAE · I ·

6 rogas 7 commendabimus sint 8 quod] *scripsi;* quid *G* 9 moras] mores *G*

4 *vivificat*] II Cor. 3, 5. 6.

9 *Quando duo ambulant in via* etc.] Cf. praeter serm. Denis 18, 1, Enarr. in Ps. 90, serm. 2, n. 1: « Quando autem duo comites unam viam ambulant, quorum est unus celerior, alter tardior, in potestate celerioris est, ut cum illo ambulet tardior, non in potestate tardioris: quia si velit celerior tantum facere, quantum potest, tardior illum non sequitur. Opus est ergo, ut celerior refrenet celeritatem suam, et non relinquat comitem tardiorem ». Item serm. 250, n. 3, ubi de ipsis centum quinquaginta tribus agitur: « Multi obliti sunt, aliqui nec audierunt: qui autem non sunt obliti et audierunt, patienter ferant, ut alii commemorentur et instruantur. Quando duo ambulant in via, unus celerior et alter tardior, in potestate celerioris est, ut comes non deseratur » etc.

XVI.

Guelferb. Serm. XVI, p. 60-63: cod. fol. 80r-81v. De evangelica lectione Ioh. 21, 15 sqq. sermo ineditus, prorsusque neminis, quantum ego opinione auguror, nisi Augustini. Iuxta quem Dominus, quando Petrum interrogabat AMAS ME? nos interrogabat, ecclesiam interrogabat; simili modo nec Petrus unus claves accepit: ligant, solvunt et episcopi, immo aliquatenus singuli Christiani, ex quibus constat ecclesiae consortium.

INCIPIT TRACTATUS
DE SABBATO OCTAVARUM SANCTAE PASCHAE · II ·

Ecce dominus iterum post resurrectionem apparens discipulis interrogat apostolum Petrum; et conpellit ter confiteri amorem, qui ter negaverat per timorem. Resurrexit carne Christus, et spiritu Petrus: quia cum moreretur patiendo Christus, mortuus erat negando Petrus. Resuscitatur a mortuis dominus Christus: resuscitavit de amore suo Petrum. Interrogavit confitentis amorem, et ei oves suas commendavit. Quid enim Petrus praestaret Christo, in eo quod amabat Christum? Si amet te Christus, tibi prodest, non Christo; et si ames Christum, tibi prodest, non Christo. Volens tamen dominus Christus ostendere, ubi homines debeant ostendere quia amant Christum, in suis ovibus commendavit, satis evidenter aperuit. AMAS ME? Amo. PASCE OVES MEAS. Hoc semel, hoc secundo, hoc tertio. Nihil aliud ille respondit, quam amare se: nihil aliud dominus interrogat, utrum amaret eum: nihil aliud respondenti commendavit, nisi oves suas. Amemus nos, et Christum amamus. Christus enim, deus semper, homo ex tempore natus est. Ut homo de homine, apparuit homo hominibus; fecit multa mirabilia, ut deus in homine. Passus est multa mala, ut homo ab hominibus; resurrexit post mortem, ut deus in homine. Conversatus est in terra quadraginta diebus, ut homo cum hominibus; ante oculos eorum ascendit in caelum, ut deus in homine, sedet ad dexteram Patris. Totum hoc credimus, non videmus: et iubemur amare

Amando oves Christi ostendunt homines quantum ament Christum.

1sq. *titulus ex subscriptione ad calcem posita desumptus est suspicor ante haec verba iterandum esse* 16sq. amemus nos] oves suas, *aut certe* nos *in* eas *mutandum*

9 *quid e. Petrus praestaret Christo* etc.] Cf. infra, serm. Guelferb. 17, 3, itemque serm. 253, n. 2: « Quid mihi praestas, quia diligis me...? Sed dilectionem tuam erga me habes ubi ostendas, habes ubi exerceas: pasce agnos meos »; similiter infra, serm. Guelferb. 32, 3: « Quid mihi praestaturus es amando me, quando omnia expectas a me? Quid ergo facies amando me, habes: pasce oves meas ».

14 *meas*] Ioh. 21, 15-17.

dominum Christum, quem non videmus: et omnes clamamus, et dicimus, Amo Christum. SI FRATREM QUEM VIDES NON DILIGIS, DEUM QUEM NON VIDES QUOMODO DILIGERE POTES? Amando oves, ostende amorem habere pastoris; nam et ipsae oves membra sunt pastoris. Ut membra eius essent oves, ovis esse dignatus est: ut membra eius essent oves, SICUT OVIS AD IMMOLANDUM DUCTUS EST: ut membra eius essent oves, de illo dictum est, ECCE AGNUS DEI, ECCE QUI TOLLIT PECCATA MUNDI. Sed magna in isto agno fortitudo. Vis nosse, quanta apparuit in isto agno fortitudo? Crucifixus est agnus, et victus est leo. Videte et considerate, qua virtute dominus Christus mundum regit, qui morte sua diabolum vicit.

2. Amemus ergo illum, nihil nobis sit eo carius. Putatis ergo quia nos non interrogat dominus? Petrus solus meruit interrogari, et non nos? Quando illa lectio legitur, unusquisque Christianus interrogatur in corde suo. Quando ergo audis dominum dicentem, Petre amas me? speculum puta, et attende ibi te. Nam quid aliud ipse Petrus quam figuram gerebat ecclesiae? Dominus ergo quando Petrum interrogabat, nos interrogabat, ecclesiam interrogabat. Nam ut sciatis Petrum figuram ecclesiae portasse, locum illum evangelii recolite: TU ES PETRUS, ET SUPER HANC PETRAM AEDIFICABO ECCLESIAM MEAM; ET PORTAE INFERORUM NON VINCENT EAM: TIBI DABO CLAVES REGNI CAELORUM. Unus homo accipit. Quae sint enim claves regni caelorum, ipse exposuit: QUAE LIGAVERITIS IN TERRA, ERUNT LIGATA ET IN CAELO; ET QUAE SOLVERITIS IN TERRA, SOLUTA ERUNT ET IN CAELO. Si uni Petro dictum est, solus hoc fecit Petrus: obiit, et abiit; quis ergo ligat, quis solvit? Audeo dicere, claves istas habemus et nos. Et quid dicam? Quia nos ligamus, nos solvimus? Ligatis et vos, solvitis et vos. Qui enim ligatur, a vestro consortio separatur: et cum a vestro consortio separatur, a vobis ligatur: et quando reconciliatur, a vobis solvitur, quia et a vobis deus pro illo rogatur.

Petrus figura ecclesiae.

Obeunte Petro non defecit potestas clavium.

Oratio fidelium pro reconciliandis paenitentibus.

3. Omnes enim Christum amamus, membra ipsius sumus; et cum ille commendat oves pastoribus, redigitur totus numerus pastorum ad corpus unius pastoris. Nam ut noveritis omnem numerum pasto-

4 sqq. menbra 7 agnus] *ex* annus *corr.* 16 te] *post. eras.*

3 *potes?*] I Ioh. 4, 20.
6 *ductus est*] Esai. 53, 7.
8 *mundi*] Ioh. 1, 29.
21 *caelorum*] Matth. 16, 18. 19.
24 *in caelo*] Ibid. 19.
29 sq. *quia et a vobis deus pro illo rogatur*] Scilicet solebant ea aetate fideles pro paenitentibus et excommunicatis Deum publice exorare: qua de re lege « Anecdota Maredsolana » t. I, p. 121; L. Duchesne, « Origines du culte chrétien », 5 edit., p. 464 sqq.

rum redigi ad unum corpus unius pastoris, certe pastor Petrus, plane pastor: pastor Paulus, ita sane pastor: Iohannes pastor, Iacobus pastor, Andreas pastor, et ceteri apostoli pastores. Omnes sancti episcopi sunt certe pastores, ita plane. Et quomodo verum est, ET ERIT UNUS GREX ET UNUS PASTOR? Porro si verum est, Erit unus grex et unus pastor, omnis innumerabilis pastorum numerus ad corpus unius pastoris redigitur. Sed ibi estis et vos, membra ipsius estis. Ipsa membra conculcabat, quando caput pro suis membris clamabat, Saulus ille ante persecutor, postea praedicator, anhelans caedem, differens fidem. Una voce prostratus est totus eius impetus. Qua voce? SAULE, SAULE, QUID ME PERSEQUERIS? Numquid Saulus vel lapidem posset mittere ad caelum, ubi sedet Iesus? Esto fuerit Saulus in turba, quando Iesus pendebat in ligno. Esto dixerit et Saulus cum turba, CRUCIFIGE, CRUCIFIGE; et fuerit inter illos, qui caput agitabant insultando, et dicebant, SI FILIUS DEI EST, DESCENDAT DE CRUCE. Sedenti in caelo quid faceret? quid noceret verbum? quid noceret clamor? quid noceret lignum? quid noceret lancea? Nihil ei iam fieri poterat, et tamen clamabat, Me persequeris. Quando clamabat, Me persequeris, membra sua nos esse indicabat. Amor itaque Christi, quem amamus in vobis: amor Christi, quem vos quoque amatis in nobis, inter temtationes, inter labores, inter sudores, inter sollicitudines, inter miserias, inter gemitus, perducet nos, ubi nullus est labor, nulla miseria, nullus gemitus, nullum suspirium, nulla molestia, nemo nascitur, nemo moritur, nemo timet iram potentis, haerendo vultui omnipotentis. EXPLICIT TRACTATUS DE SABBATO OCTAVARUM SANCTAE PASCHAE · II ·

Innumerabilis pastorum numerus ad unum corpus unius pastoris redigitur.

Nemo timet iram potentis, haerendo vultui omnipotentis.

XVII.

Guelferb. Serm. XVII, p. 64-67: cod. fol. 81v-83r. De eodem sabbato eodemque evangelii loco altera Augustini inedita oratio. Cuius potissimum conclusio notanda est, in qua s. episcopus unum ex quattuor haereticis, quibuscum die praecedenti « acrimonia disciplinae » egerat, abiuratis iam Arrii et Eunomii erroribus catholicum factum fidelibus commendat, atque hos ut pro ceteris orent hortatur. Qua de re occurrit mihi Augustini epistula 170, eius et Alypii nomine ad Maximum

[1] *ad corpus unius pastoris*] Cf. serm. 147, n. 2: « In uno Petro figurabatur unitas omnium pastorum »; serm. 138, n. 3: « Hanc dominus unitatem commendans pastoribus bonis, noluit multos appellare pastores. Neque enim, ut dixi, non erat pastor bonus Petrus, Paulus, apostoli ceteri ».

[5] *pastor*] Ioh. 10, 16.

[11] *persequeris?*] Act. 9, 4.

[13] sq. *crucifige*] Luc. 23, 21 et al.

[15] *de cruce*] Ex Matth. 27, 40 et 42 conflatum: cf. serm. Guelferb. 9, 1, itemque infra, serm. Guelferb. 21, 2; 32, 5.

medicum Thenitanum anno forte 415 scripta. Is ex Eunomianista fidei catholicae ipsis praesentibus « cum magna exultatione populi Dei » recens consociatus erat; alii autem nonnulli, quos in errorem induxerat auctoritate sua, nondum « ecclesiae catholicae salubri correctione » fuerant restituti: quapropter, ut eos docere non differat, atque ad domum Dei reducat, admonent. Porro cum perpaucos eo tempore Arrianos in Africa remansisse constet, ipseque Augustinus testetur serm. 46, n. 18 « Eunomianos non esse in Africa », non possum quin ducar ad suspicandum, inediti sermonis huius clausulam ad conversionem praedicti Maximi referri: praesertim cum utrobique et de uno converso ceteris in pertinacia manentibus, et de coercitione ab iis qui praesunt ecclesiae adhibita, ac demum de pluribus episcopis adstantibus universa quae dicuntur mire inter se consentiant.

INCIPIT TRACTATUS DE SABBATO OCTAVARUM SANCTAE PASCHAE · III ·

Audistis apostoli Petri domino interrogante confessionem, cuius audieratis negationem ancilla terrente. Dictum enim erat praesumenti, Negabis me; dictum est diligenti, Amas me? Ut enim titubaret apostolus Petrus, praesumsit de viribus animi sui. Iam vero olim dixerat psalmus: QUI CONFIDUNT IN VIRTUTE SUA... Factus ergo erat Petrus tamquam ille, de quo cantatur in psalmis: EGO DIXI IN ABUNDANTIA MEA, NON MOVEBOR IN AETERNUM. In abundantia sua dixerat Christo, TECUM USQUE AD MORTEM; in abundantia sua dixerat, Non movebor in aeternum. Dominus tamen tamquam medicus artifex, quid in infirmo ageretur, melius noverat, quam ipse infirmus. Faciunt hoc medici in valitudinibus corporum, quod dominus potest etiam in valitudinibus animarum. Nam quid tibi videtur, rogo te, ut expectet aeger a medico audire quid in illo agatur? Ipse enim dolores quos patitur potest nosse; utrum autem periculosi sint, et quas causas habeant, utrum inde possit aut non possit evadere, medicus venam inspicit, et quid in aegroto agatur ipse aegroto renuntiat. Quando ergo dominus beato Petro TER ME NEGABIS dicebat, venam cordis eius tangebat. Ecce factum est quod

Christus medicus animarum.

1 sq. *titulum, qui in fine legitur, in fronte quoque supplevi* 8 sqq. habundantia *G* 16 periculosae

7 *sua*] Ps. 48, 7.

9 *aeternum*] Ps. 29, 7.

10 *mortem*] Luc. 22, 33 qui locus ita digestus Augustino peculiaris est: cf. Enarr. in Ps. 36, serm. 1, n. 1; Tract. 11 in Ioh., n. 2; et ex nostris infra, serm. Guelferb. 32, 8.

17 *medicus venam inspicit*] Cf. iterum infra, serm. Guelferb. 32, 8: « aeger se nesciebat, sed medicum non latebat. Dixit, praesumsit, ausus est polliceri: Tecum usque ad mortem; animam meam pro te ponam. Et ille medicus venam cordis inspiciens » etc.

19 *negabis*] Matth. 26, 34.

praedixit medicus, et falsum inventum est quod praesumsit aegrotus. Ibi enim in eodem psalmo sequitur Spiritus sanctus: EGO DIXI IN ABUNDANTIA MEA, NON MOVEBOR IN AETERNUM, quasi praesumens de viribus animi sui. Continuo subiecit: DOMINE, IN VOLUNTATE TUA PRAESTITISTI DECORI MEO VIRTUTEM. AVERTISTI FACIEM TUAM, ET FACTUS SUM CONTURBATUS. Quid dixit? Quod habebam, abs te habebam, et a me esse credebam. Avertisti faciem tuam, tulisti quod dederas; et factus sum conturbatus. Inveni qui eram, quia tu recesseras. Dominus ergo Petrum, ut salubriter humilem faceret, ad tempus deseruit: tamen quando illum respexit, tunc flevit. Sic enim habes in evangelio: postea quam ter negavit, et impletum est quod praedixerat dominus, quid scriptum est? RESPEXIT EUM DOMINUS, ET RECORDATUS EST PETRUS. Si dominus non respexisset, totum Petrus oblitus fuisset. RESPEXIT EUM DOMINUS, ET RECORDATUS EST PETRUS, QUIA DIXERAT EI IESUS: ANTEQUAM GALLUS CANTET, TER ME NEGABIS. ET EGRESSUS FORAS FLEVIT AMARE. Opus erat ergo Petro ad abluendum negationis peccatum baptismo lacrimarum: sed unde hoc haberet, nisi et hoc dominus daret? Ideo apostolus Paulus cum quibusdam diversa sentientibus ammoneret populum, quemadmodum cum illis agere deberent, ait: IN LENITATE CORRIPIENTES DIVERSA SENTIENTES, NE FORTE DET ILLIS DEUS PAENITENTIAM. Ergo et paenitentia donum dei est. Dura terra est superbientis cor: ad paenitentiam non mollescit, nisi dei gratia conpluatur.

Et lacrimae et paenitentia dona dei sunt.

2. Modo ergo iam post domini resurrectionem interrogatur Petrus: elicitur confessio, praedicitur passio: invenitur in caritate, firmatur in virtute. Dicit ei dominus iam post resurrectionem: PETRE, DILIGIS ME PLUS HIS? Tu qui negasti me, diligis me? Iam satis tibi factum est: vivum vides, quem morientem vidisti, quando mori timuisti. Ecce vivo, ecce ego sum: quare mori timuisti? Quando me negasti, utique me non perdidisti. Ergo diligis me? quia ego sum. Et ille: DOMINE, ETIAM, TU SCIS QUIA AMO TE. Quid me interrogas quod scis? Sciebas, quando mihi negaturum me praedicebas. Quod ego nesciebam in me, sciebas: et quod scio, nescis? Video enim in corde meo, quia amo te, sed vides et tu: non enim non vides praesentem amorem, qui vidisti futurum timorem. Et iterum dominus scit, et interrogat; et iterum

Apostoli negatio trina confessione deleta.

[2] sanctus] *heic* dixit *interser. G, ex* et dixit *corr.*, e. dixi, *quod sequitur, mendose ut puto anticipato* dixi] t *in fine erasa* [3] habundantia *G* [11] quid] quod *G, omissa post* scriptum est *interrog. nota* [19] quem ammodum

[6] *conturbatus*] Ps. 29, 8.
[15] *amare*] Luc. 22, 61. 62.
[20 sq.] *paenitentiam*] II Tim. 2, 25.
[26] *plus his?*] Ioh. 21, 15.
[30] *amo te*] Ibid.

hoc ipsum interrogante illo, hoc ipsum Petrus respondit. Et interrogat dominus tertio, ut trinam negationem deleret trina confessio. Congratulemur apostolo: MORTUUS ERAT, ET REVIXIT: PERIERAT, ET INVENTUS EST.

3. Armatur ad potiora adque maiora: dicitur ei, PASCE OVES MEAS; ubi utique erat periclitaturus in carne, glorificandus in spiritu. Nam pascendo oves Christi, quanta erat pro nomine Christi passurus! PASCE OVES MEAS, PASCE AGNOS MEOS. Nam mihi quid praestaturus es, si amas me? Constituit pastorem princeps pastorum, ut pasceret oves Christi Petrus, non suas. Nam quidam, qui voluerunt esse docti apostolorum, revocantur ab ipsis apostolis ad integrum sensum. Oves enim Christi erant, et hominum esse cupiebant; et alii dicebant, EGO SUM PAULI, EGO VERO APOLLO, EGO AUTEM CEFAE. Erant ibi oves, qui dominum agnoscebant: EGO VERO CHRISTI. Paulus autem sciens, quia suas oves Christus apostolis commendavit, non illius, reppulit a se huiusmodi dominationem: confitetur se non esse dominum, ut sit cum domino. NUMQUID PAULUS PRO VOBIS CRUCIFIXUS EST? AUT IN NOMINE PAULI BAPTIZATI ESTIS? Ipsius oves estis, nescitis cuius oves estis; caracterem legite, in quo signati estis. Pasce oves meas. Quare? Quia amas me, quia diligis me, committo tibi oves meas: pasce, sed memento meas. Principes autem haeresum suas oves volunt facere, quae sunt Christi; sed tamen, velint, nolint, caracterem Christi coguntur inponere: facere peculium suum, et inscribere nomen dominicum. Sed quid dicit talibus divina scriptura in Canticis canticorum? Appellat enim sponsus sponsam Christus ecclesiam, et dicit: NISI COGNOVERIS TEMET IPSAM, O PULCHRA INTER MULIERES. Quid est, pulchra inter mulieres? Catholica inter haereses. Attendite quemadmodum comminatur. Nisi cognoveris temet ipsam, cuius sis, quid credas, ad quem pertineas, quam longe lateque diffusa sis, cuius sanguine redemta sis; nisi cognoveris

Pascit oves Christi Petrus, non suas.

5 armatur] u *ex* o *corr.* 6 in spiritus 10 non] sed *ante hanc particulam eraso* 13 oves qui] *ita G, alia exempla nota sunt* 15 illius] *scripsi;* illis *G* 23 sq. talibus] *conieci;* tabulis *G* 25 sponsa 27 quem ammodum

2 *trina confessio*] Cf. Tract. 123 in Ioh., n. 3: « Redditur negationi trinae trina confessio »; serm. 138, n. 4: « ut trina confessione amoris deleret trinum peccatum negationis » et al.

4 *inventus est*] Luc. 15, 24 et 32.

8 *meos*] Ioh. 21, 15 sqq.

praestaturus es] Cf. supra, p. 51, l. 20; p. 492, l. 9.

14 *Christi*] I Cor. 1, 12.

18 *estis?*] Ibid. 13.

22 sq. *facere peculium suum*] Cf. serm. 146, n. 2: « Numquid enim peculium nostrum estis? Haeretici et schismatici de furtis dominicis peculia sibi fecerunt... Plane in ipsis depraedationibus suis titulum ipsius posuerunt ». etc.

26 sq. *catholica inter haereses*] Serm. Denis 12, 5: « o pulchra inter mulieres. Catholica p. inter haereses ».

temet ipsam, o pulchra inter mulieres, nisi cognoveris temet ipsam, ego eicio te, EXI TU. Quid est, exi tu? Quod Iohannes dicit in epistula sua: EX NOBIS EXIERUNT, SED NON ERANT EX NOBIS. EXI TU IN VESTIGIIS GREGUM: non in vestigiis pastoris, sed in vestigiis gregum: sequendo vestigia hominum, non Christi. ET PASCE HAEDOS TUOS: non, sicut Petrus, oves meas. Et ubi pasce haedos tuos? IN TABERNACULIS PASTORUM: divisa in tabernaculis pastorum, non tabernaculo pastoris. HABEO ALIAS OVES, QUAE NON SUNT DE HOC OVILE: OPORTET ME EAS ADDUCERE, ET VOCEM MEAM AUDIENT; ET ERIT UNUS GREX, ET UNUS PASTOR.

Nuntiat Augustinus unum ex quatuor Eunomianis factum esse catholicum.

4. Nuntio ergo caritati vestrae, hesterna die non frustra nos fuisse severos: acrimonia disciplinae lucrati sumus. Unus ex illis quatuor hodie haeresem Arrianorum et Eunomianorum cum ipso Arrio et Eunomio anathemavit, catholicus factus est. Itaque quem hesterna die ostendimus cavendum, hodie ostendimus diligendum. Ergo commendo eum vobis, quem iam gaudentes, non suspicientes, videatis. Commendo etiam ut pro ceteris oretis. EXPLICIT TRACTATUS DE SABBATO OCTAVARUM SANCTAE PASCHAE · III ·

XVIII.

Guelferb. Serm. XVIII, p. 68-70: cod. fol. 83^{r}-84^{v}. Sermo item nondum quod sciam in lucem editus, pariterque Augustino omni exclusa dubitatione vindicandus. In eodem versatur argumento, quo et sermones 224. 258. 260; quod vero « de dominico die octavarum sanctae Paschae » inscriptus est, ita fere in antiquioribus codicibus sermones 148 et 259 praenotantur, qui eadem die habiti sunt. Animadvertit contionator, ante octo dies hoc cantatum esse a fidelibus, quod hodie: HIC EST DIES QUEM FECIT DOMINUS, a se porro ex Geneseos exordio verbisque Pauli ad Ephes. 5, 8 explanatum fuisse; idem nunc de occulta inter homines divisione lucis ac tenebrarum interpretatur, infantesque in Christo renatos adiurat, ut « miscendi hodie numero populorum » quos imitentur eligant, ac fideliter vivant, qui fideles vocantur.

[5] Christi] *scripsi;* Christum *G* [9] audiunt [11-14] hesterna] externa *G* [12] acrimonia] *conieci;* carimonia *G* [14] anathemabit [16] suspicientes] *scripsi;* suscipientem *G*

[3] *ex nobis*] I Ioh. 2, 19. Cf. serm. Denis 12, 5: « Exi!... Videte de quibus dictum est, Ex nobis exierunt » etc.

[5 sq.] *non, sicut Petrus, oves meas*] Cf. serm. 146, n. 2: « Exclusis autem quid dixit in Canticis canticorum? Ad ecclesiam loquens, sponsus ad sponsam, ait: Nisi cognoveris temetipsam, pulchra inter mulieres... exi tu in vestigiis gregum, non in societate gregis; et pasce haedos tuos, non quomodo Petro dictum est, oves meas » etc.

[10] *pastor*] Ioh. 10, 16.

INCIPIT TRACTATUS DE DOMINICO DIE OCTAVARUM SANCTAE PASCHAE.

Primo die dominico agnoscit caritas vestra, hoc est, ante istos octo dies hoc nos domino cantasse, quod hodie: HIC EST DIES, QUEM FECIT DOMINUS. Quis enim est dies, quem non fecit dominus? Sed per nomen diei commendare volebat Spiritus dei praecipuum quoddam opus dei. Quid autem melius in omnibus operibus dei, quam homo fidelis? Sicut enim et illo die vobis commemoravimus, in primis operibus mundi DIXIT DEUS, FIAT LUX, ET FACTA EST LUX. ET DIVISIT DEUS INTER LUCEM ET TENEBRAS; ET LUCEM VOCAVIT DIEM, ET TENEBRAS NOCTEM. Si ergo lucem vocavit diem, sine dubio illi, quibus dicit apostolus FUISTIS ALIQUANDO TENEBRAE, NUNC AUTEM LUX IN DOMINO, dies sunt. Omnes sancti, omnes fideles, ac per hoc omnes iusti — quia IUSTUS EX FIDE VIVIT — simul omnes in unitate concordissima dies sunt; et ipsa omnium unitas unus est dies. Quomodo enim non dies unus, de quo dicitur in Actibus apostolorum, ERAT ILLIS ANIMA UNA ET COR UNUM IN DOMINO? Divisit plane deus etiam hominibus inter diem et noctem, inter lucem et tenebras: luci daturus aeternitatem, tenebris damnationem. Nondum apparet modo, sed deus iam divisit. Vivit homo male, et forte in praedestinatione dei lux est: et vivit alter bene, et forte in praedestinatione nox est. Ideo autem deus divisit, et ipsam divisionem occultam apud se habet, ne superbiat dies, et fiat nox. Sunt enim quidam, qui suae virtuti volunt tribuere quod iusti sunt, et corde tartareo atque ore sacrilego audent dicere: Deus nos homines fecit, iustos autem ipsi nos facimus. Si iustos ipsi se faciunt, non est iste dies quem fecit dominus. Dicat ergo fidelis, et ex tenebris factus lux, cui dicit apostolus, Fuistis aliquando tenebrae, nunc autem lux in domino; dicat cum ipso apostolo: NON SUM DIGNUS VOCARI APOSTOLUS, QUIA PERSECUTUS SUM ECCLESIAM DEI. Ecce nox, ecce tene-

Optimum dei opus, homo fidelis.

In praedestinatione dei lux et tenebrae iam divisae.

Sicut nos homines, ita iustos deus facit.

1 sq. *titulus ex inscriptione ad calcem posita* 5 non] *quod in G desideratur ego supplevi* 6 diei] *ex* domini *emendavi* 11 illi] s *in fine erasa* 12. 27 nunc] nun *G* 22 aput 23 sue *s. l. ex* sua *corr.* virtute *G*

5 *dominus*] Ps. 117, 24.

6 sq. *diei... dei*] Cf. infra, serm. Guelferb. 30, 1: « Fugit te dies amatus, accedit deus desideratus ».

11 *noctem*] Gen. 1, 3. 4. 5; cf. serm. 223. 226. 258.

12 *domino*] Eph. 5, 8.

14 *vivit*] Rom. 1, 17.

17 *domino*] Act. 4, 32.

24 *corde tartareo*] Cf. serm. 219: « tartarea impietate ».

29 *dei*] I Cor. 15, 9.

brae. Quando persequebatur ecclesiam dei, TENEBRAE ERANT SUPER ABYSSUM. Vocavit eum dominus desuper: SAULE, SAULE, QUID ME PERSEQUERIS? Elisae sunt tenebrae, surrexit lux; coepit praedicare quem persequebatur, et dixit: Non sum dignus vocari apostolus, quia persecutus sum ecclesiam dei. Unde tibi ergo quod es? GRATIA DEI SUM QUOD SUM. Hic est dies quem fecit dominus.

2. Alloquor itaque vos, unus dies, infantes male nati ex Adam, bene renati in Christo. Videte quia dies estis, videte quia fecit vos dominus. Fugavit a cordibus vestris tenebras peccatorum, innovavit vitam vestram. Miscendi estis hodie numero populorum: eligite quos imitemini, nolite vobis eligere perditos, cum quibus pereatis. Nolite dicere: Quare, iste non fidelis est? et inebriatur. Quare, iste non fidelis est? et habet uxorem, habet et concubinam. Quare, iste non fidelis est? et cottidie pro lucris mendacium iurat. Quare, iste non fidelis est? et pecuniam suam dat in usuram. Quare, iste non fidelis est? et pythonissam interrogat. Quare, iste non fidelis est? et quando illi caput dolet, caracteres sibi ad collum ligat; et qui non vult mori, ad collum sibi ligat. Si ista dixeritis, peritis. Contestor vobis coram deo et angelis eius: quod nostrum fuit, dedimus quod accepimus; nec nos dedimus, sed per nos datum est. Pecunia dominica est: praerogatores sumus, non largitores. Dominum communem habemus, cibaria conservis metimur: de ipso horreo et nos vivimus. ⟨Non⟩ nostri sumus, sed eius qui pro nobis pretium sanguinem suum ⟨fudit⟩. Simul redempti sumus, unum pretium omnes habemus: frumentum nostrum est sanctum evangelium. Fratres nos fecit de servis, qui redemit: coheredes nos unicus fecit. Unus erat, et fratres habere dignatus est: nolite oblivisci istam dignationem, carissimi. Fideles vocamini, fideliter vivite: domino vestro in corde et moribus vestris fidem servate. Nolite vos commiscere moribus malis in turba christianorum malorum. Videte quod dico: grana estote. Palea abundat in area, sed ventura est ventilatio, separabitur palea: neque una stipula tecum intrat in horreum,

Neophyti miscendi numero populorum, eligant quos imitentur.

2 vocabit 9 fugabit... innovabit 15 sq. phytonissam 19 quod accepimus] *minus recte coniungit G cum sqq.* 20 sed] *postea mutat. in* quod, *vereor ut recte* 22 metemur non] *supplevi ego* 23 praecium saguinem suum *G;* fudit *ex coniectura supplevi* 25 fratres] *ex* frater *s. l. corr.*

2 *abyssum*] Gen. 1, 2

2 sq. *persequeris?*] Act. 9, 4.

10 *miscendi estis hodie numero populorum*] Cf. serm. 260, n. 1: « qui hodie miscendi sunt populo » et subscriptionem eiusdem serm. in *G*: « quando infantes miscendi sunt populo dei»; item serm. 224, n. 1: « Hodierno die baptizati in Christo et regenerati universo populo dei celebrata sacramentorum sollemnitate miscendi sunt ».

25 *fratres nos fecit de servis*] Refer te ad brevem allocutionem de S. Eulalia, serm. Morin 2, 1: « fecit... de servis fratres ».

neque unum granum vadit in ignem. Novit separare, qui potuit congregare: erras, si dominum errare putas. Novit vos, qui creavit vos, et recreavit vos; si enim tantum creasset, et non ⟨re⟩creasset, intr⟨ar⟩etis in massam perditionis. Numquid dico vobis, fratres mei, quia non poteritis invenire christianos bene viventes? Absit, ut hoc sentiam de area domini mei. Si hoc ita est, ut quid laboro? Videte bonos, quos imitemini: estote, et invenietis. Si autem mali esse coeperitis, omnes malos esse credetis: et mendacium est, fallimini. Longe attenditis aream, ideo sola palea vobis occurrit: accedite, quaerite, manum implete, oris iudicium adhibete; excutitur inde totum quod volat, et remanet quod grave est. Invenietis bonos christianos, credite mihi: bonos coniugatos, exhibentes fidem uxoribus suis: bonas feminas coniugatas, exhibentes fidem maritis suis. Quaerite, et invenietis: estote, et non vos latebit. Simile ad simile occurrit. Granum es? applicas te ad granum. Palea es? applicas te ad paleam. Invenietis qui non dant pecuniam suam ad usuram, invenietis qui plus oderunt fraudem quam damnum: invenietis istos. Incipite esse, et videtis quam multi sunt. Pauci sunt, sed in comparatione multorum. Ventilat⟨ur⟩, et massa est. Ventilaturus est ille, QUI FERT VENTILABRUM IN MANU SUA.

Quam multi sint boni Christiani, non nisi a bonis agnoscitur.

3. Modo, carissimi, et alloquor, qui esti⟨s⟩ fideles olim baptizati, anno priore baptizati, superioribus annis baptizati, et vos alloquor: per ipsam viam ite, qua non pereatis, si isti sequi voluerint. Ad vestrum enim iudicium pertinebit, si cum vestris moribus malis et peritis, et perditis. EXPLICIT TRACTATUS DE DOMINICO DIE OCTAVARUM SANCTAE PASCHAE.

Ad fideles olim baptizatos.

XIX.

Guelferb. Serm. XIX, p. 71-72: cod. fol. 52^{v}-53^{r} et 84^{v}-85^{r}. Pauca quidem verba, sed ea inedita, et quae Augustinum omnino referant, de merito fidei in Christum a mortuis resurgentem, deque eodem Christo ubicumque potuerimus praedicando. Quod sane mireris, bis occurrit in nostra collectione haec allocutio: primo quidem n. XXXIII pro ipso Paschae dominico, deinde post tractatum LII ex alio exemplari, ut videtur, exscripta (= G^{2}) diei dominico octavarum Paschae adsignatur: cuius locum proprium hunc potius esse crediderim, cum ad Psalmum 115 CREDIDI ea referatur, quem ex sermone 257 dominico post Pascha

3 recreabit... et non creasset *G* intretis 11 bonos] *ex* bonus *s. l. corr.* 14 ad simile] m *in fine erasa* 14 sq. aplicate ad granum 15 palea es] *scripsi;* paleas, *corr.* paleam, *deinde* palea *G* 18 ventilat 22 ipsum *corr.* 23 malos

19 *sua*] Matth. 3, 12.

cantari solitum fuisse apparet. Quod autem ultimo dicitur « quia multa agenda sunt », idem initio statim sermonis 260, qui eodem die habitus est, exprimitur: « Ne moras faciamus acturi multa »; ubi multa ista, quae agenda erant, ad ritum, quo neophytis hac die vestes albae deponendae erant, fortasse referuntur. Hucusque series tractatuum ad singulos paschalis sollemnitatis dies pertinentium, quae sane contionum et numero et oeconomia prae ceteris huius collectionis partibus insignis est.

INCIPIT TRACTATUS
DE DOMINICO OCTAVARUM SANCTAE PASCHAE · II ·

Beati apostoli cum mirabilia facerent et sanitates in nomine Christi, zelo impleti Iudaei prohibuerunt illos loqui in eius nomine, qui elegerat eos, et ut tales essent donaverat eis. Responderunt autem dicentes: SI IUSTUM EST CORAM DEO VOBIS MAGIS OBOEDIRE QUAM DEO, HOC IUDICATE; NON ENIM POSSUMUS QUAE VIDIMUS ET AUDIVIMUS NON LOQUI. Professi sunt se testes Christi; testes autem qui dicuntur latine, graece martyres vocantur. Dicentes ergo, Non possumus nisi quae vidimus et audivimus loqui, contemserunt hominum prohibitionem, ut haberent dei benedictionem. Illi viderunt et audierunt: nos quid? Debemus et nos praedicare. Sed non vidimus. Certe quod audivimus praedicemus; quia dicit apostolus: IGITUR FIDES EX AUDITU, AUDITUS AUTEM PER VERBUM CHRISTI. Christum dominum in carne vidit Iudaea, gentes non viderunt; et tamen non videntes audierunt et crediderunt, videntes contemserunt et occiderunt. Nos ergo eramus audituri, non visuri; servatur autem nobis visio, ut quod modo credimus in fine saeculi videamus. Nos ergo praevidebat ipse dominus, quando in prophetia dicebat: POPULUS QUEM NON COGNOVI, SERVIVIT MIHI; quem cognovi restitit mihi, quem non cognovi servivit mihi. Unde autem tibi servivit populus quem non cognovisti, id est, cui praesentiam carnis tuae non exhibuisti, quorum oculis cicatrices tuas post resurrectionem non ostendisti, unde tibi servivit? Sequere, et audis: IN OBAUDITU AURIS OBAUDIVIT MIHI.

Exemplo apostolorum debemus et nos praedicare.

1 sq. *ita ad calcem sermonis* G^2; de dom. sancte pasce G^1 3 sanitatis G^2, *omisso* et 8 se] *om.* G^2 15 tamen] tam G^2 16 qui eramus audituri et non visuri G^2 17 quod modo] *scripsi;* quomodo $G^{1.2}$; *cf. serm. Guelferb.* 7, *1, supra p. 462, l. 15* 20 quem n. c. serv. mihi] *om.* G^1 22 occulis G^2

7 *loqui*] Act. 4, 19. 20

14 *Christi*] Rom. 10, 17

21 *praesentiam carnis tuae*] Cf. Enarr. in Ps. 17, n. 45: « Populus gentium, quem corporali praesentia non visitavi, servivit mihi », itemque infra serm. Guelferb. 24, 5.

24 *mihi*] Ps. 17, 45.

2. Dicite ergo et vos: Non possumus quod audivimus non loqui et praedicare dominum Christum. Quisque ubi potest praedicet, et martyr est. Aliquando autem homo non patitur persecutionem, et timet confusionem. Contingit illi convivari, verbi gratia, inter paganos, et erubescit se dici Christianum. Si expavescit convivatorem, quomodo potest contemnere persecutorem? Praedicate ergo Christum, ubi potueritis, quibus potueritis, quomodo potueritis. Exigitur a vobis fides, non eloquentia: fides de vobis loquatur, et Christus loquitur. Si enim est in vobis fides, habitat in vobis Christus. Audistis psalmum: CREDIDI, PROPTER QUOD LOCUTUS SUM. Non potuit credere, et obmutescere. Ingratus est implenti, qui non fundit: quo quisque ergo impletus fuerit, debet fundere. Talis enim in illo nascitur fons, qui fundere novit, siccare non novit: FIET IN EO FONS AQUAE SALIENTIS IN VITAM AETERNAM. Securi enim praedicatis, quia non mentimini de fonte veritatis: accepistis, quod in lingua ructatis. Nam si de vestro dicere volueritis, mendaces eritis: hoc dicit ipse psalmus: EGO DIXI IN EXTASI MEA, OMNIS HOMO MENDAX. Quid est, omnis homo mendax? Omnis Adam mendax. Expolia te Adam, et induere Christum, et non eris mendax. Sufficiant caritati vestrae, quia multa agenda sunt. EXPLICIT TRACTATUS DE DOMINICO OCTAVARUM SANCTAE PASCHAE · II ·

Quisque ubi potest praedicet, et martyr est.

Ingratus est implenti, qui non fundit.

Multa agenda in die octava Paschae.

XX.

Guelferb. Serm. XX, p. 73-76: cod. fol. 87r-88v. Sermonum « de quadragesima Ascensionis domini » Possidius quoque ipsissimis verbis meminit in Indiculo, c. 8 et 9. Ex tribus porro, qui in codice habentur, hic primus et ineditus est, et mea quidem sententia certo Augustinianis adnumerandus; cuius splendore adeo accensi sunt auditores, ut prae admiratione exclamaverint, quod iis verbis sanctus episcopus testatur: « Acclamatis, elegistis... Quid ostendi, ut clamaretis? Aliquos pulchros colores, aliquas venustissimas formas, aurum, argentum ostendi? Gemmas vobis inspiciendas aliquas protuli? Nihil horum: tamen acclamastis, et acclamando vos elegisse significastis ».

4 confusionem] G^2; confessionem G^1 5 expaviscit G^1 6 sq. potueritis] *trino loco ex* potueris *corr.* G^1 7 exigitur] enim *add.* G^2 10 ommutescere G^2 11 inplenti G^2 15 ructatis G^2

10 *sum*] Ps. 115, 10.

13 *siccare*] Absolute, cuius exempla non desunt: cf. supra p. 109, l. 6. 7. 10.

13 sq. *aeternam*] Ioh. 4, 14.

17 *mendax*] Ps. 115, 11.

18 *et induere Christum*] Sententia plane Augustiniana, quae occurrit verbi gratia in serm. 166, n. 2: « Si deponis mendacium, exue Adam; si loqueris veritatem, indue Christum »; n. 4: « Noli esse Adam, et non eris homo; si non homo, non utique mendax, quia omnis homo mendax ».

19 *multa agenda sunt*] Serm. 260 init.: « Ne moras faciamus, acturi multa... »; serm. 226 circa fin.: « Satis sint vobis pauca ista, quoniam et post laboraturi sumus... »

INCIPIT TRACTATUS DE QUADRAGESIMA ASCENSIONIS DOMINI.

Ascensionem domini in caelum cum carne in qua surrexit dominus hodie celebramus: anniversaria sollemnitas non factum revocat, sed memoriam renovat. Ascendamus interim cum illo corde, certi sumus quod sequimur et carne. Non inaniter modo audivimus SURSUM COR; nec sine causa nos exhortatur apostolus dicens, SI RESURREXISTIS CUM CHRISTO, QUAE SURSUM SUNT QUAERITE, UBI CHRISTUS EST IN DEXTERA DEI SEDENS; QUAE SURSUM SUNT SAPITE, NON QUAE SUPER TERRAM. Tollite vos de terra: non potest corpus, sed volet animus. Tollite vos de terra: in terra labores tolerate, in caelo requiem cogitate: bene hic agatur, ut ibi semper maneatur. Non est locus cordis in terra, ubi servet integritatem suam: si fuerit in terra, corrumpitur. Quod pretiosum habet unusquisque, sursum levat: multi homines, immo omnes homines, quando audiunt in terra aliqua bellorum imminere pericula, quicquid carum habent, quaerunt ubi servent. Nonne sic est? potest quisquam in genere humano aliter esse, quam dico? Argentum habet, aurum habet, gemmas habet, monilia pretiosa habet, vestes caras habet: quaerit ubi servet, utique ne perdat quod habet. Melius sursum ponat quod melius habet, sursum ponat. Quid melius habet corde suo? De corde possidentur terrena. Denique parvuli pueri, quia nondum habent sensum et intellectum in usu — habent enim sepositum, nondum in eis evigilavit quod creatum est — numquid possident? Nascitur heres futurus omnium rerum, et quamvis eius iam iure sint omnia, nondum tamen possidet sua, quia unde possideat nondum habet. Ideo dixit apostolus, QUAMDIU HERES PARVULUS EST, NIHIL DIFFERT A SERVO. Unde ergo aliquid possidemus in terra, cor est, intellectus est, sensus est, ingenium est, ratio est, cogitatio est, consilium. Quanta dixi, et quid dixi? Quis enim conprehendit se? quanto minus illum, qui fecit se? Ibi commendemus quod carum habemus. Circum inspicite omnia vestra, fratres mei, et invenite quid carius habeatis. Ego et avaros ammoneo: quanto facilius me audiunt non avari! Convinco avaros: O tu avare homo adquisitor, undecumque sive honeste sive turpiter lucra

«Sursum cor» ante tractatum.

Pretiosa quaeque, imminente bello, securo loco reconduntur.

Parvuli pueri quare nihil possident.

1 *hic quoque inscriptionem, quae ad calcem legitur, in fronte praeposui* 6 exortatur apostolos *G* resurr.] *in* consurr. *post. sine causa mut.* 19 corde *1° loco*] quam *ante expuncto* 21 usu] m *in fine erasa* 22 evigilabit 28 quando minus 30 et *2° loco*] *post. perperam deleto* avaros] *ex* avarus *corr.*

8 *super terram*] Col. 3, 1. 2: ubi tamen solet 25 *servo*] Gal. 4, 1. Aug. *sapite... quaerite* inverso ordine legere.

conquirens, congeris ad te multum lutum: lutum colligis, et ne ibi haereas non pertimescis, cara sunt tibi terrena. Homo es, corpus habes, animam habes: in ipso corpore tuo prius quaero quid carius habeas? Puto, nihil invenis in corpore tuo oculis carius. Denique qui multum amant hominem, dicunt: Sic te amo, quomodo oculos meos. Gradus faciamus ad id, quod cupio demonstrare. In membris tuis nihil tibi est oculo carius. Attende nunc thesauros tuos, attende quod servas. Si quis tibi diceret; Aut das mihi quod servas in terra, aut modo aufero oculos tuos; nonne totum dares pro oculis tuis? Totum dares, ne in tuis divitiis caecus remaneres: non enim possideres, quod nondum videres. Et avaritia quidem tua possidet aurum, extremam nescio quam et exiguam partem terrae: oculis tuis possides caelum, oculis tuis respicis solem, oculis tuis consideras sidera, per oculos tuos mundi possessor es. Et quid multa dicam? Interroga te, respondebit tibi anima tua pro corpore suo: Totum da, serva fenestras meas. Hoc tibi dicit anima tua: Duas fenestras habeo in facie tua, per ipsas video lucem istam: da aurum, ne claudantur fenestrae meae. Totum ergo das pro oculis tuis.

Nihil in corpore oculis carius.

2. Certe nihil habes oculis carius: nihil quidem, sed in corpore. Nam ostendo aliquid carius quod habeas quam oculos tuos: modo confiteberis, cui loquor, carior est in te quam oculi tui. Cui loquor, dico, non per quod loquor: per aurem mentem convenio, per aurem mentem excito, per sonum menti loquor, mentem exhortor, mentem aedifico. Quaero ab ipsa mente, et de ipsa mente, et interrogo hominem hoc modo. Iam dudum dicebam, si quis tibi vellet auferre thesauros aut oculos, unum de duobus, eligeres oculos: quamvis dolens, amitteres thesauros, ne perderes oculos. Modo de ipsis oculis interrogo. Si utrumque liceat tenere, felicitas est, oculos et mentem. Si non liceat utrumque, et unum horum proponatur: Elige quod melius est, perdere oculos corporis, an mentem. Si perdideris mentem, pecus eris; si perdideris oculos, habebis mentem, homo eris. Dic, elige quod velis. Quid vis esse, homo caecus, an vivens pecus? Acclamastis, elegistis: quod elegistis, unde vidistis? quid ostendi, ut clamaretis? Aliquos pulchros colores, aliquas venustissimas formas, aurum, argentum ostendi? gemmas vobis inspiciendas aliquas protuli? Nihil horum: tamen adclamastis, et acclamando vos elegisse significastis. Unde vidistis quod elegistis, ipsa est mens, cui loquor. Unde elegisti quod audisti per ver-

Oculis tamen carior ipsa mens.

Acclamatio auditorum.

1 atte 6 menbris 23 exortor 29 oculis 34 benustissimas 36 aclamando 37 unde elegistis

5 *quomodo oculos meos*] Idem supra habes p. 103, l. 25.

bum meum, hoc crede in verbum dei. Hoc audis et facis, cum dicitur SURSUM COR. Christum cogita sedentem in dextera Patris: cogita venturum ad iudicandum vivos et mortuos. Fides cogitet: fides in mente est, in fundamento cordis est fides. Quis pro te mortuus sit, vide: attende ascendentem, ama patientem: attende ascendentem, et tene morientem. Pro tanto promisso pignus habes, quod tibi promisit Christus: quod fecit hodie, ascensio ipsius, promissio est tibi. Sperare debemus resurrecturos nos, et ascensuros ad regnum dei, et ibi cum deo semper futuros, sine fine victuros, sine ulla tristitia laetaturos, sine molestia permansuros. Ibi non tibi dicetur, Cave malum, sed, tene bonum. Magnum est quod promittitur: quando sibi auderet hoc promittere timida et inbecilla mortalitas? quando sibi auderet pollicere ista putredo? considerans quid esset, quando sibi ista promitteret? Promisit illa deus. Ut credas, inquit, quia ascendes ad me, prius descendo ad te; et ut credas quia vives de me, prius morior pro te. EXPLICIT TRACTATUS DE QUADRAGESIMA ASCENSIONIS DOMINI.

Magnum promissum Christi, pro quo pignus ascensio est.

XXI.

Guelferb. Serm. XXI, p. 76-78: cod. fol. 92v-93v. Tres in oratione, quam heic exhibet codex Guelferbytanus, partes discernendae sunt: 1° exordium adventicium decem fere versibus constans, quod ipsum sermoni « De ascensione domini » ex cod. Silensi a me dudum edito (serm. Morin 9) pariter praemissum est; 2° pars prior sermonis Augustini 263, ab his verbis, n. 1 « Festus enim nobis, carissimi, hodiernus est domini ascensionis dies. Resurrectionem ipsius domini Pascha celebravimus, ascensionem hodie celebramus » et reliqua usque n. 2, vers. 5 « Totum hoc fide tenemus, oculis cordis intuemur ». Abhinc vero alio prorsus modo oratio concludit « Laudati sumus, quia non vidimus... usque ad consummationem saeculi »; quae clausula profecto Augustinum sapit, eademque sermonis est inter Maianos 44, qui rursus ut sermo apud Maurinos 263 incipit. Vides igitur tres omnino editiones inter se partim convenire, partim plus minus discrepare: ex quibus cuinam fides potissimum habenda sit si quaeras, aperte respondeo, nulli. Nam, quod ad nostram Guelferbytanam adtinet, exordium, ut dixi, aliunde ascitum ideoque resecandum est: cui adaptando nonnulla ex sermonis 263 exordio verba pessum data sunt. Iterum quem ex duobus codicibus sermonem A. Mai evulgavit, is quoque, licet initio cum sermone Maurin. 263, conclusione cum nostro conveniat, numero tamen toto 1 a verbis « Christi enim resurrectio » ex Maximi Taurinensis homiliis 60 et 57 emanavit, ut praetermittam textum mire ubique depravatum, ac fere nullam auctoritatem habere. De ipso demum, qui inter genuinos 263us hactenus habitus est, quid dicam, qui

1 in verbum] *pro* in verbo? 8sq. resurrecturus... ascensurus... futurus... victurus... laetaturus 11·12 audiret

duplici saltim loco centonem se esse ostendit? Nam n. 2 initio, a verbis « Hodie enim, sicut auditis, fratres, dominus noster Iesus Christus ascendit in caelum », quibus a Maiano nostroque discedit, quasi novus manifeste sermo exorditur, qui et apud veteres editores et in ipsis Maurinorum manuscriptis cum eodem n. 2 in haec verba desinit: « si non premat spiritum sarcina peccatorum »; quae autem n. 3 et 4 leguntur, licet plane Augustiniana sint, cum superioribus non cohaerent. Hoc itaque visum est, ut vel brevem allocutionem primum ab integro restituerem, qualis ex triplici fonte resectis interpolamentis emergit; quam ea de causa hisce ineditis sermonibus adiungendam duxi, quod praecipue Guelferbytani codicis ope quasi e tenebris in lucem ea quoque vocata sit. Qua in re exemplum Maurinorum sequor, qui sermoni 380, « in omnibus libris, etiam manuscriptis » interpolato ac vitiato absque manuscriptorum auctoritate praeter morem suum quin medicam manum admoverent minime cunctati sunt.

INCIPIT TRACTATUS
DE QUADRAGESIMA ASCENSIONIS DOMINI · II ·

Glorificatio domini nostri Iesu Christi resurgendo et ascendendo completa est. Resurrectionem ipsius Paschae dominico celebravimus: ascensionem hodie celebramus. Festus nobis dies uterque. Ideo enim resurrexit, ut nobis exemplum resurrectionis ostenderet; et ideo ascendit, ut nos desuper protegeret. Habemus ergo dominum et salvatorem nostrum Iesum Christum prius pendentem in ligno, nunc sedentem in caelo. Pretium nostrum dedit, cum penderet in ligno; collegit quod emit, cum sedet in caelo. Cum enim omnes collegerit, quos utique per

[3] Glorificatio domini] *aliter, ut dixi, sermo in G exorditur:* Ascensionem domini hodie celebramus, carissimi fratres: celebratio enim nostra tunc vera est, si ad illum corde ascendamus. Ascendamus ad eum, quia descendit ad nos vivere nobiscum, sed mori pro nobis, et ad hoc mori, ne nos in aeternum moreremur. Ascendamus ergo ad eum interim mente, quia non possumus corpore. Scalae autem nostrae sunt, non gradus quibus innitimur, sed mores quibus proficimus. Unde dicit etiam apostolus Paulus: « Si resurrexistis cum Christo, quae sursum sunt sapite, non quae super terram. Mortui enim estis, et vita vestra abscondita est cum Christo in deo; cum Christus apparuerit vita vestra, tunc et vos cum illo apparebitis in gloria ». Ille itaque ascendit, qui terrena tolerat, et caelestia concupiscit. Festus enim nobis, carissimi, hodiernus est domini ascensionis dies. Resurrectionem ipsius domini pascha celebravimus, *et reliqua ut supra l. 5 sqq.; cf. serm. Morin 9* et ascendendo] μ (= *Aug. serm. 263 edit. Maurin.*); et in caelos hodie ascendendo β (= *serm. ex Maianis 44*) [4] resurrectionem] *G* μ *et ap. Mai cod. C;* resurrectionis diem β paschae dominico] $\mu\beta$; domini pascha *G* [5] ascensionem] *G*μ; ascensionis vero diem β uterque] *add.* inluxit β [7] protegeret] *hoc loco in* β *multa sunt ex Maximi Taurin. homil. 60 et 57 interpolata* Habemus ergo] *ab his verbis* β *n. 2 ad textum genuinum revertitur* [8] Christum] *add.* credimus enim illum β [9] collegit] *G*β; colligit μ [9sq.] quod emit] *G*μ; quos redemit β [10] sedet] *G*μ; sedit β

tempora collegit, in fine temporis veniet, et, quomodo scriptum est, DEUS MANIFESTUS VENIET: non quemadmodum primo venit occultus, sed sicut dictum est, manifestus. Occultum enim eum oportebat venire, ut iudicaretur; manifestus autem veniet, ut iudicet. Si enim prius manifestus veniret, iudicare manifestum quis auderet? Quando quidem dicit apostolus Paulus: SI ENIM COGNOVISSENT, NUMQUAM DOMINUM GLORIAE CRUCIFIXISSENT. Sed si ille non occideretur, mors non moreretur: trophaeo suo diabolus victus est. Exultavit enim diabolus, quando hominem primum seducendo deiecit in mortem. Primum hominem seducendo occidit: occidendo novissimum, de laqueis primum perdidit.

Occultum Christum venire cur oportebat.

2. Facta est ergo vera victoria domini nostri Iesu Christi, cum resurrexit et ascendit in caelum; impletumque est quod audistis, cum Apocalypsis legeretur, VICIT LEO DE TRIBU IUDA. Ipse leo dictus est, ipse agnus dictus est: leo propter fortitudinem, agnus propter innocentiam: leo quia invictus, agnus quia mansuetus. Et iste agnus occisus morte sua vicit leonem, qui quaerit quem devoret. Dictus est enim diabolus leo feritate, non virtute. Apostolus quippe ait Petrus: Vigilare nos oportet adversus temtationes, QUIA ADVERSARIUS, inquit, VESTER DIABOLUS CIRCUIT QUAERENS QUEM DEVORET. Sed quomodo circuit, dixit: SICUT LEO RUGIENS CIRCUIT, QUAERENS QUEM DEVORET. Quis non incurreret in dentes leonis huius, nisi vicisset leo de tribu Iuda? Contra leonem leo, contra lupum agnus. Exultavit diabolus, quando mortuus est Christus, et in ipsa morte Christi est diabolus victus: tamquam in muscipula escam accepit. Gaudebat ad mortem, quasi praepositus mortis: ad quod gaudebat, inde illi tensum est. Muscipula diaboli, crux domini: esca qua caperetur, mors domini. Ecce surrexit dominus noster Iesus Christus. Ubi est mors, quae pependit in ligno? ubi est insultatio

Christus leo et agnus.

[1] collegit] $G\beta$; colliget μ in finem β veniet] $G\mu$; veniens ipse restituit β *magis magisque corruptus, cuius paucas ideo lectiones, quae sua penitus probabilitate non careant, commemorasse sufficiet* [2] quemadmodum] $\mu\beta$; quomodo G primo] G; primitus μ [3] oport. eum $\mu\beta$ [5] veniret] $G\beta$; venisset μ audiret G [8] enim] G *unus* [9] hominem primum] $G\beta$; prim. hom. μ in morte G [9sq.] seduc. prim. hom. μ [10] primum de laqueis μ; primum de laqueo β [11] factus G vera] $G\beta$ *om.* μ dominus noster Iesus Christus G [12] impletumque] G; et impletum $\mu\beta$ [12sq.] apocalipsis G [13] ipse agnus] $G\beta$; qui agnus μ [14] dictus] G; occisus $\mu\beta$ [15] iste] $G\mu$; ipse μ [16] quaerit] $G\beta$; circuit quaerens μ [17] nos] $G\beta$; vos μ oportere β [18] inquit] β; inquid G; *om.* μ [19] quaerens] *om.* G [19sq.] Sed quomodo... quem devoret] *om.* G [23] in ipsa] $G\beta$; *om.* in μ est diabolus victus] $\mu\beta$; diabolus victus est G [24] aescam G [26] aesca G et ecce $\mu\beta$

[2] *veniet*] Ps. 49, 3.
[7] *crucifixissent*] I Cor. 2, 8.
[13] *Iuda*] Apoc. 5, 5.
[20] *devoret*] I Petr. 5, 8.

Iudaeorum? ubi est typhus et superbia caput ante crucem agitantium et dicentium, SI FILIUS DEI EST, DESCENDAT DE CRUCE? Ecce plus fecit, quam illi insultando exigebant: plus enim est de sepulchro resurgere, quam de ligno descendere.

3. Iam vero quanta gloria est, quod ascendit in caelum, quod sedet ad dexteram Patris? Sed hoc oculis non videmus, quia nec pendentem in ligno vidimus, nec resurgentem de sepulchro aspeximus. Totum hoc fide tenemus, oculis cordis intuemur. Laudati sumus, quia non vidimus et credidimus. Nam Christum viderunt et Iudaei. Non est magnum videre Christum oculis carnis, sed magnum est credere Christum oculis cordis. Si modo nobis Christus praesentaretur, et staret ante nos, et taceret, unde sciremus quis esset? Et deinde tacens quid nobis prodesset? Nonne melius in evangelio absens loquitur, quam praesens taceret? Et tamen non est absens, si corde teneatur. Crede in illum, et vides eum: non est ante oculos tuos, et possidet cor tuum. Nam si a nobis absens esset, quod modo audivimus mendacium esset, ECCE EGO VOBISCUM SUM USQUE AD CONSUMMATIONEM SAECULI.

Melius nobis praesens est, quam Iudaeis.

XXII.

Guelferb. Serm. XXII, p. 79-85: cod. fol. 105^{v}-108^{r}. De sancto Christi praecursore sermo ineditus: cui licet uno saltim loco nonnulla deesse videantur, tamen ea quae supersunt et sententiarum gravitate et eloquentiae splendore suum Augustinum clamitant auctorem; nec contra dicunt exempla sacrae scripturae ex antiqua versione adducta.

[1] tifus *G* [2] ecce] *Gβ*; et *μ* [6] occulis *G* videmus] *post. corr.* vidimus *G* [7] nec resurg. d. s. aspeximus] *Gβ*; *om. μ* [8] Laudati *etc.*] *haec clausula in Gβ tantummodo legitur, in μ vero quasi novus sermo incipit, idem qui inter Maianos 98; post* laudati *add.* quidem *β* [9] Iudaei] *add.* sed crucifixerunt eum *β* [10] credere *G;* tenere *β* [11 sq.] stans ante nos nihil nobis loqueretur, unde scire poteramus quis esset? *β* [12] Et] *om. β* [13] nonne] *β*; non *mut. in* nunc *G* [14] absens a nobis, si corde quidem teneatur *β* [15] et vides eum] et intus est *β, qui sic prosequitur:* non est quidem a. o. tuos, sed p. c. tuum [16] audivimus] *β interser.* non verum sed [17] sum] *add.* omnibus diebus *β*

[2] *de cruce*] Ex Mt. 27, 40 et 42: ut supra p. 494, l. 15.

[9 sq.] *Non est magnum videre* etc.] Cf. serm. Denis 17, 1: « Neque enim oculis carnalibus videre Christum, magnum fuit. Si hoc magnum fuisset, Iudaeorum gens prima salutem invenisset. Certe enim et illi viderunt... Si enim modo praesens esset in carne dominus... et stans taceret, quid nobis prodesset?... et modo loquitur, cum evangelium recitatur ».

[18] *saeculi*] Mt. 28, 20.

INCIPIT TRACTATUS DE NATALE SANCTI IOHANNIS BAPTISTAE · IIII ·

De Iohanne baptista, non evangelista, cuius hodie natalis celebramus diem, magnum diem, magnum est ipsius domini testimonium. Ait enim de ipso salvator noster, dominus eius et noster, ait de illo quid aliud quam veritas? IN NATIS MULIERUM NEMO EXSURREXIT MAIOR IOHANNE BAPTISTA. Ecce cuius hodie celebratur ista sollemnitas: quo nemo maior surrexit in natis mulierum. Sed adiecit ipse dominus, et ait: QUI AUTEM MINOR EST, IN REGNO CAELORUM MAIOR ILLO EST. Quid est, minor illo? Minor aetate, maior potestate. Iohannes, summus homo, sed tamen homo: de domino autem Christo valde parum est ut dicamus, summus homo, quia deus et homo. Diximus testimonium domini de Iohanne: dicamus testimonium Iohannis de domino. Recolite memoria, retinete testimonium domini, quod commemoravi, de Iohanne, quia in natis mulierum nemo exsurrexit maior Iohanne baptista. Ecce quod Iesus de Iohanne: quid Iohannes de Iesu? Primo videte quomodo implebatur testimonium domini de Iohanne. Ipse putabatur Christus: et audistis, quando prima lectio recitata est de Actibus apostolorum, quid narratum est et commemoratum, Iohannem dixisse: QUID ME SUSPICAMINI ESSE? NON SUM EGO CHRISTUS. Error hominum plus aliquid suspicabatur, sed humilitas quod erat confitebatur. Et videte quam facile fuit abuti errore hominum, et se iactare pro Christo. Non fecit, merito magnus, confitendo potentior quam superbe hinniendo. Numquid persuasurus illis erat quod ipse esset Christus? Iam hoc puta bant: confirmaret quod putabant: falleret de eo quod erat, dicendo se quod non erat. Et hoc si fecisset, ubi esset? VOS MISISTIS AD IOHANNEM, ait dominus Iesus Iudaeis: ILLE ERAT LUCERNA ARDENS ET LUCENS, ET VOS VOLUISTIS EXULTARE AD HORAM IN LUMINE EIUS: EGO AUTEM HABEO TESTIMONIUM MAIUS IOHANNE. Bona lucerna: merito fugit sub pedes petrae, ne extinguatur vento superbiae.

Testimonium domini de Iohanne, Iohannis de domino.

Prima lectio recitata de Actibus apost. 13, 25.

3 sq. caelebr. *G* 9 quid] *scripsi ;* quis *G* 13 sq. memoriam 19 Quid] *in* quem *mutandum esse falso primum putavi* 23 hinniendo] iniendo *G* 29 sub] sup *G*

9 *illo est*] Matth. 11, 11.

10 *maior potestate*] Cf. serm. Denis 11, 3: « Quid est, Qui minor est? Qui posterior aetate, maior maiestate ».

12 *quia deus et homo*] Serm. 287, n. 3: « Magnus homo Iohannes, sed plus quam homo Christus, quia et homo et deus ».

19 *Quid*] Iuxta graec. *Τί ἐμὲ ὑ. ε.*; *quem* Vulg.

20 *Christus*] Act. 13, 25.

29 *Iohanne*] Ioh. 5, 33. 35. 36.

30 *vento superbiae*] Cf. serm. 287, n. 3: « Omnino prostravit se, et prostravit se sub petra; lucerna enim erat, et vento superbiae timebat extingui »; item serm. 289, n. 4; 290, n. 1 etc.

2. Videte ergo, carissimi, quanta fuerit magnitudo Iohannis, et quomodo impletum est quod ait de illo dominus, In natis mulierum non exsurrexit maior Iohanne baptista. Certe Christus dominus erat, immo dominus est, qui erat ante Iohannem, qui erat ante Abraham, qui erat ante Adam, qui erat ante caelum et terram, quia OMNIA PER IPSUM FACTA SUNT: certe dominus erat, et in terra deus ambulabat, et Verbum caro factum erat; et tamen in discipulis eius non numeratur Iohannes. Recolite nomina discipulorum a primo usque ad ultimum. Est ibi Iohannes, sed evangelista, non baptista: iste ergo quantum ad humanum aspectum discipulus Christi non erat, immo suos etiam ipse Christi tempore discipulos colligebat. Denique Iudaei de discipulis Iohannis insultabant discipulis Christi, et calumniabantur, dicentes: QUARE DISCIPULI IOHANNIS IEIUNANT, ET DISCIPULI TUI NON IEIUNANT? Habebat discipulos Christus, habebat et Iohannes: baptizabat Iohannes, baptizabat et Christus. In natis mulierum est quia nemo exsurrexit maior Iohanne baptista: sed tamen quasi aemulus colligens discipulos, quasi contra Christum, sed tamen pro Christo. Quia tam magnus erat, ut Christus putari posset, ipse debuit Christo testimonium perhibere. Cui perhibet testimonium summus homo, plus est quam homo. Non sum quod putatis. Certe magnus sum, ut hoc putetis: non sum quod putatis. ET QUIS ES TU? dictum est ei. EGO SUM VOX CLAMANTIS IN DESERTO: PARATE VIAM DOMINO. Videte praecursorem, suscipite metatorem, timete iudicem. PARATE VIAM DOMINO, RECTAS FACITE SEMITAS EIUS: OMNIS MONS ET COLLIS HUMILIABITUR, ET OMNIS VALLIS EXALTABITUR: ET ERUNT TORTUOSA IN DIRECTUM, ET ASPERA IN VIAS PLANAS, ET VIDEBIT OMNIS CARO SALUTARE DEI. Non me, sed salutare dei. Videbit omnis caro salutare dei. Perhibet lucerna testimonium diei, quia Christus dies. Quid Iohannes? Lucerna. Sed quid opus erat lucerna? Quia abscondebatur dies: abscondebatur, donec pate-

Iohannes in discipulis Christi non numeratur, immo Christi tempore discipulos colligit.

Cui perhibet testimonium summus homo, plus est quam homo.

9 baptysta *G fere constanter in his de Iohanne tractatibus* 11 Christi] *scripsi;* Christus *G* 21 ei] s *in fine erasa* 28 Iohannis *G*

6 *sunt*] Ioh. 1, 3.

13 sq. *non ieiunant?*] Marc. 2, 18.

14 *habebat et Iohannes*] Eadem fere legere est in serm. 293, n. 6.

15 sqq. Laborat hic locus quadam verborum atque sententiarum inconsequentia; cui tamen medicam manum deficiente codicum auctoritate adponere non ausim.

21 *tu?*] Ioh. 1, 22.

22 *domino*] Ioh. 1, 23.

23 *timete iudicem*] Similiter serm. 289, n. 5: « sic intellege praecursorem, ut quaeras iudicem; sic audi praeconem, ut timeas iudicem ».

26 *dei*] Esai. 40, 3-5; porro testis est ipse Augustinus (serm. 288, n. 2; 289, n. 3), hunc prophetae locum die festo Praecursoris in ecclesia legi consuevisse.

retur: quia nec pateretur, nisi absconderetur. SI ENIM COGNOVISSENT, NUMQUAM DOMINUM GLORIAE CRUCIFIXISSENT.

3. Et tamen ne multum resistant diei, de lucerna confunduntur Iudaei: mittuntur ad Iohannem. Dixit: Non sum ego; qui in medio vestrum est, maior me est. Quantum maior? Certe dixerat dominus Christus, In natis mulierum nemo exsurrexit maior Iohanne baptista: qui autem minor est — de se ipso dicens, eo quod posterior in carne est — in regno caelorum maior illo est. Minorem se dixit: quantum maior esset non dixit. Sane, ne aliquid subripere videar, quia et ipse est utilis sensus, et a vero non aberrans, dicam et ipsum. In verbis ubi ait dominus, In natis mulierum nemo exsurrexit maior Iohanne baptista, qui autem minor est in regno caelorum maior illo est, et alius sensus est in alia distinctione verborum, si sic distinguas, IN NATIS MULIERUM NEMO EXSURREXIT MAIOR IOHANNE BAPTISTA; QUI AUTEM MINOR EST IN REGNO CAELORUM, MAIOR ILLO EST, ut intellegas in regno caelorum esse sanctos angelos, et dictum esse: qui minor est in sanctis angelis, maior est omnibus hominibus. Sive ille sensus, sive iste, non abhorret a fide: quia et hoc verum est, minorem esse Christum aetate, maiorem maiestate; et illud verum est, quantumlibet magnus sit homo, minus eum esse quam est angelus minor. Tamen audiamus Iohannem, quantum maiorem confessus fuerit dominum Iesum. Quia ipse dixit, QUI VENIT POST ME, MAIOR ME EST, audis maior me est, quaeris quantum maior. Si taceat, suspicemur, sed plane credamus: Iohannes enim servus, Christus dominus. Dicat Iohannes quantum: CUIUS NON SUM DIGNUS, inquit, CORRIGIAM CALCIAMENTI SOLVERE. Quantum se humiliasset, si se dignum esse dixisset! Si stat ille, vel sedet ille, et tu solvis corrigiam calciamenti, agnosco: dominus est ille, servus tu. Parum est hoc, inquit Iohannes, non sum dignus vel hoc. Responde ergo nobis, si fieri potest, quare non sis inter discipulos eius, quare extra discipulos collegisti. Ego, inquit Iohannes, ego non sum discipulus eius; sum,

Qui minor est in angelis, maior est omnibus hominibus.

Quantum se maiorem Iesum Iohannes confessus sit.

3 confunduntur] *recte suggessit D. De Bruyne;* condiuntur *G; cf. infra p. 513, l. 27* 22 non audis *G, negationem suggerente De Bruyne omisi; quid vero si legatur* dum audis*?* 25 inquid 26 solves 29 inter discipulis 30 Ergo

2 *crucifixissent*] I Cor. 2, 8.

5 *est*] Cf. Ioh. 1, 20. 26. 27.

7 *de se ipso dicens*] Serm. Denis 11, 3: « Sed quid ait, Qui autem minor est...? Se ipsum dicit » etc. Ubi nota quid Denis scribat de hoc interpungendi modo.

8 sq. *quantum maior esset*] Ibid. 2: « Maiorem se illum dicit. Dic, quanto maiorem? » etc.

15 *illo est*] Matth. 11, 11.

22 *est*] Cf. Ioh. 1, 27.

25 *solvere*] Ibid.

26 *si se dignum esse dixisset*] Serm. 387, n. 3: « Si se dignum diceret, quantum se humiliaret? »; serm. Frang. 7, 4: « Videte quantum minor esset, si dignus esset; quantum se humiliaret » etc.

sed ubi non videtis. QUI HABET SPONSAM, SPONSUS EST. Vox Iohannis est de domino Christo: qui HABET SPONSAM, SPONSUS EST; AMICUS AUTEM SPONSI STAT, ET AUDIT EUM. Certe non est discipulus eius: servus certe stante illo, amicus donante illo. Dixit enim et discipulis suis: IAM NON DICAM VOS SERVOS, SED AMICOS. Videte tamen discipulum in interioribus, in occulto, et in secreto sanctuarii. Amicus sponsi stat, et audit eum. Stet, et audiat eum: quia nisi audisset, cecidisset, similisque illi fuisset, de quo dicit ipse dominus: ILLE HOMICIDA ERAT AB INITIO, ET IN VERITATE NON STETIT. Diabulus in veritate non stetit, et cecidit cadens qui deicit. Iohannes autem stetit, et audivit eum. Et quid sequitur? ET GAUDIO GAUDET PROPTER VOCEM SPONSI. Ille verbum est, ego sum vox, Iohannes dicit. Vox est, et gaudio gaudet propter vocem sponsi. Tu enim vox, ille verbum; sed ille et verbum et vox. Quare dominus et verbum et vox? Quia VERBUM CARO FACTUM EST. Sicut enim verbum quod parit cor nostrum intus est in corde nostro, et latet eos qui sunt extra nos: sicut modo quod dicturus sum latet vos, me autem non latet; iam est in corde meo verbum: ut autem procedat ad vos, assumitur vox, et pervenit ad te quod latebat in me, nec, cum pervenit ad te, recedit a me. Si hoc verbum meum, quid Verbum dei? Qui erat apud Patrem, latebat apud Patrem: ut exiret ad nos, assumta est caro quasi vox; et ad nos processit, et a Patre non recessit. Et audierunt ista Iudaei dicentem, etiam ista Iohannem dicentem: NOS OMNES DE PLENITUDINE EIUS ACCEPIMUS. Quid est, nos omnes? Patriarcha erat, propheta erat, iustus quicumque erat, quilibet praedicator erat, ipse Iohannes erat, quo nemo maior surrexit in natis mulierum: omnes de illo fonte biberunt, ideo talia ructaverunt.

Iohannes discipulus et amicus Iesu, ubi homines non vident.

Iohannes vox est, Christus et verbum et vox.

4. Ergo a lucerna confunduntur Iudaei inimici occulto die. Et plane confusi sunt. Videte quemadmodum ipsum dominum interrogaverunt quodam die, et dixerunt: QUO USQUE ANIMAS NOSTRAS TOLLIS? SI TU ES CHRISTUS, DIC NOBIS PALAM. Calumniam parabant, non veri-

5 servus s. amicus 16 extra nos] *conieci;* quod nos, n *post expuncta G* 18 assummitur at te 20 aput 26 ruptaverunt 28 quem ammodum

2 *eum*] Ioh. 3, 29; quem locum simili ratione interpretatur August. serm. 293, n. 6.

5 *amicos*] Ioh. 15, 15.

9 *stetit*] Ioh. 8, 44.

11 *sponsi*] Ioh. 3, 29.

14 *factum est*] Ioh. 1, 14.

14 sq. *Sicut enim verbum* etc.] Eadem fere sententia iisdem verbis serm. 288, n. 2-4.

23 *accepimus*] Ioh. 1, 16.

23 sq. *patriarcha erat, propheta erat* etc.] Cf. serm. 289, n. 5: « Nos omnes de plenitudine eius accepimus. Quid est, nos omnes? Ergo patriarchae et prophetae et apostoli sancti... omnes nos de plenitudine eius accepimus. Nos vasa sumus, ille fons est ».

30 *palam*] Ioh. 10, 24, fortasse confusione quadam pro Luc. 20, 2, qui locus simili ordini sententiarum convenientius aptatur, serm. 128, n. 2; 293, n. 4; serm. Denis 11, 7; Tract. 2 in Ioh., n. 9.

tatem quaerebant. Quam diu, inquiunt, animas nostras tollis? quam diu nos suspendis? Si tu es Christus, dic nobis palam. Et ille ad eos: INTERROGO VOS ET EGO UNUM VERBUM: DICITE MIHI, BAPTISMA IOHANNIS UNDE EST? DE CAELO EST, AN EX HOMINIBUS? Fulsit sapientia, repressa est imprudentia; redierunt in se, qui processerunt ad illum. Qui processerunt calumniando, redierunt haesitando; et dixerunt inter se, vel apud se: SI DIXERIMUS, DE CAELO, RESPONDET NOBIS: QUARE NON CREDIDISTIS EI, quando testimonium perhibuit mihi? Si illi credidistis, me quare interrogatis? Si dixerimus, de caelo, hoc apud se respondebit nobis, Quare non credidistis ei? SI DIXERIMUS, AB HOMINIBUS, METUIMUS TURBAS, NE LAPIDENT NOS. Omnis enim turba Iudaeorum habebant Iohannem tamquam prophetam. Ideo lucerna ante diem videntes quicquid horum responderent contra se fuisse responsuros, responderunt: NESCIMUS. Quod sciebant, responderunt: Nescimus. Et dominus: NEC EGO VOBIS DICAM IN QUA POTESTATE ISTA FACIO. Quid dicturi erant? quid responsuri? Sine dubitatione confusi sunt, et inpleta est prophetia dicentis in psalmo: PARAVI LUCERNAM CHRISTO MEO. Videte quando dictum est, quando impletum est. Quando dictum sit, legite psalmum; quando impletum est, legite evangelium. Paravi lucernam Christo meo. Ut quid? INIMICOS EIUS INDUAM CONFUSIONE. O dura confusio! cotidie confunduntur, et non convertuntur.

Iudaeorum confusio de lucerna Iohanne in psalmo praedicta, in evangelio impleta.

5. Nos autem, carissimi, qui in locum praecisorum ramorum insiti sumus — si⟨c⟩ enim dicit apostolus — audiamus eundem, et non alta sapiamus; quicquid sumus boni, bono deo tribuamus: quicquid sumus mali, nobis inputemus. Rectum cor habet, qui in bonis suis

Quidquid sumus boni, deo tribuendum; quidquid mali, nobis imputandum.

3 baptysma 12 Ideo lucernam ante diem videntes *G;* lucerna *ablativo casu conieci ego; De Bruyne emendare proponit* id est, lucernam ante diem. Videntes *nescio an recte: cf. supra p. 512, l. 3 et p. 513, l. 27 et serm. Denis 11, 8:* « Inimici eius... prolato lucernae lumine confusi recesserunt » 23 sic] *emendavi ex* si

4 *hominibus?*] Luc. 20, 3. 4.

6 sq. *inter se vel apud se*] Utraque translatione verborum πρὸς ἑαυτοὺς antiqui scriptores christiani utuntur, posteriore tamen libentius Augustinus.

8 *ei*] Ibid. 5.

10 sq. *metuimus turbas*] Quibus verbis nihil in graeco respondet; sed ita certe Augustinus Tract. 2 in Ioh., n. 9: « Si autem ex hominibus dixerimus esse, timemus populum, ne lapidet nos ».

2 *prophetam*] Luc. 20, 6.

14 *nescimus*] Ibid. 7.

quod sciebant r. Nescimus] Similiter serm. Denis 11, 7: « fugerunt corde, dicendo se nescire quod sciebant»; item serm. Maur. 128, n. 2.

15 *facio*] Luc. 20, 8.

17 *meo*] Ps. 131, 17, de quo versu totus est serm. Denis 11; cf. etiam serm. 128, n. 2; 293, n. 4.

20 *confusione*] Ibid. 18.

22 sq. *insiti sumus*] Cf. Rom. 11, 17.

24 *sapiamus*] Rom. 11, 20.

25 *inputemus*] Hoc quoque ex Augustini divite vena s. Benedictus, Reg. Monach. c. 4: « Bonum aliquid in se cum viderit, deo adplicet, non sibi; malum vero semper a se factum sciat, et sibi reputet ».

non laudat nisi deum, in malis suis non blasphemat deum. Quicquid enim nobiscum deus agit, scienter agit: nemo illo melior, nemo sapientior, nemo potentior. Convocavit nos, et recolite unde. Liberavit ab idolis, liberavit a servitute demoniorum, a tantis sacrilegiis. Unde hoc nobis? UNDE, inquit, MIHI, UT VENIRET MATER DOMINI MEI AD ME? Quantum homines humiliemur, et nonnisi in domino gloriemur, ut ille exaltetur; nos minuamur, ut in illo crescamus. Videte summum hominem, quo in natis mulierum nemo exsurrexit ⟨maior⟩, quid ait de Christo? ILLUM OPORTET CRESCERE, ME AUTEM MINUI. Crescat deus, minuatur homo. Et quomodo crescit perfectus? quid enim deest deo, ut crescat? Deus crescit in te, cum intellegis eum. Ergo vide humilitate⟨m⟩ hominis, et altitudinem dei. Illum oportet crescere, inquit, me autem minui. Indicaverunt hoc dies natales amborum. In luce res agitur, testis est ipse sol: ab hodierno die minuuntur dies, a natale domini crescunt dies. Illum oportet crescere, me autem minui. Dominus enim Iesus Christus, gubernator auctorque creaturae, rector mundi, siderum fabricator, temporum ordinator, quoniam quando voluit natus est, diem sibi elegit quo nasceretur, quo bene significaretur; et praecursori suo ipse dedit diem. In ipso voluit hominem intellegi, in se deum. Minuatur homo, crescat deus; hoc indica⟨n⟩t passiones ipsorum: Iohannes decollatus est, Christus in cruce exaltatus est. Ergo, fratres, breviter ad hoc concludam. Multa enim sunt, quae possunt dici de sancto Iohanne baptista; sed nec nos sufficimus dicendo, nec vos audiendo. Iam ergo breviter concludam: homo humilietur, deus exaltetur. QUI GLORIATUR, IN DOMINO GLORIETUR. EXPLICIT TRACTATUS DE NATALE SANCTI IOHANNIS BAPTISTAE.

Crescit deus in nobis, cum intellegimus eum.

XXIII.

Guelferb. Serm. XXIII, p. 87-92: cod. fol. 116ᵛ-119ʳ. Contionem de Paulo apostolo Augustini nomine inscriptam Caillau (I, serm. 52) et Mai (serm. 103) superiore saeculo ediderunt, cuius vel prima verba PROCEDAT NOBIS ET BEATUS PAULUS ex prolixiore sermone decerptam eam esse testantur; atqui hunc ipsissimum sermonem tibi nunc ex Guelferbytano codice integrum exhibeo, cuius nonnisi altera pars hactenus vulgata erat. Se suosque auditores « in Africa consti-

8 maior] *desideratur in G* 11sq. humilitate *G* 20 indicat

5 *ad me?*] Luc. 1, 43.
9 *minui*] Ioh. 3, 30.
11 *Deus crescit in te* etc.] Cf. serm. 370, n. 4: « Crede in Christum, et crescit in te dies ».
25 *glorietur*] II Cor. 10, 17.

tutos » contionator aperte profitetur, et, uti alias Augustinus, ad hymnum Ambrosianum APOSTOLORUM PASSIO DIEM SACRAVIT SAECULIS in ipsa fronte orationis adludit; idem de meritis hominis ac Dei gratia haud aliter atque s. Doctor consuevit eloquitur; denique ea lecta cantataque fuerant, quae huic sollemnitati propria in Hipponiensi ecclesia fuisse ex reliquis quoque sermonibus constat: epist. 2 ad Timoth. 4, 6: psalm. 18; evang. Ioh. 21, 15 sqq.

INCIPIT TRACTATUS DE NATALE SANCTORUM APOSTOLORUM PETRI ET PAULI · III ·

Apostolorum passio beatorum istum nobis sacravit diem: istam gloriam meruerunt per totum mundum, contemnendo mundum. Petrus, apostolorum primus: Paulus, apostolorum novissimus. Primum et novissimum ad unum diem passionis adduxit primus et novissimus Christus. Ut recolatis quod dixi, adtendite alpha et o. Aperte ipse dominus dicit in Apocalypsi: EGO SUM ALPHA ET O: PRIMUS, ante quem nemo: NOVISSIMUS, post quem nemo: praecedens omnia, definiens omnia. Primum vis intueri? OMNIA PER IPSUM FACTA SUNT. Novissimum quaeris? FINIS ENIM LEGIS CHRISTUS AD IUSTITIAM OMNI CREDENTI. Ut aliquando viveres, ipsum habuisti creatorem; ut semper vivas, ipsum habes redemtorem. Intueamur, carissimi, ipsum primum apostolorum beatissimum Petrum dicentem in epistola sua: CHRISTUS PRO NOBIS PASSUS EST, RELINQUENS NOBIS EXEMPLUM, UT VESTIGIA EIUS SEQUAMUR. Denique audistis, cum evangelium legeretur, SEQUERE ME. Interrogavit eum, Christus scilicet Petrum, magister discipulum, dominus servum, medicus sanatum, et ait illi: PETRE, DILIGIS ME? Et quod nostis, non autem tantum dixit, DILIGIS ME? sed addidit, PLUS HIS. Diligis me plus his, plus quam isti? Non respondit ille, Diligo te plus quam isti: non enim erat hominis de alienis cordibus iudicare; sed respondens ait, DOMINE TU SCIS QUIA AMO TE. Quid quaeris ex me, quod fecisti in me? Tu scis quod dedisti: quid de amore interrogas me, quem non habeo nisi ex te? Tu scis quia amo te. Et hoc ipsum dominus iterum interrogavit, et hoc ipsum iterum Petrus respondit. Tertio dominus inter-

Petrus, primus apostolorum, Paulus novissimus.

Lectum erat evangelium Iohannis 21, 15 sqq.

5sq. Primum et novissimum] *utrumque nominativo G* 16 me] *s. l. add.*

3 *sacravit diem*] Haud dubium quin in mente habeat orator Ambrosianum illud: « Apostolorum passio Diem sacravit saeculis ».
8 *et o*] Apoc. 1, 8.
9 *novissimus*] Ibid., 17.
10 *facta sunt*] Ioh. 1, 3.
11 *credenti*] Rom. 10, 4.
15 *sequamur*] I Petr. 2, 21.
16 *me*] Ioh. 21, 19.
22 *te*] Ibid., 15.

rogavit: ET CONTRISTATUS EST PETRUS, QUIA DIXIT EI TERTIO, AMAS ME? Dominus interrogabat dilectionem Petri: nos interrogemus tristitiam Petri. Quare putamus contristatum Petrum, quia dixit ei tertio, Amas me? Quotiens vellet dominus interrogare, servus quare contristaretur? Sed in tertia domini interrogatione recoluit suam tertiam negationem. Intellegis, beate Petre, intellegis defectionem tuam, recolens contristaris: sed gaude post tristitiam. Confiteatur amor, quem negaverat timor. Denique videte illum, negatorem prius, dilectorem; immo prius dilectorem, sed adhuc infirmum. Dicimus quia Petrus negavit Christum, et non dicimus quia ad passionis periculum secutus est Christum. Ordinem curandi medicus reservavit: prius ostendit Petrum Petro, et postea se ostendit in Petro. Tamquam ei diceret: Moriturum pro me tu praesumsisti, sed non de me, quia tu praesumsisti de te. Interrogatus ab ancilla, invenisti te: flevisti, et redisti ad me.

Negavit Petrus, sed ad passionis periculum secutus est Christum.

2. Modo ergo commendans ei dominus oves suas praenuntiavit ei passionem, quam hodie celebramus. CUM ESSES, inquit, IUNIOR, CINGEBAS TE, ET AMBULABAS UBI VOLEBAS; CUM AUTEM SENUERIS, ALTER TE CINGET, ET FER⟨E⟩T QUO TU NON VIS. HOC AUTEM DIXIT SIGNIFICANS, QUA MORTE GLORIFICATURUS ERAT DEUM. Factum est, negavit Petrus, flevit Petrus, negationem suam diluit lacrimis Petrus. Resurrexit Christus, de amore interrogatus est Petrus: accepit oves commendatas sibi, non suas, sed Christi. Non enim ait illi, Pasce oves tuas, sed, PASCE OVES MEAS: pasce quas emi, quia et te redemi. Conversatus est deinde dominus Christus quadraginta diebus cum discipulis suis; eisque videntibus nubes suscepit eum, et ascendit in caelum. Deduxerunt ascendentem oculis suis: sederunt postea in civitate, acceperunt quinquagesimo die Spiritum sanctum, impleti sunt; illo momento temporis linguas omnium gentium didicerunt, loqui eas coeperunt, stupentibus et admirantibus eis qui occiderant Christum. Tunc negator ille, amator iste, solus ex omnibus, quia primus in omnibus, prosiliit ad Iudaeos, et coepit evangelizare Christum interfectoribus Christi: seminavit in eis fidem Christi, et multos eorum pro Christo persuasit mori, a quibus pro illo timebat occidi.

Petrus primus in omnibus.

3. Ubi dictum est, ubi praedictum est, quod apostoli Christi linguis omnium gentium fuerant locuturi? CAELI ENARRANT GLORIAM DEI:

16 caelebr. *G* 18 fert 26 occulis 27 impleti sunt] *post. m. expunct. et in* et *mut.* 29 ammirantibus

1 *me?*] Ioh. 21, 17.
19 *deum*] Ibid., 18. 19.
25 sq. *deduxerunt ascendentem oculis suis*] Cf. adnot. ad serm. Morin 17, 6.

intellege caelos, qui portant deum; ET OPERA MANUUM EIUS, hoc est, gloriam dei, ANNUNTIAT FIRMAMENTUM. Hoc sunt caeli. DIES DIEI ERUCTUAT VERBUM, ET NOX NOCTI ANNUNTIAT SCIENTIAM. Non taceatur Christus diebus ac noctibus. Tamen cogita diem diei eructuare verbum: Christum discipulis, lumen luminibus. Et nox nocti annuntiavit scientiam: ubi esset Christus, Iudas nuntiavit Iudaeis. Conprehensus est Christus, occisus est Christus, mors occisa est in Christo: quia resurrexit Christus, et ascendit in caelum, et misit quod promisit Spiritum sanctum, et impleti sunt illo tamquam vino novo utres novi. Dixerat enim dominus, NEMO MITTIT VINUM NOVUM IN UTRES VETERES. Et sciatis hoc fuisse conpletum. Iudaei stupentes et aliqui quasi deridentes dixerunt, nescientes quod dixerunt, HII MUSTO PLENI SUNT. Donante ergo et dictante et docente Spiritu sancto locuti sunt linguis, quas non didicerunt. In gente sua didicerant unam, forsitan duas: locuti sunt autem, quid dicamus, tribus linguis, quatuor, quinque, sex? Quid quaeris numerum? NON SUNT LOQUELAE NEQUE SERMONES, QUORUM NON AUDIANTUR VOCES EORUM: modo psalmum, cum cantaretur, audistis. Et ipsi occisi sunt, sed verba eorum scripta sunt. Quid fecerunt, qui occiderunt? IN OMNEM TERRAM EXIVIT SONUS EORUM. Nos in Africa constituti, longe inde eramus: ubi non erant loquelae neque sermones, quorum non audi⟨r⟩entur voces eorum. Longe inde eramus, longe iacebamus, longe dormiebamus; sed ut de somno excitaremur, IN OMNEM TERRAM EXIVIT SONUS EORUM, ET IN FINES ORBIS TERRAE VERBA EORUM. SURGE QUI DORMIS, ET EXSURGE A MORTUIS, ET ILLUMINABIT TE qui dixit Petro, Amas me? Quis sufficit dicere digna de Petro? Cui sufficit dicenti de Petro? Sine contumelia, beate Petre, liceat mihi paululum tacere de te, cuius sonus excitavit me. Sermo meus non potest tibi tantum vacare: non solus hodie passus es: es quidem apostolorum primus, sed comes tibi meruit esse novissimus.

Cantatus fuerat psalmus XVIII.

4. Procedat nobis et beatus Paulus, paululum aliquid de Paulo dicamus; etenim propterea Paulum se voluit nominari, nam prius Saulus vocabatur. Saulus prius, postea Paulus: quia prius superbus,

2 annunciant 5 annunciabit 8 quod] *pro* quem? 30 Procedat nobis] *hic incipit fragmentum a Caillau* (*I, serm. 52 = κ*) *et Mai* (*Serm. 103 = β*) *editum* ut paululum *κβ* aliquit *G* 32 Saulus prius] Prius Saulus *β*; *om. κ*

2 *firmamentum*] Ps. 18, 2.
3 *scientiam*] Ibid. 3.
8 *misit q. promisit*] Serm. 267, n. 1: « Spiritum sanctum de caelo misit, quem in terra promisit ».
10 *veteres*] Luc. 5, 37.
12 *sunt*] Act. 2, 13.
17 *eorum*] Ps. 18, 4.
23 sq. *verba eorum*] Ibid. 5.
24 *te*] Eph. 5, 14.

postea humilis. Recolite primum nomen, et in eo persecutoris agnoscitis crimen. Saulus a Saule cognominatus est. Saul, unde appellatus Saulus, persecutus est sanctum David, in quo sancto David figura erat Christi venturi ex semine David per virginem Mariam. Implevit partes Saulis Saulus, quando persecutus est Christianos. Acerrimus fuerat persecutor: quando beatus Stephanus lapidatus est, ipse lapidantium vestimenta servavit, ut in omnium manibus lapidaret. Post passionem beatissimi Stephani dispersi sunt fratres, qui erant in Ierusolimis; et quia lumina erant, Spiritu dei ardebant; quocumque venerant, accendebant. Tunc videns Saulus evangelium Christi crescere, impletus est zelo amarissimo: accepit literas a principibus, et perrexit adducturus ligatos puniendos, quoscumque invenisset confiteri nomen Christi; et ibat anhelans caedes, sitiens sanguinem. Sic, sic cum iret, cum sanguinem sitiret, quoscumque adduceret et occideret quaereret, sic prorsus quomodo erat persecutor, audivit vocem de caelo. Fratres mei, quid meruerat boni? quid non meruerat mali? Et tamen de caelo una voce percussus est persecutor, erectus est praedicator.

Nomen, crimen.

A Saule Saulus cognominatus.

5. Ecce tibi Paulus post Saulum: ecce iam praedicat, ecce iam nobis quid fuisset et quid esset indicat. EGO, inquid, SUM MINIMUS APOSTOLORUM. Si minimus, merito Paulus. Recolite latinum verbum: paulum modicum dicit⟨ur⟩. Si⟨c⟩ certe loquimur: Post paulum vide⟨bo⟩ te. Ergo Paulus ille minimum se confitetur, tamquam in veste domini fimbriam, quam tetigit languida mulier. Quippe illa, quae fluxum sanguinis patiebatur, ecclesiam gentium figurabat; ad quas gentes missus

Latinum verbum: Post paulum videbo te.

2 sq. unde appellatus Saulus] *his expunctis post. m.* quia *superscripsit;* Saul inde appellatus est, quia pers. *κβ* 4 Mariam] *add.* secundum carnem *κβ* 7 in omnium] *om.* in *β*; *codex vero, quo κβ usi sunt, habebat* omnibus 7 sq. Post passionem] *add.* vero *κβ* 8 erant] fuerant *κβ* in] *om. κβ* 9 sq. quoc. v. accendebant] *om. κβ* 11 principibus] *add.* sacerdotum *κβ* 12 adducturus ligatos] *Gβ*; ad doctores legatus ad *κ* 13 caedes] *κ*; caedem *β*; caede *G propter* s *quae sequitur* sanguinem] *κβ*; sanguine *G* sic sic] *Gκ*; *semel β* 14 quoscumque] *G;* cum quos *κβ fort. melius* occideret] *G;* occidi *κβ*; *quorum prior de suo praem.* faceret 17 percussus est] *Gκ*; *om.* est *β* 19 quid esset] *Gκ*; quis esset *β* 21 dicitur] *κβ*; dicit *G* Si certe *G* loquimur] *coni.;* loquitur *omnes* 21 sq. videbo te] videte *omnes; ubi tamen genuina lectio ex serm. 279, n. 5 facile eruitur:* « *Inde Paulus. Usum latinae locutionis advertite, quia paulum modicum dicitur: Paulo post videbo te, paulum hic expecta; id est, post modicum videbo te, modicum hic expecta* »; *item serm. 295, n. 7 et infra serm. Guelferb. 24, 4; priores vero editores locum minime intellexisse manifestum est:* sic certe loquitur post Paulus. Videte ergo *κ*; sic certe loquitur p. paulum. Videte ergo *β* 22 ille] *G; om. κβ* 24 figurabat] *G;* significabat *κβ*

1 sq. *nomen... crimen*] Cf. not. p. 473, l. 15.
10 *accendebant*] Ita iam supra p. 327, l. 2.
13 *caedes*] Serm. Guelferb. 24, 1: « anhelans caedes, sanguinem sitiens » itemque serm. 279, n. 1: « ibat spirans et anhelans caedes ».
19 sq. *apostolorum*] I Cor. 15, 9.

est Paulus, et minimus et novissimus: quoniam fimbria et minima pars est vestimenti, et novissima. Utrumque de se confessus est Paulus: et minimum se dixit, et novissimum. EGO SUM MINIMUS APOSTOLORUM, ipse dixit: EGO SUM NOVISSIMUS APOSTOLORUM, ipse dixit. Iniuriam non facimus, ipse dixit. Et quid aliud dixit? Ipse dicat, ne nos facere videamur iniuriam; quamquam non est ullo modo Pauli iniuria, ubi commendatur Christi gratia, tamen, fratres, ipsum audiamus. EGO SUM, inquit, MINIMUS APOSTOLORUM, QUI NON SUM DIGNUS VOCARI APOSTOLUS. Ecce quod erat: qui non sum dignus vocari apostolus. Quare? QUIA PERSECUTUS SUM ECCLESIAM DEI. Et unde es apostolus? SED GRATIA DEI SUM QUOD SUM, ET GRATIA EIUS IN ME VACUA NON FUIT, SED PLUS OMNIBUS ILLIS LABORAVI. Rogo te, sancte Paule, non intellegentes homines putant adhuc Saulum loqui: plus omnibus illis laboravi, quasi superbe dictum videtur. Tamen vere dictum est: quid autem sequitur? At ubi vidit se dixisse, quod in celsitudinem quandam eum posset efferre, Plus, inquit, omnibus illis laboravi; et continuo, NON EGO AUTEM, SED GRATIA DEI MECUM. Agnovit se humilitas, tremuit infirmitas, confessa est donum dei perfecta caritas. Dic ergo iam tamquam plenus gratia, tamquam vas electionis, tamquam factus quod non eras dignus, dic, scribe ad Timotheum, et denuntia diem istum. EGO ENIM, inquit, IAM IMMOLOR. Modo lectum est de epistola Pauli, hic lectum est quod modo dico: EGO ENIM, inquit, IAM IMMOLOR. Imminet mihi immolatio: occisio enim sanctorum, deo est sacrificium. EGO ENIM IAM IMMOLOR, ET TEMPUS RESOLUTIONIS MEAE INSTAT. BONUM CERTAMEN CERTAVI, CURSUM CONSUMMAVI, FIDEM SERVAVI; DE CETERO SUPEREST MIHI CORONA IUSTITIAE, QUAM REDDET MIHI DOMINUS IN ILLA DIE IUSTUS IUDEX. Reddet meritis, qui donat merita. Factus est apostolus, qui non erat dignus: et non coronabitur dignus? Ibi enim, quando accepit gratiam, non

Non est Pauli iniuria, ubi commendatur Christi gratia.

Lectum erat de II ad Tim. epist. 4, 9 sqq.

1 sq. vestimenti et minima pars est *β* 3 sq. *prius membrum* Ego sum minimus a. i. dixit *om. β*; *κ autem ambo in unum cogit* Ego sum novissimus apostolorum et minimus apostolorum. Ipse dixit; *ubi iterum medela ex serm. 279, n. 5 praesto est:* « *Audi ergo Paulum: Ego sum, inquit, minimus apostolorum; et alio loco, Ego sum novissimus apostolorum* » 4 sq. iniuriam non facimus] *om. κ*; faciamus *β* 7 Ego] *add.* enim *β* 21 hic] *omnes, fort. pro* hoc quod modo] *G;* quomodo *κβ* 23 deo est] *G;* deo fuerat *β*; deo fecerat *κ* 27 donat] *G;* fecit *κβ* 28 dignus?] *nota interrogandi omissa κβ ante adiectivum add.* nisi

4 *novissimus apostolorum*] I Cor. 15, 8, ubi legebat Aug. *novissimo*, non, sicut in Vulg. habetur, *novissime:* cf. Sabatier ad loc.

10 *dei*] I Cor. 15, 9.

17 *mecum*] Ibid. 10.

23 *deo est sacrificium*] Idem habes supra, p. 309, l. 10 sq.: « Immolatio ad sacrificium pertinet: passionem suam sacrificium esse noverat deo ».

26 *iudex*] II Tim. 4, 6-8.

debitam, sed gratuitam: Non sum, inquit, dignus vocari apostolus, sed gratia dei sum quod sum. Modo autem debitum exigit: Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi; de cetero autem superest mihi corona iustitiae, corona iustitiae debetur mihi. Et ut scias quia debetur: Quam reddet mihi. Non dixit, dat mihi, aut, donat mihi, sed, reddet mihi dominus in illa die iustus iudex. Misericors donavit mihi, iustus reddet mihi. Video, beate Paule, quibus corona debetur, meritis tuis; sed respiciens quod fuisti agnosco, dei dona sunt ipsa merita tua. Dixisti, Bonum certamen certavi; sed tu ipse dixisti, GRATIAS DEO, QUI DAT NOBIS VICTORIAM PER DOMINUM NOSTRUM IESUM CHRISTUM. Bonum ergo certamen certasti, sed Christo donante vicisti. Dixisti, Cursum consummavi; sed tu ipse dixisti, NON VOLENTIS, NEQUE CURRENTIS, SED MISERENTIS EST DEI. Dixisti, Fidem servavi; sed tu ipse dixisti, MISERICORDIAM CONSECUTUS SUM, UT FIDELIS ESSEM. Videmus ergo dei dona esse merita tua, et ideo gaudemus de corona tua. Et si laudibus beatorum apostolorum, quorum sollemnitatem celebramus, inpar fui, tamen expectationi caritatis vestrae, quantum coronator eorum dignatus est, non defui. EXPLICIT TRACTATUS DE NATALE SANCTORUM APOSTOLORUM PETRI ET PAULI · III ·

Merita Pauli, dona dei.

XXIV.

Guelferb. Serm. XXIV, p. 94-99: cod. fol. 119r-121v. Quod de praecedenti protuli tractatu, idem prorsus de hoc esto iudicium: ipse quoque Augustinianus est, ex ipso quoque excerptus est sermo apud Caillau I, 51. Cuius licet initio trita sententia recoquatur, uno die fuisse apostolos coronatos, aliunde tamen videtur beato pontifici dubium aliquando subortum esse, utrum eodem omnino die et anno, an uno die mensis, non autem eodem anno, passi sint: conf. serm. 295, n. 7; 381 init., nec non serm. Mai 19, 1, et Ernesti de Dobschütz dissertationem « Das Decretum Gelasianum », p. 255.

INCIPIT TRACTATUS
DE NATALE SANCTORUM APOSTOLORUM PETRI ET PAULI · IIII ·

Beati apostoli Petrus et Paulus diversis temporibus sunt vocati, et uno die coronati. Petrum dominus vocavit ante omnes, Paulum post omnes. Apostolorum Petrus primus, Paulus novissimus: adduxit eos

2 dei] *Gκ*; *om. β* 4 corona iustitiae] *1° loco s. l. suppl. G; om. κβ* 7 donavit] *κ*; donabit *G;* dabit *β* 8 meritis tuis] *Gκ*; merita tua *β* 15 sqq. Et si laudibus... non defui] *hanc clausulam om. κ* 18 defui] *β*; defuit *G*

11 *Christum*] I Cor. 15, 57.
13 *dei*] Rom. 9, 16.
14 *essem*] I Cor. 7, 25.

Apostolorum Petrus primus, Paulus novissimus

ad unum diem primus et novissimus. Pulcherrima integritas perseverat, quando cum primis extrema concordant. Apostolus Petrus titubavit in mari: Petrus solus titubavit, sed solus in mari ambulavit. Solus timore negavit dominum, sed solus amore usque ad periculum secutus est dominum. Fuit ibi et beatus Iohannes, sed de amicitia sacerdotum principis praesumebat: erat enim amicus Iohannes principis sacerdotum, ad cuius domum ductus est dominus. Petrus amore secutus est: trepidavit infirmitas, sed flevit caritas, et veniam accepit infirmitas. Paulus autem, primo Saulus, etiam inimicus Christi fuit: Christianos acerrime persecutus est. Quando primus martyr Stephanus sanctus passus est, ibi erat; quando lapidabatur, omnium lapidantium vestimenta servabat. Parum enim illi videbatur, si suis tantum manibus lapidaret: in omnium manibus erat, quorum indumenta servabat. Post haec occiso beatissimo Stephano et primo coronato — quia et nomen eius graeco vocabulo coronam indicat — iste inimicus acerrimus literas accepit a principibus sacerdotum, ut quoscumque inveniret istam viam sectantes, vinctos ad supplicia perduceret. Ivit ergo Damascum furens, anhelans caedes, sanguinem sitiens. Qui habitabat in caelis, secundum psalmum, irridebat eum, et dominus subsannabat eum. Quid anhelas saevus, quod eris cito ipse passurus? Quam minimum fuit domino Christo salvum facere inimicum, una desuper voce prosternere persecutorem, erigere praedicatorem! SAULE, inquit, SAULE, adhuc Saule, QUID ME PERSEQUERIS?

Petrus solus amore usque ad periculum secutus est dominum

2. Quanta dignatio, fratres mei! In voce domini nos agnoscamus. Quis Christum iam persequi posset, ad dexteram Patris in caelo sedentem? Sed ibi caput regnabat, hic adhuc membra laborabant. Ipse nos doctor gentium beatus apostolus Paulus docuit, ad Christum quid

6 Iohannes] e *ex* i *corr.* 9 Paulus autem, primo Saulus] *ab his incipit sermo ap. Caillau I, 51, p. 71 sq.* (= κ) Paulus] κ *add.* fratres charissimi 16 quoscumque] in quocumque loco κ istam viam] *post prave corr.* ista via *G* 17 sectantes] κ; stantes *G: cf. August. serm. 279, n. 1:* « *viae dei sectatores* » perduceret] *G;* duceret κ Ivit] *G;* Ibat κ 21 sq. ut una d. v. prosterneret p. et erigeret p. κ 24 quantam dignationem f. m. i. v. domini (*om.* nos) agnoscimus! κ 25 possit κ patris] iam *inser.* κ 27 apostolos *G*

1 *primus et novissimus*] Ut in Tract. superiori, n. 1 et serm. 298, n. 1: « Beatus Petrus primus apostolorum, beatus Paulus novissimus apostolorum; qui rite coluerunt eum qui dixit, Ego sum primus, et Ego sum novissimus: ad unum diem passionis sibi occurrerunt primus et novissimus ».

8 *infirmitas*] Serm. praeced., 5: « Agnovit se humilitas, tremuit infirmitas, confessa est donum dei perfecta caritas ».

19 *eum*] Cf. Ps. 2, 4 nec non Augustini serm. 295, n. 6: « anhelet caedem, sitiat sanguinem: Qui habitat in caelis, irridebit eum ».

23 *persequeris?*] Act. 9, 4.

sumus: VOS AUTEM, inquit, ESTIS CORPUS CHRISTI ET MEMBRA. Totus ergo Christus, caput et membra. Videte in nostro corpore, accipite similitudinem. Si forte in turba affligaris, et aliquis tibi pedem calcet, caput pro pede clamat. Et quid est quod clamat? Calcas me. SAULE, SAULE, QUID ME PERSEQUERIS? Quando enim Saulus evangelistas persequebatur, per quos dominus toto orbe ferebatur, pedes Christi ab eo calcabantur: in illis enim Christus ibat ad gentes, in illis Christus usquequaque currebat. Pes futurus pedes Christi calcabat: evangelium domini per orbem terrarum portaturus hominibus, calcabat quod futurus ipse erat. QUAM SPECIOSI PEDES, propheta dicit, doctor ipse commemorat, EORUM QUI ANNUNTIANT PACEM, QUI ANNUNTIANT BONA! Hoc etiam in psalmo cantavimus: IN OMNEM TERRAM EXIVIT SONUS EORUM. Vis videre quo Christus per istos pedes pervenerit? ET IN FINES ORBIS TERRAE VERBA EORUM.

Cantatus erat ps. XVIII.

3. Denique Ananiae dominus loquens, quando illum mittit ad Saulum baptizandum, audivit ab ipso Anania: Domine, audivi de isto homine, quod ubique persequitur servos tuos. Tamquam diceret: Quid ovem mittis ad lupum? Ananias enim verbum est hebraeum, quod latine interpretatur ovis. De Saulo autem futuro Paulo, persecutore futuro praedicatore, propheta praemiserat: BENIAMIN, LUPUS RAPAX. Unde Beniamin? Ipsum audi Paulum: NAM ET EGO ISRAHELITA SUM, EX GENERE ABRAHAM, TRIBU BENIAMIN. Lupus rapax: MANE RAPIET, AD VESPERUM DIVIDET ESCAS; prius consumet, postea pascet. Dividebat enim escas iam ille praedicator, noverat quid cui daret: quod alimentum subministraret aegroto et infirmo, quo cibo pasceret fortem. Dividens enim escas, dividens, non passim proiciens, dividens enim escas dicebat: ET EGO, FRATRES, NON POTUI LOQUI VOBIS QUASI SPIRITALIBUS, SED QUASI CARNALIBUS; TAMQUAM PARVULIS IN CHRISTO LAC VOBIS POTUM DEDI, NON ESCAM: NONDUM ENIM POTERATIS, SED NEC ADHUC POTESTIS.

Ananias ovis interpretatur.

Quid sit, escas dividere.

[1] simus κ autem] *om.* κ [2] corpore] rei *inser.* κ [3] tibi] *G;* tenuiter κ [8] pedes Christi calcabat] κ: pes (*om.* Christi) calcabat *G* [9] calcabat] κ; portabat *G inepte* [10] dicit] ut *inser.* κ [12] cantabimus *G* [13] quo... pervenerit] *G;* quomodo... venerit *minus recte* κ [15] Ananiae] *hic et infra passim corr. vel scriptum* Annan. *G* [16] baptyz. *G, et infra non semel* [18] mittis] κ: mittit *G* enim] *G;* autem κ [20] prophetia promiserat κ [21] Paulum] apostolum *add.* κ [22] de tribu κ [23] et ad κ et postea κ [24] aescas *G* [26] dividens, *ante* non, *om.* κ [29] non] *deest in G*

[1] *membra*] I Cor. 12, 27.
[11] *bona*] Esai. 52, 7; Rom. 10, 15.
[14] *eorum*] Ps. 18, 5.
[17] *tuos*] Ex Act. 9, 13 non totidem verbis.
[19] *interpretatur ovis*] Serm. 279, n. 2: «Ananias interpretatur ovis».
[21] *rapax*] Gen. 49, 27.
[22] *Beniamin*] Rom. 11, 1.
[23] *escas*] Gen. 49, 27.
[29] *potestis*] I Cor. 3, 1. 2.

Divido, non passim proicio. Huius ergo lupi nomen ovis Ananias audierat, et inter manus pastoris tremebat: sed a lupo terretur, a pastore autem consolatur, confirmatur, conservatur. De ipso lupo audit res incredibiles, sed veritate loquente veras et fideles. Quid enim respondit dominus Ananiae trementi famam Pauli, quid respondit? SINE NUNC, VAS ELECTIONIS EST MIHI HOMO ISTE, UT PORTET NOMEN MEUM CORAM GENTIBUS ET REGIBUS. EGO ILLI OSTENDAM, QUANTA EUM OPORTEAT PATI PRO NOMINE MEO. Ego illi ostendam: vox est minantis, sed coronam parantis. Denique ille factus ex persecutore praedicator, quae sustinuit? PERICULIS IN MARI, PERICULIS IN FLUMINIBUS, PERICULIS IN CIVITATE, PERICULIS IN DESERTO, PERICULIS IN FALSIS FRATRIBUS; IN LABORE ET ERUMNA, IN VIGILIIS MULTIS, IN FAME ET SITI, IN FRIGORE ET NUDITATE, IN MORTIBUS SAEPIUS, PRAETER ILLA QUAE EXTRINSECUS SUNT, INCURSUS IN ME COTIDIANUS, SOLLICITUDO OMNIUM ECCLESIARUM. QUIS INFIRMATUR ET NON EGO INFIRMOR? QUIS SCANDALIZATUR, ET NON EGO UROR? Ecce est ille persecutor. Patere, sustine: plus pateris quam fecisti; sed noli irasci, usuras accepisti. Sed quid attendebat, quando talia sustinebat? Audite alio loco: ETENIM, inquit, QUOD EST LEVE TRIBULATIONIS NOSTRAE. Iam totum hoc leve, quare? IN INCREDIBILEM MODUM AETERNUM GLORIAE PONDUS OPERATUR NOBIS, NON RESPICIENTIBUS QUAE VIDENTUR, SED QUAE NON VIDENTUR. QUAE ENIM VIDENTUR, TEMPORALIA SUNT; QUAE AUTEM NON VIDENTUR, AETERNA. Aeternorum ergo amore flagrabat, quando fortiter mala, etsi acerba et pessima, tamen temporalia, sustinebat. Leve est omne cum fine supplicium, ubi sine fine promittitur praemium.

Paulus plus passus est, quam fecit, sed Christo vires subministrante.

4. Et tamen quando sustinebat, an ille in illo et cum illo sustinebat, qui non deficiebat? Prorsus audeo dicere, non ipse sustinebat. Et ipse sustinebat, quia fideliter volebat: non ipse sustinebat, quia virtus in illo Christi habitabat. Christus regnabat, Christus vires submi-

[2] sed] *G*; si *κ* [3] autem] confortatur *inser.* *κ* [7] quanta eum] *G;* quae illum *κ* [8sq.] cornam *G* [13] saepius] *G;* saepe *κ* [16] plus] enim *inser.* *κ* [19sq.] in incredibilem modum] *G;* incredibili modo *κ* [21] quae enim] *G;* nam quae *κ* [22] aeterna] sunt *add.* *κ* [23] ergo] *om.* *κ* [26-28] Et tamen — Et ipse sustinebat] *locus in κ corruptus, in quo quasi sermo alter exorditur:* Liceat audenter dicere, fratres charissimi, de Paulo apostolo, quando sustinebat [28] fideliter] *G;* fidelibus *κ* [29sq.] sumministr. *G*

[2] *inter manus pastoris tremebat*] Serm. 279, n. 2: « ut eius nomine audito timeret ovis, etiam sub manu pastoris »; 295, n. 6: « trepidat famam lupi infirma ovis etiam sub manu pastoris ».

[8] *meo*] Act. 9, 15. 16.

[16] *uror?*] Libere ex II Cor. 11, 26. 27. 23. 28. 29.

[22] *aeterna*] II Cor. 4, 17. 18; quem locum ad idem refert August. serm. 297, n. 11.

nistrabat, Christus non deserebat, Christus in currente currebat, Christus ad palmam perducebat. Non ergo facio iniuriam, quando dico, non ipse sustinebat. Dico prorsus, dico cum fiducia, et verba mea ipso teste confirmo; apostolum sanctum succensere mihi non sino, quando verba eius illi recito. Dic, Paule, dic, sancte, dic, apostole: audiant te fratres mei, quia nullam tibi iniuriam feci. Quid ergo ipse dicit, comparans se in laboribus coapostolis suis? Non timuit dicere, PLUS OMNIBUS ILLIS LABORAVI. Iam hic mihi respondetur: Certe non ipse. Dic ergo quod sequitur, ne ista dilatio mea sit inflatio. Plus omnibus illis laboravi. Iam mihi irasci coeperatis: sed intercedit pro me, et quodammodo alloquitur vos. Nolite irasci: NON EGO AUTEM, SED GRATIA DEI MECUM. Sic ergo et de passione sua imminente loquens, cuius dies hodiernus sollemnissimus agitur, quid dixit? EGO ENIM IAM IMMOLOR, ET TEMPUS RESOLUTIONIS MEAE INSTAT. BONUM CERTAMEN CERTAVI, CURSUM CONSUMMAVI, FIDEM SERVAVI. DE CETERO SUPEREST MIHI CORONA IUSTITIAE, QUAM REDDET MIHI DOMINUS IN ILLA DIE IUSTUS IUDEX. Reddet: est enim cui reddat. Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi. Debetur quod redditur: sed non esset cui deberetur, nisi ei praerogaretur quod non debebatur. Certe audis modo de dei debito praesumentem, audis modo Christum reddentem: audi per ipsum Paulum indebita praerogantem. NON SUM, inquit, IDONEUS VOCARI APOSTOLUS, QUIA PERSECUTUS SUM ECCLESIAM DEI. Modo attende quid debebatur, cui vides iam praeparari coronam: prius illum attende, et vide nisi in factis dignum invenis poena. Persecutus ecclesiam dei, qua cruce non dignus est? quae illi puniendo tormenta sufficerent? Non sum dignus, inquit, vocari apostolus. Ego scio quid mihi debebatur: apostolatus mihi, qui persecutus sum ecclesiam dei! Unde ergo apostolus? SED GRATIA DEI SUM QUOD SUM. O gratia gratis data! Invenit quod puniret, sed fecit quod coronaret. Videte quod sequitur. Gratia, inquit, dei sum quod sum. Nam et ego apostolus

Passionis Pauli dies sollemnissimus.

Deus in Paulo invenit quod puniret, fecit quod coronaret.

4 suscensere *G*, *quod etiam alias* 9 inflatio] *recepi ex* κ; infirmacio *G* 10 intercedet *G* 12 loquens] *om.* κ 17 reddet] *om.* κ 22 quia] *G;* quoniam κ 24 in] *om.* κ dignam invenit poenam κ 24sq. persecutus] est *inser.* κ 25 quia crucem *G* 26 sufficiant κ 28 Unde e. apostolus?] *G;* vide e. apostolum κ o gratia] dei *inser.* κ 29 data] non merces reddita *ex uno tantum codice add.* κ sed] *G; om.* κ *fort. melius*

2 *non ergo facio iniuriam*] Vide sis supra, p. 520, l. 4 sq.; item p. 564, l. 21.

12 *mecum*] I Cor. 15, 10.

17 *iudex*] II Tim. 4, 6-8.

23 *dei*] I Cor. 15, 9.

28 *sum*] Ibid., 10; cf. supra, p. 520, l. 10: « Et unde es apostolus? Sed gratia dei sum quod sum » etc.; item serm. 298, n. 4: « Si persecutus es ecclesiam dei, unde ergo apostolus? Sed gratia dei sum quod sum ».

non sum idoneus, quia persecutus sum ecclesiam dei: supplicia expectabam, praemia invenio. Unde hoc mihi? Quia GRATIA DEI SUM QUOD SUM, ET GRATIA EIUS VACUA IN ME NON FUIT, SED PLUS OMNIBUS ILLIS LABORAVI. Iterum te erigere coepisti? NON AUTEM EGO, SED GRATIA DEI MECUM. Bene, optime, non iam Saule, sed Paule: non iam superbe, sed parve. Saulus ideo superbiae nomen fuit, quia ille rex procerus, et tanto invidentior, quanto elatior, Saul vocabatur, qui sanctum David persequebatur. Inde iste nomen acceperat: ⟨a⟩ Saule Saulus, congruum nomen persecutoris. Quid postea? Paulus. Quid est Paulus? Modicus, minimus. Recolite verbum, qui litteras nostis; recolite etiam consuetudinem, qui liberales qui vocantur libros non nostis. Paulus modicus est. Post paululum te videbo, paulo post te videbo: paulo post, modico post.

Saulus a Saule.

Paulus, modicus.

5. Ergo Paulum videte, iam dudum Saulum, sanguinem sitientem et caedes anhelantem, modo autem Paulum. EGO SUM MINIMUS APOSTOLORUM: prorsus minimus, sed saluberrimus. Fortasse in veste domini minimus iste fimbrium fuit: hoc mulier illa tetigit, et a fluxu sanguinis liberata est, in qua erat ecclesiae gentium figura. Ad gentes enim missus est Paulus modicus cum salute. Denique hoc sciatis, ipsa mulier, quae tetigit fimbriam domini, ignorata est a domino, sed ignoratio domini figura est. Quid enim ille nesciebat? Et tamen, quia illa mulier ecclesiam gentium significabat, ubi dominus praesentia corporali non erat, sed per discipulos ibi erat, ubi fimbria eius tangeretur, ait, QUIS ME TETIGIT? Et apostoli: TURBAE TE COMPRIMUNT, ET DICIS, QUIS ME TETIGIT? Et ille: TETIGIT ME ALIQUIS. Turbae premunt, fides tangit. Fratres, estote de tangentibus, non de prementibus. Quis me tetigit? et Tetigit me aliquis. Ignoranti similis Christus, significans: non mentiens, sed significans: quid significans? POPULUS, QUEM NON COGNOVI, SERVIVIT MIHI. Dic ergo, apostole, imminente passione, laboris inpensor, coronae iam exactor, dic: EGO ENIM IAM IMMOLOR, ET TEMPUS RESOLUTIONIS

Fimbrium fuit in veste Domini.

[2] Unde] ergo *add.* κ. [7] elatior] clarior *ex uno tantum codice* κ [8] a Saule] κ; a *deest in G* [12] te videbo] *1° loco; paululum repet. G* paulo post] *1° loco;* paululum post κ [13] modico] modicum κ [15] minimus] κ; novissimus *G* [16] fortasse] *conieci;* forte esse *G;* forte κ [17] fimbrium] *heic G, cuius generis exempla non desunt;* fimbria κ *et ipse G infra* hoc] *G;* hanc κ [21] figura] *G;* figurata κ [23] fimbria] vestimenti *inser.* κ [24] comprimunt] et affligunt *add. ex uno codice* κ [30] immolor] delibor κ *perperam*

[12] *te videbo*] Lege adnot. critic. ad serm. praec., p. 519, l. 21 sq.

[15 sq.] *apostolorum*] I Cor. 15, 9.

[25] *aliquis*] Luc. 8, 45. 46.

[29] *mihi*] Ps. 17, 45.

MEAE INSTAT. BONUM CERTAMEN CERTAVI. Quid prodesset certamen, nisi victoria sequeretur? Dicis quia certasti, dic unde vicisti. Alio loco interroga. GRATIAS DEO, QUI DEDIT NOBIS VICTORIAM PER DOMINUM NOSTRUM IESUM CHRISTUM. CURSUM CONSUMMAVI. Tu cursum consummasti? Recognosce illud: NON VOLENTIS, NEQUE CURRENTIS, SED MISERENTIS EST DEI. Dic aliud, FIDEM SERVAVI. Servasti, custodisti: sed NISI DOMINUS CUSTODIERIT CIVITATEM, IN VANUM VIGILANT QUI CUSTODIUNT EAM. Ut ergo fidem servares, ille adiuvit, ille in te servavit, qui coapostolo tuo, cum quo unum habes passionis diem, dixit, quod in evangelio legisti: EGO ROGAVI PRO TE, PETRE, NE DEFICIAT FIDES TUA. Exige ergo, paratum est praemium. Dic, Bonum certamen certavi, verum est: cursum consummavi, verum est: fidem servavi, verum est. De cetero superest mihi corona iustitiae, quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex. Exige quod debetur: parata est, prorsus parata est corona tua: sed memento quia dei dona sunt merita tua. EXPLICIT TRACTATUS DE NATALE SANCTORUM APOSTOLORUM PETRI ET PAULI · IIII ·

Cum Petro unum habet passionis diem.

Pauli merita Dei dona sunt.

XXV.

Guelferb. Serm. XXV, p. 100-101: cod. fol. 131v. Natali s. martyris Laurentii primo loco in codice Guelferbytano is sermo adsignatur, qui est in Maurinorum editione 302, ubi tamen passim nonnulla a textu vulgato discrepant. Illud vero praecipuum est, quod ultimis verbis in libro nostro subiungitur una ex iis quae « post tractatum » audiunt allocutiunculis, quarum exempla protuli in opere « Études, Textes, Découvertes » t. I, p. 299 et 304. Huic porro quinque sexve minio praescripta verba sunt, quae legere iam non possis: in ea vir sanctus de his qui fugiunt ad ecclesiam mira prudentia disputat, statuitque satius esse « ut et nocentes in ecclesia muniantur, quam innocentes de ecclesia rapiantur »; quapropter fideles ut frequentes conveniant hortatur, « ne quid indisciplinata audeat multitudo ». Qua ratione autem huiusmodi admonitio cum sermone de natali s. Laurentii connectatur perspicuum est, quippe in quo abominati hominis caedem populi furore, non legitima potestate factam, iamque iuxta seditionem ventum esse Augustinus queratur.

6 servavi] fidem *repet.* κ 7sq. in vanum v. q. c. eam] κ; *om.* *G* 8 ille in te servavit] *ex* κ *recepi; om.* *G* 8sq. coapostolo] *G;* ei apostolo *insulse* κ 11sq. verum est] est *om.* *G* 14sq. parata est] *om.* κ. *Patet, ex duobus codd. casin. CXVII et CIX, quibus edendo huic sermoni Caillau usus est, posteriorem plerumque cum Guelferbytano ita convenire, ut ad eamdem traditionem pertinere videatur*

4 *Christum*] I Cor. 15, 57.
6 *dei*] Rom. 9, 16.
8 *eam*] Ps. 126, 1.
10 *tua*] Luc. 22, 32.

DE NATALE SANCTI LAURENTI · I · POST TRACTATUM.

Fratres, propter eos qui confugiunt ad munimentum matris ecclesiae, propter ipsum omnium commune refugium, nolite pigri et segnes esse frequentare matrem vestram et non recedere de ecclesia: sollicita est enim, ne quid indisciplinata multitudo audeat. Ceterum, quantum attinet ad illas potestates, quoniam et leges sunt in nomine dei a christianis imperatoribus promulgatae, quae satis abundeque muniant ecclesiam, et ipsi tales videntur ut non audeant facere contra matrem suam, unde et apud homines culpentur et apud deum habeant iudicium, absit hoc ab eis; nec credimus de illis, nec sic videmus. Sed ne quid indisciplinata audeat multitudo, debetis frequentare matrem vestram: quia sicut dixi, non unius aut duorum hominum hoc est, sed commune refugium. Et qui non habet causam, timeat ne habeat. Dico caritati vestrae: ad ecclesiam et iniqui fugiunt a facie iuste viventium, et iuste viventes fugiunt a facie iniquorum, et aliquando ipsi iniqui fugiunt a facie iniquorum. Tria sunt genera fugientium. Boni a bonis non fugiunt, soli iusti iustos non fugiunt; sed aut iniusti fugiunt iustos, aut iusti fugiunt iniustos, aut iniusti iniustos. Sed si voluerimus discernere, ut tollantur de ecclesia qui male faciunt, non erit ubi se abscondant qui bene faciunt: si voluerimus permittere ut hinc tollantur nocentes, non erit quo fugiant innocentes. Melius est ergo ut et nocentes in ecclesia muniantur, quam innocentes de ecclesia rapiantur. Tenete ista: ut, sicut dixi, frequentia vestra, non saevitia, timeatur.

Leges imperatorum pro munienda ecclesia.

Haec omnium commune refugium.

Ubi de iure asyli agitur, non discernendum inter nocentes et innocentes.

XXVI.

Guelferb. Serm. XXVI, p. 101-103: cod. fol. 133^{r}-134^{v}. De inclito Carthaginiensi episcopo ac martyre Cypriano nova et certo genuina oratio, de qua in ephemeride « Bulletin d'ancienne littérature et d'archéologie chrétienne » IV (1914), p. 17 sqq. latius commentatus sum; cui maxime pretium addit sancti pontificis opusculorum index ab Augustino circa finem relatus.

[2] post tractatum] *exemplo sumpto ex aliis sermonibus allocutiunculam inscripsi, quae antea editis ter septenis huius contionis capitulis nunc primum adiungitur* [5] sollicita] a *ex* um *corr. G* [8] muniat [10] aput... aput [14] causa

INCIPIT TRACTATUS DE NATALE SANCTI CYPRIANI · I ·

Insignem martyrem Christi, per quem maxime istam rexit, auxit, ornavit atque inlustravit ecclesiam, hodiernus dies anniversaria celebratione passionis eius memoriae nostrae, non elapsum revocat, sed fixum et manentem laetius gratiusque commendat. Oportet itaque nos sermone sollemni in domino laudare animam servi eius, UT AUDIANT MITES ET IOCUNDENTUR. Illa quippe anima cum in his moribundis degeret membris, contempsit mortem quandoque venturam, ut adquireret vitam sine fine mansuram; fideli prudentique consilio perdens quod et retentum periret, ut inveniret quod perire non posset. Temporalis quippe vita si Christo negato retinetur, et ipsa finitur, et sempiterna non invenitur. Quanto ergo consultius, una neglecta alteram comparare, quam una male dilecta ambas amittere? Hoc est sanctorum martyrum commune consilium, commune commercium, contemnere fugientia, ut permanentia comparentur: moriendo vivere, ne moriantur vivendo: et semper vivere semel moriendo, quam bis mori et postea vivere non merere, mortem quae ventura est differendo, et, cum dilata venerit, ad vitam quae mansura est minime veniendo. Hoc est, inquam, sanctorum martyrum commune consilium, commune commercium, hoc a suo praeceptore et redemtore ac domino simul didicerunt, quia omnibus dixit: QUI AMAT ANIMAM SUAM PERDET ILLAM, ET QUI PERDIDERIT EAM PROPTER ME, INVENIET ILLAM IN VITA AETERNA. Proinde anima cum amatur perit, inveniturque cum perditur: pereat si amat, ne pereat cum amatur. Duobus enim modis intellegi potest quod dictum est, Qui amat animam suam perdet illam: Qui amat animam suam in isto saeculo, perdet illam in futuro saeculo; et, qui amat animam suam in futuro saeculo, perdet illam in isto saeculo. Secundum priorem

Sermo Carthagine habitus.

Sanctorum martyrum commune consilium.

[1] natale] *hic quidem compendio scriptum; at, ubi plene, constanter* natale, *nusquam* natali *habetur* [3] ornabit... inlustrabit *G* [8] menbris [10] retendum [16] quam bis] *scripsi;* quamvis *G* [22] illa

[2] sq. *istam rexit... ecclesiam*] Habitus ergo Carthagine sermo est, quemadmodum serm. 311 et 312; cf. infra p. 530, l. 16 sq.: « ab ista sede; non quod huic tantummodo civitati... »; p. 531, l. 15 sq.: « habere meruimus sanctum corpus membrorum eius ».

[4] *non elapsum revocat, sed*] Similiter serm. Guelferb. 20, 1: « sollemnitas non factum revocat, sed memoriam renovat ».

[7] *iocundentur*] Ps. 33, 3: quem versum in sacris ecclesiae Carthaginiensis de s. Cypriano frequentatum putaverim ex serm. Denis 14, 1 et 5, itemque serm. Maur. 312, n. 1 et 2; cf. etiam infra p. 530, l. 19 sq. et p. 531, l. 17 sq.

[22] *aeterna*] Ioh. 12, 25 cum Marc. 8, 35 permixt.

[24] *duobus e. modis intellegi potest* etc.] Cf. locum notissimum Tract. 51 in Ioh., n. 10.

modum, qui amat animam suam timendo mori pro Christo, perdet illam ne vivat in Christo; et qui amat animam suam ut vivat in Christo, perdet illam moriendo pro Christo. Sequitur enim, Et qui perdiderit eam propter me, in vita aeterna inveniet eam. Hic autem qui dixit, propter me, HIC EST VERUS DEUS, ET VITA AETERNA.

Cyprianus docuit de Christo, vixit in Christo, mortuus est pro Christo.

2. Cum ergo hoc sit omnium sanctorum officium, habet iste martyr noster hodie, non solum de se ipso, verum etiam de pluribus praemium. Christi namque bonum odorem longe lateque diffudit docendo, vivendo, moriendo: docendo de Christo, vivendo in Christo, moriendo pro Christo. Quapropter, carissimi, cum hic alius quam Christus non possit intellegi, ubi sponsa ecclesia dicit, BOTRUS CYPRI FRATRUELIS MEUS, per arborem odoratissimam significans flagrantissimam gratiam; profecto sicut in eius recta fide factus est a Christo Christianus,

A cypro nomen habet.

sic in bono eius odore a cypro Cyprianus. Dicit enim et apostolus Paulus: CHRISTI BONUS ODOR SUMUS IN OMNI LOCO. Bonus itaque odor Christi in Cypriano nostro ab ista sede: non quod huic tantummodo civitati satis esse⟨t⟩, nec solae Africae, cuius haec caput est; sed ita se longe lateque diffudit, ut a solis ortu usque ad occasum laudetur in eo nomen domini, in quo laudabitur anima eius, ut AUDIANT MITES

Ubique terrarum eius scripta leguntur, festivitas celebratur.

ET IOCUNDENTUR. Quae enim regio in terris inveniri potest, ubi non eius eloquium legitur, doctrina laudatur, caritas amatur, vita praedicatur, mors veneratur, passionis festivitas celebratur? Quam multos contra diabolum praeliatores ad exemplum passionis tuba sermonis eius accendit! Quam multi postea, non solum dicta eius legentes, verum etiam famam mirantes, a quo discendo amaverunt, amando secuti sunt! Alios itaque docendo praemisit imitandos, alios patiendo praecessit imitaturos. Contra doctrinam Christi oblatrantium ora confudit:

17 esse *G* 20 invenire

5 *aeterna*] I Ioh. 5, 20.

12 *meus*] Cant. 1, 13.

14 *a cypro Cyprianus*] Puerilius forte quam facetius; verum ita certe August. serm. 312, n. 3.

15 *loco*] II Cor. 2, 15. 14; et sic fere alias ambos versus in unum coniungit Aug.

17 *solae*] Vide sis H. Rönsch, Itala u. Vulg., p. 276.

Africae, cuius haec caput est] Aug. De bapt. cont. Donat. l. 2, n. 16: « in Africae capite et notissima civitate Carthagine ».

19 *domini*] Cf. Ps. 112, 3.

20 *Quae enim regio in terris* etc.] Serm. 310, n. 1: « Quis enim hodie, non dicam in hac nostra civitate, sed plane per Africam totam transmarinasque regiones, non Christianus solus, sed paganus aut Iudaeus aut etiam haereticus poterit inveniri, qui non nobiscum dicat natalem martyris Cypriani? »

23 sq. *tuba sermonis eius accendit*] Serm. 312, n. 4: « ut tantae vocis tuba... ad prosternendum diabolum... martyres excitaret »; cf. etiam serm. 331, n. 1; Mai 127, 1; Morin 15, 1.

24 sq. *verum etiam famam mirantes*] Serm. 310, n. 4: « innotuit regionibus multis, partim per famam fortissimae passionis, partim per dulcedinem suavissimae lectionis ».

27 *ora confudit*] Hic ut vides, opuscula Cypriani percenset Augustinus inde a libro « Ad Demetrianum ».

virgines Christo pulchras, non corporibus et coloribus, sed moribus red⟨di⟩dit: zeli et livoris confregit aculeos, et venena conpressit: de dominica oratione salubriter disputans, ut quod postulamus intellegamus: et fecit lapsis libellum, pastoraliter consulens clementerque conpatiens, et contemnentes ad humilitatem doloris deposuit, et dolentes de profundo desperationis erexit: patientiam laudavit, persuasit, exhibuit: haereticorum frontes unitatis demonstratione et praedicatione contrivit: eo de mortalitate tractante, et inmortalis vitae gaudia commendante, in animis fidelium omnis morientium metus et maerentium luctus erubuit: idolorum vanissimum et perniciosissimum cultum etiam litterarum saecularium attestatione convicit: ad elemosynarum maximam utilitatem et lucra caelestia, terrena avaritia confutata, christianos animos inflammavit. Et quid plura dicam? Multi usquequaque habent magnum corpus librorum eius. Sed nos uberiores gratias domino agamus, quod habere meruimus sanctum corpus membrorum eius: ubi preces nostras domino, cui placuit, et cuius gratia talis extitit, affectu ardentiore fundamus, et eum in domino laudemus, per quem dominum sic laudatum esse gaudemus. EXPLICIT TRACTATUS DE NATALE SANCTI CYPRIANI · I ·

Librorum eius indiculus texitur.

XXVII.

Guelferb. Serm. XXVII, p. 105-109: cod. fol. 134ᵛ-136ᵛ. Ineditus pariter hic sermo, nec minoris auctoritatis, sermoni Maur. 309 tam conclusione quam adductis ex Passione Cypriani locis persimilis. Ad festivitatem martyris « omnium fratrum sororumque multitudo » convenerat, lectumque erat evangelium Ioh. 12, 25, cantatus psalmus 125.

INCIPIT TRACTATUS DE NATALE CYPRIANI · II ·

Sollemnitatem sanctam eius martyris hodie celebramus, qui multos ante se martyres misit eloquio, multos post se eduxit exemplo. Quid ergo tantae rei dignum tanto illi proferamus, nisi ut non expectet

2 reddit *G* liboris 6 laudabit 8 eo] *ex* et *emendavi; alibi quoque in codice verbi gratia fol. 6* et pretio *pro* eo pretio *positum animadverti* inmortalitatis 11sq. aelemos. 13 inflammabit 23 tanto] *scripsi;* tanta *G*

2 *reddidit*] Lib. « De habitu virginum ».
zeli et livoris] Lib. « De zelo et livore ».
3sq. *intellegamus*] Lib. « De dominica oratione ».
6 *erexit*] Lib. « De lapsis ».
7 *exhibuit*] Lib. « De bono patientiae ».
8 *contrivit*] Lib. « De catholicae ecclesiae unitate ».
10 *erubuit*] Lib. « De mortalitate ».
11 *convicit*] Lib. « Quod idola dii non sint ».
13 *inflammavit*] Lib. « De opere et eleemosynis ».

laudari a nobis, sed non cesset orare pro nobis? Sumus enim, et si non in eo merito quo hic fuit, in ea certe vita in qua et ipse laboravit. Gessit enim vitam mortalem, et modo ..... gerens inpetrare meruit immortalem. Iste autem modus mortalem vitam gerendi, et ad immortalem perveniendi, non ab ipso sibi praescriptus est, sed a duce, rege, imperatore, praecursore, a⟨d⟩iutore, salvatore, liberatore, omnium martyrum coronatore, domino scilicet deo et salvatore nostro Iesu Christo, unico Filio dei ut crearemur, et filio hominis ut recrea⟨re⟩mur; ab eo qui mentiri nescit, qui nec fallit nec fallitur, praescripta est regula in qua est constitutus modus gerendi mortalem vitam et perveniendi ad aeternam. Hanc beatus Cyprianus noverat et docebat: nec docebat tantum, sed et faciebat; eo demonstrans non se fallere quos docebat, quia docendo vivebat, et vivendo faciebat. Quid ergo dominus? quemnam modum constituit gerendi mortalem vitam, et meritum inpetrandae immortalis vitae? Modo audivimus, cum sanctum evangelium legeretur: QUI VULT ME, inquit, SEQUI, NEGET SEIPSUM. Quasi obscurum videretur, addidit adhuc caelestis magister, et dicit: QUI AMAT ANIMAM SUAM, PERDET EAM; ET QUI PERDIDERIT EAM PROPTER ME, INVENIET EAM. Iste est modus gerendae mortalis vitae, ad inpetrandam vitam immortalem: de hoc modo, favente ipso cuius sollemnitatem agimus, et orante pro nobis, aliquid a nobis audiat caritas vestra. [Magna est enim merces proposita, fratres dilectissimi]. Certe sollemnitatem celebramus beatissimi martyris: ad hanc festivitatem omnium fratrum sororumque multitudo convenit, et gaudent celebrantes natalicia martyris. Si natalis est, natus est; ut nasceretur, conceptus est. Ubi conceptus est? In hac vita qua natus est. Hanc vitam omnes novimus plenam tribulationibus: illa⟨m⟩, in qua hic renatus est beatus Cyprianus, bene novimus; eius tamen natalicia celebramus. Et quis est nostrum, qui natalicia sua, quae celebrat in domo sua, ex parva parte audeat comparare his nataliciis beatorum martyrum? Quicumque hoc fecerit, se ipsum sacrilegum iudicabit.

Lectum erat evangelium Marc. 8, 34 sq. cum Ioh. 12, 25 permixtum.

Ad festivitatem martyris fratrum sororumque multitudo convenerat.

2. Videamus ergo quid sit, abneget se; magna est enim merces proposita, fratres dilectissimi. Audivimus confessionem beatissimi

[2] laborabit *G* [3] modo] *vacat hic spatium sex litterarum* [6] aiutore [8] recreamur [9] fallet [13 sq.] quemnam modum] *emendavi ex* quem ammodum [17] addidit] *pro* addit, *ut videtur* [22] Magna e. e. m. p. fr. dil.] *eadem recurrunt infra l. 32 sq., perperam ut puto aut hic anticipata, aut ibi iterata* [27] illa *G*

[16] *seipsum*] Marc. 8, 34.
[19] *eam*] Ioh. 12, 25 cum Marc. 8, 35.
[27] *hic*] Proprie de loco decollationis intellegendum videtur, ubi basilica « ad mensam s. Cypriani » aedificata erat.

martyris Cypriani: EGO UNUM DEUM COLO, QUI FECIT CAELUM ET TERRAM, MARE ET OMNIA QUAE IN EIS SUNT. Tacet deus, sed loquuntur opera dei: ecce cui deo, ecce quali deo, immo non quali et tali, sed deo, ecce cui credidit Cyprianus. Quid est ergo, abneget se? Nega te. Quid est, nega te? Cogeris negare deum? nega te, et noli negare deum. Noli istam vitam tuam temporalem amare, et contra vitam aeternam laborare; immo cede vitae aeternae, ut tu ⟨aeternus⟩ efficiaris: abnega te, ut deum confitearis: nega te, homo, ut angelus efficiaris: nega te, homo mortalis, ut confessus deum in aeternum vivere merearis. Ecce vitam temporalem amas: non vis eam negare, et deum vis negare. Recedit a te deus, quem negasti, quem confiteri noluisti; et habebis vitam temporalem, quam negare noluisti. Videamus ergo quam diu habiturus es istam vitam. Ecce crastinus dies, et post crastinum alter crastinus, et post multos crastinos venit finis. Et quo ibis? quo exibis? Nempe ad deum, quem negasti. O miser, infelix! et deum negasti, et vitam temporalem velis nolis perdidisti. Vita enim ista, fratres dilectissimi, velimus nolimus transit, currit: abnegemus ergo nos ipsos in hac temporali vita, ut in aeternum vivere mereamur. Abnega te, confitere deum. Amas animam tuam? perde illam. Sed dicis mihi: Quomodo quod amo perdo? Facis hoc in domo tua. Amas frumentum, et spargis frumentum, quod in horreum tanta diligentia reconderas, quod tanto labore messis et triturationis purgaveras; iam repositum, iam mundatum, veniente sementis tempore proferes, sparges, obrues, ne videas quod spargis. Ecce amando frumentum, spargis frumentum: amando vitam, funde vitam: amando animam tuam, perde eam; quia cum perdideris eam propter deum in hoc tempore, in futuro invenies eam in vitam aeternam. Amando ergo vitam, funde vitam.

Acta proconsularia de Cypriano recitata.

Quomodo quod amamus perdimus.

3. Durum est, molestum est, triste quoddam est: conpatior tibi, quia conpassus est nobis et dominus deus noster. Se enim in te, et te in se ostendit, cum diceret, TRISTIS EST ANIMA MEA USQUE AD MORTEM. Passus est pro nobis, patiamur pro illo: mortuus est pro nobis, moriamur pro illo, ut in aeternum vivamus cum eo. Sed forte dubitas mori, o homo mortalis, quandoque moriturus, quia mortalis natus es. Vis non timere mortem? Pro deo morere. Sed forte propterea mori times,

7 caede *G* aeternus] *supplevi coniect.* 10 recedit] *pro* recedet? 13sq. post crastinus... multos crastinus 19 confiteri deo. confiteri deum *contigue scriptum* 24 obruis

2 *sunt*] Cf. Acta proconsul. edit. Hartel (CSEL 3, 3), p. cx, 16. 31 *mortem*] Matth. 26, 38.

quia mors tristis res est. Messem considera: frigus habet tempus seminis; sed si agricola recusaverit frigore [non] contristari in hieme, non gaudebit aestate. Respice si propterea seminare piger es, quia tristitia frigoris in sementi est. Attende psalmum: QUI SEMINANT IN LACRIMIS, IN GAUDIO METENT. EUNTES IBANT ET FLEBANT, MITTENTES SEMINA SUA. Hoc modo cantabamus. Quod cantavimus faciamus: seminemus animas nostras hoc tempore, sicut frumentum in hieme, ut metamus eas in aeternum tempus, sicut frumentum in tempus aestivum. Ita sancti martyres, ita omnes iusti, laborantes in terra, flentes miserunt semina sua: fletu enim abundat haec vita. Et quid sequitur? VENIENTES AUTEM VENIENT IN EXULTATIONE, PORTANTES GREMIA SUA. Semen tuum, fusio sanguinis: gremium tuum, corona percepta.

Cantatus erat ps. CXXV.

4. Hoc credidit martyr noster, hoc docuit antequam faceret, hoc fecit quia iam docuerat. Quibus locutus est beatus Cyprianus, sermone solo eos docuit; nos geminatam tenemus doctrinam ipsius: tenemus sermonem in scriptura, exemplum in memoria. Hortetur ergo nos, et oret pro nobis; impetret nobis talem voluntatem a domino, de qua ipse in sua passione locutus est, dicens: BONA VOLUNTAS, QUAE DEUM NOVIT, MUTARI NON POTEST. Et cum ei diceret iudex minans, CONSULE TIBI, ille iudex odire, non amare videbatur homine⟨m⟩, ut diceret homini mortali, Consule tibi: id est, consule tibi, ut nunc paucis diebus vivas, et in aeternum moriaris. Sanctus vero Cyprianus non attendit ad iudicem hominem, potestatem habentem in terra; sed attendit ad iudicem deum, qui fecit caelum et terram. Beatus ergo Cyprianus, nisi negaret se, nisi amans animam suam perderet eam, ut perdendo inveniret eam, diceret ei: Consulo plane, et ago gratias, quia das locum consulendi, aut dilationem cogitandi; aut certe, Nunc accipe devotionem meam, suscipio cerimonias principum. Diceret hoc, non negaret se; et perverse amando animam suam, non perderet eam: id est, non seminaret quod meteret. Nunc vero contemnens frigus hiemis, laetitiam cogitans aestatis, respondit homini, tamquam adversario quem videbat, convincens eum quem non videbat. Quod enim diabolus per illum iudicem agebat, ipse iudex ignorabat, sed sanctus Cyprianus sciebat. Respondit ei, dicens: FAC QUOD TIBI PRAECEPTUM EST. Praeceptum hoc sanctus martyr altius intendebat, memor domini dei sui, qui stans ante Pontium Pilatum, cum ille diceret inflammatus, NESCIS QUIA POTESTATEM

Iterum ex Passione Cypriani.

[2] non] *1° loco ex abundanti* [6] cantabimus [8] aestibum [19] mutari] *G;* immutari *Acta ap. Hartel* potest] posset *G* [20] hominem] m *in fine supplevi*

[5] *sua*] Ps. 125, 5. 6. [11] *gremia sua*] Ibid. 6.

HABEO DIMITTENDI TE, ET POTESTATEM HABEO OCCIDENDI TE? respondit ei verax et veritas: NON HABERES IN ME POTESTATEM, NISI TIBI DATA ESSET DESUPER. Revera fratres, non enim quia imperator hoc praeceperat, ideo patiebatur sanctus Cyprianus, et non quia ille praeceperat, qui nobis talem martyrem praerogabat. Memor ergo domini dei sui, respondit iudici: FAC QUOD TIBI PRAECEPTUM EST; IN RE TAM IUSTA NULLA EST CONSULTATIO. De rebus dubiis consuli solet: si adhuc consulo, adhuc dubito. In re tam iusta nulla est consultatio. Quae est ista res iusta? Iustum est, ut sequar martyres, quos loquendo feci ad martyrium praecedere: non est iustum, ut derelinquam eos, qui me praecesserunt. Si enim non fecero quod docui, illis coronatis ceteri refrigescent. Iustum est ergo impleam quod docui, et implendo doceam quod implevi. Fecit hoc beatus Cyprianus. In re tam iusta nulla est consultatio: accepit sententiam, meruit coronam. Iudex quem afflixerit vidit, quo miserit non vidit; quia, ut videret, dignus non fuit. Quid ergo de tantis donis dei agamus, fratres dilectissimi, nisi quod ipse martyr dixit? In ultimo enim cum diceret iudex TASCIUM CYPRIANUM ANIMADVERTI GLADIO PLACET, Cyprianus dixit, DEO GRATIAS. Et nos ergo in hac sollemnitate positi, videntes ista oculis fidei, et sperantes, quo ille festinavit, nos quoque esse venturos, dicamus omnes, Deo gratias. Conversi ad dominum. EXPLICIT TRACTATUS DE NATALE SANCTI CYPRIANI · II ·

Non ob imperatoris, immo ob dei sui praeceptum patiebatur Cyprianus.

«Deo gratias» Cypriani.

XXVIII.

Guelferb. Serm. XXVIII, p. 109-117; cod. fol. 136ᵛ-140ʳ. Perinde ac duo praecedentes et inedita et Augustiniana est haec oratio, sed longior, ac praecipue in Donatistas directa, quorum clamor « Deo laudes » responsioni martyris Cypriani « Deo gratias » oppositus omnibus Christianis catholicis terrorem incutiebat. Hos Augustinus hortatur, ne timeant haereticorum collectiones, ne timeant praecipitatorum congregationes: adversus quos ipse constanter protestatur « non esse haereticos martyres, non esse martyres circumcelliones », ad omnem eventum mortemque ipsam paratissimus, dum boni episcopi officium ne praetermittat.

INCIPIT TRACTATUS DE NATALE SANCTI CYPRIANI · III ·

Dominus et salvator noster Iesus Christus, in quo spes nobis est salutis aeternae, ad hoc, cum esset deus, homo factus est, ne homo, longe factus a deo, relictum se in longinquo et desertum putaret.

12 implebi *G* 15 quia ut] *ex* qui autem *emendavi* 19 festinabit.

1 *occidendi te?*] Ioh. 19, 10. 3 *desuper*] Ibid. 11.

Mediator ergo ille factus ita tempus longinquitatis, quo separabamur a deo, implevit quodammodo, ut per ipsum non solum longe non remaneremus, verum etiam propinquare possemus. Nihil enim tam coniunctum quam Verbum et deus; iterum nihil tam coniunctum quam caro et homo. Cum ergo Verbum et deus longe es⟨se⟩t a carne et homine, Verbum factum est caro, et coniunxit hominem deo. Hic ergo dominus et salvator noster, Filius dei, Verbum dei factum caro, non conversione in carnem, sed assumtione carnis, credentes in se docuit vivere, docuit mori: vivere sine cupiditate, mori sine timore. Docuit vivere, ne in aeternum moriamur: docuit mori, ut in aeternum vivamus. Ex eorum itaque numero, quos hoc docuit, eminuit beatus Cyprianus: sic vivens tamquam sciens se moriturum, et sic moriens tamquam certum habens resurrecturum; gemina gratia commendatus deo, ea utique gratia, quam sumpsit ab illo cui placuit. Placuit autem illi ex dono eius: quod enim ad ipsum attinebat, unde displiceret habebat, non unde placeret; sed quemadmodum scriptum est, UBI ABUNDAVIT PECCATUM, SUPERABUNDAVIT GRATIA. Ille ipse veridicus et verax martyr servus dei, verax munere dei, confitetur in scripturis suis, qualis antea fuisset: non obliviscitur qualis fuerit, ne ingratus sit ei, per quem talis esse cessavit. Gemina ergo gratia commendatur deo, episcopatu et martyrio. Episcopatus eius defendit et tenuit unitatem; martyrium eius docuit et implevit confessionem.

Verbum caro factum, non conversione in carnem, sed assumtione carnis.

Episcopatus Cypriani defendit unitatem, martyrium docuit confessionem.

2. O quam magna, quam mirabilis est fides! Aliquid magnum est fides, et ubi est? Videmus enim nos invicem facies nostras, formam nostram, vestes nostras, verba denique nostra vocesque aure percipimus; fides ubi est, de qua nunc loquor? demonstretur oculis nostris. Ecce fides non videtur: et tamen totam istam multitudinem, quae hic in domo dei videtur, ipsa fides attraxit, quae non videtur. Magna ergo fides, sicut et dominus in evangelio dicit: SECUNDUM FIDEM TUAM FIAT TIBI. Item ipse dominus deus noster laudans fidem quorumdam ait: NON INVENI TANTAM FIDEM ⟨IN⟩ ISRAHEL. Non ergo mirum est, si per fidem quae non videtur contemnitur vita quae videtur, ut acquiratur vita quae non videtur. Hac fide plenus erat sanctus Cyprianus: hac fide implentur non falsi sed veri Christiani, qui ex toto corde et fide

Quam magna fides in Cypriano.

[1] ita tempus] *conieci;* inter tempus *G* [2] implebit [5] esset] *scripsi;* est *G* [6] coniuncxit [16 sq.] abundabit... superabundabit [19] cessabit [25] verba d. nostras [31] in] *supplevi* [32] ut acquiratur] *ex* vitaquiratur *emendavi*

[17] *gratia*] Rom. 5, 20.
[30] *tibi*] Matth. 8, 13; cf. 9, 29.
[31] *Israhel*] Matth. 8, 10.

inconcussa deo credunt. Haeretici autem et Donatistae, qui se ad Cyprianum falso iactant pertinere, si episcopatum eius attenderent, non se separarent; si martyrium, non se praecipitarent. Non est omnino discipulus Christi, non est comes Cypriani, haereticus in haeresi separatus, aut Donatista in morte praecipitatus.

3. Consideremus, fratres dilectissimi, docentem Christum, sequentem Cyprianum; et istos de transverso clamantes se esse Christianos, se ad Cyprianum pertinere. Audite Christus quid docet: PACEM MEAM DO VOBIS, PACEM MEAM RELINQUO VOBIS. Non est Christi discipulus Donatista aut haereticus; non est Christi discipulus pacis inimicus. Videte utrum ipse dominus deus noster hoc dixerit et non fecerit, qui dixit, Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. Iudam diabolum inter discipulos suos toleravit, non separavit: admissus est a⟨d⟩ cenam domini, cum iam accepisset pretium domini. Vendere enim Christum voluit, redimi a Christo noluit. Ita docuit dominus et salvator noster Iesus Christus, cavendam esse separationem, et concisionem dirimendam, pacem et unitatem amandam. Quam pacem quodammodo ultimo testamento relinquit suis discipulis, nostris apostolis. Iturus enim ad Patrem dixit, Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis; et Iudam a se non separavit, qui non posset errare, si voluisset eum separare: neque enim separaret innocentem pro nocente, aut separando nocentes desereret innocentes. Sciebat ille quid faceret, et non fecit: non fecit separationem, qui praecepit pacem amandam. Sciebat ille quid faceret, et non fecit: non fecit qui sciebat, ne auderet facere qui nesciebat. Iudas se ipse separavit a domino. Toleratus est usque ad extremum: osculum pacis dedit, qui pacem non habebat; et tamen osculum pacis accepit. Osculo illo non copulabatur, sed condemnabatur; ita enim ei dominus osculum dedit, tamquam diceret ei: Ecce quod habeo, ecce quod non habes. Caput enim erat Christus cantantis corporis sui et dicentis: CUM HIS, QUI ODERUNT PACEM, ERAM PACIFICUS. In illo ergo tolerato usque in finem vehementer commendavit dominus Iesus Christus, non esse faciendam separationem, sed unitatem esse diligendam, pacemque servandam.

In Iuda usque in finem tolerato commendavit dominus cavendam esse separationem.

4. Hoc de pace servanda propter haereticos diximus, qui se ab ecclesia catholica separaverunt, et cotidie se separant, et falso se catholicos

Falso se catholicos vocant Donatistae.

3 martirium *G* 4 separatur 11 dixerat 13 tolerabit n. separabit ammissus est a cenam 16sq. dirimendam... amandam] m *in fine s. l. suppl.* 18 testamento] o *ex* u *corr.* 20 separabit... noluisset 25 separabit 31 commendabit 35 falsos se

9 *vobis*] Ioh. 14, 27. 30 *pacificus*] Ps. 119, 7.

vocant. Hoc ergo de pace domini praeceptum commemoravimus propter haereticos. Videamus autem et de martyrio quid dicit dominus; commemorare debemus, et propter Donatistas, qui se praecipitant, magisterium commendandum est domini. Ait enim diabolus domino, cum eum temptaret — temptabatur autem dominus, ut nos disceremus resistere temptatori — dixit ergo ei diabolus: SI FILIUS DEI ES, MITTE TE DEORSUM. Assumserat enim eum super pinnam templi; dominum suum non agnoscebat, et tamquam hominem praecipitium docebat. Hoc nesciens in vero Christo temtabat, quod falsis Christianis persuadere praeparabat. Donatistae enim non falsi Christiani, sed omnino Christiani non sunt, qui quod suggestum est a diabolo audiunt, quod responsum est a Christo non audiunt. Quid enim dominus magister et salvator noster diabolo talia suggerenti respondit? REDI RETRO, SATANAS, SCRIPTUM EST ENIM: NON TEMPTABIS DOMINUM DEUM TUUM. De scriptura quippe diabolus suggessit, et dominus de scriptura respondit. Dixerat enim diabolus domino: QUONIAM SCRIPTUM EST, ANGELIS SUIS MANDAVIT DE TE; IN MANIBUS TOLLENT TE, NE FORTE OFFENDAS AD LAPIDEM PEDEM TUUM. Praecipita te, inquit, et si filius dei es, angeli te suscipiunt: quid times? Poterat dominus et iactare carnem suam, et mori non sinere; sed quod praesenti Christo diabolus suggerebat, Christus futuros Christianos talia non docebat. Hoc enim et Donatistis diabolus suggerit dicens: Praecipitate vos, angeli vos suscipiunt; tali morte non itis ad poenam, sed pergitis ad coronam. Christiani essent, si aurem praeberent Christo, et non crederent diabolo, qui eos primo et a pace ecclesiae separavit, et postea praecipites dedit. Quaerimus ab eis, et dicimus: Si mors voluntaria vos delectat, et pulcrum putatis nullo urguente inimico, nullo adversario occidente sponte mori, quare ad praecipitium cito curritis, ad laqueum numquam? Est in facili alia mors, magisque suspendium laquei servat integra membra morientis, quam praecipitium quod eligitis: cur ergo non vos in laqueo suspenditis, quando mori vultis? Respondent: Absit a nobis, anathema sit laqueus; Iudas enim traditor laqueo se suspendit. O miseri et infelices, quae est ista dementia, nolle facere quod traditor fecit, et facere quod magister traditoris diabolus eos docuit? Iudas ut traderet Christum, sicut scriptum est, SATANAS INTRAVIT IN COR EIUS: qui illi persuasit ut Christum traderet, ipse illi persuasit ut

Dementia donatistarum qui praecipitium eligunt, a laqueo abhorrent.

[23] Christiani] s *in fine erasa; fort. legendum* Christiani si essent, aurem pr. [27] appraecipicium [29] menbra [30] illaqueo [34] intrabit

[6] sq. *deorsum*] Matth. 4, 6.
[14] *tuum*] Ex Matth. 4, 10 et 7 conflatum.
[17] *pedem tuum*] Ibid. 6.
[35] *eius*] Ioh. 13, 27.

laqueo se suspenderet. Paenituit quippe eum quod tradiderit sanguinem iustum, sed paenitentia eius spem non habuit: paenituit, sed desperavit, indulgentiam se accepturum esse non credidit. Non venit ad eum quem tradiderat, et veniam petiit: veniam non petiit, liberationem non imploravit, eius se redimendum sanguini non commendavit. Neque enim esset dominus in Iuda crudelis, qui fuit misericors in Iudaeis. Iudas vendidit Christum occidendum, Iudaei emerunt Christum occidendum. Vis nosse quia parceret venditori? Rogavit pro emptoribus; pendens in cruce dixit: PATER, IGNOSCE ILLIS, QUIA NESCIUNT QUID FACIUNT. Illi autem qui crucifixerunt Christum, qui permanere in illo peccato voluerunt, perierunt, quia paenitentiam agere noluerunt; de indulgentia desperaverunt, veniam non meruerunt. Si qui autem ipsorum ad ipsius Christi indulgentiam cucurrerunt liberandi, ad cuius sanguinem fundendum cucurrerunt a diabolo incitati, paenituerunt, et indulgentiam meruerunt. Baptizati sunt: sanguinem Christi fuderunt saevientes, biberunt credentes.

Parceret suo venditori, qui pro emptoribus rogavit.

5. Diabolus ergo, qui persuasit haereticis separationem, Donatistis praecipitationem, ipse persuasit Iudae et traditionem et desperationem et laqueum. Tu ergo, Donatista, qui te vis occidere, qui vitas traditoris laqueum, quare non vitas diaboli praecipitium? Diabolus persuasit Iudae, ut sibi collum ligaret; ipse est qui suggessit domino, ut se praecipitaret. Ergo diabolum in utroque vitate: sicut in laqueo diabolum vitatis, ita in praecipitio diabolo consentire non debetis. Suggerens quippe diabolus praecipitium quid audivit a domino? REDI RETRO, SATANAS. O Donatista, hoc dic diabolo, quando tibi suggerit praecipitium; qui etiam vos implevit, ut praecipitati colamini. Revera enim, fratres, et ipsi se praecipitant, et a suis perversis populis praecipitantur. Illi sunt homicidae ampliores, qui corpora praecipitatorum cum honore colligunt, qui praecipitatorum sanguinem excipiunt, qui eorum sepulchra honorant, qui ad eorum tumulos se inebriant. Illi enim videntes huiusmodi honorem praeberi praecipitatis, inflammantur alii ad praecipitium; illi super eos inebriantur vino, illi inebriantur furore et errore pessimo. Contra hos beatus Cyprianus, Christi commendans pacem, docens passionem. Utrumque in eo attendit⟨e⟩: pacem tenuit in unitate, martyrium tenuit in confessione. Nam et ipse domi-

Sepulchra praecipitatorum honorant Donatistae.

2sq. desperabit *G* 5 inplorabit 15 baptyz. 20 diabolus] *pronomen* qui *hic deesse suspicor* 22 in utrumque 33sq. commendantis... docentis *G* 34 attendit

10 *faciunt*] Luc. 23, 34.

16 *biberunt credentes*] Cf. supra p. 74, l. 16; 322, 2; 326, 18.

nus noster Iesus Christus utique pati venerat, et praedixerat se passurum, et non redimeremur nisi passus esset; etiam dixerat: POTESTATEM HABEO PONENDI ANIMAM MEAM, ET SUMENDI EAM. NEMO TOLLIT EAM A ME; EGO IPSE EAM PONO A ME. Et de Patre dictum erat: QUI FILIO PROPRIO NON PEPERCIT, SED PRO NOBIS OMNIBUS TRADIDIT EUM. Et de ipso domino nostro Iesu Christo: QUI ME DILEXIT, ET TRADIDIT SEIPSUM PRO ME. Cum ergo ideo venerit ut traderet eum Pater impiis ad redimendos nos, et tradid⟨er⟩it semet ipsum impiis ad redimendos nos, post cenam tamen datam discessit in montem, fugit oculos persequentium; veniri ad se voluit, non se ultro intulit. Attende imitantem Cyprianum. Audistis, cum eius passio legeretur, eum dixisse proconsuli: CUM DISCIPLINA PROHIBEAT, UT SE QUISQUE OFFERAT. ⟨En⟩ quemadmodum ille patiendi noverat disciplinam: utique erigebat ad passionem; non tamen praecipitabat, non inpellebat, ut se ultro offerrent. Et ad ipsum beatum Cyprianum mittitur, et adducitur, non se tamen ultro obtulit. Donatistae autem ultro se praecipitant, et veniunt ad homines, et dicunt: Occidite nos. Illi dicunt: Non vos occidimus. O insani, o perversi! Ad hunc arti⟨cu⟩lum venis: martyrem te esse ideo dicturus es, ut facias aut homicidium aut homicidam; ut et ad homines veniant, et eos in se arment, et terrendo occidere cogant. Qui si sanum cor haberent, et praecipitium horrerent, et homicidium non facerent; sed hoc faciunt, quod eos pater suus diabolus docuit, et magister suus Donatus instruxit. Contra quos beatus Cyprianus et unitatem et pacem fortiter defendit.

Exemplo Christi Cyprianus non se ultro persecutoribus intulit.

6. Mittitur ergo ad eum: adducitur ad proconsulem, stat ante tribunal iudicis hominis. Secesserat enim in hortos suos causa persecutionis, sicut dominus post cenam in monte Oliveti. Dominus in monte Oliveti oleum pacis rigavit et fovit; Cyprianus in hortis granum sinapis nutriebat. Ille inde adductus stetit corpore ante proconsulem, corde autem ante salvatorem; potestatem humanam honorabat, divinam gloriam non negabat. Primo inde in exilium missus est. Christum confessus est, perrexit ad exilium; inde ductus ad martyrium adductus est, tamquam sarmentum ad falcem, non amputationis, sed purgationis.

7. 8 arredimendos *G* 8 tradidit 10 asse 12 et cum disciplina prohibebat *G; emendavi ex Act. ap. Hartel. p.* CXI, *l.* 4 En] *conieci ex praeced.* et *superfluo; om. G* 13sq. appassionem 16 optulit 18 arti|lum 19 homicidam] m *in fine s. l. suppl.* 29sq. proconsulem... salvatorem] m *s. l. add.* 32 inde ductus] *G: pro* inde eductus?

4 *a me*] Ioh. 10, 18.
5 *eum*] Rom. 8, 32.
7 *pro me*] Gal. 2, 20.
26 *in hortos suos*] Acta apud Hartel, p. CXI, l. 19: « in suis hortis manebat ».

Dixit enim dominus: EGO SUM VITIS, VOS ESTIS SARMENTA, PATER MEUS AGRICOLA. OMNE SARMENTUM, QUOD IN ME DAT FRUCTUM, PURGAT ILLUD PATER MEUS, UT MAIOREM FRUCTUM AFFERAT; ET OMNE SARMENTUM, QUOD IN ME NON DAT FRUCTUM, EXCIDET ILLUD, ET ARESCIT, ET IN IGNE⟨M⟩ MITTETUR. Attendite ergo sarmentum purgatum, martyrem Cyprianum; attendite sarmenta amputata, haeretici et Donatistae. Quid vos ad istum dicitis pertinere, ad istum ferentem fructum pacis et unitatis, purgatum falce martyrii ad percipiendam coronam aeternae salutis? Quid vos huic comparatis, haeretici et Donatistae, separatione concisi, praecipitatione coinquinati? Stat beatus Cyprianus, Christum confitetur, non consentit ad id quod cogitur; accipit iudic⟨i⟩ariam sententiam temporalem, fit cum Christo iudex in aeternum. Accipit sententiam, et DEO GRATIAS recte, quia recte confessus est. O insani Donatistae! o rabidi! Deo gratias. Cypriani celebra⟨re⟩ se dicunt natale; DEO LAUDES ipsorum omnes viri Christiani formidant. Congregati enim sunt Donatistae ad omnia scelera sua; ut se praecipitent, Deo laudes clamant: in ore, Deo laudes, in factis DEO ODIBILES. Itaque quisquis tunc stans a longe Christianus catholicus audierit Deo laudes, iam contremiscit, iam quaerit qua fugiat, ne praecipitationes ipsorum videat. Ecce quomodo Donatistae amaricaverunt laudes dei.

Sarmentum purgatum, Cyprianus; sarmenta amputata, Donatistae.

« Deo gratias » Cypriani, « Deo laudes » Donatistarum.

7. Sed nos attendentes magisterium Christi, exemplum Cypriani ponamus in cordibus nostris, deprecantes dominum deum, adiuvantibus etiam orationibus sanctorum, ut tales homines non timeamus, et eis non taceamus de fide et spe quae in nobis est. Confiteamur ergo Christum, et homines non timeamus, neque timendo taceamus. Nam et beatus Cyprianus inter persecutores et gentiles vitam agens, cum esset inter idolorum cultores, potestatem imperii temporalis non timuit, neque tacuit quod idola dii non erant. Non solum in ecclesiis non tacuit,

De libro Cypriani « Quod idola dii non sint ».

2 illum *G* 4 sq. in igne 8 falcem m. appercipiendam 11 iudiciariam] *conieci ex* iudicariam 13 et Deo gratias] dixit *suppl. Reitzenstein, at forsitan* et *pro* ait *scriptum fuerit* 14 o rabidi] ora vidi *G* celebrare se] *conieci;* celebrase *G. Reitzenstein hic legit* Deo gratias Cypriani celebrare interdicunt natalem: *ingeniose quidem, ego vero haud ita ab exemplari licet corrupto discedere ausus sim* 23 sq. adiuvantibus] d *s. l. suppl.*

2 *agricola*] Ex Ioh. 15, 5 et 1, ut supra serm. Guelferb. 1, 10.

5 *mittetur*] Ex Ioh. 15, 2 et 6 confl.

12-20 *Accipit sententiam... ipsorum videat*] Totum locum coniciendo restituit R. Reitzenstein in opusc. « Ein donatistisches Corpus cyprianischer Schriften » (Gesellschaft d. Wissenschaften Göttingen, Philol.-histor. Klasse, 1914, p. 89).

17 *odibiles*] Rom. 1, 30.

sed et in scripturis ostendit. Numquid dixit, Attendam tempora: qui imperant, idola adorant: parcam confundere illos, quamvis temporales, tamen imperatores? Numquid tacuit? numquid pastor bonus videns lupum fugit? Quid enim prode est, si adsit pastor corpore, fugiat corde? Qui enim timendo tacet, corde fugit. Contra enim deus diceret ei: SPECULATOREM POSUI TE; diceres, non taceres: sed tacuisti, ne occidereris. Nonne ego dixeram, NOLITE TIMERE EOS QUI CORPUS OCCIDUNT, ANIMAM AUTEM NON POSSUNT OCCIDERE? Ecce cum times morte⟨m⟩ carnis tuae, fecisti tot mortes animae tuae. Ergo beatus Cyprianus non tacuit, neque haereticis, neque Donatistis, neque ipsis imperatoribus. Dixit, et securus dixit, certusque in domino deo suo dixit, non esse deos daemones. Dicimus et nos, non esse haereticos martyres, non esse martyres circumcelliones. Beatus Cyprianus non timuit daemonum adoratores: nos non timeamus haereticorum collectiones, non timeamus praecipitatorum congregationes. Oremus tantum ad dominum animo, ut consilium tacendi nemo habeat. Et si nos propter fidem nostram occidant, dicamus: Deo gratias; et si non nos occidant, quantum est quod hic viviturus sumus? Et si ad ultimos canos perveniamus, quantum est? Numquid non sumus morituri? Numquid propter paucos dies vitae huius quiescere debet ministerium cordis et linguae nostrae? Absit. Sed et si ista vita nostra propter hoc ministerium necessaria est caritati vestrae, a domino eam inpetrate; silere non possumus. Potestis rogare deum, ut, si adhuc necessarii vobis sumus, conservet nos vobis, et vos nobis; ipse potens est conservare omnes nos a minis, ab inprobitatibus, ab insidiis omnium inimicorum, a perversitatibus omnium haereticorum; quibus quia bene volumus, et converti eos volumus, ipse novit qui inspector et rector cordis nostri est. Sed retribuent forte illi nobis mala pro bonis. Numquid modo fieri coepit, ut servis dei retribuentur mala pro bonis? Antiqua res est, extant exempla: ne⟨c⟩ cessabit hoc, ne⟨c⟩ cessabit usque in finem; et iam in ipso fine saeculi sumus.

Augustinus propter fidem mori paratus.

Semper servis dei retributa mala pro bonis.

8. Itaque, fratres mei, obtestor caritatem vestram, ut firmum et paratum cor habeatis in deo. Et oremus omnes ad deum, ut quomodo

4 assit *G* 8 morte 12 daeos 25 inprovitatibus 28. 29 bonis] *emendavi ex* nobis 30 necessabit 32 optestor

1 *sed et in scripturis ostendit*] Cf. serm. Guelferb. 26, 2: supra, p. 531, l. 10 sq.

6 *posui te*] Ezech. 3, 17; 33, 7.

8 *occidere*] Matth. 10, 28.

18 *vivituri*] Ut serm. Guelferb. 1, 9 et 12, 2: supra, p. 448, l. 27 et p. 481, l. 20. 21. 25. 26. 27.

scit dominus ducat nos, et custodiat vias nostras, et corporales et spirituales; nihil enim continget nobis neque vobis, quod ille noluerit. Ne autem putetis vacare posse orationibus sanctorum pro omnibus nobis apud deum; quorum orationibus etiam orationes nostrae et vestrae non erunt inanes apud deum. Exemplum vobis dabo de sancta scriptura. Tabitha vidua mulier viduas vestiebat: contigit ut moreretur, ad Petrum apostolum missum est, venit. Demonstratae sunt ei tunicae, quas illa propter pauperes texerat. Commotus est misericordia dominus: exaudivit Petrum, viduam bonam operariam reddidit luci. Sicut ergo illa orationibus viduarum a morte reparata est, ita et nos orationibus beati Cypriani omniumque sanctorum potens est dominus ab omni malo [nos] liberare. EXPLICIT TRACTATUS DE NATALE SANCTI CYPRIANI · III ·

Confidit Augustinus in sanctorum pro se orationibus.

XXIX.

Guelferb. Serm. XXIX, p. 119-125: cod. fol. 142r-145r. Priore parte convenit cum sermone benedictinae editionis 104: reliqua vero, quae ad tres paginas excurrunt, etsi in nostro tantum codice leguntur, et ipsa pulcherrima sunt, atque in omnibus Augustinum referunt; quae cum praecedentibus manifeste adnexa sint, neque alibi, quod sciam, in sancti pontificis operibus reperiantur, integram contionem lectori philaugustino hic primum exhibere visum est.

INCIPIT TRACTATUS
DE MARTHA ET MARIA SIGNIFICANTIBUS DUAS VITAS.

Sanctum evangelium cum legeretur, audivimus a femina religiosa susceptum esse dominum hospitio, eaque Martha vocabatur. Et cum esset ipse occupata in cura ministrandi, soror eius Maria sedebat ad pedes domini, et audiebat verbum eius. Laborabat illa, vacabat ista; illa erogabat, haec implebatur. Verumtamen Martha, multum laborans in illa occupatione et negotio ministrandi, interpellavit dominum, et de sorore sua conquesta est, quod eam laborantem non adiuvaret. Dominus autem pro Maria respondit Marthae; et ipse eius factus est advo-

3 orationibus] *pro* orationes? 4. 5 aput 6 Thabita 6 sq. appetrum 12 nos] *secundo ex abundanti, nec tamen desunt exempla, verbi gr. in Benedicti Reg. Monaster.* 14 Marta *hoc loco G* 20 implebat *G* laborans multum μ (= *August. serm. 104 ed. Maurin.*) 22 aiuvaret *G* 23 sq. abvocatus

9 *reddidit luci*] Cf. Act. 9, 36-41.

catus, qui iudex fuerat interpellatus. MARTHA, inquit, CIRCA MULTA ES OCCUPATA, QUANDO UNUM EST NECESSARIUM. MARIA MELIOREM PARTEM ELEGIT, QUAE NON AUFERETUR AB EA. Audivimus et interpellationem iudicis, et sententiam; quae sententia interpellanti respondit, susceptam defendit. Erat enim Maria intenta dulcedini verbi domini. Intenta erat Martha, quomodo pasceret dominum; intenta Maria, quomodo pasceretur a domino. A Martha convivium domino parabatur, in cuius convivio Maria iam iocundabatur. Cum ergo Maria suaviter audiret verbum dulcissimum, et corde intentissimo pasceretur, interpellato domino a sorore sua, quomodo putemus eam timuisse, ne diceret ei dominus, Surge, adiuva sororem tuam? Mira enim suavitate tenebatur, quae profecto maior est mentis quam ventris. Excusata est, sedit securior. Quomodo autem excusata? Attendamus, inspiciamus, perscrutemur quod possumus: pascamur et nos.

Domini a Martha de Maria interpellati responsio.

2. Quid enim? putamus reprehensum esse ministerium Marthae, quam cura hospitalitatis occupaverat, quae ipsum dominum hospitio receperat? Quomodo recte reprehendebatur, quae tanto hospite laetabatur? Hoc si verum est, dimittant homines quod ministrant egentibus; eligant sibi partem meliorem, quae non auferetur ab eis. Vacent verbo, inhient doctrinae dulcedinis, occupentur circa scientiam salutarem; nihil eis curae sit, quis peregrinus in vico sit, quis egeat pane, quis indumento, quis visitandus, quis redimendus, quis sepeliendus: vacent opera misericordiae, uni instetur scientiae. Si melior pars est, quare non omnes ar⟨r⟩ipimus, quando ipsum dominum in hac causa patronum habemus? Non enim timemus in hac re ne offendamus eius iustitiam, cum patronam teneamus eius sententiam.

Marthae ministerium non reprehensum.

3. Et tamen ita non est: sed sicut dixit dominus, ita est. Quomodo intellegis, non est: est autem, quomodo intellegere debeas. Ecce adverte. CIRCA MULTA ES OCCUPATA, QUANDO UNUM EST NECESSARIUM. MARIA MELIOREM PARTEM ELEGIT: non tu malam, sed ista meliorem. Unde meliorem? Quia tu circa multa, illa circa unum. Praeponitur unum multis: non enim a multis unum, sed multa ab uno. Multa sunt, quae facta sunt; unus, qui fecit. Caelum, terra, mare, et omnia quae in ipsis

3sq. audivimus enim et interpellationem interpellantis et sententiam iudicis μ 4 interpellati *G* 11 surge] *add.* et μ 12.13 escusata *G* 14 ut pascamur μ 17 recerat *G* qui tato 18 dimittant omnes ministrant* gentibus e. s. patem m. *G* 23sq. quare non omnes aripimus *G;* cur non omnes hoc faciunt μ 28 debeas] *G;* debes μ 30 mala *G* ista] *G;* illa μ Sed unde μ 33 unus est μ qui fecit caelum et terram *G* ipsis] *G;* eis μ

3 *ab ea*] Luc. 10, 41. 42.

sunt, quam multa sunt! quis ista numeret? quis horum multitudinem cogitet? Quis haec fecit? ET FECIT DEUS OMNIA, ET ECCE BONA VALDE. Bona valde quae fecit: quanto melior ille qui fecit? Attendamus igitur occupationes nostras circa multa. Ministerium necessarium est corpora refecturis. Quare hoc? Quia esuritur, quia sititur. Misericordia miseriae necessaria est. Frangis panem esurienti, quia invenisti esurientem. Tolle famem, si potes: cui frangis panem? Tolle peregrinationem: cui exhibes hospitalitatem? Tolle nuditatem: cui praeparas vestem? Non sit aegritudo: quem visitas? Non sit captivitas: quem redimis? Non sit rixa: quem concordas? Non sit mors: quem sepelis? In illo saeculo futuro non erunt ista mala: ergo nec ista ministeria. Bene ergo Martha circa corporalem domini — quid dicam nescio, necessitatem, an voluntatem, an necessitatis voluntatem? ministrabat carni mortali. Sed quis erat in carne mortali? IN PRINCIPIO ERAT VERBUM, ET VERBUM ERAT APUD DEUM, ET DEUS ERAT VERBUM. Ecce quod Maria audiebat. VERBUM CARO FACTUM EST, ET HABITAVIT IN NOBIS. Ecce Martha cui ministrabat. Ergo MARIA MELIOREM PARTEM ELEGIT, ET NON AUFERETUR AB EA; hoc enim elegit, quod semper manebit: ideo non auferetur ab ea. Circa unum se voluit occupari: iam tenebat, MIHI AUTEM ADHAERERE DEO BONUM EST. Sedebat ad pedes capitis nostri: quanto humilius sedebat, tanto amplius capiebat. Confluit enim aqua ad humilitatem convallis; denatat de tumoribus collis. Non ergo dominus opus reprehendit, sed munus distinxit. CIRCA MULTA ES, inquit, OCCUPATA: PORRO UNUM EST NECESSARIUM. Iam hoc sibi Maria elegit: transit labor multitudinis, et remanet caritas unitatis. Ergo quod elegit, non auferetur ab ea; a te autem, quod elegisti — utique hoc sequitur, hoc subintellegitur — a te, quod elegisti, aufer⟨e⟩tur. Sed bono tuo aufer⟨e⟩tur, ut quod melius est detur. Auferetur enim a te labor, ut requies detur. Tu navigas, illa iam in portu est.

Pars eius non mala, sed Mariae melior.

4. Videtis ergo, carissimi, et quantum arbitror iam intellegitis, in his duabus mulieribus, quae ambae fuerant domino gratae, ambae

[1] enumeret μ *fort. melius* [2] valde] *locus in* μ *corruptus:* Quis haec fecit? Deus omnia. Ecce bona valde [4] necessarium est ministerium μ [5sq.] miseriae] *G optime;* miseris μ [7] si potes] *G; om.* μ [13] an necessitatis voluntatem?] *G;* μ *vero totum ita contrahit:* quid dicam, necessitatem an voluntatem? [17] et non] *G;* quae non μ [18] ideo] *G; om.* μ [23] inquit] *om.* μ [26] utique] *ante* hoc subintell. *repet.* μ [27] aufertur *utrobique G*

[2] *valde*] Gen. 1, 31.
[15] *Verbum*] Ioh. 1, 1.
[16] *in nobis*] Ibid. 14.
[17] *ab ea*] Luc. 10, 42.
[19] *est*] Ps. 72, 28.

amabiles, ambae discipulae; videtis ergo, et magnum aliquid intellegitis, quicumque intellegitis, quod audire et scire debetis, etiam qui non intellegitis: in his duabus mulieribus duas vitas esse figuratas, praesentem et futuram, laboriosam et quietam, aerumnosam et beatam, temporalem et aeternam. Duae sunt vitae, quas descripsi breviter ut potui: iam de illis vos copiosius cogitate. Quid habeat haec vita — non dico malam, non iniquam, non nefariam, non luxuriosam, non impiam; sed laboriosam, aerumnis plenam, timoribus castigatam, temtationibus sollicita⟨m⟩: hanc ipsam innocentem vitam dico, qualem decebat habere Martham — hanc ergo, quantum potestis, inspicite, et de hac, ut dixi, copiosius quam loquimur cogitate. Vita vero iniqua deerat ab illa domo, nec cum Martha erat, nec cum Maria; et si aliquando fuit, domino intrante fugit. Remanserunt ergo in illa domo, quae susceperat dominum, in duabus feminis duae vitae: ambae innocentes, ambae laudabiles: una laboriosa, altera otiosa: nulla facinerosa, nulla desidiosa. Ambae innocentes, ambae, inquam, laudabiles: sed una laboriosa, ut dixi, altera otiosa: nulla facinerosa, quam cavere debet laboriosa: nulla desidiosa, quam cavere debet otiosa. Erant ergo in illa domo istae duae vitae, et ipse fons vitae. In Martha erat imago praesentium, in Maria futurorum. Quod agebat Martha, ibi sumus; quod agebat Maria, hoc speramus: hoc agamus bene, ut illud habeamus plene. Nam quid inde habemus, in quantum habemus, quamdiu hic sumus? Quantum est, quod inde habemus? Quid est, quod inde habemus? Nam et modo inde aliquid agitur. Remoti a negotiis, sepositis familiaribus curis, convenistis, statis, auditis: in quantum hoc agitis, Mariae similes estis. Et facilius vos quod agit Maria, quam ego quod Christus. Si quid tamen dico Christi, ideo vos pascit, quia Christi est, quia panis communis, unde et ego vivo, si vivo. NUNC autem VIVIMUS, SI VOS STATIS IN DOMINO: non in nobis, sed in domino; quia NEQUE QUI PLANTAT EST ALIQUID, NEQUE QUI RIGAT, SED QUI INCREMENTUM DAT DEUS.

Duae vitae in eis figuratae.

7-9 malam... sollicitam] *G ultimo verbo excepto* sollicita; *omnia nominativo* μ 8 et aerumnis μ 11 deerat] *G;* aberat μ 15. 17 facinerosa] *G;* facinorosa μ 17 ut dixi] *om.* μ 23 sq. Quid est q. i. habemus] *om.* μ *ubi et quae praecedunt omnino aliter interpunguntur* 24 agitur] *G;* agimus μ 26 aget *G* 27 quod Christus] *aptissime G;* qui praerogo μ dico Christi] *add.* est μ 28 vivo, si vivo] *G hic quoque praestantior;* vobiscum vivo μ 29 si vos] *add.* fratres μ non] *G;* nolo μ 31 deus] *hic desinit sermo in* μ; *reliqua iam ex uno G*

29 *in domino*] I Thess. 3, 8. 31 *deus*] I Cor. 3, 7.

5. Quantum tamen est, quod de illa vita audiendo et intellegendo sumitis et capitis, cuius vitae imaginem Maria gerebat, quantum est hoc? Transeat nox ista saeculi. MANE ASTABO TIBI, ET CONTEMPLABOR. AUDITUI MEO DABIS GAUDIUM ET LAETITIAM, ET EXULTABUNT OSSA HUMILIATA. Humiliata ossa, tamquam haerentis membra. Hoc agebat Maria: humiliabatur, et implebatur. Sedebat: quid est ergo quod dixi, MANE ASTABO ET CONTEMPLABOR? Quomodo astanti similis sedet, si mane significat futurum saeculum? Praesentis saeculi nocte transacta, Astabo, inquit, et videbo, astabo et contemplabor. Non dixit, sedebo. Quomodo huius tantae rei imaginem Maria seden⟨s⟩ gerit, si, astabo et contemplabor? Ne vos ista conturbent, carnalis inopia est: non potest utrumque exigi de corpore, ut simul uno tempore et stet et sedeat. Si enim sedet, non stat; si stat, non sedet: simul utrumque non potest corpus. Sed si probavero quia potest animus, numquid erit unde dubitemus? Quia si modo aliquid tale potest, multo facilius tunc poterit homo, omni difficultate finita. Ecce unde capiatis exemplum. Ipse ait Paulus: NUNC VIVIMUS, SI VOS STATIS IN DOMINO. Tantus apostolus, immo per apostolum Christus, stare nos iussit. Quomodo item ipse apostolus, immo ipse per apostolum Christus, dicit nobis, VERUMTAMEN IN QUOD PERVENIMUS, IN EO AMBULEMUS? Hic stare, hic ambulare: parum est ambulare, SIC CURRITE, UT CONPREHENDATIS. Attendite itaque, carissimi, et intellegite: et ambulare nos iubet, et stare nos iubet; non ut, quando stamus, ambulare desinamus, aut, quando ambulamus, stare cessemus; sed simul utrumque, et stemus, et curramus. Quid est, et stemus, et curramus? Et permaneamus, et proficiamus. VIAS TUAS, DOMINE, NOTAS FAC MIHI. Utique per vias domini notas factas quid iubemur, nisi ambulare? DEDUC ME, DOMINE, IN VIA TUA: quid optamus, nisi ambulare? Et rursus quasi figi uno loco: NE DES AD MOVENDUM PEDES MEOS. Et gratulans alio agensque gratias: ET NON DEDIT IN MOTUM PEDES MEOS. Si ei diceretur: Quomodo vias domini optasti notas fieri tibi, quomodo te ab illo in via eius deduci voluisti, et optas non moveri

Animo et sedere et stare possumus.

1 Quantum tamen est, quod *etc.*] *his, ut vides, respondetur quaestioni supra positae p. 546, l. 22-24* 5 herentis menbra *G* 10 sedengerit 22sq. nos iubet, et stare nos iubet; non ut, quando stamus, ambulare] *haec in marg. saec. circ. XV suppleta sunt, atque adeo alterum exemplar integri tractatus emendatori ea adhuc aetate suppetebat* 28 figi] *ex* fici *eadem recenti manu corr.* ammovendum *G* 29 alio] *subaudi* loco

3 *contemplabor*] Ps. 5, 5.
4sq. *humiliata*] Ps. 50, 10.
20 *ambulemus*] Phil. 3, 16.
21 *conprehendatis*] I Cor. 9, 24.
26 *mihi*] Ps. 24, 4.
27 *tua*] Ps. 85, 11.
29 *meos*] Ps. 120, 3.
30 *meos*] Ps. 65, 9.

pedes tuos, gratiasque agis non datos in motu⟨m⟩ pedes tuos? quomodo ambulasti, qui pedes non movisti? responderet tibi: Et ambulavi, quia feci; et steti, quia non recessi. Nolite ergo mirari, fratres: ecce, quod non potest corpus, potest animus. Secundum corpus, quando ambulas, non stas: quando stas, non ambulas; secundum animum, secundum fidem, secundum mentis intentionem, et sta et ambula, et permane et profice, quia NUNC VIVIMUS, SI VOS STATIS IN DOMINO, et SIC CURRITE, UT CONPREHENDATIS. Sic ergo, carissimi, et sedebitis, et stabitis. Sedebimus, quia humiliter creatorem conspiciemus; stabimus, quia in aeternum manebimus.

6. Nam plus addo: et discubituri sumus, quod utique nec sedere nec stare est. Discumbemus. Non auderem dicere, nisi promitteret dominus: FACIET EOS DISCUMBERE. Promittens magnum praemium servis suis: FACIET EOS DISCUMBERE, inquit, ET TRANSIENS MINISTRABIT EOS. Haec nobis vita promittitur, quia faciet nos discumbere dominus, et transiens ministrabit nobis. Hoc etiam dictum est, cum esset illius centurionis fides mirata atque laudata: AMEN DICO VOBIS, QUIA MULTI AB ORIENTE ET OCCIDENTE VENIENT, ET RECUMBENT CUM ABRAHAM, ISAAC ET IACOB IN REGNO CAELORUM. Magna promissio, felix redditio. Agamus ut mereamur, adiuvemur ut valeamus illo pervenire, ubi nobis discumbentibus dominus ministrabit. Quid enim erit discumbere, nisi requiescere? et quid erit ministrare, nisi pascere? Quis ille cibus est? quis ille potus est? Nimirum ipsa veritas. Ille cibus reficit, nec deficit: pascit, et pascendo integros facit; nec consumitur in eum quem pascit, sed manens integer integrat. Non credis quoniam sic potest pascere deus, cum modo ab isto lumine sic pascatur oculus tuus? Oculus tuus pascitur luce. Multi videant, tanta est illa: pauci videant, tanta est illa; et illi reficiuntur oculi, et ipsa non deficit. Sumit inde, nec minuit; carpit, nec praecidit. Haec lux potest oculo: et deus non potest homini commutato? Potest, plane potest: quare nondum capitis? Quia circa multa occupati estis: negotium Marthae vos occupavit, immo omnes nos. Quis enim ab hoc ministerio subveniendi vacat? quis ab hac cura respirat? Innocenter hoc agamus, caritate agamus: veniet etiam illud, ut discumbamus, et transit, et ministrabit nobis. Non enim tunc nobis

Quomodo transiens dominus ministrabit nobis.

[1] in motu *G* [20] aiubemur *G*, *in marg. corr.* adiuvari [23.28] defecit *G* [28] minuet [31] occupabit *G* [34] transit] *pro* transiet*?*

[14] *eos*] Luc. 12, 37 ubi celeb. cod. Sangerm. (Paris 11553) pariter accusativum habet.

[19] *caelorum*] Mt. 8, 11.

[29] sq. *homini commutato*] Multa his similia de luce et oculo Augustinus serm. 28, n. 3; 127, n. 6 et al.

ministraret, nisi hinc ad Patrem transiret; hic enim erat, quando promittebat. Et ne tale aliquid no⟨bi⟩s exhibiturum arbitraremur, qualem formam servi contemplabamur, TRANSIENS, inquit, MINISTRABIT EIS. Et evangelista de hoc transitu: CUM AUTEM VENISSET HORA, UT IESUS TRANSIRET DE HOC MUNDO AD PATREM. TANTO TEMPORE, ait, VOBISCUM SUM, ET NON COGNOVISTI ME? Si sciret quid audiret, responderet: Non cognovi, quia nondum transisti. Unde et Mariae dicitur post resurrectionem: NOLI ME TANGERE, NONDUM ENIM ASCENDI AD PATREM.

7. Ergo, carissimi, obsecro vos, hortor vos, moneo, praecipio, rogo, illam vitam simul desideremus, ad eam simul veniendo curramus, ut in ea perseverando sistamus. Venit hora, et sine fine erit illa hora, quando dominus faciat nos discumbere, et ministret nobis. Quid, nisi se? Quid quaeritis quid manducetis? Ipsum dominum habetis. Quid enim erit unde pascamur, quid, nisi IN PRINCIPIO ERAT VERBUM, ET VERBUM ERAT APUD DEUM, ET DEUS ERAT VERBUM? Quid erit discumbere, nisi requiescere? quid erit pasci, nisi illius contemplatione ineffabiliter delectari? DELECTATIO IN DEXTERA TUA. UNAM PETII A DOMINO, HANC REQUIRAM: non multa, circa quae sum occupatus: sed UNAM PETI⟨I⟩ a DOMINO, HANC REQUIRAM, UT INHABITEM IN DOMO DOMINI PER OMNES DIES VITAE MEAE, UT CONTEMPLER DELECTATIONEM DOMINI. Non est ista beatitudo laborantium. VACATE ET VIDETE: quid? QUONIAM EGO SUM DOMINUS. Magna visio, felix contemplatio. Quid est autem aliud, Discumbite et manducate, nisi Vacate et videte? Non ergo carnaliter sapiamus, nec venerales, ut ita dicam, epulas cogitemus. Transibunt ista: toleranda sunt, non amanda. Si vis in eis implere officium Marthae, adsit modestia, adsit misericordia: modestia in temperando, misericordia in erogando. Transit labor, et veniet requies; sed ad requiem non nisi per laborem. Transit navis, et venit in patriam; sed ad patriam non nisi per navem. Navigamus enim, si attendamus fluctus tempestatesque huius saeculi. Nec dubito quod ideo non mergimur, quia crucis ligno portamur. EXPLICIT TRACTATUS DE MARTHA ET MARIA SIGNIFICANTIBUS DUAS VITAS · I ·

Ad requiem non nisi per laborem.

[1] appatrem [2] nobis] *scripsi;* nos *in extrema pagina G* [7] trasisti *G: cf.* de traverso, *p. 318, l. 10* [15] aput [18] peti a [25. 26] assit... assit [31 sq.] significantes *G*

[3] *eis*] Luc. 12, 37 hic quidem dativo.
[5] *Patrem*] Ioh. 13, 1; eadem fere edisserit iisdem scripturae locis adductis serm. 179, n. 6.
[6] *cognovisti me?*] Ioh. 14, 9 iuxta Gr. singulari numero.
[8] *Patrem*] Ioh. 20, 17.
[15] *Verbum*] Ioh. 1, 1.
[17] *tua*] Ps. 15, 10.
[20] *domini*] Ps. 26, 4.
[21] *dominus*] Ps. 45, 11.

XXX.

Guelferb. Serm. XXX, p. 127-134: cod. fol. 145^{v}-150^{r}. Notantur a Possidio in Indiculo c. 9 « per natalem sanctorum martyrum Scilitanorum tractatus duo ». Ex quibus unum Michael Denis e suo codice Neapolitano edidit (Serm. Denis 16); alterum porro sermonem esse 155^{um} existimavit, quippe qui « habitus in basilica ss. martyrum Scilitanorum » in vetere Sessoriano ms. praenotetur: verum hunc ad diem natalem martyrum pertinere nullo argumento collegitur, immo legenti aliter esse apparet. Rectius dixisset Denis sermonem 37, qui teste codice Casin. XVII, p. 377, « habitus est in natale martyrum Scilitanorum in basilica Novarum », omnino igitur quemadmodum is, quem inter cetera spolia magnifica e Guelferbytano libro modo eruimus. Ex quo id obiter animadvertere iuvat, recitata eo die in ecclesia fuisse praefatorum martyrum Acta, et quidem qualia a sociis Bollandianis in « Bibliotheca hagiographica latina » n. 7532 sq. tertio loco recensentur, ipsa scilicet quae et in sermone « De tempore barbarico » Augustino olim adscripto laudantur (Migne 40, 703). Quod autem « in basilica Novarum », quae inter « nominatas et amplas » teste Victore Vitensi eminebat, sermo noster habitus est, forsitan exigua nimis illa fuerit vel maiore distans intervallo, quae ss. martyribus dedicata erat. Denique istud etiam notatu dignum, quemadmodum in sermone Augustini 14, qui et ipse « Carthagine in basilica Novarum » habitus praescribitur, ita etiam in hac oratione de paupertate et divitiis deque Lazaro illo evangelico latius disputari, quam rei dieique ratio postulasse videatur.

INCIPIT TRACTATUS DE NATALE SANCTORUM SCILITANORUM IN BASILICA NOVARUM.

Martyrum Christi virorum et feminarum fortitudo Christus. Si enim viri soli in passione fortes exsisterent, sexui fortiori virtus tribueretur. Ideo fortiter pati et infirmior sexus potuit, quia deus in omnibus potuit. Proinde licet sit vir, licet sit femina, in tribulatione sua debet dicere: DOMINUS FORTITUDO MEA, et DILIGAM TE, DOMINE, VIRTUS MEA. Ipsa dilectio virtus est: qui enim novit amare, pro eo quod amat omnia perpeti potest. Et si hoc amor lascivus persuasit amatoribus, ut pro suis nugis et delictis multa fortiter patiantur, nec periculum ullum ante oculos ponunt, qui alieno pudori insidiantur; quanto debent esse fortiores in caritate dei, qui illum diligunt, a quo et viventes et morientes separari non possunt? Amator quippe inpudicus perdet quod amat, si pro amata fuerit occisus; amator autem dei

Sexus utriusque fortitudo Christus.

[2] nobarum *G* [9] lascivus] *ex* lascibus *s. l. corr.*

[7] *fortitudo mea*] Cf. Ps. 117, 14 et al. [8] *virtus mea*] Ps. 17, 2.

fortis et iustus non solum, quia moritur, quod amavit non perdet, sed moriendo invenit quod amavit. Denique amator delicti confiteri timet, amator dei negare timet. Eligamus ergo amorem, fratres, in quo innocenter vivamus, et securi moriamur: hoc enim amore electo, cum ab eo fuerint possessa nostra praecordia, VIVERE nobis CHRISTUS erit, ET MORI LUCRUM. Moriendo quod odimus evitamus; moriendo ad quod amamus pervenimus. Proinde qui amat hanc vitam, faciat, si post amando diuturnam non potest. Ames, non ames, fugit quod amas: fugit, nec tenes quod amas. Anni accedunt, aetas deficit, quod restat breviatur: non ergo anni producta vita tua accesserunt, sed, si attendas quot remanent, recesserunt. Nam si accessissent, longiorem vitam tibi fecissent: nunc vero restabant tibi, verbi gratia, triginta anni; ad hoc vivis, ut minuantur. Sine causa natali tuo multos annos addidisti, quos pauciores diu vivendo fecisti. Attende digitos conputantis, non ut qui transierunt tibi renuntientur, sed qui remanserunt; et vides eos ad hoc venire, ut non sint. Non enim, si agis horam tertiam, revocas primam: aut de die hesterno fugitivo crastinum facis; post paululum et crastinus erit hesternus. Quid prode est ista non contemnere, quae amando non potes detinere? Fugit te dies amatus, accedit deus desideratus. Hoc ama, quo amando pervenias. Fidelis est, stat ad te: veni ad eum. Et hoc piger eras: venit ad te, natus est propter te, mortuus est propter te.

Anni recedunt, non accedunt.

Dies, deus.

2. Noli ergo timere amarum poculum mortis: mors enim amara est, sed per hanc amaritudinem ad magnam transitur dulcedinem. Amaritudo ista viscera animae tuae curat; non si moriaris, sed si pro veritate moriaris. Amaritudo ista medicinalis est, non letalis: sanat interiora tua, bibe securus. Quod non dubitavit bibere medicus, quare dubitat bibere aegrotus? Ille, quod in se amaritudine poculi illius curaret, non habebat; propter te bibit, ne tibi venenum dari putares. Propter te bibit, ut disceres dicere: PRETIOSA IN CONSPECTU DOMINI MORS SANCTORUM EIUS. Confitentes Christum diversa perpessi sunt: alii gladio percussi, alii ignibus concremati, alii feris obiecti, alii nec sepeliri permissi. Dura omnia, saeva omnia, horrenda omnia: sed in conspectu

Noli timere amarum poculum mortis: bibit prius pro te medicus.

1 amavit] u *ex* b *corr.* perdet] *pro* perdit*?* 10 berviatur *G* 11 quot] *emendavi ex* quod 17 externo *G* fugitivo] *ex* fugitibo 18 externus prode] e *post. exp.* 20 ad te] *ex* atte, *ut videtur, postea vero nescio quae litterulae inscite superscriptae sunt* 27 dubitabit

6 *lucrum*] Phil. 1, 21.
12 *verbi gratia, triginta anni*] Cf. serm. Guelferb. 12, 2: supra, p. 481, l. 20.
19 *dies... deus*] Cf. serm. Guelferb. 18, 1: supra, p. 499, l. 6 sq.
31 *eius*] Ps. 115, 15.

Mors martyrum dura, sed in conspectu hominum.

hominum. Ideo scriptura cum mortes martyrum commendaret, PRETIOSA, inquit, IN CONSPECTU DOMINI MORS SANCTORUM EIUS: in conspectu eius, qui novit iudicare, et nescit errare. Attendentes enim stulti et infideles praesentem felicitatem contemni a sapientibus et fidelibus, miseros putaverunt, qui pro Christi nomine moriebantur; oculos enim fidei non habebant, ideo ad ea quae promissa erant prospicere non valebant. Venit promissor et dator: monendo confirmavit, dando spiritum perfecte sanavit. Ait enim: NOLITE TIMERE EOS QUI CORPUS OCCIDUNT, ET AMPLIUS QUOD FACIANT NON HABENT. Vide stultos saevientes, si hoc audiant, non habent amplius quod faciant. Faciunt enim multa de cadaveribus: laniant, incendunt, spargunt, sepeliri non sinunt; et quasi gloriantes dicunt: Ubi est quod Christus dixit, quia cum occiderit homo hominem, amplius quid faciat non habet? Ecce tanta feci de ca⟨da⟩vere mortui. Similis est corde ei, qui non sentit in carne. Dure et stolide, quid fecisti? Si sentit, fecisti; si non sentit, inaniter insanisti. OSTENDO, inquit, VOBIS QUEM TIMEATIS: QUI, CUM OCCIDERIT, HABET POTESTATEM MITTERE IN GEHENNAM. Quod non habet homo percussor et interfector, qui usque ad carnem ferit, exeunte spiritu non sequitur, quia nec videt. Quis est timendus? Vide a quo occidaris, vide quomodo moriaris. Habet te in potestate post mortem, qui habebat ante mortem; nam nec homo in te aliquid faceret, nisi ille permitteret. Miraris quia ille permittit? Audi martyrum principem, qui cum iudicaretur ab homine, deus occultus, homo manifestus, in quo contemnebatur; ille ergo cum iudicaretur ab homine, inflavit se homo. NON MIHI, inquit, RESPONDES? NESCIS QUIA POTESTATEM HABEO OCCIDENDI TE ET DIMITTENDI TE? Et ille mitis, dominus omnium, servus omnium, serviens aegrotis non condicione sed dilectione, et ipsum inflatum et tumentem curavit. Christus ab illo quasi iudicabatur, ille a Christo curabatur: tumidus terruit, sed medicus secuit. Ad ubi se inflavit ut voluit, responsum accepit; non ut diceretur ei, Non habes in me potestatem, sed ego habeo in te potius potestatem. Quod si dominus diceret, verum diceret, sed nobis exemplum non praeberet. Ille et cum pateretur docuit, quia et cum temtaretur docuit. Quomodo te docuit quid respondeas temtatori, quando temtatus est, sic te docuit

Quicquid egit Christus, doctrina nostra est.

[3] novit] u *ex* b *s. l. corr.* [7sq.] confirmabit... sanabit *G*, *post. s. l. corr.* spiritu *G* [8] corpus] *in ras.* [9] quod] *ita G compendio* [11] cadaberibus *corr.* [13] quid] *plane hoc loco* [14] cadavere] cabere, *s. l. corr.* cavere [15] durae et stolidae [28] curabit, *s. l. corr.* [30] habes] *scripsi;* haberes *G*

[9] *non habent*] Luc. 12, 4. [26] *te?*] Ioh. 19, 10.
[17] *gehennam*] Ibid., 5.

quid respondeas persecutori, quando iudicatus est. Vox illa nostra erat, caput pro corpore loquebatur. Quid ergo ait? NON HABERES IN ME POTESTATEM, NISI DATUM TIBI ESSET DESUPER. Non dixit, Non habes; sed, Non habuisses, nisi accepisses. Docuit martyrem subditum esse debere, non homini, sed deo; docuit martyrem, quando ab homine aliquid patitur, non timere hominem, sed eum qui hominem facere permittit, qui homini dat potestatem. Illo magisterio edocta fortissima femina; « HONORE⟨M⟩, inquit, CAESARI TAMQUAM CAESARI: TIMOREM AUTEM DEO ». Sua suis reddidit, iuste distribuendo; respondit, nec superba, nec infirma. Attendit apostolum dicentem: OMNI HUMANAE CONSTITUTIONI SUBDITI ESTOTE PROPTER DEUM. Honore⟨m⟩, inquit, Caesari tamquam Caesari. Saeviat licet, honoretur; reddatur illi ordo humilitatis, et si principatum non habet potestatis. Summam enim potestatem habet, IN CUIUS MANU SUMUS, ET NOS, ET SERMONES NOSTRI. Ipsum ergo, inquit dominus, timete, qui habet potestatem, qua et cum occiderit, non huc usque potest, non ultra nihil potest, sed et cum occiderit, habet in potestate mittere in gehennam ignis.

Donatae martyris nobile responsum.

3. O infidelis, praesentia respicis, praesentibus terreris: aliquando cogita in futurum. Crastinus et crastinus, aliquando novissimus erit crastinus; urguet dies diem, nec rapit eum qui fecit diem. Est enim apud illum dies sine hesterno et crastino: est enim apud illum dies sine ortu et occasu: est apud eum lux sempiterna, ubi est fons vitae, et in cuius lumine videbimus lumen. Ibi sit vel cor, quamdiu necesse est ut hic sit caro, ibi sit cor: totum ibi erit, si cor ibi est. Dives in purpura et bysso finivit delicias; pauper ulceribus plenus finivit miserias. Novissimum diem ille metuebat, ille cupiebat. Ambobus venit, sed non ambos pares invenit; et quia non ambos pares invenit, non ambobus aequaliter venit. Mori et mori simile fuit: finire hanc vitam et finire hanc vitam communis condicio est. Audisti communionem: attende separationem. CONTIGIT ENIM MORI INOPEM ILLUM, ET AUFERRI AB ANGELIS IN SINU⟨M⟩ ABRAHAE; MORTUUS EST AUTEM ET DIVES, ET SEPULTUS EST. Ille enim forte nec sepultus est. Iam nostis cetera: ille

Lazari et divitis mors communis, sors dissimilis.

8 honore *G* 9 timorem] m *s. l. suppl.* sua suis] *conieci;* suavis *G*, *post.* suas vis *corr.* 11 honore *G* 14 manu sumus] *ex* manus sunt *emendavi* 15 qua] quam *G* 20 urguet] *ita G* 21 aput externo enim] *s. l. add.* 31 in sinu Abrachae

3 *desuper*] Ioh. 19, 11.
8 *fortissima femina*] i. e. martyr Donata.
9 *deo*] Passio Scillit., ed. Robinson, p. 114.
11 *deum*] I Petr. 2, 13.
14 *nostri*] Sap. 7, 16.
23 *lumen*] Cf. Ps. 35, 10.
32 *sepultus est*] Luc. 16, 22; post. s. l. temere additum est *in inferno.*
nec sepultus est] Idem suggerit Aug. serm. 14, n. 13: « Contigit enim mori inopem

apud inferos torquebatur, ille in sinu Abrahae refici⟨e⟩batur. Transierunt illae deliciae et illae miseriae; utrumque finitum est et mutatum: ille a deliciis ad poenas, ille a miseriis ad delicias. Equidem illae deliciae et illae miseriae breves fuerunt; illae autem poenae et illae deliciae sine fine successerunt. Non utique in divite divitiae sunt accusatae, nec in paupere laudata paupertas; sed in illo damnata impietas, pietas autem in isto laudata. Aliquando enim audiunt haec homines in evangelio: et gaudent qui nihil habent, ad haec verba mendicus exultat. Ego ero, inquit, in sinu Abrahae, non ille dives. Respondeamus pauperi: Minus habes ulcera: adice tibi ad merita, opta et canum linguas. Tu iactas quod pauper es, ego quaero si fidelis es: nam paupertas infidelis et hic est cruciatio, et ibi damnatio. Alloquamur et divitem: Quando evangelium audisti de illo qui induebatur purpura et bysso et epulabatur cottidie splendide, timuisti; non inprobo quod timuisti, sed quod ibi inprobatum est plus time. Iacentem pauperem ante ianuam suam contemnebat, micas ille de mensa eius cadentes concupiscebat: nullum illi tegmen, nullum tectum, nulla humanitas praebebatur. Hoc punitum est in divite, crudelitas, impietas, elatio, superbia, infidelitas: haec punita sunt in divite. Unde hoc probas? ait aliquis, prorsus divitiae punitae sunt. Ego si non ex ipso evangelii capitulo probo, nemo me audiat. Cum apud inferos in tormentis esset ille dives, desideravit, aquae stillam in linguam suam de pauperis digito illius, qui micas mensae ipsius desiderabat; et facilius fortassis ille ad micas, quam ille pervenit ad stillam: negata est enim ei stilla. Respondit ei Abraham, in cuius sinu erat pauper: MEMENTO, FILI, PERCEPISTI BONA TUA IN VITA TUA. Hoc enim proposui ostendere, quia impietas et infidelitas in illo damnata est, non divitiae et copia rerum praesentium. Percepisti, inquit, bona tua in vita tua. Quid est, bona tua? Alia non putasti bona. Quid est, in vita tua? Aliam vitam non credidisti. Bona ergo tua, non dei: in vita tua, non Christi. Bona tua in vita tua percepisti: finitum est quod credidisti, ideo bona quae meliora sunt non accepisti; quia cum esses ⟨in⟩ inferioribus, ea credere noluisti.

Nec in divite divitiae accusantur, nec in paupere paupertas laudatur.

Quid punitum est in divite.

[1] reficibatur *G* [2] diliciae [3] equidem] *pro* et quidem *?* [13 sq.] aepulabatur cottidiae [21] audiant aput [26 sq.] infidelitas] *haud cunctanter emendavi iuxta versum 18 supra, itemque quod mox legitur p. 555, l. 11. 16 et p. 556, l. 6;* infelicitas *G* [32] in] *praepos. om. G ob concursum sillabae seq.*

illum, et auferri ab angelis in sinum Abrahae; mortuus est autem dives, et sepultus est. Nam pauper forte nec sepultus ».

[8 sq.] *Ego ero, inquit*] Cf. serm. Caillau II, 19, 6: « Ego intrabo, hoc mihi isti panni... » etc.

[26] *tua*] Luc. 16, 25.

4. Forte accusamus istum divitem, et sensum patris Abrahae pro nostro captu interpretamur. Ut aliquid planius dicatur, quod involutum est evolvatur, quod clausum est videatur, pulsantibus aperiatur. Cum ei negatum esset subsidium vel exigua misericordia, ut impleretur quod scriptum est, IUDICIUM SINE MISERICORDIA ILLI, QUI NON FECIT MISERICORDIAM, rogavit ut mitteretur Lazarus ad fratres ipsius, et diceret eis quid ageretur post hanc vitam. Dictum est fieri non posse, sed si vellent illi non venire ad loca eadem tormentorum, audirent Moysen et prophetas. HABENT ILLI, inquit, MOYSEN ET PROPHETAS: ILLOS AUDIANT. Et ille qui noverat se et fratres suos — solebant enim inter se talia mussitare fratres infideles, eloquia divina irridentes, cum audissent aliquid dictum in lege vel prophetis, quod pertineret ad aeterna supplicia devitanda et ad aeterna praemia concupiscenda, dicere inter se mussitando: Quis inde surrexit? quis inde venit? quis nobis quid ibi agatur narrare potuit? Ex quo patrem meum sepelivi, vocem ipsius non audivi. Hoc ille sciens, talia se solere sermocinari infideli corde et ore cum fratribus suis, hoc petebat, ut fieret quod illi non factum dicebant, et ideo divina eloquia contemnebant. Et ille: Eat, inquit, hinc aliquis, et dicat illis. Et pater Abraham: Habent ibi Moysen et prophetas: ipsos audiant. Et ille memor colloquiorum suorum: NON, PATER ABRAHAM. Tamquam diceret: Ego scio quid solebamus loqui. Non, pater Abraham: novi quid dicam, novi quid petam. Contemtor pauperis, sero misericors, misericordiam in fratres suos fieri voluit, quam sibi ipse non fecit. Non, inquit, non, pater Abraham: non credunt Moysi et prophetis. Ego scio, talis fui: SED SI QUIS AD ILLOS EX MORTUIS IERIT, IPSI CREDUNT. Et pater Abraham: SI MOYSI ET PROPHETIS NON CREDUNT — Iudaei enim erant, nec diceret, pater Abraham, nisi Iudaeus. Respondit ergo pater Abraham: SI MOYSEN ET PROPHETAS NON AUDIUNT, NEC SI QUIS A MORTUIS RESURREXERIT, PERSUADEBUNTUR. Factum est, impletum est: Moysen et prophetas non audierunt, resurgentem dominum contemserunt. Quomodo enim contemtores Moysi et prophetarum extiterunt, sic resurgentem a mortuis dominum audire noluerunt, contra quem falsos testes emerunt. DAMUS VOBIS, inquiunt, PECUNIAM — illis

De aeternis suppliciis ac praemiis mussitatio infidelium.

Fratres impii divitis, Iudaei.

6 rogabit, *post. s. l. corr.* 10 suos] *post haec sententia manet interrupta usque vers. 16* 10 sq. 13 sq. mussitare... mussitando] s *prior utrobique expuncta* 12 suplicia 17 dicebant] n *s. l. suppl.* 25 ipsi credunt] *pro* credent *?* 26 non credunt] *iterum verborum consequentiae sententia altera interponitur* 33 inquiunt] *scripsi;* inquit *G*

6 *misericordiam*] Iac. 2, 13.
9 *audiant*] Luc. 16, 29.
25 *credunt*] Ibid. 30 non totidem verbis.
29 *persuadebuntur*] Ibid. 31.
33 *Damus vobis, inquiunt, pecuniam*] Haec verba a textu evangelico absunt; apud Aug. vero Enarr. in Ps. 63, n. 15 eadem omnino reperies: « Damus, inquiunt, vobis pecuniam... ».

custodibus sepulcri — ET DICITE, QUIA NOBIS DORMIENTIBUS VENERUNT DISCIPULI EIUS, ET FURATI SUNT EUM. Testes dormientes, emti, corrupti, suam vitam negantes, aliena furta somniantes! Si vigilabatis, quare fures non tenuistis? Si dormiebatis, quod factum est unde vidistis?

5. Probavimus, quantum arbitror, non in divite illo divitias accusatas, sed impietatem, infidelitatem, superbiam, crudelitatem. Audi maius documentum, non esse divitias accusatas. Quo demersus est dives? In inferno tormentorum. Quo levatus est pauper? In sinu Abrahae. Vide pauperem in sinu Abrahae: Abraham suscepit, ille susceptus est. Ipse Abraham, qui fuit patriarcha fidelis. Adde et, quod dicere⟨m⟩, lege in libro Geneseos divitias Abrahae, aurum, argentum, pecora, familia⟨m⟩: abundabat Abraham. Quid accusas divitem? Dives suscepit pauperem. Nos ergo absit ut divitias accusemus, nec tamen ideo avaritiam aedificamus. Non dicat dives, quia pro illo locutus sum; non dicat dives, quia eius consolator esse volui. Timuit enim in commemoratione evangelii: cum audisset divitem praecipitatum in poenas infernas, timuit. Securitatem dedi. Non timeat divitias, sed vitia: non timeat copiam, sed avaritiam: non timeat facultates, sed cupiditates. Habeat sicut Abraham, et habeat cum fide: habeat, possideat, non possideatur. Dicet mihi aliquis: Et quomodo habuit Abraham? Vis nosse quomodo habuerit Abraham? Quid apud illum erat? pietas: quid? fides: quid? oboedientia: quid? interiores divitiae. Vis nosse? vis commemorata lectione cognoscere? Omnis homo quicquid excusabiliter se congregare arbitratur, filiis suis servat. Cum ergo omnes homines divitias suas filiis suis servent, et qui filios non habent, vim patiantur, quia non habent quibus relinquant quod congregaverunt; cum ergo manifestum sit, omnes homines plus amare filios suos quam divitias suas, plus amare quibus servant quam quod servant, vis nosse quomodo Abraham habebat illam hereditatem? Lege quomodo iussu dei contemsit heredem. Pone ante oculos divitem patrem: ibi qui servat, ibi quod servat, ibi cui servat. Appende utrumque, distribue merita, ordina amorem. Utique pluris habebat eum cui servabat, quam illa qua⟨e⟩ servabat. Si huic diceret dominus Iesus Christus, SI VIS PERFECTUS ESSE, VADE, VENDE OMNIA QUAE HABES, ET DA PAUPERIBUS, ET HABEBIS THE-

Sinus divitis Abrahae pauperem Lazarum suscepit.

Quomodo divitias habuerit Abraham, apparet ex immolatione Isaac.

[1] nobis] *et recte quidem G* [7] quod emersus [8] *notas interrogandi adposui* [10sq.] quod dicerem] *conieci;* quod dicere *G, in quo hoc loco sensus passim vacillat* [11] aurum] *ex* auro *corr.* [12] peccora, familia [25] patiuntur *G* [32] quae] *scripsi:* qua, m *in fine del. G*

[2] *eum*] Mt. 28, 13. [11] *Geneseos*] 13, 2.

SAURUM IN CAELO, ET VENI, SEQUERE ⟨ME⟩, credo, sicut ille dives in evangelio, etiam Abraham tristis abscederet. « Dimitte divitias » tristis audiret, qui « Immola mihi heredem » laetus audivit? Immola mihi unicum tuum, dilectum filium tuum: quem dedi, da mihi. Non dubitavit, non haesitavit, non devotionem tristitia nubilavit, nec immolaturus, nec immolandus: nam nec ipse puer sub patris gladio trepidavit. Ductus est gaudens a gaudente, ligatus est, arae inpositus est, nec cunctatio fuit: levata est patris armata dextera, nusquam trepida, nusquam infirma, nec ante deposita nisi illo iubente quo iubente fuerat erecta. Ecce quomodo habete, et quicquid potueritis habete; non ut cupiditates nutriatis, sed ut pietates perficiatis, et diem novissimum securi expectetis: vere divites, intus divites; foris ut potueritis, intus ut iussi fueritis. Habes? DOMINUS DEDIT. Perdidisti? DOMINUS ABSTULIT. Gaude, quoniam, qui abstulit, non se abstulit. An tibi non sufficit, qui te facit? SICUT DOMINO PLACUIT, ITA FACTUM EST. Dic, quid times? Cum tu sis malus, et ille bonus, tibi placet bonum, et illi malum? Non potest fieri. Crede bonum esse, quod placuit bono. Sicut domino placuit, ita factum est: sit nomen domini benedictum. SCIMUS QUIA DILIGENTIBUS DEUM OMNIA COOPERANTUR IN BONUM. EXPLICIT TRACTATUS DE NATALE SANCTORUM SCILITANORUM · I ·

Vere divites, qui intus divites sunt.

XXXI.

Guelferb. Serm. XXXI, p. 136-141: cod. fol. 153^{v}-156^{r}. Inedita ac pulcherrima de primis versibus Psalmi 145 oratio: in qua etsi me nonnulla prima specie offenderunt, ut insolitum verbum « experibor » ac saepius repetita sententia « unus contra unum », postquam tamen ea ipsissima in genuinis quoque Augustini operibus extare deprehendi, omnis iam ex animo scrupulus exemptus est. Quod idem dixerim de latina quam contionator explicat versione Psalmorum: nimirum nihilo ea differt a Veronensi Psalterio, quocum Augustinum plerumque consentire notum est.

INCIPIT TRACTATUS DE NATALE SANCTORUM MARTYRUM · II ·

Beatificamus martyres sanctos prae ce⟨te⟩ris hominibus, qui adversus peccatum usque ad sanguinem certaverunt; beatificamus autem, quia pro veritate mortem subierunt, et moriendo vitam invenerunt. Non

1 sequere me] *om.* me *G* 6 sq. suppatris ... trepidabit, b *in* u *s. l. mut.* 9 iuvente 11 pietates] *emendavi;* pietatis *G*, *post corr.* pietatem perfaciatis 12 vere] *ex* viri *s. l. corr.* 15 facit] *pro* fecit? 22 ceteris] ceris *G*

1 *sequere me*] Mt. 19, 21.
15 *factum est*] Hiob 1, 21.
19 *bonum*] Rom. 8, 28.
22 *Beatificamus martyres*] August. De discipl. christ. c. 12, n. 13: « nonne martyres beatificamus? »

enim morerentur, nisi peccasset homo; nam homo si mandatum servaret, viveret. Mortem illi ⟨de⟩us comminatus est, si peccaret: timore ergo mortis debuit abstinere a delicto; sed magis credidit fallenti serpenti, quam creatori consulenti. Deo non credidit, et invenit quod non credidit. Natura ergo vi sua incurrit in mortem: et, quantum in illa est, obluctatur, ne moriatur; sed moritur nolens, quia peccavit volens. Neque enim primus homo peccando mortem contemsit, sed, etiam si peccaret, moriturum se esse non credidit. Dictum illi est, Noli tangere: si tetigeris, morte morieris. Numquid dixit ille, Tangam, et moriar? Numquid ait apud se, Mortem mihi minatus est deus, ut de arbore illa non gustem: gustabo magis, et quid in eo cibo sit experibor; et si mors fuerit consecuta, quid ad me? Non hoc dixit: quia superbia et curiositate peccare volebat, sed natura mori nolebat. Denique etiam ipse serpens, immo in serpente diabolus, peccati suasor, fidei eversor, non illi abstulit timorem mortis contemtu mortis. Non enim ait illi in male suadendo: Mori times: et quid est mori? Non est malum mors, sine causa times quod malum non est. Non hoc ei dixit: sciebat enim quantum voluntas mortis a natura ab⟨h⟩orreret. Sed quid ei dixit? NON MORTE MORIEMINI. Non contemtum mortis persuasit, sed fidem mortis tulit. Fecit ergo quod illi persuasum est, non quia mortem contemsit, sed quia se moriturum esse non credidit. Secuta est mors peccantem: genuit nos, non qualis creatus erat, sed qualis peccando factus fuerat. Nati sumus, de transgressore trahentes culpam et poenam. Venit unus contra unum: quia PER UNUM HOMINEM MORS, ET PER UNUM HOMINEM RESURRECTIO MORTUORUM. SICUT ENIM IN ADAM OMNES MORIUNTUR, SIC IN CHRISTO OMNES VIVIFICABUNTUR. Venit ergo unus contra unum: nec eo modo venit, quo venerat cui subvenit; sed venit ex virgine, venit sine libidine, venit conceptus non cupiditate sed fide. Venit ergo unus contra unum. Ut subveniret homini, aliquid assumsit ex genere; sed non totum assumsit, quod habe⟨b⟩at cui succurrit. Venit ergo, et invenit nos iacentes in culpa et poena: suscepit ille solam poenam, et culpam solvit et poenam.

Non Adam peccando mortem contemsit, sed deo mortem comminanti non credidit.

Christus venit unus contra unum.

[2] illi deus] *ex coniectura;* illius *G* [11] cybo [12] quid ad me?] *conieci;* quidemme *G* [15] contemtu] *scripsi;* contemtum *G* [18] aborreret [19] morte] m *in fine deleta* [21sq.] peccantem] n *s. l. suppl.* [30] habebat] *scripsi;* habeat *G* [31] poena] o *s. l. suppl.*

[9] *morieris*] Cf. Gen. 2, 17.

[11] *experibor*] Insolens dictio pro *experiar*, qua tamen usus est August. Quaest. in Heptat. lib. 1, qu. 39: « sciam, id est, hoc ipsum experibor ».

[19] *moriemini*] Gen. 3, 4.

[24. 26. 29] *unus contra unum*] Fort. imitatione Eccli. 33, 16 « unum contra unum ».

[26] *vivificabuntur*] I Cor. 15, 21. 22.

2. Suscepit ergo dominus Christus, non solum verbo, sed etiam exemplo suo, martyres exhortandos, ne timerent mortem. Non talis fuit Christi exhortatio, qualis serpentis seduc⟨t⟩io. Serpens enim dixit: Si peccaveritis, non morte moriemini. Christus dixit: Si peccaveritis, morte moriemini. Quid est, Si peccaveritis, morte moriemini? Si me negaveritis, immo si me non negaveritis, moriemini. Sed NOLITE TIMERE EOS, QUI CORPUS OCCIDUNT. O homo, noli timere modo eos, qui corpus occidunt. Tunc debuisti timere mortem, ne venires in mortem; tunc mortem si timeres, in mortem non venires: modo si mortem timueris, a morte liberaberis. Sed dimitte diaboli seductoriam suasionem. Ipse dominus deus noster aliud dixit tunc homini, aliud dicit modo. Tunc illi dixit, Noli peccare, ne moriaris; modo illi dicit, Morere, ne pecces. Tunc illi dixit, Peccando venis ad mortem; modo illi dicit, Moriendo pervenis ad vitam. Ergo poena peccatoris factum est instrumentum virtutis: tunc audiendo diabolum illi mortui sunt, modo nos moriendo pro veritate diabolum superamus. Quid te extollis, captivator meus? De tuo te vinco. Peccatum suasisti, et mortis fidem abstulisti: dixisti, Non morieris; credidi, et mortuus sum. Suasisti, fefellisti, decepisti, tenuisti, in mortem male suadendo misisti; sed moriendo Christo perdidisti, quos possedisti. Non est unde terreas, quando mors ipsa suscipitur, ne peccetur, quae timeri debuit, ne peccaremus. Contra venenosos susurros tuos martyr cantat: PSALLAM DEO MEO, QUAMDIU VIVO. Ergo cum mortuus fueris, deo non psallis? Immo tunc magis psallis, quam diu vivis. Modo enim non est diu, quod finem habet. Ego non dicerem diu vixisse nec ipsum Adam, si hodie mortuus esset: quid enim prodessent tempora longa praeterita, cum essent praeterita? Diu vixit, tamen vixit: sed si vivit dic mihi, et si quod vivit finem non habebit, et dico quia diu est. Nos Christiani, quibus promittitur vita aeterna, non debemus intellegere quod intellexit nescio quis auctor paganorum, qui dixit: QUID EST ENIM HOC IPSUM DIU, IN QUO EST ALIQUID EXTREMUM? Tolle finem, et agnosco diuturnitatem; si autem apponis finem, convinco brevitatem. Ergo psallam deo meo, quamdiu vivo. Sic debemus accipere ipsum diu, ut vere sit diu. Quamdiu vivo, ergo

Peccando venit homo ad mortem; nunc moriendo pervenit ad vitam.

Non est diu, quod finem habet.

Hoc Christiani melius quam Cicero intellegunt.

3 seducio 4 morte] m *in fine deleta* 10 liberaveris 11. 12. 13 dicit] dicet *G trino loco* 21 nec peccetur 32 brebitatem

7 *occidunt*] Luc. 12, 4.

22. 32 *quamdiu vivo*] Ps. 145, 2. Veronensi psalterio et sermoni Denis 23 consentanee, etsi Augustinus in Enarr. Psalmi huius certo legit *quamdiu sum.*

31 *extremum?*] Cicero, Marcell. 9: « Quid enim est omnino hoc ipsum diu, in quo est aliquid extremum? » Quae sententia saepissime ab August. laudatur: cf. indicem Maurinianae editionis ad vocem « diu ».

semper quia vivo, refer ad illud: BEATI QUI HABITANT IN DOMO TUA, IN SAECULA SAECULORUM LAUDABUNT TE. Hoc praemium sancti martyres amaverunt, et amando vitam mori voluerunt. Quia ergo patienter mortui sunt, amasse illos putatis mortem? Absit, vitam amaverunt, vitam desideraverunt: vivere sine morte voluerunt, qui mori pro vita elegerunt; contemserunt quod non est diu, ut pervenirent ad diu.

3. Qualis est autem persecutor, qui venit, et dicit, Nega Christum, si non vis ut occidam te? Propter vitam negabo vitam? propter brevem vitam negabo aeternam vitam? Quid si tu mihi hodie parcis, et cras me febris occidit? Qui⟨d⟩ mihi minando mortem vis tollere fidem? Si me occidat febris, fidem non tollit. Vita ista, quam te dicis donare, non est in tua potestate: non ergo propter illam negabo vitam Christum, in potestate habentem et mortem et vitam. Ergo eum negabo, qui quamdiu vult hic vivo, non quamdiu hic vis tu? Et cum hic desiero vivere, ad illum venio, ubi non est nisi vivere. Ecce, si non negaveris, occido te. Scio quis loquitur, per te modo mihi dicit: Nega, et non moreris. Prope hoc et tunc mihi dixit: Tange, et non moreris. Nolui tunc, modo caveo te. Ergo qualiscumque dulcis est vita ista, et nemo eam vult finire aerumnosam. Si usque adeo dulcis est qualiscumque vita, qualis est illa vita, fratres mei? Attendite martyrum gloriam: nisi mors amara esset, martyrum gloria nulla esset. Si nihil est mors, quid magnum martyres contemserunt? Attendite ipsum dominum: MAIORE⟨M⟩ HAC CARITATE⟨M⟩ NEMO HABET, QUAM UT ANIMAM SUAM PONAT PRO AMICIS SUIS. Et ille qui potestatem habebat ponendi animam suam, et potestatem habebat iterum sumendi eam, tamen ut in se nos transfiguraret, TRISTIS EST, inquit, ANIMA MEA USQUE AD MORTEM. Petro etiam beato, CUM SENUERIS, inquit, ALTER TE CINGET, ET FER⟨E⟩T QUO TU NON VIS, etiam cum senueris. Qualis est ergo vita beata, si necesse est ut ametur et misera? Actio vitae huius, quae sic amatur, quae est? Cupere, timere, sperare, falli, laborare, aegrescere: vera tristitia, falsa laetitia: fundere orationes, timere temtationes. Qualis haec vita? quis eius aerumnam quavis eloquentia describere potest? Amatur tamen. Actio autem vitae illius, quae est? Non eo longius, non diu describam: PSALLAM DEO MEO, QUAMDIU VIVO.

Mors amara martyribus, Petro, ipsi Christo.

1 illud] *emendavi ex* illum 10 qui mihi *G* 13 potestate] m *in fine deleta* 22 sq. maiore h. caritate 27 feret] fert *G*

2 *te*] Ps. 83, 5.
24 *suis*] Ioh. 15, 13.
25 *eam*] Cf. Ioh. 10, 18.
26 *mortem*] Matth. 26, 38.
28 *non vis*] Ioh. 21, 18.

4. Amatores vitae fuerunt martyres, ideo fuerunt mortis toleratores. Verumtamen, fratres mei, tam dulcis est vita ista, foeda, aerumnosa, tam dulcis est, ut non eam possent martyres pro veritate et pro aeterna vita contemnere, nisi illo adiuvante qui iubebat ut contemnerent. Contemnit plerumque mortem etiam cupiditas, sed ubi non est sanitas: vitium vitio premitur, cupiditas enim de isto saeculo est. NOLITE DILIGERE MUNDUM, NEQUE EA QUAE IN MUNDO SUNT: SI QUIS DILEXERIT MUNDUM, NON EST CARITAS PATRIS IN ILLO; QUIA OMNIA, QUAE IN MUNDO SUNT, CONCUPISCENTIA CARNIS EST, ET CONCUPISCENTIA OCULORUM, ET AMBITIO SAECULI. Contemnunt plerumque homines mortem per concupiscentiam carnis; contemnunt mortem per concupiscentiam oculorum, contemnunt mortem per ambitionem saeculi: sed omnia ista de saeculo sunt. Qui contemnit mortem propter caritatem dei, nullo modo id po⟨te⟩st implere sine a⟨d⟩iutorio dei. Denique et ipse martyr cum diceret, PSALLAM DEO MEO, QUAMDIU VIVO, et aeternam vitam meditaretur, incitatus etiam convertit se, et ait: NOLITE FIDERE IN PRINCIPES. Ne, quando tibi parcit princeps, fidas in eo: princeps principum deus ipse te a⟨d⟩iuvet, ut fidas. Fidus esto de fide: et noli fidere in principes, ET IN FILIOS HOMINUM, QUIBUS NON EST SALUS. Ergo nec in te, quia DOMINI EST SALUS. Nam tu quid sis per te ipsum, et quantum attinet ad te ipsum, vis nosse? EXIET SPIRITUS EIUS, ET REVERTETUR IN TERRAM SUAM: IN ILLA DIE PERIENT OMNES COGITATIONES EORUM. Ecce quod es tu, si in te non sis nisi tu. Quia ergo non debes fidere in filios hominum, quibus non est salus — salus enim eorum non est in eis ab eis; unde dictum est, DOMINI EST SALUS, ET SUPER POPULUM TUUM BENEDICTIO TUA — si non fidis in hominibus, quibus non est salus, nec in te fidere debes, quia homo es, cui non est salus.

Martyres vitae amatores.

Mortis contemtus alius ex saeculi cupiditate, alius pro dei caritate.

5. Responde nunc, et dic mihi: Si non fido in me, non ergo ego contemno mortem; non ego impleo praeceptum, ne Christum negem. BEATUS, CUIUS DEUS IACOB A⟨D⟩IUTOR EST. Tu quidem mortem contemnis: tu credis, et praeceptum imples: tu minas persecutorum calcas: tu vitam aeternam ardentissime diligis et desideras. Verum est quia tu:

Hominis merito dei adiutorium non praeiudicat.

4 aiubante 14 potest] post *G* aiutorio 15sq. incitatus] *ex coniectura;* imitatus *G. Cf. Enarr. Ps. 145, n. 9:* « *Monet enim nos iam impletus tanto spiritu iste, et dicit... Nolite confidere in principes* » 17sq. aiubet 20 at te 30 aiutor

10 *saeculi*] I Ioh. 2, 15. 16.
16 *principes*] Ps. 145, 3.
19 *salus*] Ibid.
19sq. *domini est salus*] Ps. 3, 9; cf. Enarr. Ps. 145, n. 9: « Ab illo ergo mihi salus, qui est super omnia; quia Domini est salus. Tu inter filios hominum » etc.
22 *eorum*] Ps. 145, 4.
25 *tua*] Ps. 3, 9.
30 *adiutor est*] Ps. 145, 5.

sed BEATUS, CUIUS DEUS IACOB ADIUTOR EST. Tolle adiutorem, non invenio nisi desertorem. Desertor Adam, a⟨d⟩iutor Christus. Quid ille desertor, nisi quod ei dictum est, TERRA ES, ET IN TERRAM IBIS? Exiet spiritus eius, et revertetur in terram suam. Adiutor autem subiit mortem, et docuit contemnere quod suscepit. Et ait mihi adiutor: Peccatum times, sed ideo vis peccare, ne moriaris. Ecce patior quod times. Quod times patior; illud time, quod non facio. Quid times? Mortem. Ecce patior. Illud time, quod non facio, peccatum. QUI PECCATUM NON FECIT, NEC INVENTUS DOLUS IN ORE EIUS. Noli ergo facere quod non fecit, et noli timere quod passus est. Mortem enim non facturus es, sed passurus: factum tuum time, non passionem tuam. Time quod facis volens, non quod pateris nolens: non te occidit mors, si non sis tibi mors. Verumtamen nec ipsa esset, si peccatum non fuisset. Contemnenda est, verum est, calcanda est, transitoria est: quare vel ipsa? Utinam sola ipsa! Quid est, Utinam sola ipsa? Utinam sola prima mors, solvens spiritum a carne. Timete secundam mortem, ubi non dirimitur anima a carne, sed torquetur anima cum carne. Nolite timere mortem transeuntem, timete permanentem: nulla est peior, quam ubi non moritur mors. Timendo mortem volebas peccare: peccatum tibi interiorem hominem occidit; ipsa⟨m⟩ vita⟨m⟩ carnis tuae occidit peccatum. Denique mors illa corporis non seque⟨re⟩tur, nisi mors animae praecessisset. Deseruit anima deum volens, et deserit carnem nolens. Dominus tamen non carnem deseruit nolens: quando voluit mortuus est, quia quando voluit natus est. Sed ut quid hoc? Ne tu timeres, ecce totum factum est. Et timemus mortem: timemus mortem, quasi evasuri mortem. Time quod potes evitare, id est peccatum. Potes evitare peccatum, mortem non potes; et tamen plus timetur quod evadi non potest, quam quod evitari potest. Agnovimus nos, vidimus nos, inspeximus nos: gemamus in nobis, fundamus orationes, ne intremus in temtationes. Non de nostris viribus ad ista vincenda praesumamus: BEATUS enim, CUIUS DEUS IACOB ADIUTOR EST, SPES EIUS IN DOMINO DEO EIUS; non in se ipso, quia homo est. Sed MALEDICTUS OMNIS, QUI SPEM SUAM PONIT IN HOMINE. EXPLICIT TRACTATUS DE NATALE SANCTORUM MARTYRUM · II ·

Nulla mors peior, quam ubi non moritur mors.

[20] ipsa vita *G* [21] sequetur.

[3] *ibis*] Gen. 3, 19.
[9] *eius*] I Petr. 2, 22.
[30] *temtationes*] Matth. 26, 41.
[32] *eius*] Ps. 145, 5.
[33] *homine*] Hier. 17, 5.

XXXII.

Guelferb. Serm. XXXII, p. 142-155: cod. fol. 157r-163r. Haec totius collectionis gemma, ac vere aureus sermo, quo quid possit « benedictus doctor Israhel », quid pacis catholicae atque unitatis eximius amator, splendidissime apparet. Quem ut in ephemeride « Rev. Bénéd. » XXX (1913), p. 398-408, cum brevi commentario primum evulgavi, statim laudare homines ac stupere, tam praecipuum Augustinianae eloquentiae miraculum eruditorum virorum oculos hactenus fefellisse. Cui eo etiam pondus additur, quod certum temporis prae se ferat indicium: nam paullo post collationem Carthaginiensem an. 411 habitus est, ex cuius Actis circa finem testimonium profertur.

DE ORDINATIONE EPISCOPI.

Hodie caritati vestrae, ex quo nos deus dignatus est perducere ad vos, tertius redditur sermo: sed praeterito biduo hoc audistis, quod ad vos maxime pertineat: hodie quippe vobis in dono et misericordia dei episcopus ordinatur; hoc itaque debemus loqui, quo et nos ipsos exhortemur, et ipsum informemus, et vos instruamus. Debet enim, qui praeest populo, prius intellegere se servum esse multorum. Et hoc non dedignetur: non, inquam, dedignetur servus esse multorum; quia servire nobis non dedignatus est dominus dominorum. Ex faece quippe carnali subrepserat discipulis domini Iesu Christi apostolis nostris quaedam appetitio sublimitatis, et fumus elationis ire coeperat in oculis eorum. Nam, sicut scriptum in evangelio legimus, NATA EST INTER EOS CONTENTIO, QUISNAM EORUM ESSET MAIOR. Dominus autem medicus praesens repressit eorum tumorem. Ad ubi vidit quo vitio venisset illa contentio, ait illis, et constituens ante se parvulos pueros: NISI QUIS FACTUS FUERIT UT PUER ISTE, NON INTRABIT IN REGNUM CAELORUM. In puero humilitatem commendavit. Neque enim tales suos voluit habere mentes, quales habent pueri, cum dicit apostolus alio loco: NOLITE PUERI EFFICI MENTIBUS. Et addidit: SED MALITIA INFANTES ESTOTE, UT SENSIBUS PERFECTI SITIS. Magna autem malitia superbia, et prima malitia, initium et origo, causa omnium peccatorum: ipsa deiecit ange-

Episcopus servus debet esse multorum.

6 vos] *scripsi;* nos *G* 18 dicit] *pro* dicat *?*

6 *instruamus*] Haec imitatus est Caesarius Arelatensis in clausula additicia serm. August. 340, n. 2: « Et ideo hoc debemus loqui, quod et nosmetipsos cohortari, et vos possit instruere ».

10 *nostris*] Ita p. 537, l. 18; 577, 3.

13 *maior*] Cf. Luc. 22, 24.

16 *caelorum*] Mt. 18, 3.

20 *sitis*] I Cor. 14, 20.

lum, et diabolum fecit. Superbiae calicem etiam ille deiectus stanti homini propinavit: erexit in superbiam eum, qui factus ad imaginem dei; iam etiam indignus, quia superbus. Invidit, et persuasit, ut contemneret legem dei, et sua potestate frueretur. Et quomodo persuasit? SI MANDUCAVERITIS, inquit, ERITIS SICUT DII. Videte ergo, si non superbia persuasit. Homo factus erat, deus esse voluit: assumsit quod non erat, perdidit quod erat; non quia perdidit humanam naturam, sed perdidit beatitudinem et praesentem et futuram. Perdidit quo erat levandus, deceptus ab eo qui fuerat inde deiectus.

Lecta erat epist. I ad Tim. c. 3.

2. Ideo apostolus Paulus cum inter cetera virtutes episcopales commemoraret in ea lectione, cum modo legeretur, audivimus, hoc etiam addidit: NON NEOFITUM, quasi novum a fide, NE IN SUPERBIAM ELATUS IN IUDICIUM INCIDAT DIABOLI. Quid est, in iudicium incidat diaboli? Non a diabolo iudicandus, sed cum diabolo damnandus: non enim iudex noster diabolus erit; sed quia ipse per superbiam lapsus est, et propter superbiam impius factus sempiterno igne damnabitur. Observet, inquit, cui datur locus excelsus in ecclesia, ne elatus in superbiam incidat in iudicium, in quo⟨d⟩ incidit diabolus. Alloquens ergo apostolos dominus, et confirmans eos in humilitate sancta, postea quam de puero proposuit exemplum, ait illis: QUICUMQUE VULT IN VOBIS MAIOR ESSE, ERIT VESTER SERVUS. Ecce quia non feci iniuriam fratri meo, futuro episcopo vestro, quia eum esse volui et ammonui servum vestrum. Si enim illi feci, mihi prius feci: non enim quicumque de episcopo, sed episcopus loquor; et quod ammoneo, ego ipse timeo, et revoco in animum, quod ipse sanctus apostolus dixit: NON SIC CURRO, QUASI IN INCERTUM: NON SIC PUGNO, QUASI AEREM CAEDENS; SED CASTIGO CORPUS MEUM, ET IN SERVITUTEM SUBICIO, NE FORTE ALIIS PRAEDICANS IPSE REPROBUS INVENIAR.

3. Ergo, ut breviter audiatis, servi vestri sumus: servi vestri, sed et conservi vestri: servi vestri sumus, sed omnes unum dominum habemus: servi vestri sumus, sed in Iesu, sicut dicit apostolus: NOS AUTEM SERVOS VESTROS PER IESUM. Per illum sumus servi, per quem sumus et liberi; ipse quippe ait credentibus in se: SI VOS FILIUS LIBERAVERIT,

[2] propinabit *G* qui factus] *supple* erat *aut aliud quid simile* [11] cum] quam *ante hoc verbum excidisse suspicor* [12] neoffitum [18] in quo *G* [26] pugno] *ex* pugnor *corr.; porro eundem locum Augustinus alibi commemorans verbo* pugillor *saltem quater usus est* cedens *G* [32] servos vestros] *post.* servi vestri *perperam corr.*

[5] *dii*] Gen. 3, 5.
[13] *diaboli*] I Tim. 3, 6.
[21] *servus*] Mt. 20, 26.
[28] *inveniar*] I Cor. 9, 26. 27.
[32] *Iesum*] II Cor. 4, 5.

vere LIBERI ERITIS. Dubitabo ergo servus fieri per illum, per quem nisi liber fierem, in perdita servitute remanerem? Praepositi sumus, et servi sumus: praesumus, sed si prosumus. In quo ergo praepositus episcopus servus est, videamus. In quo et ipse dominus. Nam quando dixit apostolis suis, QUICUMQUE VULT IN VOBIS MAIOR ESSE, ERIT VESTER SERVUS, ne indignaretur servili nomine humana superbia, continuo consolatus est, et proposito ad exemplum se ipso, ad id quod iusserat adhortatus. QUICUMQUE IN VOBIS VULT MAIOR ESSE, ERIT VESTER SERVUS. Sed videte quomodo: SICUT FILIUS HOMINIS NON VENIT MINISTRARI, SED MINISTRARE. Quaeramus quid ministravit. Si attendamus corporalia ministeria, videmus ei discipulos ministrare; sed ipsos mittebat, ut escas emerent, ut escas praepararent. Denique scriptum est in evangelio, cum propinquaret dies passionis illius, discipuli eius dixerunt ei: DOMINE, UBI VIS PAREMUS TIBI MANDUCARE PASCHA? Et iubet ubi paretur: et pergunt, et praeparant, et ministrant. Quid est ergo, quod ait, SICUT FILIUS HOMINIS NON VENIT MINISTRARI, SED MINISTRARE? Audi quod sequitur: NON VENIT, inquit, MINISTRARI, SED MINISTRARE, ET DARE ANIMAM SUAM REDEMPTIONEM PRO MULTIS. Ecce quomodo dominus ministravit: ecce quales servos nos esse praecepit. Dedit animam suam redemtionem pro multis: redemit nos. Quis nostrum idoneus est redemere aliquem? Illius quidem sanguine, illius morte a morte redemti sumus, illius humilitate iacentes erecti sumus; sed et nos debemus conferre portiunculas nostras membris illius, quia membra illius facti sumus: ille caput, nos corpus sumus. Exhortans denique nos apostolus Iohannes in epistula sua in exemplum domini, qui dixerat, Erit vester servus, quicumque vult in vobis maior esse; sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, et dare animam suam redemtionem pro multis; exhortans ergo nos ad similitudinem, ait: CHRISTUS PRO NOBIS ANIMAM POSUIT: SIC ET NOS DEBEMUS PRO FRATRIBUS ANIMAS PONERE. Ipse etiam dominus loquens post resurrectionem: PETRE, AMAS ME? Respondebat ille: Amo. Hoc ille ter dixit, hoc ille ter respondit; et totum ter dominus: PASCE OVES MEAS. Ubi mihi ostendis, quia amas me, nisi pascendo oves meas? Quid mihi praestaturus es amando me, quando omnia expectas a me?

Praeest episcopus, sed si prodest.

Christus ministravit dando animam suam pro nobis.

Idem postulatur a Petro.

7 adhortatus] est *s. l. absque causa add.* 10. 18 ministrabit 20 redemere] *in* redimere *post mut.* 23 capud 28 assimilitudinem 29 sq. ipse e. dominus loquens] *in ablativum absol. nequicquam corr.* 31 totum] *postmodum expunctum*

1 *eritis*] Ioh. 8, 36.
14 *pascha?*] Mt. 26, 17.
18 *multis*] Mt. 20, 28.
22 *erecti s.*] Cf. collectam Dom. II post Pascha: « Deus, qui in Filii tui humilitate iacentem mundum erexisti... »
29 *ponere*] I Ioh. 3, 16.
32 *meas*] Ioh. 21, 15. 16. 17.

Quid ergo facias amando me, habes: pasce oves meas. Hoc semel, et iterum, et tertio. Amas me? Amo. Pasce oves meas. Ter enim negaverat timore: ter confessus est amore. Deinde cum ei dominus oves suas tertio commendasset, respondenti et confitenti amorem, et damnanti et delenti timorem, continuo subiecit: CUM IUVENIS ESSES, CINGEBAS TE, ET IBAS QUO VOLEBAS; CUM AUTEM SENIOR FACTUS FUERIS, ALTER CINGET TE, ET FER⟨E⟩T QUO TU NON VIS. HOC AUTEM DIXIT SIGNIFICANS QUA MORTE GLORIFICATURUS ERAT DEUM. Crucem suam pronuntiavit illi, passionem suam praedixit illi. Illuc ergo pergens, dominus ait, PASCE OVES MEAS: patere pro ovibus meis.

4. Talis debet esse bonus episcopus; si talis non erit, episcopus non erit. Quid prode est misero, si Felix vocetur? Si mendicum aliquem aerumnosum hominem aspicias, qui vocatur Felix, et ei dicas, Veni huc Felix, vade Felix, surge Felix, sede Felix, et ille inter omnia vocabula semper infelix; huic simile quiddam est, quando episcopus vocatur, et non est. Quid ei confert honor nominis, nisi cumulum criminis? Quis est autem episcopus, qui vocatur, et non est? Qui gaudet honore eo magis quam salute gregis dei, qui in ista celsitudine ministerii sua quaerit, non quae Iesu Christi: vocatur episcopus, sed non est episcopus, nomen inane est ei. Et vides homines nihil loqui aliud. Vidisti episcopum? salutasti episcopum? Unde venis? ab episcopo. Quo pergis? ad episcopum. Ut ergo sit quod vocatur, audiat, non me, sed mecum: simul audiamus, simul in una schola condiscipuli ab uno magistro Christo discamus, cuius cathedra ideo est in caelo, quia prius crux fuit in terra. Humilitatis ille viam docuit: descendens ascensurus, visitans eos qui in imo iacebant, et elevans eos qui sibi cohaerere volebant.

Sit quod vocatur episcopus.

Episcopi et fideles in schola Christi condiscipuli.

5. Denique auditu evidentissime percipe. Duo discipuli eius fratres, filii Zebedei Iohannes et Iacobus prae ceteris illius sublimitatem concupierunt, et per matrem suam, quia ipsi verecundabantur, dixerunt ei, ipsam inmittentes, quae diceret illorum desideria: DOMINE, dixit, FAC UT ⟨IN⟩ REGNO TUO UNUS FILIUS MEUS SEDEAT AD DEXTERAM TUAM, ALTER AD SINISTRAM. Et dominus ad illos, non ad illam: NESCITIS QUID PETATIS. Et adiecit: POTESTIS BIBERE CALICEM, QUEM EGO BIBITURUS SUM? Quem calicem, nisi de quo dicit propinquans passioni: PATER, SI FIERI POTEST, TRANSEAT A ME CALIX ISTE? Potestis, inquit,

[7] feret] fert *G*, *ut saepe supra* [8] glorificaturus] o *in* a *post. corr.* pronunciabit [12] prode est] *altera* e *post. exp.* [13] huc] *ex* hoc *corr.* [18] eo magis] eo, *fortasse ex abundanti* [25] descendes [31] in] *supplevi*

[8] *deum*] Ioh. 21, 18. 19.
[32] *sinistram*] Cf. Mt. 20, 21.
[34] *sum?*] Ibid. 22.
[35] *iste*] Mt. 26, 39.

bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Et illi continuo, avidi sublimitatis, obliti infirmitatis: POSSUMUS, inquiunt. Et ille: CALICEM QUIDEM MEUM BIBETIS: SEDERE AUTEM AD DEXTERAM VEL AD SINISTRAM MEAM NON EST MEUM DARE VOBIS; ALIIS PARATUM EST A PATRE MEO. Quibus paratum est, si discipulis non paratum est? Qui illic sedebunt, si apostoli non sedebunt? Aliis paratum est, non vobis paratum est: aliis, non superbis. Et bene et ipse humilitatem praetendit, cum diceret, Aliis paratum est a Patre meo; cum utique ipse praepararet, a Patre suo dixit praeparari: ne et hic arrogans esse videretur, et non aedificaret ad humilitatem, propter quam ista omnia loquebatur. Neque enim parat Pater, quod non parat Filius, aut parat Filius quod non parat Pater, cum ipse dicat, EGO ET PATER UNUM SUMUS; ipse etiam dicat, QUAECUMQUE PATER FACIT, HAEC EADEM ET FILIUS SIMILITER FACIT. Doctor humilitatis sermone et opere: sermone enim semper ab initio creaturae numquam tacuit, per angelos, per prophetas, docere hominem humilitatem; docere dignatus est etiam exemplo suo. Venit humilis creator noster, creatus inter nos: qui fecit nos, qui factus est propter nos: deus ante tempora, homo in tempore, ut hominem liberaret a tempore. Venit sanare tumorem nostrum magnus medicus. Ab oriente usque in occidentem genus humanum tamquam magnus iacebat aegrotus, et magnum medicum requirebat: misit primo pueros suos medicus iste, et venit ipse postea, cum a nonnullis desperaretur. Quomodo et medicus quando mittit pueros suos, quasi ad aliquid facile faciendum: cum periculum magnum fuerit, ipse venit; sic magno periculo laborabat genus humanum, vitiis omnibus involutum, maxime a superbiae fonte manante: et ideo venit curare ipsam superbiam exemplo suo. Erubesce adhuc superbire, homo, propter quem humiliatus est deus. Multum se humiliasset deus, si tantummodo nasceretur propter te: dignatus est etiam mori pro te. Hic ergo erat in cruce in homine, quando agitabant caput ante crucem persecutores Iudaei, et dicebant: SI FILIUS

Christus, humilitatis doctor sermone et exemplo.

3 autem] *s. l. post. add.* 20 occidentem] m *post. suppl.* 23 quando] n *s. l. add.* 30 capud

4 *meo*] Mt. 20, 23: ubi quidem translator ἄλλοις pro ἀλλ' οἷς legebat, quemadmodum cod. Cantabr., Hilarius et alii.

6 sq. *aliis, non superbis*] Enarr. in Ps. 103, serm. 3, n. 9: « Quid est, Non est meum dare vobis? Non est meum dare superbis »; tum eadem exempla Augustinus, quae in hocce Tractatu, ex s. scriptura commemorat, « Quicumque in vobis vult maior esse, erit vester servus » et « Nos autem servos vestros per Iesum ».

11 *quod non parat Filius*] Ita quoque De trinit. lib. 1, c. 12, n. 25-27.

12 *sumus*] Ioh. 10, 30.

13 *facit*] Ioh. 5, 19.

24 *ipse venit*] Cf. serm. Frangip. 3, 7; Caill. II, 19, n. 8, et al.

DEI EST, DESCENDAT DE CRUCE, ET CREDIMUS EI. Ille autem servabat humilitatem, ideo non descendebat: non perdiderat potentiam, sed demonstrabat patientiam. Nam ipsum effectum virtutemque eius cogitate, et videte quam facile potuit de cruce descendere, qui potuit de sepulcro resurgere. Sed tibi humilitas, tibi patientia, si non erat demonstranda, non erat praecipienda: si autem praecipienda erat verbo, demonstranda et commendanda erat exemplo. Hoc ergo attendamus in domino: humilitatem eius videamus, calicem humilitatis eius bibamus, ad eum nos artemus, eum meditemur. Facile est cogitare sublimitates, facile est honoribus gaudere, facile est assentatoribus et adulatoribus aures praebere. Ferre convicium, patienter audire opprobrium, orare pro contumelioso, hic est domini calix, hoc est convivium domini. INVITATUS ES A MAIORE? COGITA QUIA TALIA TE OPORTET PRAEPARARE.

Ad calicem humilitatis domini nos artemus.

6. Apostolus describens episcopum hoc primo posuit: QUI EPISCOPATUM DESIDERAT, BONUM OPUS CONCUPISCIT. Quid est hoc? Quasi inflammavit omnes ad desiderandum episcopatum, et meliores erunt ambitores quam verecundi, et meliores erunt arrogantia quadam sibi etiam indebita usurpantes, quam etiam debita timore vitantes? Absit hoc, non est istud: non hoc docuit, ut ambiamus ad episcopatum pervenire. Sed quid dixit, intendite, si potuero explicare quod sentio. Apostoli sensus est lucidus intellegentibus, superbis et ambitoribus caliginosus et obscurus. Hoc ergo apostolus ait: QUI EPISCOPATUM DESIDERAT, BONUM OPUS CONCUPISCIT. Non est desiderare ⟨episcopatum⟩, episcopatum desiderare: bonum opus concupiscere est. Sed episcopus vult esse, qui non facit bonum opus, sed suum opus? Non episcopatum iste desiderat. Hoc est, quod dicebam paulo ante: nomen quaerit, non rem. Episcopus volo esse: o si essem episcopus! Utinam esses! Nomen quaeris, an rem? Si rem quaeris, bonum opus concupiscis: si nomen quaeris, potes habere et in opere malo, sed peiore supplicio. Quid ergo dicemus? sunt episcopi mali? Absit, non sunt: prorsus audeo dicere, non sunt episcopi mali; quia si mali, non episcopi. Tu iterum ad nomen me revocas, et dicis: Episcopus est, nam sedet cathedra. Est et faeneus custos in vinea.

Contra episcopi nomen, non rem, quaerentes.

23 sq. episcopatum] *semel G* 29 suplicio 32 cathedra] *praepos. in m. post. sine causa praem.* 33 faeneus] *conieci;* veneus *G, sed prima littera loco alterius erasae subdita est*

1 *ei*] Ex Mt. 27, 40 et 42 conflatum, uti saepius supra.

13 *praeparare*] Cf. Prov. 23, 1 iuxta LXX.

15 *concupiscit*] I Tim. 3, 1; iisdem porro verbis hoc exemplo utitur August. in epist. 173, n. 2 circ. an. 412 scripta.

7. Dixit inter cetera, UNIUS UXORIS VIRUM: sed quanto melius nullius? Quousque progrediendum sit, dixit, ut non plus ab una; sed multo melius, si nec una. FILIOS HABENTEM OBSEQUENTES: ut, si habet, obsequentes habeat; non ut conetur habere, si non habet. Disciplinam enim commendavit in filios, propter domum regendam: QUI ENIM DOMUI SUAE PRAEESSE NESCIT, QUOMODO ECCLESIAE ⟨DEI⟩ DILIGENTIAM HABEBIT? Ipsius apostoli verba sunt. Et quomodo erit sine filiis episcopus, si bonus erit episcopus? Denique episcopus vester in nomine Christi, adiutus gratia Christi, filios carnales habere noluit, ut spirituales habeat. Ad vos pertinet digne ei obsequi, digne oboedire, digno servitio servire; et habebit filios obsequentes, pro paucis tam multos, pro terrenis supernos, pro heredibus coheredes.

Multo melius, si nec unam uxorem, nec filios carnales habeat episcopus.

8. Diximus de episcopis bonis, et de episcopis malis: diximus quod esse debemus, et quod esse vitemus. Sed quid ad vos, o populus dei? Aliquid et ad vos. Volumus enim vos in petra aedificari, templum deo surgere, ad capiendum deum idoneos fieri, spem vestram non in incerto fluctuare, sed in solido collocare. Qualescumque nos sumus, vos securi esse debetis. Equidem bonum est nobis, ut boni praepositi episcopi esse debeamus, non tantum vocemur, hoc bonum est nobis: talibus enim magna merces promittitur. Sed si non fuerimus tales, sed mali, quod absit, fuerimus, et honores nostros propter nosmetipsos quaesierimus, praecepta dei neglexerimus, salutem vestram pro nihilo habuerimus, maiora supplicia nos expectant, quam praemia quae promissa sunt. Sed absit a nobis, et orate pro nobis: quanto enim in altiore loco, tanto in maiore periculo sumus. Cogitamus enim quam rationem reddamus de obsequiis hominum, quam de maledictis hominum. Multi nobis obsecuntur, multi nobis detrahunt, nobisque maledicunt. Plus nos faciunt periclitari, qui obsecuntur, quam qui maledicunt: obsequium enim hominum titillat superbiam nostram, maledicta hominum exercent patientiam nostram: alibi timeo lapsum, alibi munio firma⟨men⟩tum. Nam OPPROBRIA HOMINUM, ait mihi quidam servorum dei, NOLITE METUERE. Dicit et dominus Iesus Christus: BEATI ERITIS, CUM VOBIS MALEDIXERINT HOMINES, ET DIXERINT OMNE MALUM ADVERSUM VOS, MENTIENTES, PROPTER ME. Nam si qui maledicunt, et vera dicunt, non

Magis timet Augustinus adulatores, quam maledicos.

6 dei] *om. G, nimirum ob syllab.* di *quae sequitur* 14 quid ad vos] ad *s. l. suppl.* 19 debeamus] a *emendator suppl.* 25 cogitamus] a *in* e *post. m. perperam mut.* 30sq. munio firmamentum] *coniectura;* munior firmatum *G*

1 *virum*] I Tim. 3, 2.
3 *obsequentes*] Ibid. 4.
6 *habebit?*] Ibid. 5.
32 *metuere*] Esai. 51, 7.
34 *me*] Mt. 5, 11.

male dicunt, quia vera dicunt; sed male dicunt, qui falsa dicunt. Nobis autem quid promisit dominus? GAUDETE ET EXULTATE, QUIA MERCES VESTRA COPIOSA EST IN CAELIS. Auget mercedem meam maledicus meus: minuere vult mercedem meam adulator meus. Sed quid dicam, fratres? Ut augeatur merces nostra, optare debemus, ut maledici sitis? Nolumus malo vestro nostram augeri mercedem. Benedici estote, obsequimini; nos periclitemur, et vos non deminuamini. Quid ergo, si populus incurrat in episcopum malum? Dominus et episcopus episcoporum fecit securum, ne spes vestra in homine sit. Ecce in nomine domini episcopus vobis loquor: qualis sim ego, nescio: quanto minus vos? Quid enim sim ad horam, possum utcumque sentire: quid quandoque futurus, unde scio? Quomodo praesumsit Petrus, et demonstratus est sibi Petrus; aeger se nesciebat, sed medicum non latebat. Dixit, praesumsit, ausus est polliceri: TECUM USQUE AD MORTEM. ANIMAM MEAM PRO TE PONAM. Et ille medicus venam cordis inspiciens: ANIMAM TUAM, inquit, PRO ME PONIS? AMEN DICO TIBI, PRIUS QUAM GALLUS CANTET, TER ME NEGABIS.

Christus episcopus episcoporum.

9. Dominus itaque praestet, a⟨d⟩iuvantibus nos orationibus vestris, et hoc nos esse, et hoc usque in finem perseverare, quod nos vultis esse, omnes qui nobis bene vultis, et quod nos vult esse ille, qui nos vocavit et iussit: adiuvet nos implere quod iussit. Sed qualescumque sumus, spes vestra non sit in nobis. Mihi derogo, ut episcopus hoc loquar: gaudere de vobis volo, non inflari. Omnino quemcumque invenero spem ponentem in me, non illi gratulor: emendandus est, non firmandus: mutandus est, non stabiliendus. Si monere non possum, doleo; si autem monere possum, iam non doleo. Sicut modo in nomine Christi loquor populo dei, loquor in ecclesia dei, loquor qualiscumque servus dei: spes vestra non sit in nobis, spes vestra non sit in hominibus. Boni sumus, ministri sumus; mali sumus, ministri sumus. Sed boni, fideles ministri, vere ministri. Quod ministramus, attendite: si esuritis, et ingrati esse non vultis, de cuius cellario proferatur advertite. In quali vasculo tibi ponatur, quod tu avidus es comedere, non ad te pertineat. IN MAGNA DOMO patris familias, NON TANTUM VASA AUREA

1 falsa dicut 4 adultor 18 aiuvantibus 21 adiuvat 32 sq. atte 33 pertineat] *pro* pertinet?

3 *caelis*] Mt. 5, 12.

11 *quid enim sim ad horam* etc.] Serm. 147, n. 2: « Omnis autem homo qualis sit tunc cum loquitur, forte scit; qualis crastino futurus sit, quis scit? »

14 *ad mortem*] Luc. 22, 33; cf. serm. Guelferb. 17, 1: supra, p. 495, l. 10; itemque Enarr. in Ps. 103, serm. 3, n. 9: « Quomodo Petrus, Tecum usque ad mortem » et alibi passim.

15 *ponam*] Ioh. 13, 37.

17 *negabis*] Ibid. 38.

ET ARGENTEA, SED ET FICTILIA SUNT. Argenteum vas est, aureum vas est, fictile vas est: tu utrum habeat panem attende, et cuius iste sit panis, quo donante ministretur. Ipsum advertite, de quo loquor, quo donante ministratur hic panis. Ipse est panis: EGO SUM PANIS VIVUS, QUI DE CAELO DESCENDI. Ministramus ergo vobis Christum pro Christo, ipsum sub ipso; ut ipse ad vos perveniat, ipse sit iudex ministerii nostri. Nam si fur est episcopus, numquam tibi dicturus est de exedra ista, Fac furtum; sed non est tibi dicturus nisi, Noli facere furtum. Hoc enim accipit de cellario domini. Si aliquid aliud dicere voluerit, respuis illum, et dicis: Non est hoc de cellario domini, tua mihi dicis. QUI LOQUITUR MENDACIUM, DE SUO LOQUITUR. Dicat ergo tibi secundum deum: Ne furtum facias, ne adulterium, ne homicidium; dicat tibi secundum deum, ut timeas, ut non extollaris, ut a saeculi amore avertaris, ut spem tuam in domino ponas. Haec tibi dicat secundum deum. Ipse si non facit, quid ad te? Dominus deus tuus Christus est, securum te fecit. SCRIBAE, inquit, ET PHARISAEI in imagine praepositorum SEDERUNT CATHEDRAM MOYSI: QUAE DICUNT, FACITE: QUAE AUTEM FACIUNT, FACERE NOLITE; DICUNT ENIM, ET NON FACIUNT. Quid ad hoc dicturus es? unde te in iudicio Christi excusaturus? Dicturus es: Ideo feci male, quia vidi episcopum meum non vivere bene. Respondetur tibi: Elegisti tibi, cum quo damneris, non cum quo libereris. Ipsum imitatus es male viventem: quare ipsum imitatus es potius, et non me audisti per ipsum? Ego enim tibi in evangelio meo non dixeram, ut, quando vides praepositos malos, quae dicunt facias, quae autem faciunt non facias? Me per illos audires, et per ipsos non perires.

Doctrinam episcopi populus, non malos mores attendat.

10. Si ergo et mali possunt dicere bona, et nunc respondeamus Christo, et dicamus, discendi causa, non contemnendi aut exagitandi: Domine, si mali possunt dicere bona — unde ammonuisti, et praecepisti dicens, Quae dicunt, facite, quae autem faciunt, facere nolite — si mali ergo possunt dicere bona, quomodo alio loco dicis: HYPOCRITAE, NON POTESTIS BONA LOQUI, CUM SITIS MALI? Attendite rem ligatam,

7 exedra] *post. m. mut. in* cathedra 16 sq. sederunt cathedram] *absque praepositione, uti fere constanter August., ubi hoc exemplo utitur; male feriatus emendator hic et in sqq. add.* super *ante* cathedram 26 bona] *interrogandi notam sine causa add. G* nunc] *I m. ex* non *corr.* 29 nolite] *hic iterum interrog. nota ex abundanti* 30 dicis] *ex* dicit *emendavi: Christum enim alloqui pergit orator* ypocritae

1 *sunt*] II Tim. 2, 20.
5 *descendi*] Ioh. 6, 51.
11 *loquitur*] Ioh. 8, 44.
18 *faciunt*] Mt. 23, 3.
31 *mali?*] Mt. 12, 34.

quousque illius adiutorio cernatis solutam. Iterum propono quaestionem. Christus dicit: Quae dicunt, facite: quae autem faciunt, facere nolite: dicunt enim, et non faciunt. Quid ergo, nisi quia dicunt bona, et faciunt mala? Ideoque quae dicunt, debemus facere; quae faciunt, non debemus facere. Alio loco: NUMQUID COLLIGUNT DE SPINIS UVAS, AUT DE TRIBULIS FICUS? OMNIS ARBOR EX FRUCTU COGNOSCITUR. Quid ergo, quomodo obtemperabimus? quomodo intellegemus? Ecce vepres sunt, spinae sunt. Facite. Iubes me colligere uvam de spinis: alibi iubes, alibi vetas: quomodo obtemperabo? Audi, intellege. Cum dico, Quae dicunt facite, quae autem faciunt facere nolite, attende prius quid dicam: Cathedram Moysi sederunt, dixi. Quando dicunt bona, non ipsi dicunt, sed cathedra Moysi. Cathedram pro doctrina posuit: non quia cathedra loquitur, sed doctrina Moysi: in memoria eorum est, in operibus non est. Quando autem ipsi dicunt, quando ipsi loquuntur, hoc est, quando de suo loquuntur, quid audiunt? QUOMODO POTESTIS BONA LOQUI, CUM SITIS MALI? Nam aliam similitudinem attendite. De spinis nolite uvam carpere: non enim potest aliquando uva nasci de spinis. Sed non attendistis palmitem vitis crescendo ire in sepem, et involvere se in spinis, et inter spinas germen promere, botrum summittere? Esuris, et transis, et vides botrum pendentem inter spinas: non facis, non carpis. Esuris, et carpere vis: carpe, manum diligenter et caute extende: spinas cave, fructum carpe. Sic etiam quando pessimus aut malus homo tibi loquitur doctrinam Christi, audi, excipe, noli contemnere. Si malus homo est, spinae ipsius sunt; si bona dicit, botrus ille est pendens inter spinas, non nascitur de spinis. Ergo, si esuris, carpe, sed observa spinas. Si enim facta eius coeperis imitari, dum libenter eum audis, incaute extendisti manum: prius in spinas incurristi, quam ad fructum pervenisti: vulneratus exis, laniatus exis: non iam tibi prodest fructus, qui est de uva, sed obsunt spinae, quae sunt de radice propria. Nam, ut non fallaris, attende, unde carp⟨s⟩isti fructum: sarmentum ibi est. Dirige oculos in sarmentum, et vide pertinere ad vitem, de vite exire, de vite progredi, sed in spinis incurrere. Numquid ergo vitis contrahere debet palmites? Sic et doctrina Christi crescendo et procedendo

Est uva colligenda, licet involuta spinis.

[7] obtemperavimus vaepres [14] ipsi loquuntur] loquntur *G*, *ex* loquitur *corr.* [15] de suo locuntur [21] carpere] *ex* carpire *corr.* carpe manu diligenter [22] quado [23. 24] si... si] *ex* sed... sed *corr.* [27] *erat primum* affructum [28] exis] *utrobique ex* exsis *corr.* iam] *conieci;* tam *G* prodest] d *s. l. add.* fructus] *ex* fructum *corr.* [30] carpisti [32] in spinis] *in accusativum post. mut.*

[6] *ficus?*] Mt. 7, 16. *cognoscitur*] Luc. 6, 44.

inseruit se arboribus bonis, inseruit se in spinis malis: dicitur a bonis, dicitur a malis. Tu vide, unde sit fructus, unde nascatur quod te pascit, et unde nascatur quod te pungit: permixta sunt in publica facie, sed discreta sunt in radice.

11. Hoc autem attendite, fratres mei, ut aliquid etiam dicamus de acriore dolore nostro, hoc attendite, fratres nostri quare se separarint a nobis. Dicant nobis, quare? Mali erant episcopi. Cathedras suas sedebant, cathedras Christi sedebant, in unitate Christi erant: ab unitate separari non oportebat. Mali erant ipsi: tu faceres, quod dominus praecepit, QUAE DICUNT FACITE, QUAE AUTEM FACIUNT FACERE NOLITE. Quare te a cathedra Christi separasti? Si pestilentiosus ibi sedit, audires per illum, non imitareris illum. Et tamen potes probare, cum dicis, Pestilentiosus ibi sedebat? Sed ego te probo pestilentiosum, qui cathedram Christi dimisisti. Quod tu dicis, occultum est: quod ego dico, probo. Separatio tua te punit, discissio tua te punit. Simul emti sumus, uno pretio comparati sumus; pretii nostri tabulae recitantur, nostrae emtionis instrumentum sanctum est evangelium. Aperior, lego. Quid aperio? quid lego? Ubi emti sumus, ubi fratres et conservi sumus, ubi in unitate constituti sumus. Quid enim emerit Christus, non tacuit, ne aliquis illi tolleret possessionem suam, et supponeret alienam; prorsus non tacuit quod emit. Aperi tabulas, lege: instrumenta confecta sunt, non emit sine scriptura, praevidit calumniatores futuros; prorsus fecit, quod obiciatur calumniatoribus. Quod legitur, creditur: legitur autem, vide a quo scriptum, vide quo dicente, quibus excipientibus. Dicebat ille, excipiebant apostoli: conscripta nobis reliquerunt. Legamus ergo instrumentum, fratres: quare litigamus? Quid si tabulae domini nostri, emtoris nostri, tollant a nobis litem? Tu dicis ecclesiam Christi in Afris et in Africa esse: ego dico ecclesiam Christi per omnes gentes diffundi. Ecce ubi quaestio est, ecce unde rixa inter fratres. Litigas tu pro parte: litigas, ut in parte remaneas. Ego tibi contradico, ut totum possideas. Intellege litem concordem, intellege litem caritatis. Non tibi dico, Victus es, recede. Ab initio enim displicuerunt domino nostro Iesu Christo divisores hereditatis. Nam praedicanti in populis verita-

Acrior Augustini dolor de discissa ecclesiae unitate.

Quaestio Donatistas inter et Catholicos.

6 acriore] e *in* i *post. mut.* nostri] non *G* 11 cathedra Petri *G; at vero nusquam alias apud Augustinum haec verba simul coniuncta reperisse me memini, nec quicquam aliud hic expectes nisi* cathedra Christi 12 potes] *particula* non, *quae praemissa erat, post deleta* 15sq. unum praecium *1 m.* 22 futuros] o *ex* u *corr.* 25 reliquerunt] *ex* relinq. *corr.*

4 *in radice*] De uvis inter spinas colligendis alibi quoque eadem fere profert August., verbi gr. serm. 137, n. 13; Tract. 46 in Ioh., n. 6.

tem ait unus de turba: DOMINE, DIC FRATRI MEO DIVIDAT MECUM HEREDITATEM. Et dominus, qui noluit confirmare divisionem, qui venerat facere unitatem — audivimus enim et modo in evangelio de ipsa unitate, HABEO ALIAS OVES, QUAE NON SUNT DE HOC OVILI; OPORTET ME EAS ADDUCERE, UT SIT UNUS GREX, ET UNUS PASTOR — dominus ergo, qui amabat unitatem, oderat divisionem, ait illi homini: DIC, HOMO, QUIS ME CONSTITUIT DIVISOREM HEREDITATIS INTER VOS? Ego dico vobis, CAVETE AB OMNI CUPIDITATE. Noluit esse divisor hereditatis: unitatem venerat congregare, unam hereditatem per terras dare. Legantur instrumenta hereditatis ipsius; legantur, ut dicere coeperam. Resurrexit a mortuis, ostendit se discipulis suis, non solum videndum, sed etiam tangendum et contrectandum. PALPATE, inquit, ET TANGITE, ET VIDETE QUIA SPIRITUS OSSA ET CARNEM NON HABET, SICUT ME VIDETIS HABERE. Putarant enim illum spiritum esse, non corpus; fantasma esse, non veritatem. ET CUM ADHUC PRAE GAUDIO MIRARENTUR, AIT ILLIS: NON SCIEBATIS QUIA, CUM ESSEM ADHUC INTER VOS, HAEC DICEBAM VOBIS, QUIA OPORTEBANT IMPLERI OMNIA QUAE SCRIPTA SUNT IN LEGE MOYSI ET PROPHETIS ET PSALMIS DE ME? Quid est hoc? quid est scriptum de illo in lege et prophetis et psalmis? Audi: QUIA OPORTEBAT CHRISTUM PATI. Credo, inquit. Merito, fratres: attendite cetera. Tabulas dominicas lego, instrumentum vel potius testamentum hereditatis nostrae lego; legamus, intellegamus: quare litigamus? Ecce lego, audi cetera: OPORTEBAT CHRISTUM PATI. Credis mecum? Credo, inquit. ET RESURGERE A MORTUIS TERTIO DIE. Credis mecum? Credo plane. Crede et cetera, et finita est discordia. Quid est illud in ceteris? ET PRAEDICARI IN NOMINE EIUS PAENITENTIAM ET REMIS⟨S⟩IONEM PECCATORUM PER OMNES GENTES, INCIPIENTIBUS AB IERUSALEM. Ecce quod lego, haec est ecclesia Christi: PER OMNES GENTES, INCIPIENS AB IERUSALEM. Tene illam mecum, et tolles discordiam. Si in illa non eris, in parte eris. Damno tuo vincis, lucro tuo vinceris. Agnosce quia victus es, et tenebis illam mecum per

Lectum erat evang. Ioh. 10, 11 sqq.

[2] qui] *primum in* quidem *mut., post perperam del.* [14] putarant] *conieci;* putarent, *post. corr.* putabant *G* [17] oportebant] *plur. num. G, nec desunt exempla* [26] remisionem [26 sq.] incipientibus] *hic et semel infra p. 575, l. 14, alias* incipiens, *utrumque passim ap. Augustinum* [29] damno tuo] tuo *postea versus initio suppl.*

[1 sq.] *hereditatem*] Luc. 12, 13.
[5] *pastor*] Ioh. 10, 16.
[7] *inter vos?*] Luc. 12, 14.
[8] *cupiditate*] Ibid. 15.
[13] *habere*] Luc. 24, 39: ubi Aug. modo *palpate* legit, modo *tangite.*
[15] *ait illis*] Ibid. 41.
[18] *de me?*] Ibid. 44.
[20] *pati*] Ibid. 46.
[27] *Ierusalem*] Ibid. 47.

omnes gentes diffusam, incipiens ab Ierusalem. Tabulae dominicae leguntur, evangelium dominicum loquitur: quid mihi calumniaris, quia ego incendi tabulas istas? Quis debet credi quod incenderit illas: qui illis oboedivit, an qui illas contemnit? Quicumque incenderit, undecumque prolatae sint, legamus, audiamus, faciamus, concordemus; dimittamus praeterita praeteritis, transeuntia eis qui transierunt relinquamus.

Donatistarum calumnia de incensis codicibus evangeliorum.

12. Advocatus ipsorum, defensor ipsorum in mediis gestis collationis nostrae clamavit in angustiis: NEC CAUSA CAUSAE, NEC PERSONA PERSONAE PRAEIUDICAT. Peccavit Caecilianus? Immo non peccavit Caecilianus, sed pone peccaverit Caecilianus; audi certe defensorem tuum. Nec causa causae, nec personae persona. Non praeiudicaret uni personae una persona: et praeiudicabit finibus terrae? praeiudicabit hereditati Christi eunti per omnes gentes, incipientibus ab Ierusalem? Peccavit Caecilianus: numquid ideo mentitur Christus? Et tamen non peccavit Caecilianus; sed tu non vis esse bonus Christianus. Quid ad me de homine? Hoc vobis loquebar, ad hoc vos aedificabam. Spes mea non est in Caeciliano, spem meam non posui in homine. Si bonus fuit Caecilianus, congratulabor bono fratri; si malus fuit, ego iudex non sum de occultis fratris. Ergo paululum honorificentia sequestrato Caeciliano et memoria eius, dominum meum interpello, ego interpello Christum contra fratrem meum. Non quomodo ille: non ei dico, DOMINE, ⟨DIC⟩ FRATRI MEO DIVIDAT MECUM HEREDITATEM; sed dico, Domine, dic fratri meo teneat mecum hereditatem. Ergo quod interpellavi dominum contra fratrem meum, non est contra fratrem meum, sed pro fratre meo: nolo illum exheredem, nolo solus possidere; scio enim quia quod possideo non fiet angustum, si multi mecum possideant. Quod possideo, caritas vocatur, quae numeroso possessore amplius dilatatur. EXPLICIT TRACTATUS DE ORDINATIONE EPISCOPI · I ·

Gesta Collationis Carthaginiensis an. 411.

Caritas numeroso possessore amplius dilatatur.

[3] incenderit] *ex* incendiderit *corr.* [10] peccabit [12] personae persona] *ex* persona personae, *ut videtur, corr.* [14] peccabit [16] quidamme [20] fratris] fratribus *G ob praeced. ablat.* [23] dic] *om. G, supplevi ex. p. 574, l. 1 supra* [27] fiet] fuit *G*

[8] sq. *in mediis gestis collationis nostrae*] i. e. celebris collationis Carthagine cum Donatistis an. 411 mense Iunio habitae.

[9] sq. *nec persona personae praeiudicat*] Cf. serm. 164, n. 13 (an. 411 exeunt.): « Et ille defensor illorum: Nec causa causae praeiudicat, nec persona personae »; de qua elicita confessione multus est Augustinus in aliis scriptis circa idem tempus editis, ut puta epist. 141, n. 6 sqq.; 142, n. 3; 173, n. 7 sq., praesertim vero in libro Ad Donatistas post collat., n. 2. 3. 4. 5. 14. 24. 25. 38. 39. 52.

XXXIII.

Guelferb. Serm. XXXIII, p. 158-162: cod. fol. 180r-182r. Extabant hactenus duo saltim de hac Chananaea sermones Augustino adscripti, unus apud Maurinos 77, alter inter Maianos 4, qui autem omnino subditicius est; hicce porro ab utroque omnino differt, atque ineditis videtur accensendus. Qui licet per omnia Augustino dignissimus, tamen utrum ei iure ac merito tribuendus esset ob hoc a me aliquando dubitatum fuit, quod Psalmi 56 verba haec cantata esse dicantur: « Miserere mei, deus, miserere mei, quoniam in te CONFISA EST anima mea », cum Augustinus alibi constanter legat « confidit ». Verum ex dissertatione Pauli Capelle « Le texte du psautier latin en Afrique » (Collectanea biblica t. IV, Romae 1913), p. 142 sq., demum intellexi, lectionem « confisa est » ad antiquiorem translationem pertinere, quae in usu liturgico antiphonis decantandis multo adhuc tempore perstitit, postquam translatio ipsa alteri cesserat emendatiori. Nec forsitan is ita a vero aberret, qui hunc ipsum tractatum a Possidio c. 8 his verbis notatum autumaverit: « De responsorio psalmi quinquagesimi sexti, Miserere mei, deus, miserere mei, quoniam in te confidit anima mea ». Recitatum ea die fuerat evangelium Matth. 15, 21-28, item lecta epistola ad Rom. 7, 14 sqq., atque ex hac praecipue argumentatur orator, qua instantia, ut fiat quod iubet, rogandus sit Deus.

INCIPIT TRACTATUS
DE MULIERE CHANANAEA SECUNDUM MATTHAEUM.

Mulier ista, quae clamabat post dominum, audistis quemadmodum quaesierit, petiverit, pulsaverit, et apertum sit ei. Docet ergo nos quaerere, ut inveniamus: petere, ut accipiamus: pulsare, ut aperiatur nobis. Quid est ergo, quod dominus nolebat tribuere quod petebatur? numquid inmisericors erat? Sed sciebat quando daret, qui differebat dare: non enim suum negabat beneficium, sed illius exercebat desiderium. Clamemus ergo ad eum, quod modo cantavimus: MISERERE MEI DEUS, MISERERE MEI, QUONIAM IN TE CONFISA EST ANIMA MEA. Miserere, inquit, mei deus: quare? Quoniam in te confisa est anima mea. Hoc est, inquit, sacrificium quod tibi offero, ut exaudias me: quoniam in te confisa est anima mea. QUIS SPERAVIT IN DEUM, ET DERELICTUS

Cantata erat antiphona ex ps. LVI, 2.

2 cananea... matheum *G* 3sq. quem ammodum *G 1 m.* 13 sperabit

9 *quod modo cantavimus*] Quod de una ex antiphonis intellegas velim, quae a populo universo decantabantur: hae porro ut plurimum erant ex translatione aliqua antiquiore mutuatae, ideoque non in omnibus cum versione, qua Augustinus utitur, concordant.

10 *mea*] Ps. 56, 2.

13sq. *derelictus est*] Ex Eccli. 2, 11 et 12 confl.

EST? Fit enim in magnis temtationibus: et quantumcumque in deo proficiamus, sub venia vivimus. Numquid agnos parvulos, et non ipsos arietes, dominus Iesus docebat orare? Discipulos suos, apostolos nostros, ipsos gregis duces, quorum filii nos sumus, de quibus dictum est, AFFERTE DOMINO FILIOS ARIETUM; ipsos ergo arietes docebat orare, quando eis dixit ut dicerent, DIMITTE NOBIS DEBITA NOSTRA. Si cottidiana est ista oratio, sub venia vivimus. Et dimissa sunt nobis in baptismo cuncta peccata, et sub venia vivimus. Proficimus, si spes nostra in deo nutritur et corroboratur illo a⟨d⟩iuvante, ut omnem concupiscentiam frenemus. Pugnemus: certamen nostrum illi notum est, qui et spectare novit et a⟨d⟩iuvare.

Sub venia vivimus.

2. Audistis, cum apostolus lege⟨re⟩tur: SCIMUS, inquit, QUIA LEX SPIRITUALIS EST; EGO AUTEM CARNALIS SUM. Videte quis quid dicat. LEX, inquit, SPIRITUALIS EST; EGO AUTEM CARNALIS SUM, VENUNDATUS SUB PECCATO: QUOD ENIM OPEROR, IGNORO. Quid est, ignoro? Non accepto, non approbo. NON ENIM QUOD VOLO AGO, SED QUOD NOLO ILLUD FACIO. SI AUTEM QUOD NOLO HOC AGO, CONSENTIO LEGI QUONIAM BONA EST. Quid est, consentio legi? Quia quod nolo ego, hoc non vult lex: quando ergo quod nolo ago, et hoc nolo quod non vult lex, consentio legi quoniam bona est. Sed illa spiritualis est, ego carnalis sum: quid ergo fiet? Agimus quod nolumus: et si mala omnia agamus, inpuniti erimus? Absit, noli tibi hoc promittere, o homo, attende quod sequitur: SI AUTEM QUOD NOLO HOC FACIO, IAM NON EGO OPEROR ILLUD, SED QUOD HABITAT IN ME PECCATUM. Quod est peccatum quod appellat, nisi concupiscentiam carnis? Et ne forte diceres non ad te pertinere, ideo dixit, QUOD HABITAT IN ME PECCATUM. Et quid est, NON EGO OPEROR ILLUD? Carne concupisco, mente non consentio. Caro concupiscit, mens non consentit: ecce pugna. Permane, mens, in certamine tuo, et posce adiutorium a domino deo tuo. Permane, mens, in certamine

Lecta Pauli ep. ad Rom. 7, 14

8 profecimus 9 aiubante 11 nobit aiubare 12 legetur

1 *Fit enim in magnis temtationibus*] Mendum inesse videtur, cui medelam non invenio; attamen adiectivum *magnis* adiectivo *parvulos* vers. sq. respondere censeo, itemque in voce *temtationibus* propter ablat. plural. qui praecedit, uti saepe alias in codice, erratum esse; *enim* quoque pro *etiam* falso passim scribitur: ut *fit etiam in magnis temtatio* aliudve simile legendum putem.

3 sq. *discipulos suos, apostolos nostros*] Cf. supra p. 537, l. 18: « suis discipulis, nostris apostolis »; 563, l. 10: « discipulis domini I. C., apostolis nostris ».

5 *arietum*] Ps. 28, 1.

6 *nostra*] Matth. 6, 12.

2. 7. 8 *sub venia vivimus*] Tergeminum effatum, ut « venit unus contra unum » supra serm. Guelferb. 31, 1 et « permane, mens, in certamine tuo » infra l. 28 sqq.

15 *peccato*] Rom. 7, 14.

17 *facio*] Ibid. 15.

18 *est*] Ibid. 16.

24 *peccatum*] Ibid. 20.

Sacrificium mentis, confidere in domino.

tuo, et clama quod mulier illa: DOMINE, ADIUVA ME. Permane, mens, in certamine tuo, et clama quod cantasti: MISERERE MEI DEUS, MISERERE MEI. Ecce sacrificium: IN TE CONFISA EST ANIMA MEA. In baptismo deletur iniquitas, sed manet infirmitas; in resurrectione autem nulla erit iniquitas, et consumetur infirmitas. QUANDO MORTALE HOC INDUERIT INMORTALITATEM, ET CORRUPTIBILE HOC INDUERIT INCORRUPTIONEM, ET FIET SERMO QUI SCRIPTUS EST, ABSORTA EST MORS IN VICTORIA. UBI EST, MORS, CONTENTIO TUA? Et si mortis contentio certamen est nostrum, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Concupiscentiam carnis peccatum vocavit: concupisco, sed mente non consentio, et concupiscentia ad malum stimulare non cessat. Haec est mortis contentio. Tunc autem exterior hostis diabolus sub pedibus erit, quando interior hostis concupiscentia sanata erit, et vivemus in pace. Quali pace? Quam OCULUS NON VIDIT, NEC AURIS AUDIVIT. Quali pace? Quam nullum cor cogitat, non aliqua prosequitur discordia. Quali pace? De qua dixit apostolus: ET PAX DEI, QUAE SUPERAT OMNEM INTELLECTUM, CUSTODIAT CORDA VESTRA. De ipsa pace dicit Isaias propheta: DOMINE DEUS NOSTER, PACEM DA NOBIS: OMNIA ENIM REDDIDISTI NOBIS. Promisisti Christum: reddidisti. Promisisti eius crucem, et fundendum sanguinem in remissionem peccatorum: reddidisti. Promisisti eius ascensionem, et de caelo mittendum Spiritum sanctum: reddidisti. Promisisti ecclesiam toto orbe terrarum diffusam: reddidisti. Promisisti futuros haereticos ad exercitationem nostram et probationem nostram, et de illorum erroribus ecclesiae victoriam: reddidisti. Promisisti abolenda idola gentilium: reddidisti. DOMINE DEUS NOSTER, PACEM DA NOBIS: OMNIA ENIM REDDIDISTI NOBIS.

Quanta a deo promissa et iam adimpleta.

3. Interim donec ad illam pacem veniamus, ubi nullum hostem habebimus, diu et fideliter strenueque pugnemus, ut a domino deo coronari mereamur. Apostolus Iacobus ait: NEMO, CUM TEMTATUR, DICAT QUONIAM A DEO TEMTATUR. Temtationem dicit, quae est ad seductionem. DEUS, inquit, INTEMTATOR MALORUM EST, IPSE AUTEM NEMINEM TEMTAT; UNUSQUISQUE AUTEM TEMTATUR A CONCUPISCENTIA SUA ABSTRACTUS ET

3 in baptismum 7 sq. victuria 11 ad malum] *haud cunctanter emendavi ex* animalium; *videlicet scripsit more suo librarius* ammalum, *indeque orta confusio* 12 sq. suppedibus 14 oculos 29 sq. temtatur... temtationem] p *post* tem *2 m. s. l. add.* 30 asseductionem *1 m.*

1 *me*] Matth. 15, 25.
7 sq. *victoria*] I Cor. 15, 54.
8 *tua?*] Ibid. 55.
14 *audivit*] I Cor. 2, 9.
17 *vestra*] Phil. 4, 7.
19 *nobis*] Esai. 26, 12.
31 *temtat*] Iac. 1, 13.

INLECTUS. DEIN CONCUPISCENTIA CUM CONCEPERIT, PARIT PECCATUM; PECCATUM AUTEM CUM CONSUMMATUM FUERIT, GENERAT MORTEM. Ergo unusquisque temtatur a concupiscentia sua: ideo pugnet, resistat, non consentiat, non pertrahatur, non eam permittat concipere quod pariat. Ecce blanditur concupiscentia, stimulat, instat, exigit, ut mali aliquid facias: noli consentire, et non concipit. Si libenter cogitaveris, concipit: pariet, ut tu moriaris. Vide quod ait apostolus: PECCATUM CUM CONSUMMATUM FUERIT, GENERAT MORTEM. Dulce est peccatum, sed mors amara est: cave peccati dulcedinem, ne mortis sentias amaritudinem: cave concupiscentiam, et si non ad factum, certe ad verbum. Audis aliquid libenter, quod non debes audire, dicis quod non debes dicere, cogitas quod non debes cogitare. Nihil cogitatione velocius, alas incredibiles habet: de corde se excutit, et linguam transit: malum ante quam dicatur, cogitatur. Noli ibi stare. Obrepsit cogitatio: vade inde, perge alibi, noli ibi immorari. Non disponis male facere: quare libenter cogitas, quod non vis facere? Fratres mei, peccata ista cui non sunt magna, dubitat in illis perseverare quibus dominus dicit: DICITE, DIMITTE NOBIS DEBITA NOSTRA. Quantumcumque proficiatis, concupiscentiam illam in vobis habetis. Antequam mors absorbeatur in victoriam, ergo dicite: Dimitte nobis debita nostra. Nolite caput in superbiam erigere, deum timete: sub venia vivimus. Dicite ex toto corde, Dimitte nobis debita nostra. Hoc de praeteritis, hoc de factis, de dictis, de cogitationibus: de futuris, quid? Audite, et dicite quod sequitur: NE NOS INFERAS IN TEMTATIONEM. VIGILATE ET ORATE NE INTRETIS IN TEMTATIONEM. Quid est, intrare in temtationem? Consentire malae concupiscentiae. Consensisti? intrasti: vel cito exi. Antequam venias ad peccatum, occide consensum tuum: gaude non te fecisse, paeniteat te cogitasse.

Pugna cottidiana contra concupiscentiam.

4. Fratres, habeamus cor sapientem: timeamus deum magna promittentem, terribilia comminantem. Vita ista quandoque finienda est. Videtis quia cottidie hinc transeunt homines: mors differri potest, auferri non potest. Velimus nolimus, vita ista finienda est; illam desideremus, quae finem non habet; ad quam vitam non est qua transeas, nisi per

10 ad factum] *1 m.* affactum 15 disponis] *perperam corr.* disponas

1 *inlectus*] Iac. 1, 14.
2 *mortem*] Ibid. 15.
17 *dicit, Dicite*] Minus eleganter, at idem supra habes p. 577, l. 6: « quando eis dixit ut dicerent, Dimitte ».
24 *inferas in temtationem*] Matth. 6, 13.
24 sq. *intretis i. temt.*] Matth. 26, 41.
28 *cor sapientem*] 1 m. rythmicis legibus consentanee, posterius vero rudi manu *cor sapiens* corr.; at certe etiam antiqui *cor* masculini generis esse censuere (cf. Thes. ling. lat. IV, 930), et ex Benedicti Reg. Monast. c. 5 commemorare iuvat « qui cor respicit murmurantem ».

Plus timendum peccatum,quam mors.

mortem. Non timeamus ergo illud, quod quandoque venturum est; illud timeamus, quod si venerit, et occupaverit nos in peccatis, trahit nos non ad temporalem sed ad sempiternam mortem: quod avertat deus ab omnibus, et a nobis, et a vobis. O homo, non times in aeternum mori, qui sic agis ut in aeternum tempus puniaris aut moriaris? Timor huius mortis te doceat, quomodo sit mors metuenda futura. Times mortem: numquid evades mortem? Velis nolis, necesse est ut veniat. Times mortem, plus debes timere peccatum: per peccatum enim moritur anima, peccatum hostis est animae tuae. A peccato autem quandoque solveris: sed solutus a conpedibus corruptibilibus carnis, vide ne gehennae conpedibus alligeris. Solutus, liber esse debes, non servus. Cavete fraudes, propter illam concupiscentiam quae avaritia vocatur: cavete turpia lucra, propter concupiscentiam quae avaritia vocatur; quia et ipsa AVARITIA RADIX EST OMNIUM MALORUM, sicut scriptura dicit. Cavete ebriositatem, cavete adulterium, furtum, mendacium, falsum testimonium. Cavete a blasphemiis, a ligaturis, incantationibus, et a diversis superstitionibus. Cavete ab usuris et a foenore: nolite habere societatem cum foeneratoribus, dimittite eos. Veniet dies, quando eis dicetur: Pecunia vestra vobiscum sit in interitum. Veniet dies iudicii, quando pro ipsa pecunia, et cum ipsa pecunia, ardebunt in igne sempiterno, ubi erit fletus et stridor dentium. Pecunia illa in testimonium illis erit. Nolite sic dare, nolite sic accipere, ne incipiatis in die iudicii malam rationem de vobis deo reddere. Quid enim eis prodest, nisi ut pro pecunia, quam aut vivi perdituri sunt, aut mortui relicturi, animam suam perdant, quam redimere non possunt? Sicut dicit sanctum evangelium: QUID PRODE EST HOMINI, SI TOTUM MUNDUM LUCRETUR, ANIMAE AUTEM SUAE DETRIMENTUM PATIATUR? AUT QUAM DABIT HOMO COMMUTATIONEM PRO ANIMA SUA? Cavete ergo, fratres mei, ab usuris et a foenore, et nolite dicere: Et unde vivemus? Hoc non est vitam quaerere, sed mortem. Nolite dicere, Et unde vivemus? Sunt aliae causae, unde se homines transigant. Quod prohibet deus, nolite facere, nolite inde vivere. O miser, et miserabilis, et infelix! attendis quia inde vivis, et non attendis unde moriaris. Et unde, inquis, vivam? Hoc mihi

Ligaturae.

Multi inde vivunt, unde moriuntur.

[3] assempiternam *1 m.* [8 sq.] moritur] *ex* morietur *corr.* [10] corruptibilibus] *rudi manu in* corruptibilis *mutat.* [18] venient *G, ubi* n *ex abundanti esse seq. versus ostendit* [19] veniet] *ex* venient *hoc loco merito corr.* [26] prode est] e *1° loco post deleta* [29] nolite] te *s. l. suppl.* et unde] et *s. l. pariter add.* [29. 30] vivemus] *ex* vivimus *utroq. loco corr.*

[14] *malorum*] I Tim. 6, 10.
[19] *interitum*] Cf. Act. 8, 20.
[21] *dentium*] Matth. 8, 12 et al.
[28] *sua*] Matth. 16, 26.

et leno potest dicere, hoc mihi et latro potest dicere: numquid ideo latrocinia facienda sunt, aut lenocinia exercenda, quia qui ea faciunt inde vivunt? Vae miseris qui inde vivunt, quia inde moriuntur. Melius mendicatur, quam de inlicito vivatur. Postremo melius est ut homo moriatur, quam de inlicito vivendo id efficiatur, ut morte sempiterna crucietur. Mors ista finit dolorem: mors illa in aeternis doloribus permanet. Credite, intellegite, timete, ab omni re mala vos abstinete; studete verbo dei, amate audire quid velit deus, et facientibus voluntatem suam quid promittit deus. Et ut fiat quod iubet, rogetur deus, et adiuvat deus. EXPLICIT TRACTATUS DE MULIERE CHANANAEA SECUNDUM MATTHAEUM.

Melius mendicatur, quam de inlicito vivatur.

APPEND. VII.

Guelferb. Serm. in Append. VII, p. 191-195: cod. fol. 68r-70r. Hunc sermonem antea ineditum cum primum anno MCMXVII evulgarem, in Appendicem reieci, nimia credo animi anxietate ductus: quippe quem et viri periti nonnulli et ego ipse, postea quam minutius omnia scrutatus sum, nihil in se continere, quod ab Augustiniano genere dicendi dissentiat, immo vero multa quae ipsum prodant, demum agnovimus. Haud equidem negaverim, quaedam in eo reperiri, quae cum Quodvultdei contionibus prima specie conveniant; quod nemo sane mirabitur, qui hunc Augustini vestigiis fere constanter ingressum esse meminerit. Locus evangelii Luc. 24, 36 sqq. contra Manichaeos et Donatistas exponitur, quem feria quarta Paschae in Hipponiensi ecclesia recitari solitum venerandae antiquitatis liber Floriacensis testatur: de quo vide sis notam apud Migne 38, 1122.

INCIPIT TRACTATUS DE QUARTA FERIA PASCHAE · III ·

Resurrectionem suam dominus Christus certam et veram multis et variis documentis persuadere dignatus est, propter aedificandam fidem, et fugandam de corde perfidiam, omnemque dubitationem de sua resurrectione tollendam. Parum fuit oculis se videndum praebere, si non praeberet etiam manibus contrectandum. Quod multi impii et haeretici Manichaei de Christo suspicantur et credunt, quia non erat vera caro, sed spiritus erat habens imaginem carnis, non ad fidem instruendam, sed ad oculos ludificandos: ut homo non esset, sed putaretur: ut caro non esset, sed ita esse videretur; quod ergo credunt

9 promittit] *pro* promittat? 12 *titulus e subscriptione in fine sermonis desumptus est*

Manichaeorum error timentium Christo dare carnem.

Manichaei, et inde dogma fecerunt, erroremque firmaverunt, haec prima cogitatio surrexit in cordibus apostolorum. Et illi quidem Manichaei numquam credunt Iesum fuisse hominem: timent Verbo dare carnem, et non timent veritati obicere falsitatem. Habet veram carnem, qua veritas ostendat falsitatem, et in cordibus hominum aedificet veritatem. Ergo illi numquam dominum Iesum Christum hominem fuisse crediderunt: discipuli autem noverant hominem, cum quo tanto tempore fuerant conversati. Viderunt ambulantem, sedentem, dormientem, manducantem, bibentem: scierunt totum, scierunt super puteum sedisse fatigatum. Ex diuturna ista conversatione hominem noverant verum; sed postea quam mortuus est, quod noverant, quando crederent hoc potuisse resuscitari, quod potuit mori? Apparuit ergo oculis ipsorum talis, qualem illum noverant; et non credentes tertio die potuisse veram carnem de sepulcro resurgere, putaverunt se spiritum videre. Error iste apostolorum, secta est Manichaeorum.

Error apostolorum spiritum se videre putantium.

2. Solent autem, quando illis haec obiciuntur, ita respondere: Quid mali credimus, quia Christum deum credimus spiritum fuisse? ⟨Spiritum⟩ credimus, carnem non credimus: melior est spiritus quam caro. Quod melius est, credimus; quod deterius est, credere nolumus. Quid mali facimus? Si nihil mali est in isto sermone, dimittat Iesus discipulos suos in isto errore. Quid mali crediderunt? Et discipuli Christum spiritum crediderunt: non enim putaverunt esse illum, sed spiritum. Dimittat illis dominus, confirmet illis quod bene crediderunt: inveniens eos in falsitate, non eos doceat veritatem. Audite quid mali sit, sic credere: dominum audite. Parvo morbo te putas periclitari? Audi sententiam medici. Quod putaverunt discipuli spiritum se videre, hoc putas et tu, Manichaee. Venit medicus tunc ad discipulos: invenit illos hoc credere, quod tu modo credis. Si dimisit illos non curatos, securus erra; si autem illos dignatus est sanare, quid te delectat aegrotare? Dominum audi: QUID TURBATI ESTIS, ET QUARE COGITATIONES ASCENDUNT IN COR VESTRUM? Quales utique cogitationes, nisi falsae, morbidae, perniciosae? Perdidit enim Christus fructum passionis, si non est veritas resurrectionis. Quid turbati estis, et quare cogitationes ascenderunt in cor

Perdidit Christus fructum passionis, si non est veritas resurrectionis.

4 qua] *scripsi:* quia *G* 17sq. spiritum] *2° loco inserui, ut interpungendi modum servarem: secus transferenda erat post « credimus » interrogandi nota* 33 ascenderunt] *erat primum* ascendunt, *ut paulo infra; neque vero in hoc antiqui codd. evangeliorum sibi constant*

20 *Si nihil mali est* etc.] Cf. serm. 237, n. 2: « Si nihil mali est, credere Christum spiritum fuisse, non carnem; si nihil mali est, dimittantur in ista opinione discipuli »; serm. Morin 17, 2 et al.

31 *vestrum?*] Luc. 24, 38.

vestrum? Tamquam bonus agricola diceret: Quod ibi plantavi, inveniam; non spinas, quas non plantavi. In cor vestrum descendit fides, quia desuper est; cogitationes autem istae non desuper descenderunt, sed in ipso corde sicut herbae malae ascenderunt. Sed non relinquit, extirpat male natas herbas, purgat agrum, seminat bonum. Quod enim dicit, quid turbati estis? quia turbati, non ordinati. Quare cogitationes ascendunt in cor vestrum? VIDETE MANUS MEAS ET PEDES MEOS. Si parum est videte, PALPATE: non creditis oculis, credite manibus. PALPATE, ET VIDETE, QUIA SPIRITUS OSSA ET CARNEM NON HABET, SICUT ME VIDETIS HABERE.

3. ET CUM ADHUC TREPIDARENT PRAE GAUDIO. Et gaudebant, et dubitabant: et videbant, et tangebant, et vix credebant. Magna dignatio gratiae super nos: nec vidimus, nec tetigimus, et credidimus. ILLIS AUTEM PRAE GAUDIO ADHUC TREPIDANTIBUS, AIT: HABETIS HIC ALIQUID QUOD MANDUCETUR? Vel tunc creditis quia vivo, si vobiscum convivo. Obtulerunt illi quod habebant, piscis assi partem. Piscis assus, martyria sunt, fides probata igne. Quare ergo partem? Quia SI TRADIDERO, inquid, CORPUS MEUM UT ARDEAM, CARITATEM AUTEM NON HABEAM, NIHIL MIHI PRODEST. Fac ergo totum corpus tamquam martyrum: alii de caritate patiuntur, alii de iactantia patiuntur. Iactantia⟨e⟩ partem tolle, partem caritatis. Ipsa est esca Christi, da Christo partem suam: martyres amat Christus, qui de caritate passi sunt. Manducavit, et ipse erat, ipse qui visus est et suspensus: ipse qui videbatur, ipse tangebatur, illi esca porrigebatur, ipse ante oculos discipulorum sumebat et vescebatur; et omnia ista parum erant. Date veniam, apostoli, post ista adhuc duri. Sed illorum correctio, nostra est aedificatio: quid enim dominus sequeretur videte, quomodo tulit omnes ambages. Visus est, tactus est, manducavit: ipse certe erat.

Piscis assus, fides probata igne.

4. Tamen ne in aliquo sensu⟨m⟩ humanum ludificasse videretur, misit manus ad scripturas. Dicant pagani quicquid volunt: Magus fuit, potuit se ostendere. Numquid magus, ante quam esset natus, potuit se prophetare de scripturis? Videte, quia quod videtis ante provisum est, et quod cernitis ante praedictum est. AUDI FILIA, ET VIDE.

De Christo capite in scripturis praedicta.

2 vestrum. Descendit *interpung. G* 4 relinquet 5 seminat] *conieci;* semine *G* 6 quia] *pro* quasi? 7sq. Videte... parum est] *in marg. infer. suppl.* 15 convibo 16 optulerunt 20 iactantiae] *scripsi;* iactantia *G* 27 tactus est] est *s. l. add.* 29 sensu humano *G* 32 scripturis] *ex* scripturas *s. l. corr.* 33 provisum] *pro* praevisum?

10 *habere*] Luc. 24, 39.
15 *manducetur*] Ibid. 41.
19 *prodest*] I Cor. 13, 3.
33 *vide*] Ps. 44, 11.

O ecclesia sancta, audi et vide: audi praedicta, vide conpleta. Caput erat, quod persuadebat, dominus Christus; caput ecclesiae erat, quod se vivum, verum, integrum, certum persuadebat, et ad fidem credentium perducebat. Quid ergo dixit de scripturis? NON SCITIS, QUIA OPORTEBAT IMPLERI OMNIA QUAE SCRIPTA SUNT IN LEGE ET PROPHETIS ET PSALMIS DE ME? TUNC APERUIT ILLIS SENSUM, UT INTELLEGERENT SCRIPTURAS. ET DIXIT EIS: QUONIAM SIC SCRIPTUM EST, ET SIC OPORTEBAT CHRISTUM PATI, ET SURGERE A MORTUIS TERTIA DIE. Ecce factum, quod scriptum: ecce impletum, quod praedictum: ecce exhibitum, quod lectum. Audi verba, cerne facta: veritas plena, fides certa: iam pereat aliquando haeretica perfidia. Ecce sic scriptum est: SIC OPORTEBAT, quid? CHRISTUM PATI, praedictum est. RESURGERE A MORTUIS TERTIO DIE, praedictum est. Legerant ista Iudaei: legebant, et non videbant; et ut esset quod alii crederent, in lapidem iacentem offendebant. SI ENIM COGNOVISSENT, NUMQUAM DOMINUM GLORIAE CRUCIFIXISSENT; si numquam dominum gloriae crucifixissent, gentes in natum et passum non credidissent. Ideo ergo isti discipuli ut separarentur a Iudaeis, quorum cor clausum erat ne intellegerent scripturas, gratia domini fecit separationem. O apostole, o Petre, o Mathaee, o Thomas, o ceteri, QUIS ENIM TE DISCERNIT? Forte dicis, Fides mea. ⟨Cred⟩o, si ille non daret, quia tu non haberes. Fides tua te discernit. QUID AUTEM HABES QUOD NON ACCEPISTI? SI AUTEM ACCEPISTI, QUID GLORIARIS, QUASI NON ACCEPERIS? Ecce gratia, ecce resurgit, ecce se oculis ostendit apostolorum, qui non est dignatus se ostendere oculis Iudaeorum. Ecce praebet se videndum oculis, praebet manibus contrectandum. Parum est: lege, commemorat scripturas. Et hoc parum est: aperit sensum, ut quod legis intellegas.

Gratia discernit fideles inter et incredulos.

5. Persuasit se caput. Quid de nobis? quid de corpore? Caput Christus, corpus ecclesia: apostoli videbant caput, sed futuram ecclesiam non videbant. Attendite: videbant caput, tangebant caput, amplectebantur caput, conversabantur cum capite: futuram ecclesiam non vide-

Prophetiae de Christi corpore Ecclesia.

1sq. Caput... Christus] *alia m. in marg. suppl.* 5 scripta] *ex* scriptis *s. l. corr.* 12 tertio] *G hoc loco, at* tertia *l. 8 supra* 13 Legerant i. Iudaei] *s. l. mox suppl.* 14 Si enim] *littera erasa post* Si 18 apostole] *pro* apostoli *?* 20 credo] *conieci;* o *G* 23 dignatus] *emendavi ex* dedignatus

1 *audi praedicta, vide completa*] Ita quidem frequenter Quodvultdeus Carthaginiensis episcopus: cf. Desid. Franses « Die Werke des hl. Quodvultdeus » p. 82 sq.; sed praeiverat Augustinus v. gr. serm. 267, n. 3: « *Audi filia, et vide:* audi promissum, vide completum »; serm. Morin 13, 4: « Audi, et vide: audi praedicta, vide completa ».

8 *die*] Luc. 24, 44-46.

15 *crucifixissent*] I Cor. 2, 8.

22 *acceperis ?*] I Cor. 4, 7.

24 *Iudaeorum*] Cf. supra p. 479, l. 12.

bant. Nos ergo, qui⟨d⟩? Quodam modo in illis tabulis nuptialibus et sponsum et sponsam debuit nominare et exprimere. Sed quia iam ostendit sponsum, et tacuit de sponsa, dimidiae sunt nuptiae. Impleantur vota caelestia: apparuit sponsus, appareat et sponsa: ille praesens, illa futura: ille in resurrectione, illa in praedicatione: videatur iste, credatur illa. Quomodo visus est iste? VIDETE QUIA SPIRITUS OSSA ET CARNEM NON HABET, SICUT ME VIDETIS HABERE. Deinde aperuit illis sensum. Oportebat Christum pati, et resurgere tertio die. Iam dominum videmus, iam dominum novimus, tangimus, audimus, credimus: quid de ecclesia? PRAEDICARI IN NOMINE EIUS PAENITENTIAM ET REMISSIONEM PECCATORUM. Ubi? quo usque? Ne exeat huc de angulo aliena, et supponat se pro tua. Ubi? quo usque? PER OMNES GENTES INCIPIENTIBUS AB IERUSALEM. Ecce audisti ecclesiam designatam. Quando audiebant ista discipuli, ecclesiam per omnes gentes non videbant: aliud videbant, aliud credebant: caput videbant, de corpore credebant. Nos videmus corpus, de capite credamus. EXPLICIT TRACTATUS DE QUARTA FERIA PASCHAE · III ·

Apostoli caput videbant, de corpore credebant; nos videmus corpus, de capite credamus.

[1] quid?] *conieci, addita interrogandi nota;* qui quodam modo *etc. G; cf.* « *Quid de nobis?* » *p. 584, l. 27 supra* [2] sponsum] *alia voce erasa, fort.* seipsum [6] spiritus] *add. s. l.*

[13] *Ierusalem*] Luc. 24, 47.

[16] *de capite credamus*] Iisdem ferme verbis concluditur sermo August. 242 : « Illi videbant caput, et credebant de corpore; nos videmus corpus, credamus de capite ».

SERMONES MORINIANI

II. – ALII PRAETER GUELFERBYTANOS

I.

Morin, Serm. 1. De allocutione hac, qua vix quicquam suavius et humanius apud Augustinum reperias, vide sis ea quae passim disserui in ephemeride « Rev. Bénéd. » VII (1890), p. 260-270, 592, XXIX (1912), p. 469 sq. et in opere « Études, Textes, Découvertes » t. I (1913), p. 27 et 294-305. Inventam primum in codice Musaei Britannici Addit. 10942, postea ad duo antiquiora apographa, Divionen. 143 et Cantabrigiensis Universitatis Addit. 3479 recognovi et emendavi. Sed iam multo antea saeculo IX indefessus ille diaconus Lugdunensis ecclesiae Florus nonnulla ex ea fragmenta Collectaneis suis in Apostolum ad Rom. 14 inseruerat; quae Maurini ad calcem sermonum Augustini denuo evulgarunt. Habita est haec oratio, sicut in adnotationibus demonstravi, continuo post sermonem 279, et quidem Carthagine, dominico die 23 iunii an. 401, cum praecedente dominico Augustinus ibidem sermonem 24 ad populum protulisset. Notae porro, quibus exscribendis lectionibus variantibus usus sum, hae sunt:

C = cod. Universit. Cantabrig. Addit. 3479 (antea Phillipps 2173, ex antiquo monasterii S. Michaelis ad Mosam), saec. IX.

D = cod. civit. Divionensis 143 (110), olim Cisterciensis coenobii, saec. XI.

L = cod. Londinien. Musaei Britann. Addit. 10942, olim S. Mariae de Caritate, ord. Cistercien., saec. XII.

Flor = Excerpta Flori ex Augustino in epist. Pauli (Bedae falso adscripta, edit. Paris. 1544 « apud Ambrosium Girault, sub pellicano, via ad D. Iacobum ») fol. 66^{v}-67^{r}.

POST TRACTATUM DE APOSTOLO PAULO IN CONVERSIONE CUIUSDAM FAUSTINI PAGANI.

Quia iubet dominus et pater etiam hoc vobis ut loquar, paululum intentiores audite. Praedam ereptam de faucibus lupi misericordia et opere summi pastoris nostri et nuntiamus auribus vestris, et cernitis oculis vestris. Illum, de quo grex clamavit, pastor adduxit. Dominus non deseruit tribulationem cordis servorum suorum, sed commendare vult dulcedinem misericordiae suae; MIRIFICANS, sicut scriptum est,

[1] post tractato *CD* de a. Paulo *Flor* [2] in c. c. Fausti pagani *Flor* [3] hoc *CD; om. L* vobis] *CD;* nobis *L* [7] deseruit] *DL;* servit *C 1 m., post corr.* tserit

[1] *post tractatum de apost. Paulo*] i. e. post sermonem qui est ap. Maurinos ordine 279^{us}: is enim in tribus codd. *CDL* hanc allocutionem praecedit, et in eo exponitur locus Actuum apostolorum, cui hic p. 590, l. 3, alludit orator: « Potuimus et nos dicere quod Ananias... »

[3] *dominus et pater*] Haud dubium quin is Aurelius fuerit Carthaginiensis episcopus: nam et Carthagine « praecedente dominico » habitus erat sermo Maurin. 24, cuius meminit contionator serm. 279, n. 3.

MISERICORDIAS SUAS, ut praecedat tribulatio gaudia secutura. De quo clamatum est tamquam de inimico fidei christianae suscepit fidem christianam. Potuimus et nos dicere, quod Ananias et forte nonnulli dixerunt, aut forte adhuc nonnulli dicunt: Quis? ille christianus? ille credidit? Cor hominis nec videre possumus, nec ostendere. Deus dicit: QUAE PALAM SUNT, VOBIS; QUAE OCCULTA, MIHI. Paulus dicit apostolus: FRATRES, NOLITE ANTE TEMPUS QUICQUAM UDICARE, DONEC VENIAT DOMINUS, ET INLUMINET ABSCONDITA TENEBRARUM, ET MANIFESTABIT COGITATIONES CORDIS, ET TUNC LAUS ERIT UNICUIQUE A DEO Non potes inspicere cor novi christiani. Quid? cor veteris christiani potes? Dicturi estis: Sed ex necessitate credidit. Posset et de illo dici, de quo paulo ante loquebamur, QUI PRIMO fuit BLASPHEMUS, ET PERSECUTOR, ET INIURIOSUS. Et illi enim quaedam necessitas inpacta est. Caelesti voce prostratus est: ut lumen haberet, lumen perdidit. Minare quod volueris, et quantum volueris da cuilibet homini: quid dulcius ista luce? Quam tamen Paulus nisi perdidisset, aeternam non accepisset. De necessitate credidit. Quid timuit, dicatur mihi, quid timuit? Clamantes oves? Oves clamare possunt, mordere non possunt. Potuit et in ipso clamore ovium dei advertere gloriam dei, et timere iudicium dei. Excitatus est a somno quodammodo, ut consideraret impleri de Christo quae sunt praedicta de Christo. Potuit dicere in corde suo, victos in se esse deos suos, desertum se esse a diis suis; tantum posse nomen Christi, tantum praevalere gloriam Christi. Itaque breviter dico caritati vestrae, ecclesiam dei alloquor, populum dei alloquor: Si credidit, tu invenisti; si timuit, tu vicisti.

Quae palam sunt, nobis; quae occulta, deo.

2. Interim, fratres, ad quod possunt homines, ultra nobis non usurpemus, quod concessum non est. Apostolus dicit: INFIRMUM AUTEM IN FIDE RECIPITE, NON IN DIIUDICATIONIBUS COGITATIONUM. Non nobis usurpemus diiudicare cogitationes aliorum: sed deo praebeamus orationes nostras, etiam pro illis de quibus forte aliquid dubitamus. Forte

1 gaudio secuturo *C* 5 credidit] *C repet.* quis, ille christianus? ille vere credidit? Cor hominis *etc.*] *Ab his incipiunt excerpta Flori ad Rom. 14* 6 occulta] sunt *add. C Flor* 7 iudicare quicquam *Flor* 9 cordium *cum Vulg Flor* 11 posset] potest *L* 12 fui *L* 13 illi] ipsi *Flor* 23 gloriam dei *Flor* 29 sq. orationes] *L;* cogitationes *C Flor*

1 *suas*] Ps. 16, 7.

6 *mihi*] Deut. 29, 29; cf. serm. Wilmart 12, 5.

9 *a deo*] I Cor. 4, 5.

11 sq. *paulo ante loquebamur*] Iterum alludit sermoni 279

13 *iniuriosus*] I Tim. 1, 13.

23 *gloriam Christi*] Cf. serm. 279, n. 7: « Sciatis, fratres, prope iam neminem esse paganorum, qui non apud se ipsum miretur et sentiat impleri prophetias de Christo exaltato super caelos, quia vident super omnem terram gloriam eius ».

28 *cogitationum*] Rom. 14, 1.

dubitat aliquid novitas ipsius: amate abundantius dubitantem, amore vestro amovete de corde infirmi dubitationem. Interim faciem videte, de qua gaudeatis; cor deo committite, pro quo oretis. Sciatis eum deseri a malis, suscipiatur a vobis. Plus amate hominem, quam prius oderatis errorem; nam tunc quando contra illum clamabatis, ipsum quaerebatis. Non vos frustra clamasse praesumite; et quem quaerebatis, inventum esse gaudete. Quis illud, et illud? Faustinus. Quis illud, et illud? Faustinus. Quis contra Christum? Faustinus. Quis timuit Christum? Faustinus. Sic venit Christus aegros sanare, de quo evangelium audivimus, quia NON EST OPUS SANIS MEDICUS, SED MALE HABENTIBUS. Et, QUIS EST HOMO, QUI CUM PERDIDERIT UNAM OVEM, NONNE RELINQUET NONAGINTA ET NOVEM IN MONTIBUS, ET IT QUAERERE UNAM, QUAE PERIERAT? ET CUM INVENERIT, GAUDET DE ILLA SIC GAUDET PATER MEUS DE UNO PAENITENTE, QUAM DE NONAGINTA NOVEM IUSTIS, QUIBUS NON EST OPUS PAENITENTIA. Sic prorsus Christus venit aegros sanare, sic se novit de inimicis suis vindicare. Quibus forte animus dolet consortibus eius erroris, ad horam irascuntur, postea fortassis imitabuntur. Itaque, fratres, commendamus eum et orationibus vestris, et dilectioni vestrae, et amicitiae fidissimae, et susceptioni infirmitatis eius. Quomodo praeitis, sic sequitur: bonam viam docete, bonam in vobis inveniat. Iam factus christianus, discernat quid intersit inter id quod dimisit, et id quod invenit. Vitam ipsius et studium circa fidem Christi posteriora tempora conprobabunt.

Plus amate hominem, quam prius oderatis errorem.

De inimicis suis eos convertendo se vindicat Christus.

3. Nunc autem, fratres mei, non fuit necesse, non fuit consilii pastorum, repellere pulsantem, differre quaerentem; de occultis cordis velle iudicare, et vocem manifestam non acceptare, nec consilii fuit nec propositi nostri. Novimus enim quem ad modum minetur misericors illa domini avaritia undique lucra quaerentis de pecunia sua, et dicentis pigro servo iudicare volenti quod non videbat, et circa lucra colligenda domini torpescenti: SERVE NEQUAM, EX ORE TUO TE CONDEMNO. TU ME DIXISTI HOMINEM MOLESTUM, METERE UBI NON SEMINAVI, COLLIGERE UBI NON SPARSI. Noveras ergo avaritiam meam. TU DARES PECU-

[2] amovete] curate *Flor* interim] *L;* interius *C*, interiorem *Flor repugnante sensu* [3] deseri] *Flor;* de se ut *C;* desiit *L* [4] a nobis *C* [12] nonagintanovem *Flor* [19] fidissimae] *C;* fidelissimae *Flor;* vestrae *L* susceptioni] *Flor;* susceptione *C;* susceptionem *L* [20] sequitur] *C Flor;* sequetur *L* [27] enim] *om. L* [27sq.] misericors] deus *interser. L* [28] illam domini avaritiam *L* domini] *CL;* dei *Flor*

[10] *habentibus*] Mt. 9, 12.

[15] *paenitentia*] Ex Mt. 18, 12-14, et Luc. 15, 4-7.

NIAM MEAM NUMMULARIIS, EGO VENIENS CUM USURIS EXIGEREM. Nos ergo non potuimus nisi erogare pecuniam dominicam: exactor ille erit, non tantum ipsius, sed omnium nostrum. Impleamus ergo officium praerogatoris, non usurpemus locum exactoris. Fratres, hoc opus constitutum ante oculos vestros non est nostrum, sed dei. Nos quod factum est non instituimus, quia nec sperabamus: alia erat intentio et vestra, et nostra. Nostis quid hic clamatum sit, nostis: Ut maiores pagani non sint, ut non dominentur pagani christianis. Dicta sunt ista: et quoniam erat in invidia nomen hoc, multa hoc nomine clamata sunt zelo domus dei a christianis; et tota intentio non erat, nisi ut non dominaretur paganus christianis. Ut autem de quo clamabatur christianus esset, nec a christianis cogitabatur: sed a Christo disponebatur. Vere impletum est quod scriptum est: MULTAE COGITATIONES IN CORDE VIRI; CONSILIUM AUTEM DOMINI MANET IN AETERNUM. Latebat consilium hoc: latebat, sed impendebat. Operabantur homines quod poterant: sed Faustinus argentarius de officina Christi processit novus. Itaque, fratres, opus dei in animo habete. Aliud quaerebatis, aliud disponebatis, aliud invenistis. Opus domini nostri commendamus, servi conservis. Plus in eo diligamus quod dominus noster fecit, quam id quod facere volebamus: meliora enim sunt opera ipsius. Et magnam et devotam vocem eius audivimus: Maioratum nolo, christianus esse volo. Laetamini, exultate, amplius quam oderatis amate. Opus suum Christo orationibus commendate. Animum fidelem, pium, amicum rudimentis senis exhibete. Quid interest enim, quis videtis iam provectam aetatem? Hora nona venit ad vineam, mercedem aequalem accepturus.

Clamatum erat: Ut maiores pagani non sint.

Vox Faustini: Maioratum nolo, christianus esse volo.

4. Christianum diem renovamus in memoriam caritati vestrae; quamvis fieri non possit, ut de cordibus vestris oblivione deletum sit. Sed hoc commendamus, quia sollemnitatem christianam et pagani et impii propter alias quasdam causas suas paulatim veterescentes, ergo etiam pagani eundem diem videntur sibi celebrare. Male, nequiter, infeliciter: sed quam multi inde liberentur, ante oculos vestros est. Veterescent ista; sed nolite illa adiuvare, discernite vos ab eis, vos divina quaerite. Sancti Iohannis diem celebraturi sumus, Iohannis

Etiam pagani diem natalem Iohannis celebrare sibi videntur.

[1] nummolariis *C* [3] sed et *Flor* [6] instituimus] *L;* instabimus *C* [10] a] *om. C* [18] nostri] *om. Flor* [29-32] veteresc.] *C;* veterasc. *L*

[1] *exigerem*] Luc. 19, 22. 23.

[7] *quid hic clamatum sit*] De istis clamoribus plebis christianae Carthaginiensis contra paganos etiam loquitur Augustinus in s rmone 24, n. 5, qui, ut dixi, die dominico praecedente habitus est.

[14] *in aeternum*] Prov. 19, 21.

[30] *pagani eundem diem videntur s. celebrare*] Cf. conclusionem sermonis Frangip. 8, quae magnam habet cum hoc loco similitudinem.

Baptistae, praecursoris domini, amici sponsi, cum tota castitate, cum tota sobrietate. Illi cum vos mirantur diversos esse gaudiis suis, ita paulatim sequuntur: et illa omnia veterescent, et peribunt. Prophetam audite, et videte impleri, videte agi quod praedictum est: AUDITE ME, QUI SCITIS IUDICIUM. Esaias propheta, deus per ipsum. AUDITE ME, QUI SCITIS IUDICIUM; POPULUS MEUS, IN QUORUM CORDE LEX MEA EST. OBPROBRIA HOMINUM NOLITE METUERE, ET DETRACTIONE EORUM NE SUPEREMINI; NEC QUOD VOS SPERNANT, MAGNI DUXERITIS. SICUT ENIM VESTIMENTUM, ITA PER TEMPUS ABSUMENTUR, ET SICUT LANA A TINEA COMEDENTUR. IUSTITIA AUTEM MEA MANET IN AETERNUM. Securi ergo estote, fratres, prorsus securi estote. Veterescunt, minuuntur: finientur, aut credendo, aut moriendo. Quantumlibet perstrepant, quantumlibet carnali suavitati se inpendant, quantumlibet contra Christi divina cantica flagitiosa garriant et saltent, pauciores sunt hodie quam heri. Itaque, fratres, crastinum diem celebrabimus, sicut dixi, in nomine domini, sancti Iohannis Baptistae. Post septem dies, id est die sabbato, celebrabimus etiam natalicium martyrum sanctorum Petri et Pauli. EXPLICIT.

Pagani finientur, aut credendo, aut moriendo.

II.

Morin, Serm. 2: in ephemeride « Rev. Bénéd. » VIII (1891), p. 417-419, primum vulgatus, deinde in opere « Études, Textes, Découvertes », p. 307 sq.; ex cod. Mus. Britann. Addit. 30853, olim S. Dominici de Silos, saec. XI, fol. 8^{v} sq. (= *S*), quem olim descripsi in « Anecd. Mareds. » t. I, p. 406-425. Orationem brevem quidem, at sensibus ac sermone pulcherrimam, licet in homiliario nomen auctoris taceatur, Augustini fetum esse optimi quique iudices iam dudum agnovere vel ex duplici quae heic laudatur martyrum turba, Octo scilicet, et Viginti, cum utraque proprium fuerit Hipponiensis ecclesiae ornamentum.

1 tota] *2° loco om. L* 3.11 veteresc.] *C;* veterasc. *L* et] *ante* peribunt *om. C* 4 praedictum] *C;* dictum *L* 4 sq. scitis] iustum *interser. L* 8 nec] *C;* ne *L* 9 adsumentur *C* 12 quantumlibet perstrepant] *L; om. C* 17 natalicium] natalicia *L*

10 *aeternum*] Esai. 51, 7. 8, ubi notandum est, verba *nec quod vos spernant magni duxeritis*, quae a graeco absunt, ter saltem ab Augustino, cum hoc exemplum adduceret, usurpata esse.

11 *minuuntur*] Cf. clausulam modo laudati sermonis Frangip. 8: « ista minuuntur, et utique omnis diminutio tendit ad nihilum ».

15 *crastinum diem* etc.] Ex his verbis certo collegitur, allocutionem hanc habitam esse anno, quo festum s. Iohannis in feriam secundam, natalis vero apostolorum Petri et Pauli in sabbatum incidebat, quod quidem quinquies contigit, dum episcopatum gereret Augustinus, annis videlicet 401. 407. 412. 418 et 429. Cum aliunde constet, certamen contra eos qui superessent paganos ad initia saeculi V potissimum referri, propius fidem est, de anno agi 401, quo quidem Augustinus mense iunio Carthagine degebat ob concilium, quod ibidem die sexto decimo praeside Aurelio habitum est. Ex quo facile miro exemplo conficitur, quibus diebus et anno non solum contio haec, sed sermones quoque 279 et 24, fortasse etiam Frangip. 8, habiti sint.

DE DIE SANCTAE EULALIAE.

Sollemnitatibus martyrum sanctae lectiones congruae recitantur, quae nobis commendent victorias eorum ante fuisse praedictas, et per eius adiutorium qui haec promiserat esse conpletas. SI MUNDUS VOS ODIT, ait dominus, SCITOTE QUIA PRIUS ME ODIO HABUIT. SI DE MUNDO ESSETIS, MUNDUS QUOD SUUM EST DILIGERET. De isto mundo dominus Christus nunquam fuit, quia peccator non fuit. Discipuli autem eius de mundo fuerunt: sed, ut de mundo non essent, ipse illos elegit de mundo, qui nunquam fuit de mundo. Aperte quippe hoc illis alio loco dixit: EGO VOS DE MUNDO ELEGI. Elegi quod feci, non quod inveni. Cuius enim non nisi mala merita invenit, quando venit? Sed quos invenit malos, fecit bonos. Fecit de captivis redemptos, de redemptis servos, de servis fratres, de fratribus membra.

Fecit Christus de captivis redemptos, de redemptis servos, de servis fratres, de fratribus membra.

2. Quia ergo ipsius membra facti erant, quid, nisi quod ipse, passuri erant? Exemplo suo demonstravit, quid facere deberent. Putamusne solis discipulis dictum est, ODIT VOS MUNDUS, an omnibus Christianis? Sed modo Christiani omnes sunt ipse mundus, id est, totus mundus. Quid ergo de mundo remanserit, quod oderit nos? Tamen, quidquid remansit, odit nos. Quicumque sunt pagani, sine dubio oderunt Christianos. Nos eos non odimus, sed quaerimus. Quicumque sunt reprobi Iudaei, quasi paleae illius areae quae de cruce ventilata est, et ipsi oderunt nos. Quidquid est in genere humano haereticorum, quod de ecclesia exiit foras, omnes oderunt nos. Et quot, et quanti sunt, si numerentur contra nos reliquiae, sic oderunt. Totus mundus quomodo saevit! Ecce qui passi sunt martyres, toto mundo passi sunt. Magnum leonem frementem qui erant ut sustinerent, nisi Christus iuvaret? Quacumque ibant, quacumque transibant, maledicebantur, adprehendebantur, lapidabantur, caedebantur, ignibus urebantur, bestiis subrigebantur, gladio feriebantur. Ecce, in quos saeviebatur, coronati sunt: qui saeviebant, ubi sunt?

Quicquid remansit de mundo, odit nos.

[1] de diem *S* eolaliae *S* [3] praedicatas *S* [14] ipse] ipsi *S* [21] paleas *S* [23] quot] *scripsi;* quod *S* [29] bestiis] *correxi ex* bestibus in quo seviebantur *S*

[1] *sanctae Eulaliae*] Die videlicet decembris decima, qua in vetere kalendario Carthaginiense virgo et martyr Emeritensis commemoratur.

[6] *diligeret*] Ioh. 15, 18. 19.

[10] *elegi*] Ibid. 19.

[11] *non nisi mala merita invenit*] Ex his videtur sermo post exortum Pelagianismi errorem habitus esse.

[13] *de servis fratres*] Serm. Guelferb. 18, 2: « fratres nos fecit de servis ».

[16] *mundus*] Ioh. 15, 19.

[20] *sed quaerimus*] Cf. allocutionem de conversione Faustini, Morin 1, 2: « quando contra illum clamabatis, ipsum quaerebatis ».

[29] *bestiis subrigebantur*] Prius *bestibus* in *vectibus* correxeram; sed cf. supra p. 72, l. 10: « bestiis subrexerint ».

3. Quod autem ait dominus, VENIET HORA, UT, QUI VOS OCCIDERIT, PUTET SE OBSEQUIUM PRAESTARE DEO, non pertinet ad illos martyres, de quibus erat ista, cuius celebramus sollemnitatem. Ista enim sancta Eulalia, de provincia Spania, sancta et fortis femina, quae per affectum vicit sexum, sicut sancta Crispina, sicut beatus Cyprianus, sicut alii multi martyres sancti, sicut Octo, sicut Viginti, et omnes eorum socii, de gentium multitudine crediderunt, et a paganis occisi sunt. Quomodo potest ergo dici, inde illud conpletum fuisse, quod dominus ait, VENIET HORA, UT, QUI VOS OCCIDERIT, PUTET SE OBSEQUIUM PRAESTARE DEO? Non sunt ipsi, de quibus dictum est; quia, qui illos occiderunt, non se obsequium deo, sed idolis praestare putaverunt. Occiduntur ergo, ne pereant; humiliantur, ut exaltentur; moriuntur, ut vivant. Sic est factum. Ideo post odorem unguentorum cucurrerunt et ceteri, Viginti, et Octo, alii hac, alii hac: Cyprianus, Crispina, Eulalia. Et quis omnes enumeret? Pauca grana seminata sunt, et tantam messem fecerunt, et horrea Christi inpleverunt.

Eulalia, Crispina, Cyprianus, martyres Octo, Viginti.

III.

Morin, Serm. 3: in ephemeride « Rev. Bénéd. » X, p. 484-489, anno 1893 editus ex Clm. 17059, olim monasterii Schaeftlarn., saec. IX, fol. 1-4 (= *M*). Eundem, at multis partibus decurtatum, et in fine interpolatum, iam prius evulgarant Maurini (serm. 217) ex duobus libris mss. antiquissimis, quorum unus olim Floriacensis nunc in publica bibliotheca Aurelianensi adservatur, n. 154 (131): quam editionem in apparatu nota μ designavi. Equidem, cum iunior essem, fluctuabar animo; iam vero nulla dubitatio est, libro Monacensi sermonis formam primigeniam exhiberi. Ceterum demiror, quod apud Maurinos inscribitur « Habitus paulo ante Pascha », eamque inscriptionem v. cl. Andreas Wilmart (« Rev. Bénéd. » XXXVIII, p. 154) a maioribus traditam existimat, cum in codice Floriacensi « Natali domini » diserte adsignetur. Non quod huic fides hac in re adhibenda mihi videatur: reor enim, sermonem extremo tempore paschali habitum esse, quando videlicet ad caput XVII evangelii secundum Iohannem deventum erat, quod ut in orientalibus ecclesiis, ita in Africa infra octavas Paschae et deinceps quotannis

1 ut] *scripsi;* et *S* 2 putat *S* 4 eolalia *S* 5 cristina *S* 8 inde illud] *conieci;* in die illut *S* 14 cristina. eolalia *S*

2 *deo*] Ioh. 16, 2.

5. 14 *Crispina*] Nobilissima martyr Thagurensis, cuius dies natalis agitur nonis decembris, quamque semel et saepius laudibus effert Augustinus.

6. 13 *Octo*] Quorum martyrum memoria Hippone extabat, a Leporio iubente Augustino condita: cf. serm. 356, n. 10.

6. 13 *Viginti*] Horum item memoriam apud Hipponem celeberrimam Augustinus commemorat: cf. De civ. dei, lib. 22, c. 8, n. 9, et sermones ap. Maurinos 148. 257. 325. 326.

11-12 Nonnulla hic a compositore homiliarii Toletani, ut illi mos erat, vel resecata vel decurtata esse suspicor.

legi consueverat. Alibi vero contigit pericopen Ioh. XVII sabbato ante Palmas, quod prius « vacabat », adsignari, uti apparet v. gr. ex Capitularibus evangeliorum Spirense et Rhenaugiense, ap. Ern. Ranke « Das kirchl. Pericopensystem » (Berlin 1847), Append. p. XXXIV; tunc re vera potuit censeri sermo habitus paulo ante Pascha, tunc puto assuta fuerit clausula recensionis μ de utroque tempore, « usque ad passionem » scil. et « post resurrectionem », quam cum superioribus omnino non convenire statim agnoscitur.

DE VERBIS DOMINI IN EVANGELIO IOHANNIS: HAEC EST VITA AETERNA UT COGNOSCANT TE SOLUM VERUM DEUM ET QUEM MISISTI IESUM CHRISTUM · ET DE TRINITATE.

Dominus Iesus Christus, qui nos exaudit cum Patre, orare pro nobis dignatus est Patrem. Quid est felicitate nostra certius, quando ille pro nobis orat, qui dat quod orat? Est enim Christus homo et deus: orat ut homo, dat quod orat ut deus. Quod autem tenere debetis, ideo totum Patri assignat, quia Pater non de illo est, sed ipse de Patre est. Fonti, unde derivatus est, totum dat. Sed et ipse fons natus de Patre, ipse est fons vitae. Ergo Pater fons fontem genuit. Genuit quidem fontem fons; sed generans fons et genitus fons unus est fons: quemadmodum generans deus et genitus deus unus est deus, de Patre scilicet natus Filius. Pater non est Filius, Filius non est Pater; Pater non est de Filio, Filius de Patre est; sed tamen Pater et Filius unum sunt propter unam substantiam, et unus est deus propter inseparabilem divinitatem. Proinde quod audistis eum dixisse HAEC EST VITA AETERNA, UT COGNOSCANT TE SOLUM VERUM DEUM, ET QUEM MISISTI IESUM CHRISTUM, videte ne sic accipiatis, ut putetis Patrem solum esse verum deum, Filium autem non esse verum deum. Habemus enim divinum de hac re testimonium, manifeste dicente ipso Iohanne in epistola sua UT SIMUS IN VERO FILIO EIUS IESU CHRISTO: IPSE EST ENIM VERUS DEUS, ET VITA AETERNA. Tenete quia Christus verus deus est, et vita aeterna. Ergo cum auditis UT COGNOSCANT TE SOLUM VERUM DEUM, ET QUEM MISISTI IESUM CHRISTUM,

Dat Christus ut deus, quod orat ut homo.

Et Pater et Filius solus verus deus est.

1-3 *inscriptionem ipse composui; aliam Maurini ex textu mutilo et interpolato quem in promptu habebant;* sermo in natale domini *cod. Floriacen. nunc Aurelianen. 154 (131), p. 22;* Augustinus de Trinitate *M* 5 est] *2° loco om.* μ 8 sed] *om.* μ 9 derivatus] *M;* natus μ 9sq. fons natus est (*om.* de patre). ipse est enim fons vitae μ 11 sed et μ unus est fons] *om.* μ 12 de P. scil. n. Filius] *om.* μ 13 Pater non est Filius] *supplevi ex* μ; *om. M* non est Pater] *reliqua omittit* μ *usque homoeoteleuton* non est Pater, *p. 599, l. 11 infra* 20 vero in *M*

10 *fons vitae*] Cf. supra p. 442, l. 9.

17 *Christum*] Ioh. 17, 3, ubi Augustinus solito legit *unum verum;* at in Tract. 105 in Ioh., num. 3, bis habetur *solum verum.*

21 *aeterna*] I Ioh. 5, 20.

subaudire debetis, SOLUM VERUM DEUM: hoc est, ut te, et quem misisti Iesum Christum, cognoscant solum verum deum.

2. De hac quaestione absolutissime exivimus. Sed quid facimus de Spiritu sancto? Si enim de Patre et Christo quod dictum est, UT COGNOSCANT TE SOLUM DEUM VERUM, ET QUEM MISISTI IESUM CHRISTUM, hoc est, te et Iesum Christum cognoscant solum verum deum: laboramus ut ostendamus, quomodo sit verus deus et Spiritus sanctus. Non, quia tacitus est, praetermissus est Spiritus sanctus. Non est tantummodo Patris Spiritus, aut tantummodo Filii: sed Spiritus est Patris et Filii. Quando ergo tacetur, nominatis ambobus, in eis intellegitur, qui est amborum. Locutionem quamdam dicturus sum de scriptura, unde intellegatis quod dicimus. Ait apostolus: NEMO SCIT QUAE SUNT HOMINIS, NISI SPIRITUS HOMINIS QUI IN IPSO EST. Quae sunt enim hominis? Quae cogitat homo sicut homo: ibi enim est proprie homo, in cogitationibus suis. Numquid spiritus tuus novit cogitationes meas, aut spiritus meus novit cogitationes tuas? NEMO SCIT QUAE SUNT HOMINIS, NISI SPIRITUS HOMINIS QUI IN IPSO EST, apostolus dixit; et adiunxit: SIC, QUAE DEI SUNT, NEMO NISI SPIRITUS DEI. Quomodo accipimus hoc? Definita sententia est. Si ergo ea quae dei sunt nemo scit nisi Spiritus dei, ergo quae dei sunt nescit Filius dei? Absit a nobis sensus diabolicus, discedat a nobis. Ergo nescit quae dei sunt Verbum dei? ergo nescit quae dei sunt unicus dei? nescit quae dei sunt, per quem facta sunt omnia? Scit: et quis ita scit, nisi Spiritus dei? Quomodo ergo, ubi audis NEMO SCIT QUAE SUNT DEI NISI SPIRITUS DEI, non inde separas Filium; sic, quando audis UT COGNOSCANT TE, ET QUEM MISISTI IESUM CHRISTUM, SOLUM VERUM DEUM, noli separare Spiritum sanctum.

Nec inde separandus Spiritus sanctus.

3. Si solus verus deus est, ait haeresis, nescio quae scitis; quia non est solus verus deus nisi Pater, cui dixit Christus: UT COGNOSCANT TE SOLUM VERUM DEUM. Adde, ET QUEM MISISTI IESUM CHRISTUM. Nolo, inquit, addere. Sed addidit ipse. Sed ego, inquit, nolo addere. Nec ego te audire. Et tamen, qui definis Patrem solum esse verum deum, quid dicturus es de epistola Iohannis, ubi legitur de Christo IPSE EST VERUS DEUS, ET VITA AETERNA? Postremo cui dictum est, vel de quo dictum est,

Tres personae sunt potestatis eiusdem, eiusdem divinitatis.

15 tuus] *scripsi;* eius *M* 27 heresis *M* quae] *corr. ex* qua quia] *sequebatur aliquid mox erasum*

1 *subaudire debetis*] Simili modo Christi verba interpretatur Aug. in laudato Tract. 105 in Ioh., n. 3: « Ordo verborum est, ut te et quem misisti Iesum Christum cognoscant solum verum deum ».

9 *Spiritus est Patris et Filii*] Aug. ibid : « Consequenter enim et Spiritus sanctus intelligitur, quia Spiritus est Patris et Filii » etc.

18 *dei*] I Cor. 2, 11.

QUI FACIT MIRABILIA SOLUS? De Patre, an de Filio, an de ambobus? Si de Patre, non ergo facit mirabilia Filius. Et ubi est, quod ipse dicit: SICUT PATER SUSCITAT MORTUOS ET VIVIFICAT, SIC ET FILIUS QUOS VULT VIVIFICAT? Potestatis est eiusdem, ⟨eiusdem⟩ divinitatis. Si ergo facit mirabilia et Filius, quomodo Pater facit solus? Si autem de ambobus dictum est, ergo Pater et Filius unus est deus. Addite Spiritum sanctum: addite, nolite separare, ne separemini.

4. Adoremus deum, cuius sumus templa. Non enim, fratres, si templum de lignis et lapidibus faceremus, possemus facere nisi deo. Si pagani essemus, faceremus templa diis: nam diis falsis templa faceremus, sicut fecerunt infideles gentes alienae a deo. Salomon autem, quia propheta dei erat, templum fecit de lignis et lapidibus, sed tamen deo: deo, non idolo: deo, non angelo: deo, non soli, non lunae: deo, qui fecit caelum et terram: deo vivo, qui fecit caelum et terram, et manet in caelis, templum fecit de terra; et non est dedignatus deus, immo iussit ut fieret. Quare iussit ut templum sibi fieret? Non habebat ubi maneret? Audite sanctum Stephanum, quando passus est: SALOMON, inquit, AEDIFICAVIT EI DOMUM, SED SUMMUS NON IN MANUFACTIS TEMPLIS HABITAT. Quare ergo voluit templum facere, aut templum fieri? Ut esset figura corporis Christi. Templum illud umbra erat: venit lux, et fugavit umbram. Quaere modo templum quod fecit Salomon, et invenis ruinam. Quare templum illud ruina est? Quia quod significabat iam factum est. Et ipsum templum corpus domini ruit, sed resurrexit; et sic resurrexit, ut iam ruere omnino non possit. Denique Iudaei cum dixissent illi QUOD SIGNUM FACIS, UT CREDAMUS TIBI? ait illis: SOLVITE TEMPLUM HOC, ET IN TRIDUO SUSCITABO ILLUD. Loquebatur autem illis in templo a Salomone constructo, et dicebat, SOLVITE TEMPLUM HOC: sed quid sit hoc non audiebant, quid sit hoc non intellegebant, de illo templo illum dicere putabant. Denique responderunt illi: XLVI ANNIS AEDIFICATUM EST TEMPLUM HOC, ET TU TRIDUO SUSCITABIS ILLUD? Inde evangelista statim: HOC AUTEM DICEBAT DE TEMPLO CORPORIS SUI. Templum ergo dei, corpus Christi. Quid corpora nostra? membra Christi. Audite ipsum apostolum: NESCITIS, QUIA CORPORA VESTRA MEMBRA SUNT CHRISTI? Qui dixit, Corpora vestra membra sunt

Templum Salomonis quare iam ruina est.

4 eiusdem] *secundo supplevi* sic ergo *M* 8 adoremus] *conieci; in codice iam non comparent nisi syllabae* ado mus

1 *solus*] Ps. 71, 18.
4 *vivificat*] Ioh. 5, 21.
19 *habitat*] Act. 7, 47. 48. Cf. Aug. De symbolo ad catechum. c. 5, n. 13 (Migne 40, 635), ubi idem exemplum adducitur; at ibi *altissimus*, non *summus* legitur.
32 *sui*] Ioh. 2, 18-21.
34 *Christi?*] I Cor. 6, 15.

Christi, quid ostendit, nisi quia corpora nostra et caput nostrum, quod est Christus, simul unum templum est dei? Corpus Christi et corpora nostra templum dei confidamus, et erimus: nam si non crediderimus, nec erimus. Ergo cum corpora nostra membra sint Christi, audite aliud quod dixit apostolus: NESCITIS, QUIA CORPUS VESTRUM TEMPLUM IN VOBIS EST SPIRITUS SANCTI, QUEM HABETIS A DEO? Ecce templum habet: et deus non est? Si de lignis et lapidibus haberet, deus esset: si manufactum templum haberet, deus esset: et non est deus, qui templum habet de membris dei? Adiungite ergo Spiritum sanctum. Deus est Spiritus sanctus. Unus est deus, Pater et Filius et Spiritus sanctus. Pater non est Filius, Filius non est Pater, Spiritus amborum nec Pater nec Filius: sed Pater et Filius et Spiritus sanctus unus est deus. Aedificamini in unitate, ne cadatis in separatione.

Deus est Spiritus sanctus, qui templum habet de membris dei.

5. Audistis quid pro nobis rogavit, immo quid se velle dixit: PATER, QUOS DEDISTI MIHI, VOLO. Volo, Pater: quod vis facio, fac quod volo. VOLO. quid? UT UBI EGO SUM, ET IPSI SINT MECUM. O domus beata! o patria secura! Non habet hostem, non habet pestem: securi ibi vivimus, migrare non quaerimus, tutiorem locum non invenimus. Quicquid hic elegeris in terra, ad timorem elegis, non ad securitatem. Elege tibi locum, dum es in malo loco, id est, in hoc saeculo, in hac vita temptationibus plena, in hac mortalitate gemitibus et timoribus plena: dum es in malo loco, elege tibi locum, quo migres de malo loco. Non poteris ad locum bonum migrare de loco malo, nisi bene feceris in loco malo. Qualis locus est ille? ubi nemo esurit. Ergo si vis habitare in loco bono, ubi nemo esurit, in isto saeculo frange panem tuum esurienti. Quia in loco illo beato nemo est peregrinus, omnes in patria sua vivunt: si ergo vis esse in loco bono, ubi invenis peregrinum in loco malo non habentem quo intret, suscipe in domum tuam; praebe hospitium in loco malo, ut venias ad locum ubi hospes esse non possis. In loco bono nemo indiget vestimento: frigus ibi non est, aestus ibi non sunt: ut quid tectum? ut quid indumentum? Ubi non erit tectum, sed protectio, ecce et ibi invenimus tectum: SUB UMBRA ALARUM TUARUM SPERABO. Ergo

Locum bonum a Christo paratum eligamus bene faciendo in loco malo.

4 sint] sunt *M* 11 Spiritus] sanctus *add.* μ, *et ab his rursus cum M prosequitur, a quo tamen passim haud parum dissentit* 14 pro nobis oraret, imo quid vellet. Dixit μ 15 Volo, Pater *usque* quod volo] *om.* μ 16 quid?] *M;* inquit μ ibi sint ipsi μ 17sq. vivemus... quaeremus... inveniemus μ 21 *post* plena, μ *repet.* elige 25 isto saeculo] *M;* loco malo μ quia *om.* μ 27 invenis peregrinum] nemo est peregrinus μ 28 praebe] peregrino *praem.* μ 31 ubi] *M;* ibi μ

6 *a deo*] I Cor. 6, 19.
16 *mecum*] Ioh. 17, 24.
32 *sperabo*] Ps. 56, 2.

in hoc loco malo praebe non habenti tectum, ut sis in loco bono, ubi habeas tale tectum, ut non quaeras facere sarta tecta: quia non ibi stillat imber, ubi est perpetuus fons veritatis. Sed imber iste laetificat, non umectat; imber iste ipse est fons vitae. Quid est, DOMINE, APUD TE EST FONS VITAE? ET VERBUM ERAT APUD DEUM.

6. Ergo, fratres, facite bene in loco malo, ut veniatis ad locum bonum, de quo ait, qui nobis praeparat: VOLO, UT UBI EGO SUM, ET IPSI SINT MECUM. Ascendit dominus Christus praeparare, ut nos ad paratum securi veniamus. Ipse se praeparat: in illo manete. Parva tibi domus est Christus? Iam nec passionem ipsius times: surrexit a mortuis, et non moritur, et mors ei ultra non dominabitur. Locus malus, dies mali, saeculum hoc: sed bene faciamus in loco malo, et bene vivamus in diebus malis. Transit locus malus, et dies mali, et veniet locus bonus aeternus, dies boni aeterni; et ipsi dies boni unus dies erunt. Hic enim quare sunt mali dies? Quia transit unus, ut veniat alius: transit hodiernus, ut veniat crastinus: transit hesternus, ut veniret hodiernus. Ubi nihil transit, unus est dies: et ipse dies Christus est. Et Pater dies est: sed Pater dies de nullo die, Filius dies ex die. CANTATE DOMINO CANTICUM NOVUM, CANTATE DOMINO OMNIS TERRA. CANTATE DOMINO, ET BENEDICITE NOMEN EIUS; BENE NUNTIATE DIEM EX DIE SALUTARE EIUS. Christus est dies. Si non recognoscis, audi senem sapientem: si nondum sapis, quisquis es iuvenis, audi canos veritatis. Symeon ille senex adtendit infantem dominum Christum qui portabatur a matre, et continebat caelum. Adtendit parvum, cognovit magnum, et accepit in manus suas: quia responsum acceperat a deo, quod non esset visurus mortem, nisi vidisset Christum domini. Accepit illum in manus suas, et ait: NUNC DIMITTES, DOMINE, SERVUM TUUM SECUNDUM VERBUM TUUM IN PACE, QUIA VIDERUNT OCULI MEI SALUTARE TUUM. Ergo, BENE NUNTIATE DIEM EX DIE SALUTARE EIUS. Sic enim dixit Symeon: Venit quem exspectabam; quid hic facio? Suscepit eum, suscipiendus ab eo: portabat hominem Christum, portabatur a deo Christo.

Dies boni aeterni, unus dies.

Pater dies de nullo die, Filius dies ex die.

[2] ut] μ; ubi *s. l. suppl. M* [3] ubi] *om.* μ [4] domine] *s. l. add. M;* enim μ [5] est fons vitae] *add. in marg. M* [6] fratres] *M;* carissimi μ [7] nobis] eum *interser.* μ [8] dominus Christus] *s. l. add. M; om.* μ [9] ipse (*om.* se) praeparavit μ [10] iam nec] *M;* iamne μ resurrexit μ [12] bene] *ante* faciamus *ex* μ *supplevi* [16] veniret] *M;* veniat μ [17] ipse] *om.* μ est] *post* Pater *om.* μ [18] Cantate domino] *et cetera usque ad finem om.* μ, *in quo brevius atque omnino aliter sermo concluditur* [26] vidisse *M*

[5] *vitae?*] Ps. 35, 10.
deum] Ioh. 1, 1.

[20] *eius*] Ps. 95, 1. 2.
[28] *tuum*] Luc. 2, 26. 27.

7. Ergo hoc tenete: regulam vobis do, ut non expavescatis, quando dicit aliquid Filius, ubi videtur maiorem Patrem significare: aut ex persona hominis dicit, quia deus homine maior est; aut ex persona geniti dicit, in honorem eius a quo genitus est. Plus non quaeratis: nam deus deum genuit, magnus aequalem genuit. Si deus verum deum non genuit, et magnus non aequalem genuit, monstrum genuit, non verum filium. Quia vero verum filium genuit, hoc est quod ipse ille quem genuit.

Regula tenenda, ubi Pater maior dicitur.

IV.

Morin, Serm. 4: « Rev. Bénéd. » X (1893), p. 490-494; ex Clm. 17059, saec. IX, fol. 9^{v} sqq. (= *M*). Quem genuinum quidem esse, post quadraginta ferme annos iam exploratissimum habeo; at miserandum in modum librarii vel incuria vel imperitia textus depravatus est, neque ullus alius codex suppetit. A Possidio, Indic. c. 8, notatur Augustini sermo « De apostolo, *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* » cui nihil Maurini quod responderet invenerunt. Porro non abs re alienum fuerit quaerere, ille ne forte sit, qui modo hic denuo evulgatur; quippe in quo sententia haec apostoli ter disertis verbis laudatur, incipiente scilicet, medio extremoque sermone, ut ex ea quasi totius orationis argumentum constare videatur. Cuius rei aestimationem sapientum iudicio interim permitto.

TRACTATUS SANCTI AUGUSTINI DE EO QUOD APOSTOLUS AIT: QUIA NON QUOD VOLO AGO · SED QUOD ODI HOC FACIO.

Apostolus Paulus cum legeretur, audivimus quid agatur in homine; et unusquisque se considerans invenit quia verum dixit apostolus. Dixit enim, quia non quod vult agit, sed quod odit hoc facit. Et dixit: SI QUOD NOLO HOC FACIO, CONSENTIO LEGI QUONIAM BONA EST; quia, quod nolo, non vult et lex; quod me prohibet lex ne faciam, hoc ego nolo facere: sed quod nolo, hoc... est in me aliud quod pugnat contra voluntatem meam. Et dixit: CONDELECTOR ENIM LEGI DEI SECUNDUM INTERIOREM HOMINEM: VIDEO AUTEM ALIAM LEGEM REPUGNANTEM LEGI MENTIS MEAE, ET CAPTIVUM ME DUCENTEM IN LEGE PECCATI, QUAE EST

1 expaviscatis *M* 8 genuit] finit *add. M* 9-10 *inscriptio integra ex M* 13 non quod] *emendavi iuxta inscriptionem supra;* quod non *M* 16 quod nolo, hoc] *deest aliquid, ut puta* ago *vel* facio 19 in legem *M*

1 *regulam vobis do*] Cf. Wilmart, serm. 1, 4 med.: « Ergo constituta est tibi regula, quemadmodum te diligas ».

8 *monstrum genuit*] Similiter Aug. serm. 139, n. 3: « Si ergo Filius alterius substantiae est quam Pater, monstrum generavit Pater » etc.

10 *facio*] Rom. 7, 15.

14 *bona est*] Ibid. 16.

IN MEMBRIS MEIS. Ecce quid agatur in homine. Sed videte quid dixit in sequentibus: INFELIX EGO HOMO, QUIS ME LIBERABIT DE CORPORE MORTIS HUIUS? GRATIA DEI PER IESUM CHRISTUM DOMINUM NOSTRUM.

2. Adtendat ergo unusquisque homo seipsum: quia in epistola sua Paulus speculum posuit, ubi se videat omnis homo. Quod iubet lex, delectat mentem nostram: et quod prohibet lex, delectat carnem nostram; et contendunt mens nostra et caro nostra: mens contendit pro lege, caro contra legem; et ambulat unus homo cum rixa, quae in illo agitur. In uno homine rixa est: tacet lingua, et intus tumultus est. Propono vobis, ubi illud melius videatis. Videt homo alienam mulierem, et concupiscit illam. Adtendit legem, quae dicit, Ne forniceris; et quid dicit mens hominis intus? Bene dixit lex, magnam rem dixit lex, amat castitatem; et caro delectatur iniquitate. Facta est rixa in homine. Duo vincant unum: carnem contradicentem vincant duo, lex et mens. Sed videte quid dixit ipsa mens: VIDEO ALIAM LEGEM IN MEMBRIS MEIS REPUGNANTEM LEGI MENTIS MEAE, ET CAPTIVUM ME DUCENTEM IN LEGE PECCATI, QUAE EST IN MEMBRIS MEIS. Ergo vincitur mens a carne. Invocet auxilium salvatoris, et evadet laqueum deceptoris. Videte enim quid dixit apostolus. Qualis erat apostolus, quam magnus et fortis athleta dei! Tamen conduceretur captivus, si non illi subveniret crucifixus. Ideo, cum periclitaretur, quid dixit? MISER EGO HOMO, QUIS ME LIBERABIT DE CORPORE MORTIS HUIUS, ut non faciam iniquitatem, quod delectat carnem meam? GRATIA DEI PER IESUM CHRISTUM DOMINUM NOSTRUM.

In uno homine qualis rixa agatur, Paulus ostendit.

3. Spectat te ergo Christus pugnantem. Theatrum est conscientia tua, ubi duo contendunt, mens et caro. Mens consentit legi: caro contradicit legi; et vult refrenare carnem. Magna lucta: sed qui te spectat pugnantem, potest adiuvare periclitantem. Nam si pancratium faceres cum aliquo homine, feriret te, et ferires illum; et spectaret te homo, quis vestrum vinceret. Quicumque habebat vincere, praemium accipiebat. Hoc tibi habebat dicere homo: Qui vestrum vicerit, accipiet hoc. Paratus erat coronare vincentem: numquid poterat adiuvare laborantem? Modo autem qui te spectat, Christus est: clama ad illum, quando labo-

Pancratium facere.

21 pereclitaretur *M* 25 · 27 · 33 exspectat *M* 28 faceres] *scripsi;* ferires *M: cf. infra p. 603, l. 2*

1 *meis*] Rom. 7, 22. 23; Aug. modo ut hic *captivum me ducentem* legit, modo *captivantem me.*

3 *nostrum*] Ibid. 24. 25. Pro *infelix* infra bis *miser* habetur; Aug. quoque utraque translatione usus est.

28 sqq. *pancratium faceres... pancratium feceritis*] Enarr. in Ps. 57, n. 7: « pugilari enim est pancratium facere ».

ras, ut vincas; quia et caro tua malo suo contendit ut vincat. Nam duo homines si contenderitis, et pancratium feceritis, quicumque vestrum vinceret, coronaretur. In ista autem lucta si vicerit mens, animam et carnem liberat; si vicerit caro, ambo in gehennam mittuntur. Ergo malo suo contendit caro, et malo suo vult vincere. Praestatur carni, ut vincatur, ne in aeterno igne puniatur.

4. Consentit ergo et psalmus quem cantavimus, ut diximus: DE PROFUNDIS CLAMAVI AD TE DOMINE: DOMINE EXAUDI VOCEM MEAM. Istud est profundum ubi caro contra mentem contendit. Si enim vicerit mens, ambo ab illa sursum levantur: levatur illuc et caro victa, quia bono suo est victa. Quomodo in domo quando contendit mala uxor cum bono viro, malo suo vincit, et bono suo vincitur. Si enim vicerit uxor mala, fit perversa domus, quando barbatus servit mulieri malae. Si autem victa fuerit mala uxor, incipit servire bono viro: mulier fit ipsa bona, quia servit bono viro. Sic est ergo et caro nostra, quomodo uxor mala victa, quia bono suo vincitur. Ut invocetur ille in auxilium, qui coniungat duos et coronet ambos, ideo de isto profundo clamamus ad dominum nostrum, ut diximus in psalmo. Si enim vicerimus, et desideriis carnis nostrae malis non consenserimus, postea resurget caro; et non ibi invenis mala desideria, cum quibus contendas. Modo enim invenis desideria mala, contra quae pugnes: et dicitur tibi, Vince, et coronaris. Et quid est tibi modo vincere? Desideriis malis non consentire. Nam numquid potes non illa habere desideria mala? Sed vincere est... consentire. Quando autem receperimus carnem in die resurrectionis, convertitur ipsa caro, fit inmortalis; et iam non invenis desiderium cum quo lucteris... in qua coroneris. Et iam cum fueris sursum cum carne tua, numquid clamas de profundo, ubi litigabas contra carnem tuam?

Caro nostra, quasi uxor mala, bono suo vincitur.

3 in ista] *in* insta *perperam mutat M* autem] *conieci;* adte *M* 4 in gehenna *M* 8 istum *M* 9sq. Si e. vicerit mens, ambo ab illa] *coniectura emendavi locum aperte corruptum;* si e. vicerint ambo ad illa *M: cf. supra, l. 3* 16 ut invocetur] *conieci;* et invocet *M* 24 vincere est] *excidit hic aliquid, sicuti paullo post, l. 26, quod punctis indicare visum est* 26 fuerit *M* 27 *erat primum* litigabis

5 *praestatur carni*] Cogitavi ut emendarem *praestat carni*; sed conf. serm. 357, n. 4: « Hoc praestas episcopo tuo, si pro illo tempore non miscearis ».

8 *meam*] Ps. 129, 1.

13 *barbatus servit*] Enarr. in Ps. 132, n. 7: « Barba significat fortes... ideo, quando tales describimus, Barbatus homo est, dicimus »; serm. Denis 18, 6: « Non te pudet, barbate...? »; serm. Frangip. 3, 6: « Erubesce, barbate ».

23 *Nam numquid potes non illa habere desideria mala?*] De hoc argumento multus est Aug. cum alibi, tum praecipue in serm. 151, in quo de iisdem Pauli verbis copiose disserit.

5. Et mulier illa, quae clamabat post dominum, Chananaea quomodo clamavit! Filia eius daemonium patiebatur: quoniam caro non consentit menti, a diabolo possidebatur. Si illa tantum clamavit pro filia sua, nos quantum debemus clamare pro carne et anima nostra? Videtis enim quid clamando impetravit. Nam primo contempta est: erat enim Chananaea, de gente mala, ubi idola colebantur. Dominus autem Iesus Christus in Iudaea ambulabat, unde erant patriarchae, unde erat virgo Maria, quae peperit Christum: et ipsa sola gens deum verum colebat, idola non colebat. Ergo cum interpellaret illum nescio qua Chananaea, noluit illam audire. Ideo contempnebat, quia sciebat quid servabat: non ut ipse beneficium negaret, sed ut ipsa perseverans impetraret. Dixerunt ergo illi discipuli ipsius: Domine, iam DIMITTE ILLAM, da illi responsum: vides QUIA CLAMAT POST NOS, et taedium nobis facit. Et dixit ille ad discipulos suos: NON SUM MISSUS NISI AD OVES QUAE PERIERUNT DOMUS ISRAEL. Ad gentem Iudaeam sum missus, ubi quaererem oves quae perierant. Erant aliae oves in aliis gentibus, sed non ad illas venerat Christus; quia non crediderunt in praesentia Christi, sed crediderunt evangelio Christi. Ideo dixit, NON SUM MISSUS NISI AD OVES: ideo in praesentia sua elegit apostolos. Et de ipsis ovibus erat Nathanael, de quo dixit: ECCE ISRAHELITA, IN QUO DOLUS NON EST. De ipsis ovibus erat turba illa tanta, quae ferebat ramos ante asinum domini et dicebat: BENEDICTUS QUI VENIT IN NOMINE DOMINI. Oves illae de domo Israel perierant, et praesentem pastorem cognoverant, et in Christum praesentem crediderant. Ergo illa quando aporiabatur, cum ovibus gentilibus differebatur. Cum audisset hoc, quod dixit discipulis suis dominus, perseveravit clamando, et non dimisit. Et dominus ad illam: NON EST BONUM TOLLERE PANEM FILIORUM, ET MITTERE CANIBUS. Canem illam fecit: quare? Quia de gentibus erat, qui idola colebant: canes enim lapides lingunt. NON EST BONUM TOLLERE PANEM FILIORUM, ET DARE

Chananaeae exemplo clamandum ad dominum.

Cur illam primo repulit Christus.

1.6.9 cananaea *M* 3 tanta *M* 5 quid] *scripsi;* qui *M* 11 perseverantem *M*, *an pro* perseverando*?* 25 quod] *scripsi;* quia *M*

1 *Et mulier illa... Chananaea*] Notatu dignum est, Aug. dum in sermone ex Guelferbytanis 33 de muliere Chananaea tractaret, continuo exemplum de Paulo ad Rom. 7, 15, de quo hic sermo est, adduxisse.

11 *non ut ipse beneficium negaret*] Dicta Augustini huic sententiae subsimilia vide sis in notis ad sermonem « De muliere Chananaea », quem recentissime ex cod. Bambergensi evulgavi: serm. Morin 16, 1.

18 *post nos*] Mt. 15, 23.

15 *Israel*] Ibid. 24.

20 *non est*] Ioh. 1, 47.

22 *domini*] Mt. 21, 9 et al.

27 *canibus*] Mt. 15, 26.

28 sq. *canes e. lapides lingunt*] Serm. 77, n. 10: « Canis es, una es ex gentibus, idola adoras. Quid autem tam familiare canibus, quam lapides lingere? »

CANIBUS. Et illa non dixit: Domine, noli me facere canem, quia non sum canis; sed magis dixit: Verum dicis, domine, canis sum. Unde agnovit convicium, inde meruit beneficium: ubi enim aporiata est iniquitas, ibi coronata est humilitas. ITA, DOMINE, verum dicis: SED ET CANES COMEDUNT DE MICIS, QUAE CADUNT DE MENSA DOMINORUM SUORUM. Et tunc dominus: O MULIER, MAGNA EST FIDES TUA; FIAT TIBI SICUT VIS. Iam dudum canis, modo mulier, latrando mutata. Micas de mensa cadentes desiderabat: subito se ad mensam invenit discumbentem. Quando enim illi dicit, MAGNA EST FIDES TUA, iam inter illos illam computavit, quorum panem nolebat mittere canibus.

In ea coronata humilitas.

6. Omnia ista quid nos docent, nisi, quando bonum est quod a deo petimus, orando perseveremus, donec desiderio suspirantis accipiamus? Ideo enim deus differt petentes, ut exerceat desiderantes. Sed vitam aeternam debemus petere magnis gemitibus, hic vitam bonam, et postea vitam aeternam: quia et vitam bonam a deo debes petere, qui adiuvet voluntatem tuam. Si non adiuvaverit, victus remanes: incipies captivus duci, si non tibi subveniat quod dictum est: MISER EGO HOMO, QUIS ME LIBERABIT DE CORPORE MORTIS HUIUS? GRATIA DEI PER IESUM CHRISTUM DOMINUM NOSTRUM. Duas ergo res securi petamus: in isto saeculo vitam bonam, in futuro saeculo vitam aeternam. Alias res nescimus an utiles sint nobis. Petit homo a deo, ut ducat uxorem: unde scit, si bono suo ducit? Petit homo a deo, ut adquirat divitias: unde scit, si pauper securus dormiebat, dives factus latrones somniat? Non scit ergo, quid illi utile sit ab omnibus quae habet saeculum istud. Securus autem rogat bonam vitam, et vitam aeternam: hic ut deum promereatur, ibi ut a deo coronetur. Vita autem bona quae est? Amare deum ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, et amare fratrem tamquam teipsum. Amemus ergo deum nostrum, diligamus nos in unitate ipsius, habeamus in illo pacem, et inter nos caritatem; ut, quando venerit ipse dominus noster Christus... possimus: Domine, te adiuvante fecimus quod iussisti, te propitio accipiamus quod promisisti. EXPLICIT.

Duae res hic petendae: bona vita, et vita aeterna.

5 de micas *M* 9 dicit] *fort. pro* dixit 12 suspirantis] *pro* suspirantes? 25 rogat] *correxi ex* rogas 30 Christus] *excidit verbum* dicere, *aut aliud eiusmodi*

6 *suorum*] Mt. 15, 27. 7 *sicut vis*] Ibid. 28.

V.

Morin, Serm. 5: « Rev. Bénéd. » X (1893), p. 495-497; ex eodem Clm. 17059, fol. 15^{v} sq. (= *M*). Auctorem Augustinum esse nemo, ut arbitror, negabit, qui arguto acumine polleat; prolixioris autem orationis hic particulam tantum extare, vel ex his exordii verbis intellegitur: « ut de hac re *studiose conlatum sermonem* habeamus necesse est ». Quid si fragmentum istud ad sermonem « De operibus misericordiae » pertinuerit, de quo Possidius, Indic. c. 8? At vero idem aeque suspicari licebit de priori parte sermonis 389 et posteriori sermonis 60, quae ambae in cod. Casin. CLXXIII, p. 137, unum sermonem efficiunt ita inscriptum « Tractatus sancti Augustini de misericordia »: cf. Biblioth. Casin. t. IV, p. 4. Ceterum non est dubium, quin saepius atque impensius in hoc argumento s. Pater versatus sit.

TRACTATUS S. AUGUSTINI DE BONO MISERICORDIAE.

De bono misericordiae sanctitatem vestram admonere desideramus: quamquam in omni opere bono pronos vos esse saepe experti sumus, tamen ut de hac re studiose conlatum sermonem habeamus necesse est. Tractamus igitur, quid est misericordia? Non aliud nisi cordis quaedam contracta miseria. De dolore miseri misericordia dicta est: utrumque ibi sonat, et miseria et cor. Cum ergo tangit et percutit cor tuum aliena miseria, misericordia dicitur. Adtendite itaque, fratres mei, omnia bona opera, quae in vita agimus, ad misericordiam pertinere. Verbi causa, porrigis panem esurienti: ex corde porrige misericordiam, noli ex contemptu; ne veluti canem habeas tibi similem hominem. Cum ergo facis misericordiam, sive panem porrigas, dole esurientem: si potum dederis, dole sitientem: si vestem porrexeris, dole nudum: si hospitio receperis, dole peregrinum: si visitas languidum, dole aegrotum: si sepelis defunctum, dole mortuum: si concordas contentiosum, dole litigantem. Haec omnia, si deum et proximum diligimus, sine dolore cordis non facimus. Haec sunt opera bona, quae nos christianos esse confirmant. Nam sanctus apostolus dicit: DUM TEMPUS HABEMUS, OPEREMUR BONUM AD OMNES. Itemque ipse de ipso

Misericordia unde dicta.

Opera misericordiae nos christianos esse confirmant.

[2] De bono misericordiae] *verba haec librarius inscriptionem esse sermonis existimavit, cum ipsius revera initium constituant* [12-16] dole] *ubique ex* doles *correctum M*

[7] *et miseria et cor*] August., De mor. eccles. cathol. l. 1, n. 53: « Nam quis ignoret ex eo appellatam esse misericordiam, quod miserum cor faciat condolentis alieno malo? » et al.

[19] *omnes*] Gal. 6, 10.

bono opere quid ait in eodem loco? HOC AUTEM DICO: QUIA QUI PARCE SEMINAT, PARCE ET METET. Induxit sementem, promisit messem.

2. Sed quando seminas, quia opus misericordiae facis, dum doles illi cui facis, in lacrimis seminas. Aliquando tamen post finem nostrum non erunt opus semina ista misericordiae; quia in illo regno, qui hic propter deum angustiati sunt, non erunt miseri. Sed re vera in illa retributione cui panem porrigis, ubi nemo esurit? quem nudum vestias, ubi omnes inmortalitate vestiti sunt? cui praebeas hospitium, quando omnes in sua patria vivent? quem visites aegrotum, ubi est aeterna sanitas? quem sepelias mortuum, ubi semper vivitur? quos litigiosos concordes, ubi plena est pax illa, quae hic promissa est? Nulla ergo opera erunt ibi, misericordia nulla. Quare? quia iam gremia portas, non semina iactas. Ergo non deficiamus: cum lacrimis seminamus, id est de labore et dolore. In opere itaque misericordiae non deficiatis: recipietis enim mercedem seminis vestri. Hiems in labore seminat: sed si deterruit aliquando rusticum asperitas hiemis, ne proiceret in terram fructum tanto labore purgatum? Procedit, et proicit in terram, quod de terra collegerat, quod de terra purgatum erat: procedit, et proicit in terram, tremens frigore, inpiger. Unde inpiger in frigore? Excutiunt pigritiam fides et spes. Numquid messem videt? sed credit surgere. Numquid fructus iam colligit? sed sperat se collecturum; et animat se hac fide, hac spe, ut labore magno frigoris mittat semen in terra, et securus donante deo secundum opus laboris sui fructus uberes capere valeat. EXPLICIT.

Opera misericordiae in caelo non erunt.

Exemplo agricolae mittendum nunc semen in terram.

[12] gremia portas] gremiapostus *M; in priori editione* gremia *in* germina *imprudenter mutavi* [15] hiemps *M* seminat] *conieci;* semina *M* [18] purgatum erat] purgatum *repet. M* [20] excutunt *M* [22] animat se] *scripsi;* anima se *M* mittat] *bis continuo M* [24] valeat] *M add.* per eum qui regnat in saecula saeculorum. Amen: *quae verba de suo adposuit is, qui sermones collegit*

[1] *in eodem loco*] Immo in alio, nam hoc alterum exemplum ex II Cor. 9, 6, sumptum est; at fieri potuit, ut aliquid inter utrumque exciderit. Animadvertere tamen libet, utrumque pariter adduci Enarr. in Ps. 36, serm. 3, n. 7 et in Ps. 125, n. 11; De octo Dulcit. quaest., qu. 4, n. 3, etc.

[5-12] *non erunt opus semina ista misericordiae* etc.] Cum s. episcopus his similia passim protulerit, in pulcherrimum illud fragmentum animus modo dirigitur, quod ex codice XII, p. 94, prodiit in Bibliotheca Casinen. t. I, Florileg. p. 161 sq: hoc quicumque legerit, Augustini ingenium uberemque venam prima specie deprehendet; nec tamen illud in operibus, quae hucusque in vulgus emissa sunt, reperire contigit, neque satis cohaeret cum iis quae in codice antecedunt. Cf. supra, p. 399.

[12] *gremia portas*] Ex Ps. 125, 6, ubi Aug. Enarr. in Ps. 120, n. 2, legebat *portantes gremia sua*; similiter serm. Guelferb. 27, 3.

[15 sqq.] *Hiems in labore seminat* etc.] Omnino similia habentur in Enarr. Ps. 125, n. 13, et in laudato serm. Guelferb. 27, 3.

[16] *si deterruit...?*] De usu coniunctionis *si* loco rectae interrogationis vide H. Rönsch, Ital. u. Vulg., p. 404 sq. Eodem modo utuntur quandoque Germani coniunctione *ob*.

VI.

Morin, Serm. 6: « Rev. Bénéd. » X (1893), p. 531-533; ex eodem Clm. 17059, fol. 26^{v} sqq. (=*M*). Etsi omnia heic probae notae, et Augustino omnino digna sunt, diu tamen negotium mihi fecere verba, quae n. 4 post « rosit radicem cucurbitae » in codice *M* leguntur: *quem magister Hieronymus edera posuit;* extra fidem enim videbatur, haec ita a s. Patre medio sermone prolata esse. Postmodum vero, cum rem attentius considerassem, mihi demum persuasum est, *παρένθεσιν* istam a nescio quo litterione iam antiquitus scriptam in margine, ad extremum librariorum incuria in textum inrepsisse: aliter quippe ratio reddi non potest, cur in oratione ceteroquin omni ex parte fide digna insolens huiusmodi sententia compareat. Alter de eodem argumento Augustini sermo 62 habetur, quem Maurini ipsum esse putaverunt, qui a Possidio Indic. c. 9 ita recensetur: « De evangelio, ubi centurio dominum rogat pro puero suo ».

DE PUERO CENTURIONIS.

Fides centurionis huius adnuntiat fidem gentium, tamquam granum sinapis, fidem humilem et ferventem. Puer eius, sicut audistis, infirmabatur, et paralyticus iacebat in domo; iste autem centurio pro salute pueri sui salvatorem rogavit. Dominus autem ad puerum eius salvandum se ipsum iturum esse promisit. At ille, sicut dixi, ferventer humilis, et humiliter fervens: NON SUM, inquit, DIGNUS, DOMINE, UT INTRES SUB TECTUM MEUM. Sub tectum suum intraret dominus, se dicebat indignum; et tamen ista verba non dixisset, nisi iam dominus in cor eius intrasset. Deinde addidit: DIC TANTUM VERBO, ET SANABITUR PUER MEUS. Novi cui loquor: loquere, et fit quod volo. Adiecit et similitudinem suavissimam et verissimam. NAM ET EGO, inquit, HOMO SUM, tu deus: ego SUB POTESTATE, tu supra omnes potestates: HABENS SUB ME MILITES, tu et angelos; ET DICO HUIC, VADE, ET VADIT: ET HUIC, VENI,

Indignum se centurio non dixisset, nisi iam dominus in cor eius intrasset.

3 senapis *M* 13 omnes] *ex* omnem *corr. M*

2 sq. *tamquam granum sinapis*] Serm. 77, n. 12: « Non inveni tantam fidem: similem grano sinapis, quanto minutiori, tanto ferventiori ».

7 *et humiliter fervens*] Haud insolens est apud Aug. affectatio ista verborum: cf. inter alia serm. 187, n. 1: « ineffabiliter sapiens, sapienter infans ».

10 *intrasset*] Serm. 77, n. 12: « tecto non recipiebat, corde receperat »; 62, n. 1: « neque hoc diceret cum tanta fide et humilitate, nisi illum, quem timebat intrare in domum suam, corde gestaret »; Enarr. in Ps. 38, n. 18: « non erat dignus qui Christum domo reciperet, et iam corde receperat » et al.

11 *meus*] Mt. 8, 8.

12 *suavissimam*] Serm. nov. De octo beatitudinibus (Morin 11, 6): « Suavissima sententia, Pauper et dives o. s. »

13 *omnes potestates*] Serm. 62, n. 4: « Si e. ego, inquit, homo sub potestate, iubendi habeo potestatem, quid tu possis, cui omnes serviunt potestates? »

ET VENIT: ET SERVO MEO, FAC HOC, ET FACIT. Ancilla tua est universa creatura: opus est ut iubeas, fit quod iubes.

2. Et dominus: AMEN DICO VOBIS, NON INVENI TANTAM FIDEM IN ISRAHEL. Scitis quia dominus de Israhel carnem accepit, ex semine David, unde erat virgo Maria, quae peperit Christum; et ad ipsos venit, faciem carnis suae illis ostendit, os carnis eius in eorum auribus sonuit, species corporis eius eorum oculis adiacebat. Praesentia eius Iudaeis reddita erat: promissa erat patribus, et reddita filiis. Et tamen centurio iste alienigena erat, de Romanis erat, militem ibi agebat; et praetulit fidem ipsius fidei Israhelitarum, ita ut diceret: AMEN DICO VOBIS, NON INVENI TANTAM FIDEM IN ISRAHEL. Quid putamus laudavit in huius fide? Humilitatem. NON SUM DIGNUS, UT SUB TECTUM MEUM INTRES. Hoc laudavit: et quia hoc laudavit, hac intravit. Humilitas centurionis ianua erat domini intrantis, ut plenius possideret quem iam possidebat.

Humilitas centurionis ianua fuit domini intrantis.

3. Dedit ergo dominus magnam spem gentibus hac occasione: nondum eramus, et iam praevidebamur, iam praenoscebamur, iam promittebamur. Quid enim ait? PROPTEREA DICO VOBIS, QUIA MULTI AB ORIENTE ET OCCIDENTE VENIENT. Quo venient? Ubi credant. Ibi veniunt: venire, ipsum credere est. Credidit, venit; apostatavit, abscessit. VENIENT ergo AB ORIENTE ET OCCIDENTE: non in templum Hierosolymarum, non in aliquam terrae mediam partem, non ad aliquem ascendunt montem; et tamen ad templum Hierosolymitanum veniunt, et ad quandam mediam partem, et quendam montem. Templum Hierosolymitanum iam corpus est Christi: inde dixerat, SOLVITE TEMPLUM HOC, ET IN TRIDUO RESUSCITABO ILLUD. Medius locus quo veniunt, ipse Christus est: in medio est, quia omnibus aequalis est; quidquid in medio ponitur, commune est omnibus. Veniunt ad montem, de quo dicit Isaias: ERIT IN NOVISSIMIS TEMPORIBUS MANIFESTUS MONS DOMINI, PARATUS IN CACUMINE

Venire, credere est.

6 illis ostendit] *conieci;* illi condit *M* 25 veniunt] *scripsi;* veniat *M* 28 mons] *bis continuo legitur in M*

1 *facit*] Mt. 8, 9.

3 sq. *in Israhel*] Ibid. 10.

9 *militem ibi agebat*] Serm. 62, n. 4: « ibi iste militem agebat ».

11 sq. *in huius fide? humilitatem*] Serm. 62, n. 3: « Huius t. fides in humilitate laudatur » et Serm. 77, n. 12.

16 *iam praevidebamur*] Serm. 62, n. 4: « Dominus... iam praenuntiabat ecclesiam toto orbe terrarum futuram ».

18 *venient*] Mt. 8, 11.

19 *venire i. credere est*] Aug., Cont. duas epist. Pelagianor. lib. 1, c. 3, n. 6: « Ne quisquam putet aliud dictum esse, *venire ad me*, quam credere in me »; ibid. c. 19, n. 37: « *venire ad me*, quod intelligitur, credere in me »; De grat. et lib. arbitr., c. 5, n. 10: « Nam et venire ad Christum, quid est aliud, nisi ad eum credendo converti? »

25 *illud*] Ioh. 2, 19.

26 *omnibus aequalis est*] Cf. Enarr. in Ps. 45, n. 9: « Quomodo enim illud, quod in medio est, paria habet spatia ad omnes fines, ita deus medius esse dicitur, aequaliter omnibus consulens ».

MONTIUM; ET EXALTABITUR SUPER OMNES COLLES, ET VENIENT AD EUM UNIVERSAE GENTES. Mons iste lapis parvus fuit, crescendo mundum implevit: sic illum enim Danihel. Accedite ad montem, ascendite in montem; et qui ascenditis, nolite descendere. Ibi tuti eritis, ibi muniti: mons refugii vestri Christus est. Et ubi est Christus? In dextera Patris: ascendit enim in caelum. Multum longe est: quis ascendit? quis tangit? Si longe est a vobis, quomodo verum dicimus, DOMINUS VOBISCUM? Et ad dexteram Patris sedet, et de vestris cordibus non recedet.

Christus et ad dexteram Patris sedet, et de cordibus nostris non recedit.

4. Conversus ad centurionem: VADE, SICUT CREDIDISTI FIAT TIBI; ET SANATUS EST PUER IN ILLA HORA. Quomodo credidit, sic factum est. DIC VERBO, ET SANABITUR: dixit verbo, et sanatus est. SICUT CREDIDISTI, FIAT TIBI: discessit a membris pueri pessima valitudo. Quam imperat dominus universae creaturae mira facilitate! Non enim laborat imperare. Aut vero talis est dominus creaturae, qui imperet angelis, et non dignetur hominibus imperare? Utinam homines velint servire! Sed felix est, cui intus inperat, non in aure carnis, sed in aure cordis, ubi corrigit, dirigit. Nam omnibus rebus imperare dominum hinc intellegite, quia in imperio suo nec vermiculos praetermisit. Imperavit vermi, et rosit radicem cucurbitae, et periit umbraculum prophetae. IMPERAVIT, inquit scriptura, VERMI MATUTINO, ET ROSIT RADICEM CUCURBITAE, ET PERIIT UMBRA. Vermis matutinus, Christus est; psalmus de passione ipsius vicesimus primus sic habet: PRO SUSCEPTIONE MATUTINA. Matutino tempore resurrexit, umbram Iudaicam rosit. Ideo blandiens sponsae suae in Cantico canticorum: DONEC ADSPIRET DIES, ET REMOVEANTUR UMBRAE. Numquid observatis carnaliter sabbatum? Numquid abstinetis a carnibus animalium, quae non ruminant, aut non habent ungulam fissam? Numquid offertis deo sacrificia victimarum de

Dominus vermiculis aeque ac angelis imperat.

Rosa Ionae cucurbita abolitam legem Iudaicam significat.

[1] veniunt *M* [3] Danihel] *verbum in M excidisse videtur* [4] discendere. Ibi uti eritis *M* [8] et] *2° loco supplevi* [12] valitudo] *sic ms.* [16] inpera *M*, *omisso* t, *quod vitium familiare est scriptori huius codicis* [19] cucurbitae] *M add.* quem magister Hieronymus edera posuit [20] inquid *M* [22] vicensimus *M*

[2] *gentes*] Esai. 2, 2.

[3] *Danihel*] 2, 34.

[10] *hora*] Mt. 8, 13.

[21] *umbra*] Ion. 4, 7.

Christus est] Aug. epist. 102, n. 35: « Umbraculum e. cucurbitae... promissiones erant veteris testamenti, vel ipsa iam munera, in quibus erat utique, sicut dicit apostolus, umbra futurorum, tamquam ab aestu temporalium malorum... Vermis autem matutinus, quo rodente cucurbita exaruit, idem ipse Christus occurrit », etc.

[22] *matutina*] Ps. 21, 1. Aug. ibid. n. 36: « Nos e. agnoscamus vermem matutinum, quia et in illo psalmo, cuius titulus inscribitur *Pro susceptione matutina*, hoc se ipse nomine appellare dignatus est ».

[22 sq.] *matutino t. resurrexit*] Aug. ibid.: « matutinus est, quia diluculo resurrexit ».

[25] *umbrae*] Cant. 2, 17.

pecoribus? Nihil horum agitis. Quare? Quia rosa est cucurbita, quia umbra cessavit, sol apertus est. Invocate refrigerium, ne in aestu praeceptorum laboretis. EXPLICIT.

VII.

Morin, Serm. 7: « Rev. Bénéd. » X (1893), p. 533-535; ex eodem Clm. 17059, fol. 28^{v} sq. (= *M*). Brevissima quoque haec oratio, immo fortasse compendium orationis, in qua sane nihil novum eo ipso reperies, quia singulae sententiae, singula fere verba Augustinum clamant: verum enimvero nec quicquam deprehenditur, quod ex illius scriniis compilatum iure dici queat. Quod ad me adtinet, genuinum prorsus esse sermonem post tot elapsos annos, etsi prius dubitavi, non possum quin profitear.

DE FILIA ARCHISYNAGOGI · ET DE MULIERE FLUXUM SANGUINIS PATIENTE.

Et mentem inluminant, et spem adiciunt futurorum, dum narrantur, gesta praeteritorum. Ibat Iesus ad suscitandam filiam archisynagogi, quae iam mortua fuerat nuntiata; et illo pergente tamquam de transverso intervenit mulier adflicta morbo, plena fide, fluens sanguine, redimenda sanguine. Et dixit in corde suo: SI TETIGERO TANTUM FIMBRIAM VESTIMENTI EIUS, SALVA ERO. Quando dixit, tetigit: fide tangitur Christus. Accessit et tetigit, factum est quod credidit. Dominus autem interrogavit, ait: QUIS ME TETIGIT? Scire vult, quem nihil latet; quaerit a quo factum sit, quod ante quam fieret ipse cognovit. Ergo mysterium est: intueamur, et quantum donat intellegamus. Fide tangitur Christus.

2. Archisynagogi filia significat plebem Iudaeorum; mulier autem ista significat ecclesiam gentium. Dominus Christus, ex Iudaeis natus in carne, eisdem Iudaeis est praesentatus in carne; misit ad gentes, non ipse perrexit. Conversatio eius corporalis et visibilis in Iudaea facta est. Unde dicit apostolus: DICO ENIM CHRISTUM MINISTRUM FUISSE

7–9 *Ibat Iesus... de transverso intervenit*] Aug. serm. 245, n. 3: « Dominus Iesus Christus ibat ad visitandam archisynagogi filiam, quae primo nuntiata fuit infirma, postea mortua. Illo pergente, ecce mulier de transverso venit ».

11 *ero*] Mt. 9, 21.

11 sq. *fide tangitur Christus*] Serm. Guelferb. 13, 2: « tangere, credere est »; 14, 2: « turba premit, fides tangit »; item 24, 5 et alibi.

13 *tetigit?*] Luc. 8, 45. 46.

14 sq. *mysterium est*] Serm. 77, n. 7: « Nam utique mysterium est. Praescius omnium dicit, Quis me tetigit? » etc.

17 *ecclesiam gentium*] Serm. 77, n. 8: « Filia illa archisynagogi significabat populum Iudaeorum... Illa vero mulier... ecclesiam figurabat ex gentibus ».

18 *misit ad gentes*] Ibid. n. 4. 5: « Hanc ergo praesentiam Christus Iudaeis exhibuit... Ad gentes enim ipse non ivit, sed discipulos misit ».

CIRCUMCISIONIS PROPTER VERITATEM DEI AD CONFIRMANDAS PROMISSIONES PATRUM (Abrahae quippe dictum est, IN SEMINE TUO BENEDICENTUR OMNES GENTES): GENTES AUTEM SUPER MISERICORDIAM GLORIFICARE DEUM. Missus est ergo Christus ad Iudaeos. Ibat ad filiam archisynagogi suscitandam. Intervenit mulier, et sanatur: prius sanatur fide, et quasi ignoratur a salvatore. Nam unde dictum est, QUIS ME TETIGIT? Ignoratio dei, fiducia mysterii: aliquid vult significare, quando ignorat, qui non potest ignorare. Quid ergo significat? Sanatam ecclesiam gentium, quam corporali praesentia non vidit Christus, cuius vox est in psalmo: POPULUS QUEM NON COGNOVI SERVIVIT MIHI, IN OBAUDITU AURIS OBAUDIVIT MIHI. Audivit orbis terrae, et credidit; vidit plebs Iudaea, et prius crucifixit, sed postea et ad ipsum pervenit. Credunt et Iudaei, sed in fine saeculi.

Haemorrhoissa cur quasi ignoratur a salvatore.

Credent Iudaei in fine saeculi.

3 Interim mulier ista salvetur, tangat fimbriam vestimenti. Intellegite vestimentum, chorum apostolorum. Erat ibi quidam novissimus et minimus, quaedam fimbria, apostolus Paulus. Ipse est missus ad gentes, qui dicit: EGO ENIM SUM MINIMUS APOSTOLORUM, QUI NON SUM IDONEUS VOCARI APOSTOLUS. Iterum dicit: EGO SUM NOVISSIMUS APOSTOLORUM. Novissima ista et minima fimbria, ipsa est necessaria non sanae sanandae mulieri. Quod audivimus factum est, quod audivimus fit: cottidie tangit mulier ista fimbriam, cottidie sana fit. Carnis enim fluxus, ipse est sanguinis fluxus. Quando auditur apostolus, quando auditur illa novissima et minima fimbria, et dicit, MORTIFICATE MEMBRA VESTRA, QUAE SUNT SUPER TERRAM, cohibetur sanguinis fluxus, cohibetur fornicatio, cohibetur ebrietas, cohibentur deliciae

Vestimentum Christi, chorus apostolorum; fimbria Paulus.

4 deum] dominum *M* 16 quaedam fimbria] *scripsi;* quid ad fimbria *M* 22 sanguinis] sanguis *M*

3 *omnes gentes*] Gen. 22, 18.

4 *deum*] Rom. 15, 8. 9.

7 *aliquid vult significare*] Serm. Guelferb. 24, 5: « Ignoranti similis Christus, significans: non mentiens, sed significans. Quid significans? *Populus quem non cognovi servivit mihi* ».

11 *mihi*] Ps. 17, 45. Augustino, quoties de hoc evangelii capitulo sermo est, quasi necessario in os salit versus iste psalmi 17; cf. inter alia serm. 62, n. 4; 77, n. 5; Guelferb. 24, 5.

12 *prius crucifixit*] Serm. 62, n. 4: « *In auditu auris obedivit mihi*. Iudaea gens cognovit, et crucifixit; orbis terrarum audivit, et credidit ».

15 *chorum apostolorum*] Serm. Caillau II 5 (Mai 134), n. 3: « Cecidit Iudas: numquid inquinavit apostolorum chorum? »

16 *fimbria, apostolus Paulus*] Haec quoque sententia Augustino omnino familiaris, uti ex operum indice facile perspicies.

18 *apostolus*] I Cor. 15, 9.

19 *apostolorum*] Ita saepius Aug., ut puta serm. 279, n. 5; Guelferb. 23, 5 et al. Diu, fateor, quaesivi, unde s. Doctor alteram hanc Pauli sententiam desumpserit, donec nuper planum mihi factum est, ex eadem epist. I Cor. 15, 8, depromptam eam esse, ubi legebat Aug. *novissimo autem omnium*, non *novissime* ut in Vulg. habetur: vide Sabatier ad loc.

24 *terram*] Col. 3, 5.

saeculares, cohibentur omnia opera carnis. Noli mirari: fimbria tacta est. Quando dixit dominus, QUIS ME TETIGIT? cognoscens non cognovit: significabat et designabat ecclesiam, quam corpore non vidit, sed sanguine redemit.

VIII.

Morin, Serm. 8: « Rev. Bénéd. » X (1893), p. 535-541; ex Cod. lat. Monacensi 17059, fol. 80ᵛ-85ʳ, saec. IX (= *M*). Hunc quoque sermonem, etsi aliquando, cum haud ita longi temporis experimento pollerem, ac si dubiae auctoritatis reieci, at modo Augustini revera esse omnino habeo exploratum, quippe cuius ingenium dicendique genus singulae sententiae, singula fere verba referant. Si qua tamen ex eis mirationem faciunt, quod rara et nova esse videantur, uti sunt *regnum* (pro *corona*), *ignominiari*, *lanceari*, *casare*, ea, sicut prorsus intellego, pondus addunt orationi, nedum detrahant: neque enim tantum nobis sumendum est, ut omnia et singula verba certo noverimus, quibus Afri Augustino coaevi utebantur, multaque profecto iam olim popularia fuerunt, quae ex notis hucusque monumentis ad recentiorem aetatem pertinere vulgo existimantur.

DE VERSU PSALMI NONAGESIMI TERTII: QUIA NON REPELLET DOMINUS PLEBEM SUAM · ET DE FERENDA INIQUITATE PRAESENTIS SAECULI · QUOADUSQUE IUSTITIA CONVERTATUR IN IUDICIUM.

SPERATE IN DOMINO, OMNES QUI TIMETIS EUM; et si abundat iniquitas, non refrigescat caritas. Cogitate a praedictis a domino rebus multa iam esse conpleta, et nolite dubitare quae restant esse conplenda. Quod enim dominum debitorem habemus, ipse promisit, non aliquid a nobis accepit; promissione sua se debitorem fecit, chirographum est eius sancta scriptura. Denique, si nobiscum rationem facere dignaretur, quanta iam reddidit! Valde inprudentes essemus dicendi, si non credi-

Ex praedictis a domino quanta iam impleta.

4 redemit] *compositor homiliarii de suo adiecit* dominus Iesus Christus qui regnat in saecula saeculorum. Amen. 5-8 *inscriptionem ipse composui;* De psalmo XCIII. Deus ultionum *M* 10 a praedictis] a *2 m. mutat. in* ante 15 reddidit] *conieci;* reddit *M* dicendi, si] *similiter coniectura;* dici *M* 15sq. credimus] *videtur primum scriptum* credamus

9 *eum*] Eccli. 2, 9.

10 *caritas*] Cf. Mt. 24, 12.

13 *promissione sua se debitorem f.*] Serm. Morin 13, 4: « Promissorum suorum nobis chirographum fecit: promittendo enim se Deus fecit debitorem, non mutuum accipiendo »; cf. etiam Morin 16, 7: Mai 19, 2 fin. etc.

15 *quanta iam reddidit!*] Serm. Morin 13, 5: « videte quod debeo: quanta reddidi! De modico, quod restat, infidelem me promissorem putatis? »

mus quae restant redditurum, etiam si hominem debitorem haberemus. Multorum annorum volumina transierunt, ex quo prophetae sancti ea quae videmus praedixerunt: leguntur et cernuntur. Modo facit filia regis, sponsa Christi, quod de illa prophetatum est: AUDI FILIA, ET VIDE. Non dictum est, Vide, filia, et audi; sed, AUDI, ET VIDE: audi praedicta, et vide conpleta. Praenuntiatus est Christus in carne venturus, de virgine procreatus: et venit. Praenuntiatus est divina facturus, humana passurus: utrumque conpletum est. Aegrotos sanavit, caecos inluminavit, surdis auditum reddidit, daemonia expulit, ventis et fluctibus imperavit, et mortuos suscitavit: haec divina fecit. Humana passurus: esurivit, sitivit, ambulando lassatus est, fatigatus est, sedit, dormivit, adprehensus est, ligatus est, alapis caesus est, sputis ignominiatus, in ligno suspensus est, crucifixus est, lancea vulneratus. Adpone ad divina: et mortuus suscitatus est. Haec omnia a prophetis futura praedicta sunt, et videntur inpleta: adhuc inplebuntur. Credunt gentes, convertuntur infideles, mutantur in melius fideles, praedicatur ubique regnum caelorum, agitur paenitentia de mala vita, miscetur zizania tritico, existunt haeretici et schismatici, evertuntur templa, franguntur simulacra, sacra sacrilega de Urbe delentur, crescit ecclesia: sed utrumque, triticum cum zizania. DEUS DEORUM VOCAT TERRAM A SOLIS ORTU USQUE AD OCCASUM. Haec omnia cum videamus impleri, de solo die iudicii mentitur deus?

De solo die iudicii mentietur?

2. Sperate in eum, omnes qui timetis eum, QUIA NON REPELLET DEUS PLEBEM SUAM. Abundent mali, saeviat iniquitas, grassetur inportunitas, premantur pauperes, expolientur infirmi, auferantur res alienae, inpunitas laeta vocetur, fiant haec omnia: NON REPELLET DOMINUS PLEBEM SUAM. Audite me, frumenta dominica; audite me, grana catholica, tolerate zizaniam in agro, tolerate paleam in area: NON REPELLET DOMINUS PLEBEM SUAM. Hoc diximus, sed non ex nobis diximus, de chirographo illius audivimus: NON REPELLET DOMINUS PLEBEM SUAM.

1 etiam si] si *supplevi* 5 vide, filia, et audi; sed] *supplevi ex loco simili, serm. Morin 13, 4 (p. 643, l. 16 sq.); cod. M habet tantummodo* quodquod 6 in carne] *scripsi;* in ionanne *M*, *mutat.* in iohanne 7 pronuntiatus *M* 11 lassatus est] lassavit *M 1 m.* 18 scismati *M 1 m.* 24 crassetur *M* 28 in agrum *M* 29sq. de chirographum

4 *et vide*] Ps. 44, 11.

12 *ignominiatus; p. 617, l. 23 sq. ignominiari*] Lege notam Mai ad serm. 166, 3: NPB. I, p. 372.

17 *miscetur zizania*] De vocabulo *zizania* singulari numero, ut videtur, usurpato vide sis serm. Caillau II 5 (Mai 134), n. 2.

20sq. *occasum*] Ps. 49, 1.

21 *de solo die iudicii mentitur*] Idem supra habes p. 97, l. 20 sq.; infra p. 644, l. 1, et al.

24 *suam*] Ps. 93, 14.

27 *Audite me, frumenta* etc.] Cf. serm. Caillau II 5 (Mai 134), n. 2: « Audite, carissima grana Christi... audite, carissima frumenta Christi ».

Promissio dei est, cautio lecta est: QUOADUSQUE IUSTITIA CONVERTATUR IN IUDICIUM. Modo iustitiam possunt sancti habere: sed iudicium nondum venit. Iustitia sentit, iustitia iudicat, iustitia loquitur: sed potestatem non habet. Gemit iustitia inter multa mala quae fiunt: sed non perdat iustitiam, QUOADUSQUE CONVERTATUR IN IUDICIUM. Quomodo fiat in iudicium? quomodo, quando fiet promissio de illa cautione? Audi: SEDEBITIS SUPER DUODECIM SEDES, IUDICANTES DUODECIM TRIBUS ISRAEL. Tunc enim sancti, qui modo penitus... mundum non solum... iudicabuntur a Christo, sed iudicabunt cum Christo. Inde est quod praesumens Paulus dixit: NESCITIS QUONIAM ANGELOS IUDICATURI SUMUS? Et eis hoc dicit, qui iudicia ipsius vel christianorum contemnebant. Hoc prohibet apostolus, sed dicit: CONTEMPTIBILES QUI SUNT IN ECCLESIA, ILLOS CONSTITUITE AD IUDICANDUM; id est, qui aurum et munera contemnunt, ut faciant causam malam boni. Et tamen dicit: ANGELOS IUDICATURI SUMUS. Simul enim sedebunt iusti cum Christo, quando mittetur diabolus in ignem. Non enim homines angelos bonos iudicabunt, sed malos, id est, praevaricatores, transgressores, quorum remedia quaerant in ligaturis, in characteribus: qui quaerunt, et a quibus quaerunt, simul ardebunt.

Remedia in ligaturis, in characteribus quaesita.

3. Sed dicit aliquis: Ecce quot anni sunt quod baptizatus sum: incurri aegritudinem, cotidie ad ecclesiam cucurri, et hoc fuit quod fuit. Feci remedium, et ecce sanus sum: ego quidem audivi, quia nomen dei et angelorum invocavit. Verum dicis: sed illorum angelorum, quos apostolus iudicaturus est. Ecce, cum vis sanus esse carne, mortuus es corde: nam cum diabolum propter remedia quaeris, et a deo recedis, tamquam amico suo ipse diabolus hoc auferet quod contulit. Sed dicis: Diu in aegritudine iacui, omnem substantiam meam expendi, ad ecclesiam fui, dominum rogavi, non convalui; ideo remedium hoc feci. Dic mihi, tu qui hoc dicis, quis melior, tu an Paulus apostolus? Numquid die et nocte in profundo maris fuisti? numquid ter virgis caesus es? numquid lapidatus? numquid quinquies quadragenas accepisti? A tempore excludimur, si volumus cuncta pericula eius enumerare. Pro quo patiebatur haec omnia? Utique propter dominum, ut alii in deum crederent. Et

Remedia sunt diabolica.

2 in iudicio 8 *nonnulla hic exciderunt, quae punctis indicare curavi* 10 dixit] *corr. ex* dicit *M* 11-13sq. contempnebant... contempnunt *M* 14 boni] *an pro* bonam? 15 mittetur] *corr. ex* mittitur *M* 17 praevaricatores] *scripsi;* praedicatores *M* 18 caracter. 20 quot] *ex* quod *corr. M* 25 diabulo *1 m.* 30 in profundum

2 *iudicium*] Ps. 93, 15.
8 *Israel*] Mt. 19, 28.
10 *sumus?*] I Cor. 6, 3.
13 *iudicandum*] Ibid. 4.
31 *accepisti?*] Cf. II Cor. 11, 25. 24.

tamen propter stimulum suum rogat semel, rogat iterum, rogat tertio, et non auditur: quia VIRTUS IN INFIRMITATE PERFICITUR. Et dum cognovisset rationem ipsam, quia virtus in infirmitate perficitur, audi quid clamat: CUM ENIM INFIRMOR, TUNC POTENS SUM. Ecce abstulit a te Paulus excusationem tuam. Scito te mundari, scito te purgari; postremo ferto ab eo, quod aurum ab aurifice. Ecce aurum sordidum mittitur in fornace, ut per usturam foci coquatur spurcitia, coquatur et purgetur, ut sit mundissimum ad regnum imperatoris faciendum. Nonne videmus quid fullo vestimentis inferat, ut sordes auferat? Tundunt, delutant, sordes aqua abluunt, tendunt, premunt, et dominis reddunt. Hoc totum quare? ut sordes abluantur. Si tu in vestimento mundo tibi places, quare non deus in anima quam dedit? Ferat ergo plebs dei, ferat hereditas dei iniquitatem praesentis saeculi, QUOADUSQUE IUSTITIA CONVERTATUR IN IUDICIUM. Ferat iustitia iniquitates, ut postea iudicet aequitates.

Melius erat cum Paulo purgari.

4. ET QUI HABENT EAM? OMNES QUI RECTO SUNT CORDE. Qui sunt recti corde? Volo vobis modicum exponere qui sint. Illi sunt recti corde, quibus non displicet deus, quando mali felices sunt: ipsi sunt recti corde. Nam et malis hominibus infelicitas potest esse vera, felicitas falsa. Quomodo hoc probabo? Ne forte ex me hoc videar dixisse, chirographum domini recitabo. Dicit illi quidam in psalmis: QUAM BONUS DEUS ISRAEL RECTIS CORDE! Et quid sequitur? MEI AUTEM PENE MOTI SUNT PEDES, PAULO MINUS EFFUSI SUNT. Unde? QUIA ZELAVI IN PECCATORIBUS, PACEM PECCATORUM VIDENS. Ergo bonus est deus, sed rectis corde; qui illum intellegunt deum iustum, et non contra illum murmurant, recto sunt corde. Iste autem vidit; et quid dixit? MEI AUTEM COMMOTI SUNT PEDES, PENE EFFUSI SUNT GRESSUS MEI: effusi in lapsu. Unde nutasti, et pene cecidisti? dic, discamus, ut timeamus. QUIA ZELAVI IN PECCATORIBUS, PACEM PECCATORUM VIDENS. Adtendi peccatores et impios et male viventes omnia bona habentes, et putavi quia sine causa deum colui, et titubaverunt pedes mei, et pene cecidi, cum viderem pacem peccatorum, laetitias ipsorum, abundantiam bonorum in eis, exultatio-

Recti corde sunt, quibus in nullo displicet deus.

6 ab eo] *pro* a deo? 7 quoquatur *2° loco M* 9 inferat] *scripsi;* inserat *M* delutrant *M* 10 tenduntur praemuntur 12 in animam 15 recto] *primum, at mox* recti *M* 26 unde] *scripsi;* inde *M* 31 in eis] *conieci: cf. p. 617, l. 3;* in eius *M*

2 *perficitur*] II Cor. 12, 9.
4 *potens sum*] Ibid. 10.
8 *regnum imperatoris*] Id est, corona imperialis (cf. Du Cange ad h. v.); illius autem vocabuli hoc sensu accepti nullum antiquius exemplum repperi.
15 *sunt corde*] Ps. 93, 15.
15 sq. *Qui sunt recti corde?*] Totum locum comp. cum serm. Denis 21, 2.
21 *corde*] Ps. 72, 1.
22 *sunt*] Ibid. 2.
23 *videns*] Ibid. 3.

nes, adrogantias, inpunitasque superbias. Et quid ait? In ipso psalmo est, quod dico: NUMQUID VANO IUSTIFICAVI COR MEUM? Quia ea quae quaerebat a deo accipere, vidit illa in eis a quibus blasphemabatur deus; et quasi perdiderit fructum laboris sui, quod deo servierat, sic factum est ut paeniteret eum quod iuste vixerat.

5. Nonne cotidie audimus talia? VAE MUNDO AB SCANDALIS! Nonne cotidie audimus ista ex ore fidelium, quod intrat corpus Christi? Cum enim viderit aliquis fidelium se laborare, cum vivit bene, adtendens hominem a quo premitur esse iniquum et felicem, et bonis abundare, quam in promptu habet ingemescere, et dicere: O deus, non expedit bene agere. An forte mentior, et non dicuntur? Utinam ab his verbis vel nostris auribus parceretur! Nobis audientibus dicuntur: Non expedit bene agere, non expedit bene vivere. Quare? rogo te, doce nos de tuo magisterio. Et ille: Ecce ille tanta mala fecit, et abundat omnibus bonis; ego, qui semper bene vixi, et deum timui, panem vix invenio unde vivam: absit, non expedit bene agere. Et quid expedit, rogo te, et quid expedit? male vivere? Dic mihi, frater, tu qui loqueris, Christianus es, an non? Et ille: Ego quidem Christianus sum, sed a Christo nihil iuvor. Quare? quia Christus, quem sequeris, epulas hic habuit in hoc mundo? Si ille quod non debebat propter te reddidit, et non contentus fuit paupertate in hoc saeculo. Sed vide quis pro te. Deus INTER HOMINES CONVERSATUS EST, ut homo habitares cum deo. Nasci voluit, parentibus subiectus teneri, flagellari, ligari, sputis ignominiari, spinis coronari, crucifigi, lanceari, et mori. Ecce quantum propter te: sed vide, quis, pro quo. Per tam asperam viam tu sequeris Christum, et murmuras contra eum, et ais: Ille quidem deus erat, ideo pertulit haec omnia: nam ego homo sum. Sancte Petre apostole, doce nos quod dixisti. Audiamus, ecce dicit; tu tantum noli obdurare aurem tuam: CHRISTUS PRO NOBIS PASSUS EST, NOBIS RELINQUENS EXEMPLUM, UT SEQUAMUR VESTIGIA EIUS. Audis quod dicit: et tu murmuras contra

Blasphemiae cotidianae ex ore fidelium, quod intrat corpus Christi.

Quis, pro quibus, quanta Christus passus sit.

3 in eis] s *in erasa pergamena post add.* 4 quod deo] *an pro* quo deo? 10 in prumptum *M* ingemescere] *corr. ex* ingemisc. 11 et] *pro* haec? 15 bene vixi] benedixi *1 m.* 19 iubor *M* 20sq. non contentus] *negativa particula recidenda, et locus depravatus videtur* 22 habitares] *suppl. s. l.* 23sq. ignominari, *corr. ex* ignominare *M* 24 lanceari] *quod erat primo scriptum, restitui; mutat. in* lancea percuti *M* 25 pro quem *M* 26 murmoras 27 doce] *videtur in* edoce *mutat.*

2 *meum?*] Ps. 72, 13, ubi *vano* pro *vane* seu *in vano* positum esse suspicor.

6 *scandalis*] Mt. 18, 7.

22 *conversatus est*] Cf. Bar. 3, 38.

23sq. *ignominiari... lanceari*] Rariuscula vocabula, quorum tamen, uti iam dixi, non desunt exempla.

30 *eius*] I Petr. 2, 21.

eum, quia tu uno die panem non invenisti, unde satiares ventrem, et occideres mentem? Vis cum Christo regnare, et non vis Christum imitari? Dicis: Mihi malum expedit, bonum non expedit. O dementia singularis! o vecordia non ferenda! Non tibi expedit habere villam malam, et expedit tibi habere malam animam? Nonne, si haberes villam malam, id est damnosam, fisco eam renuntiares? quaereres ingeniose, quomodo eam casares? Hoc totum, ut damnum et dispendium careres temporale. Animam malam habes, quae te in sempiternum malum deducit: et non times? Si malum aliquid possides, malum est: tu malus es, et nihil mali est! Foris est tibi malum, et cruciaris: intra te es malus, et non peris? Nolite ista dicere, nolite dominum blasphemare. Ferte, tolerate; abundet iniquitas, non refrigescat caritas: NON REPELLET DOMINUS PLEBEM SUAM, ET HEREDITATEM SUAM NON DERELINQUET.

Nihil vis habere malum: tu malus es, et nihil mali est?

6. Quae est hereditas eius? quae est plebs eius? BEATUS HOMO QUEM TU ERUDIERIS, DOMINE, ET DE LEGE TUA DOCUERIS EUM, UT MITIGES EUM A DIEBUS MALIS. Quid est, mitiges eum? Non irascatur deo, non displiceat deo, non obprobria iaculetur in deum, quando videt bonos laborare, et malos florere. Mitiga eum, domine, QUOADUSQUE FODIATUR PECCATORI FOVEA. ⟨Fovea⟩ peccatoris est iniquitas eius, fovea peccatoris est superbia eius, iniquitas felix. Vides male viventem, et quasi in hoc mundo florentem: observa eum, cave illum, quia fovea peccatoris est. Cave, fovea peccatoris est superbia illius. Vides, et indignaris: si imitaris, cadis, et peris. NON ergo REPELLET DOMINUS PLEBEM SUAM. Estote securi, timete dominum, et sperate in eum: fidelis est debitor noster, nec mentitur cum promittit, nec deest illi unde reddat, nec ei succedetur, ut potestatem perdat. Reddet omnino, et malis mala, et bonis bona. O hereditas eius, o plebs eius, DECLINA A MALO, ET FAC BONUM: quia NON REPELLET DOMINUS PLEBEM SUAM, ET HEREDITATEM SUAM NON DERELINQUET. Pretium hereditatis eius adtendite, instrumenta legite: sanguine Christi redempti sumus; non peribimus, sed cum eo vivemus.

Fovea peccatoris, quae sit.

2 seq. imitare 6 fesco 7 temporalem 11 nolite] *1° loco scripsi;* noli *M* 17 o. iaculetur] *scripsi;* obprobiamcoletur *M* 19 fovea] *2° loco supplevi* 23 cades 29 hereditates strumenta 30 vivimus.

7 *eam casares*] i. e. proficue locares: verbum lexicis ignotum, a quo profectum gallice « caser »; cf. Du Cange h. v.

careres temporale] De verbo *carere* cum accusativo constructo cf. Hermann. Rönsch, Ital. u. Vulg. 2ª ed. p. 414.

16 *malis*] Ps. 93, 12. 13; Aug. in h. Ps. legit *malignis*.

19 *fovea*] Ibid. 13. Cf. serm. Morin 12, 1, in fine: « Felicitas perversi hominis, fovea est peccatoris: putat enim, quando mala facit et felix est, quia deus res humanas non curat. Ipsa est fovea peccatoris ».

25 *nec ei succedetur*] Comp. serm. Denis 24, 9: supra p. 150, l. 7.

27 *bonum*] Ps. 36, 27.

IX.

Morin, Serm. 9: « Rev. Bénéd. » XXIX (1912), p. 253-256; cf. IX (1892), p. 173-177: ex codd. Mus. Britann. Addit. 30844, fol. 158^{v}-162^{v} (= *A*), et 30853, fol. 83^{r}-85^{r} (= *B*). Ambo saec. XI scripti sunt in monasterio Silensi: prior continet Missale Wisigothicum, et integrum sermonem exhibet; posterior, excerpta solummodo, quae homiliario pariter Wisigothico inserta sunt. Insuper, ut alibi adnotavi, decem versus priores, usque *caelestia conspicit*, sarcinator sermonis LVII codicis Guelferbytani 4096 in suos usus transtulit (= *G*). Verum enim valde dubito, num hi versus reipsa ad sermonem pertineant: adeo claudicat sententiarum consequentia; verba autem quae sequuntur, *Dominus deus noster et salvator*, etc., quasi alterum exordium constituunt, idque profecto formae dicendi augustinianae, ut ab iis primitus orationem incepisse fere persuasum habeam. Equidem de totius sermonis fide aliquando dubitavi ob miram similitudinem cum sermone ap. Maur. 265; at nullum ibi proprie furtum deprehendi fatebuntur omnes. Ut nunc est, ita ego censeo: multa extare et prope evidentia argumenta, quibus sermo Hipponiensi episcopo vindicetur; nullum prorsus, quo fides ei deroganda monstretur. De « hilari nomine » *itoria*, quod nostro cum Optato et Commodiano commune est, olim iam disseruisse me memini.

DE ASCENSIONE DOMINI.

[Ascensionem domini celebramus, fratres carissimi: celebratio nostra tunc vera est, si ascendamus corde ad illum. Ascendamus ad eum, qui descendit ad nos, non vivere nobiscum, sed mori pro nobis; et ad hoc mori, ne nos in aeternum moreremur. Ascendamus ergo ad eum, qui descendit ad nos: ascensiones nostrae sunt, non gradus quibus innitimur, sed mores quibus proficimus. Unde dicit etiam apostolus Paulus: SI RESURREXISTIS CUM CHRISTO, QUAE SURSUM SUNT QUAERITE, UBI CHRISTUS EST IN DEXTERA DEI SEDENS; QUAE SURSUM SUNT SAPITE, NON QUAE SUPER TERRAM. Homo ille ascendit, qui terram despicit, caelestia conspicit].

2 domini] hodie *add. G* carissimi fratres *G* celebratio] enim *add. G* 4 qui] quia *G* non] *om. G* 6 qui descendit ad nos] *om. G, et habet* interim mente, quia non possumus corpore ascensiones] scalae autem *G* 8 resurrexistis] *BGAug;* consurrexistis *AVulg.* 10sq. terrena tolerat, et caelestia concupiscit *G*

2-11 *Ascensionem domini* usque *conspicit*] Priorem hanc partem expilavit is, qui sermonem LVII collectionis Guelferbytanae consarcinavit.

10 *terram*] Col. 3, 1. 2, ubi Aug. inverso ordine primum legere solet *quae s. s. sapite*, deinde *quae s. s. quaerite:* cf. tamen serm. Guelferb. 20, 1.

Dominus deus noster et salvator Iesus Christus, et quando ad nos venit, a Patre non recessit, et quando hinc ascendit, nos non dimisit: carne quippe suscepta apparuit visibus humanis, itemque carne in caelum levata non recessit a mentibus sanctis. Discipuli cum viderent eum ascendere, oculis deduxerunt: illi quidem et sibi et nobis viderunt.

2. Pertinet ad curam nostram commendare caritati vestrae, quod nobis ipse maxime commendare dignatus est. Et quidem si semper hic corpore esse dignaretur, valde poterat, sed non oportebat: si enim hic esset inter nos corpore, praeponeremus oculos carnis oculis cordis; ipse autem sciens qui sint oculi meliores, subtraxit se oculis carnis, ut aedificaret fidem in oculis cordis. Plus est enim, cum in Christo creditur, quam si semper in corpore videretur. Scriptura dixit: IUSTUS EX FIDE SUA VIVIT. Et quia oportebat istam fidem aedificari in cordibus nostris, subduxit se oculis corporis. Si credimus, adest oculis mentis. Quodam loco in evangelio secundum Iohannem, cum promitteret Spiritum sanctum, ait inter cetera: IPSE ARGUET MUNDUM DE PECCATO, DE IUSTITIA, ET DE IUDICIO. Exponens autem nobis quid sibi velint haec tria, quomodo arguitur mundus de peccato, de iustitia, et de iudicio, secutus adiunxit: DE PECCATO QUIDEM, QUIA NON CREDIDERUNT IN ME. Non erant alia tanta peccata quae possint inputari mundo, nisi quia non credit in Christo. Plane hoc peccatum debuit inputari; quod peccatum si maneat, cetera tenentur: si non maneat, cuncta solvuntur. Quid tibi inputem, infelix munde? quid tibi inputem, munde inmunde? Adulteria, fornicationes, rapinas, homicidia, inpietates, sacrilegia, idolatria: quando finiam inputando? Hoc unum tibi inputo: non credidisti, peristi; credidisti, cuncta solvuntur. Ergo DE PECCATO QUIDEM, inquit, QUIA NON CREDIDERUNT IN ME. DE IUSTITIA, QUIA VADO AD PATREM, ET IAM NON

Subtraxit se Christus oculis carnis, ut aedificaret fidem in oculis cordis.

Hoc unum mundo inputandum, quia non credidit.

6 conmendari *A*

1 *Dominus d. n. e. salvator*] Ab his, ut dixi, initium sumere videtur genuinum sermonis exordium: idcirco decem versus anteriores uncinis inclusi.

2 *nos non dimisit*] Serm. Guelferb. 13, 2 in fine: « Non enim dominus n. I. C. sic descendit a Patre, ut desereret Patrem; quia, et quod ascendit a nobis, non recessit a nobis ».

5 *oculis deduxerunt*] Serm. Guelf. 23, 2: « deduxerunt ascendentem oculis suis ».

13 *vivit*] Hab. 2, 4; Rom. 1, 17; Aug., quantum comperi, non habet *sua*, quod in Vulg. legitur.

15 sq. *cum promitteret S. s.*] Enarr. in Ps. 109, n. 8: « Dominus in evangelio cum promitteret Spiritum sanctum, hoc ait: *Ipse arguet mundum* etc. »

17 *iudicio*] Ioh. 16, 8.

19 *in me*] Ibid. 9.

19 sq. *Non erant alia tanta peccata* etc.] Enarr. in Ps. 109, n. 8: « Quanta alia peccata Iudaeorum! Et tamen quasi hoc unum sit, ita dixit... hoc unum peccatum nominavit, quod si non admitteretur, omnia relaxarentur ».

23 *munde inmunde*] Mihi olim iuniori displicebat huiuscemodi argute dictum, utpote Augustino, ut putabam, indignum; at vero illud ipsum occurrit serm. 105, n. 8: « Quid strepis, o *munde immunde*? » Cf. etiam serm. 116, n. 3; 283, n. 1.

VIDEBITIS ME. Quid hoc est, fratres? quid sibi vult DE IUSTITIA, hoc est, QUIA AD PATREM VADO, ET IAM NON VIDEBITIS ME? Haec quare? nisi quia non videndo credidistis, credendo iusti estis. Si enim videtis, quid creditis? Nonne stultum est modo dicere, Credo istam basilicam, credo istum solem, credo esse hoc caelum? Hoc non credis, sed vides. Vis dico tibi quid credas? Crede in deum, quia non vides eum: et sic crede in deum, quasi visurus sis eum. Crede quod non vides, ut merearis videre quod credis. Hoc nobis praestitit dominus Iesus Christus. Nemo contristetur, quia ascendit in caelum, et quasi dimiserit nos. Nobiscum est, si credamus; melius habitat intus, quam foris si ante oculos tuos esset. Si credis, intus est. Si susciperes Christum in cubiculum tuum, esset tecum: suscipis eum in cor tuum, et non est tecum?

Nemo contristetur, quia Christus ascendit in caelum: si credis, intus est.

3. Quid ergo nobis commendaverit, adtendite. Loquebatur cum discipulis suis ascensurus: videamus qualia illis reliquit, sicut dici solet, itoria. Humanae condicionis est quod dico, ut, quando ab amicis amici deducuntur, quando ille qui deducitur discedere coeperit, quia necesse est ut relinquat in animo diligentium se nonnullam tristitiam, det eis aliquid pecuniae, unde illis eadem dies, sicut dicitur, bene sit, id est, unde convivent simul, laetentur et iucundentur. Et haec quantulacumque pecunia, quae datur, hilari nomine itoria nuncupatur. Quid dimisit dominus Iesus discipulis suis, eia adtendite: quia itoria illa non solum illos inebriavit, sed ad nos usque manebit. Audite quid illi volebant scire, et quid ipse respondit. Iam ergo cum iturus esset, discipuli ad illum dicunt: DOMINE, DIC NOBIS, SI HOC TEMPORE PRAESENTABERIS, QUANDO RESTITUES REGNUM ISRAHEL? Illud est regnum, de quo dicimus: ADVENIAT REGNUM TUUM. Interrogaverunt eum de tempore. Quis autem nolit scire diem iudicii, quando veniet dominus, quando stabunt ad dexteram, quibus dicturus est, VENITE BENEDICTI PATRIS MEI, PERCIPITE REGNUM: sinistris autem, ITE IN IGNEM AETERNUM? Hoc inter se curiosi

Itoria, quid sit.

11 susceperis *A* 15 itoria] *infra, hic vero* storia *A* 18 det] *scripsi;* dat *A* 19 sq. hanc quantulamcumque *A* 21 eiate *A* 22 manebit] *A, fort. pro* manavit?

1 *me*] Ioh. 16, 10.

3 *non videndo credidistis*] Enarr. in Ps. 109, n. 8: « Haec est iustitia, quia ad Patrem vadis, et iam non videbunt te: haec iustitia enim ex fide est... tunc ex fide vivit, si non videat quod credit ».

11 *si credis, intus est*] Serm. Guelferb. 21, 2 in fine: « Crede in illum, et vides eum; non est ante oculos tuos, et possidet cor tuum ».

15. 20. 21 et infra p. 623, l. 2, *itoria*] Infrequens vocabulum, quod apud Optatum, lib. 1 initio, et ap. Commodianum, Apologet. vers. 151 item occurrere vir cl. C. Weyman primus animadvertit.

25 *Israhel*] Act. 1, 6, ubi verba addita *dic nobis* nonnisi ap. Augustinum occurrunt; verbum autem *restitues* hic abundare videtur: cf. infra p. 622, l. 10, et Sabatier ad loc.

26 *tuum*] Mt. 6, 10.

29 *aeternum*] Mt. 25, 34, 41; et haec quidem exempla eodem ordine in serm. 265, n. 3, adducuntur.

homines quam subtilius perscrutantur. Quando veniet? Putas iam natus est antichristus? si non est natus, quando nascetur? aut, dum venerit, quid est facturus? Et discipuli, quomodo nos, de tempore curiosi, de tempore interrogaverunt, videntes ibi dominum. Quem? qui? Discipuli magistrum, et, ut citius dicam, creatura creatorem. Ille interrogatus est, qui sciebat non solum quod interrogabatur, sed etiam quod oportebat ab illo audire, qui interrogabant: non enim omnia prodest audire. Magistrum salubrem si habes, ex ordine te inbuat; ne forte praepropere volendo scire summam, non discas primam. Quid ergo interrogaverunt? SI HOC TEMPORE PRAESENTABERIS, AUT QUANDO REGNUM ISRAHEL? Audiamus magistrum: simus docti, non curiosi. Quid ait, quid respondit? NON EST VESTRUM SCIRE TEMPORA. Quibus dixit, NON EST VESTRUM? Petro et Iohanni, Iacobo et Andreae, et ceteris sanctis discipulis dixit Christus, NON EST VESTRUM; et homines huius temporis dicunt, Nostrum est. Non est vestrum, si illorum non est. Cuius est, si non est vestrum? Non est omnium. NON EST, inquit, VESTRUM SCIRE TEMPORA, QUAE PATER POSUIT IN SUA POTESTATE.

Non omnia prodest audire: simus docti, non curiosi.

4. Quid est ergo vestrum quaerere, o domini? Audite: ET ACCIPIETIS SPIRITUM SANCTUM SUPERVENIENTEM IN VOBIS. Ipse dies celebratur ad decem dies. Et quid? ERITIS MIHI TESTES. Ubi erit ille Spiritus, caritas erit: ubi caritas erit, timor non erit. ERITIS MIHI TESTES: non qualis fuit Petrus, qui ad interrogationem ancillae ter negavit, et mortem suam pro domino temeraria praesumptione praedixit. Fallebat se aegrotus, sed noverat inspicere medicus. Non ergo, sicut timebatis, ut negetis, eritis mihi testes. Accepto Spiritu sancto perit diffidentia, aderit fiducia: moritur cupiditas, pullulat caritas: non amabitur mundus, quia creditur in eum per quem factus est mundus. ERITIS MIHI TESTES. Ubi tempora dicere noluit, loca tacere noluit. ERITIS MIHI TESTES IN IERUSALEM. Primo ibi, ubi sum occisus, ibi ero gloriosus. IN IERUSALEM, ET IN TOTAM

4 nos tempore interrogaverunt. videte sibi dominum *A: locum depravatum emendavi ut potui* 8 salubre *A* 8sq. praepropere] *conieci;* praeponere *A* 13 andre *A* 18 o domini] *A; aliquando conieci* a domino 22 fuit] *A; om. B* 24 inspicere] *B;* sperare *A* 25 perit] *AB; corr.* periit *B, fort. pro* periet? 27 in eum] *B;* in eo *A*

13 *Andreae, et ceteris*] Serm. 265, n. 4: « Audiamus quid dixit ipse dominus. Quibus? Petro, Iohanni, Andreae, Iacobo, ceteris tantis et talibus. Dicitur Petro, Non est vestrum; et dicis tu, Meum est ».

17 *potestate*] Act. 1, 7.

18 *o domini*] « Non inusitata s. Doctori compellatio », ut notat M. Denis ad sermonem ex cod. Neapolit. 20, 12.

19 *in vobis*] Mendum, ut puto, pro *in vos:* Act. 1, 8.

20 *decem dies*] Serm. 265, n. 8: « Posteaquam ascendit, decem diebus ibi factis misit Spiritum sanctum: ipse est sollemnis futurus Pentecostes ».

29 *occisus*] Ibid. n. 6: « Eritis mihi testes. Ubi? In Ierusalem, ubi occisus sum ».

IUDAEAM ET SAMARIAM. Et adhuc parum est: ET USQUE IN TOTAM TERRAM. O itoria! bibite, ructate. Ecce in Ierusalem, ibi plantata est ecclesia. Inde se extendit, et inplevit Iudaeam. Crevit amplius, et implevit Samariam. Distendit palmites, et inplevit universam terram. Crescendo inde venit, non migrando.

Crescendo se extendit ecclesia, non migrando.

5. Haec sunt verba novissima domini nostri Iesu Christi in terra: post ista verba, ore suae carnis nihil dixit in terra. Quomodo ea nobis commendavit, quae novissima esse voluit! Sicut pater tuus cum moreretur, aliqua tibi commendaret, maxime retineres corde, quae ab eius ore ultima audires, et diceres: Haec mihi commendavit pater meus, ista verba mihi novissima dixit; post istam vocem nihil ex ore eius audivi, cum his syllabis animam amisit: faciam quod iussit, quia iusta mihi novissima praemandavit. Et modo, fratres mei, novissima verba domini nostri Iesu Christi audivimus, ecclesiam catholicam commendantis: ERITIS MIHI TESTES IN IERUSALEM, ET IN TOTAM IUDAEAM ET SAMARIAM. Sileant fluctus haereticorum: non sibi faciant per angulos partes. Totum ecce nobis dimisit, qui totum suo sanguine conparavit: magna est possessio, quia tantum est et pretium. Cuius possessionis pretium non video aurum, non argentum, non pecuniam, non praedam, non quicquid dividi potest. Sanguis Christi est pretium possessionis huius: possessio Christi, ecclesia est; possessio ecclesiae, pax. Si dimitteret nobis argentum et aurum, divideremus inter fratres, et forte non litigaremus. Si dimitteret nobis fundos agri, mensores quaereremus, limites figeremus, lites finiremus. Quid facis modo? Pacem dimisit: pax est pretium nostrum, pax est hereditas nostra, non habet lites. Inserite ergo domini nostri Iesu Christi verba in cordibus vestris, fratres mei, et in his laetemur, gaudeamus, iucundemur. Gratias illi agamus, quia in illa ecclesia nos videmus, quam cum verbis commendasset, ascendit in caelum. Si inriserunt Iudaei in ligno pendentem, non contemnant Christiani in caelo regnantem.

Novissima verba domini ecclesiam catholicam commendantis.

Possessio ecclesiae, pax: pax est hereditas nostra.

1 et usque] *B;* et *om. A* 14 ecclesiam catholicam] *B recte, cf. l. 28;* ecclesiae catholicae *A* 17 conparavit] *B;* reparavit *A* 18 et] *A; om. B* 22 inter fratres] *B;* inter nos fratres *A* forte] *B; om. A* 23 mensores] *scripsi;* messores *AB* 25 inserte *A* 27 et in his] *A; om. B* 28 videmus] *quidam nuper in* vivimus *mutandum esse affirmavit (Journal of Theolog. Studies, oct. 1917, vol. XIX, p. 78); cui assentire omnino non possum* 30 regnantem] *doxologiam aliam add. A, aliam B, quarum neutram ab auctore profectam esse perspicuum est*

1 sq. *terram*] Act. 1, 8.

13 *novissima verba*] Itidem serm. 265, n. 7: « Fratres, pro magno audiri solent verba novissima parentis ituri in sepulchrum; et contemnuntur domini verba novissima ascendentis in caelum? »

16 sq. *totum e. nobis dimisit*] Ibid. n. 6: « His enim verbis ecclesia commendatur... Sileant partes, totum audiamus ».

30 *in caelo regnantem*] Tract. 13 in Ioh. n. 11: « Si contempserunt eum Iudaei in ligno pendentem, tu contemnis in caelo sedentem? »

X.

Morin, Serm. 10: « Rev. Bénéd. » XXIX (1912), p. 466-467; ex cod. Bruxell. 14920-22, fol. 114v-115v, saec. X-XI (= *B*). Legitur etiam in cod. Mus. Britann. Addit. 10942, ex Cisterciensi monasterio S. Mariae de Caritate, saec. XII, qui vero mihi iam non praesto est. Brevior quidem contio est, utpote quae die dominica habita sit: libentius enim sabbato vel profestis diebus praedicationis officio fungebatur Augustinus, quibus « hi assolent convenire, qui esuriunt verbum Dei » (serm. 128, n. 6; cf. serm. Mai 126, 1). De qua postquam diu dubitavi, nunc demum nihil in ea deprehendi fatendum est, quod a s. Doctoris ingenio ac dicendi genere abhorreat, immo multa quae conveniant: cf. de eodem argumento sermones 128. 151. 163, nec non Morin 4 supra; Enarrationem quoque in Ps. 143, n. 5 sq. ac librum De continentia, n. 18 sq.

SERMO HABITUS DIE DOMINICA DE APOSTOLO: SPIRITU AMBULATE ET CONCUPISCENTIAS CARNIS NE PERFECERITIS.

Ut audeamus loqui vobis, fides facit, qua credimus ut oretis pro nobis. Scio enim quod in cordibus vestris sumus ad commoriendum et ad convivendum: ad hanc nos spem nutrit vestrae caritatis affectus. Itaque, quod dominus donaverit, obsecro ut libenter audire dignemini.

2. Audivimus apostolum Paulum, cum eius epistola legeretur, apostolica auctoritate ammonentem atque dicentem: SPIRITU, inquit, AMBULATE, ET CONCUPISCENTIAS CARNIS NE PERFECERITIS: CARO ENIM CONCUPISCIT ADVERSUS SPIRITUM, SPIRITUS AUTEM CONCUPISCIT ADVERSUS CARNEM: HAEC ENIM INVICEM ADVERSANTUR, UT NON EA QUAE VULTIS FACIATIS. Proposuit ante oculos nostros quoddam bellum, in quo caro et spiritus ita confligunt, ut non quae volumus faciamus; et quoniam imperio dei subicienda est carnis concupiscentia, contionatus est in certamine constitutos, et ait: SPIRITU AMBULATE, ET CONCUPISCENTIAS CARNIS NE PERFECERITIS. Pugnate, inquit, fortiter, et vincite, non rebellantem contra vos extrariam naturam, sed concupiscentiam quae regnat in membris vestris. VIDEO, inquit apostolus, ALIAM LEGEM IN MEMBRIS MEIS. Oppu-

Bellum carnis et spiritus ab apostolo propositum.

1-2 *inscriptionem ipse composui;* de die dominica *B;* item de eodem *cod. Mus. Brit. addit. 10942* 5 convivendum] *scripsi;* vivendum *B* 17 membris] *conieci;* mentibus *B*

5 *convivendum*] Cf. II Cor. 7, 3.

11 *faciatis*] Gal. 5, 16. 17, uti solito legit Aug.

12 *quoddam bellum*] Enarr. in Ps. 143, n. 6: « Ecce ipse apostolus difficillimum praelium proponit »; serm. 128, n. 6: « Ipsam nobis luctam proposuit »; ibid. n. 8: « Videte quale bellum proposuit »; serm. 151, n. 6: « Constituit tibi ante oculos tuos pugnam suam » etc.

18 *meis*] Rom. 7, 23.

18 sq. *Oppugnat, expugna* etc.] Serm. 151, n. 3: « Rebellant, rebella; pugnant, pugna; expugnant, expugna »; ibid. n. 4: « pugnat, repugna ».

gnat, expugna: rebellat, refrena; noli concedere membra tua, et non occidit animam tuam. NON REGNET, inquit, PECCATUM IN VESTRO MORTALI CORPORE, NEQUE EXHIBEATIS MEMBRA VESTRA ARMA INIQUITATIS PECCATO. Nega concupiscentiae arma sua, et praevalet victoria tua. Pugna, labora: nemo athleta sine sudore coronatur. In stadio et in agone, in certamine constitutus es: contra spiritum tuum carnis concupiscentia dimicat. CARO CONCUPISCIT ADVERSUS SPIRITUM, ET SPIRITUS CONCUPISCIT ADVERSUS CARNEM. Caro suggerit libidinem, spiritus imperet castitatem: caro incendit ad iracundiam, spiritus imperet misericordiam. In isto certamine constitutus, cum rebellanti concupiscentiae non dederis membra, quae fuerunt arma iniquitatis peccato, fiunt arma iustitiae deo.

Nemo athleta sine sudore coronatur.

3. Ergo, carissimi, SPIRITU AMBULATE, ET CONCUPISCENTIAS CARNIS NE PERFECERITIS. In hac pugna constitutus, noli praesumere de liberi arbitrii tui viribus: nam vincit te adversarius. Implora adiutorium gratiae dei, et tunc vincis rebellantem contra te concupiscentiam carnis. Sed forte iam victus es, et inquies forte: Iam victus sum, iam contra me tenet arma concupiscentia, iam regnat peccatum in meo mortali corpore ad oboediendum desideriis eius. Exclama, et dic cum Paulo: MISER EGO HOMO, QUIS ME LIBERABIT DE CORPORE MORTIS HUIUS? CONDELECTOR LEGI DEI SECUNDUM INTERIOREM HOMINEM: VIDEO AUTEM ALIAM LEGEM IN MEMBRIS MEIS, REPUGNANTEM LEGI MENTIS MEAE, ET CAPTIVUM ME DUCENTEM IN LEGE PECCATI, QUAE EST IN MEMBRIS MEIS. Tantus campi doctor captivus ducitur: quid facio ego captivus et infirmus? Implora ergo adiutorium gratiae; respondebitur tibi, et dicetur: GRATIA DEI PER IESUM CHRISTUM DOMINUM NOSTRUM. QUIS ME, inquit, LIBERABIT DE CORPORE MORTIS HUIUS? O manichaee, DE CORPORE MORTIS HUIUS dixit, non de captivitate gentis illius. GRATIA, inquit, DEI PER IESUM CHRISTUM DOMINUM NOSTRUM. O pelagiane, PER IESUM CHRISTUM, inquit, DOMINUM NOSTRUM, non per liberum arbitrium nostrum.

Contra Pelagianos et Manichaeos.

Paulus, campi doctor.

8·9 imperet] *pro* imperat? *nihil tamen immutare satius duxi*

1 *membra tua*] Serm. 128, n. 12: « Tu tene membra, noli exhibere membra tua arma iniquitatis ».

3 *peccato*] Rom. 6, 12. 13.

11 *deo*] Ibid. 13.

13 *noli praesumere*] Serm. 163, n. 11: « quaererent adiutorem, quaererent gratiam, quaererent deum; non de sua virtute praesumerent ». Ex his verbis et eis quae sequuntur apparet, post exortum pelagianismum esse habitam contionem.

18 *exclama, et dic cum Paulo*] Ibid. n. 12: « Tu tantum clama, tu tantum invoca... *Miser ego homo*... Exclama in angustiis, *Quis me liberabit...?* » etc.

19 *huius?*] Rom. 7, 24.

22 *meis*] Ibid. 22. 23.

25 *nostrum*] Ibid. 25.

27 *gentis illius*] Aug. De continentia, n. 22: « Quo igitur non dico errore, sed prorsus furore Manichaei carnem nostram nescio cui fabulosae genti tribuunt tenebrarum?... Quid ad haec dicitis, Manichaei? »

4. Itaque, carissimi, SI SPIRITU VIVIMUS, SPIRITU ET SECTEMUR. NON EFFICIAMUR INANIS GLORIAE CUPIDI. Audistis apostolicam lectionem: SPIRITU AMBULATE, ET CONCUPISCENTIAS CARNIS NE PERFECERITIS: CARO ENIM CONCUPISCIT ADVERSUS SPIRITUM, SPIRITUS AUTEM ADVERSUS CARNEM: HAEC AUTEM INVICEM ADVERSANTUR, UT NON EA QUAE VULTIS FACIATIS. ITAQUE, SI SPIRITU DUCIMINI, NON ADHUC ESTIS SUB LEGE. MANIFESTA, inquit, SUNT OPERA CARNIS, QUAE SUNT FORNICATIONES, INMUNDITIA, LUXURIA, IDOLORUM SERVITUS, VENEFICIA, INIMICITIAE, CONTENTIONES, AEMULATIONES, ANIMOSITATES, DISSENSIONES, HAERESES, INVIDIAE, EBRIETATES, COMESATIONES, ET HIS inquit, SIMILIA; QUAE PRAEDICO VOBIS, SICUT PRAEDIXI, QUONIAM, QUI TALIA AGUNT, REGNUM DEI NON POSSIDEBUNT. Occidite in vobis carnis concupiscentiam adiuvante dei gratia: contemnite carnis opera, amate fructum spiritus. FRUCTUS ENIM SPIRITUS GAUDIUM EST, PAX, LONGANIMITAS, BENIGNITAS, BONITAS, FIDES, MANSUETUDO, CONTINENTIA. HAEC FACITE, et in his estote, ET DEUS PACIS ERIT VOBISCUM. EXPLICIT.

Opera carnis et fructus spiritus.

XI.

Morin, Serm. 11: « Rev. Bénéd. » XXXIV (1922), p. 6-13; ex cod. Bibliothecae Nation. Vindobon. 2124, fol. 76v-80 (= *V*), homiliario saec. XIII in regione Italiae septentrionali contigua, ut videtur, descripto. De auctoritate dubitari non posse pronuntiavit talium rerum aequus aestimator et iudex, D. Bernardus Capelle, Lovaniensis monasterii abbas nuper renuntiatus (« Rev. Bénéd. » ibid. p. [36], n. 24); simul tamen animadvertit, locos aliquot, eos maxime qui de Scriptura sacra sumpti sunt, a librario depravatos esse, ut fieri solet in huiusmodi sequioris aevi libris liturgicis. Similem sententiam protulit de litteris latinis aevi christiani vir meritissimus Alexander Souter, in Universitate Aberdonensi professor regius, cui etiam nonnullas emendationes acceptas refero. Et forsitan iste sit sermo, qui in Possidii Indiculo c. 8 inscriptus est *De octo sententiis beatitudinum ex evangelio:* is enim, qui apud Maurinos ordine LIIIus est, priorum sex tantummodo beatitudinum continet expositionem, ut ipsi editores adnotarunt, noster vero omnium: « OMNES beatitudines Christi, ait in fine contionator, quantum potui, exposui caritati vestrae ». Quonam vero tempore vel loco novus hic sermo habitus sit, nullum praesto est indicium.

[1] *et sectemur*] Gal. 5, 25; porro nemo ap. Sabatier reperitur, qui hac translatione usus sit, praeter Augustinum.

[2] *cupidi*] Gal. 5, 26.

[6-11] *Itaque... possidebunt*] Gal. 5, 18-21, iuxta versionem quae in multis discrepat a Vulgata, Augustinum autem propius accedit.

[15] *continentia*] Ibid. 22. 23.

in his estote] Cf. I Tim. 4, 15.

[16] *vobiscum*] Phil. 4, 9.

DE OCTO SENTENTIIS BEATITUDINUM EX EVANGELIO.

Sanctum evangelium audivit nobiscum caritas vestra: de ipso capitulo quod recitatum est loquentes nos ad vos adiuvet dominus, ut ea quae dicimus apta sint vobis, et fructificent in moribus vestris. Omnis enim auditor verbi dei cogitare debet, secundum hoc quod audit debere evenire; nec quaerat verbum dei laudare lingua, et vita contemnere. Si enim quae dicuntur suavia sunt cum audiuntur, quanto suaviora debent esse cum fiunt? Similes enim nos sumus seminantibus, vos autem agri dei estis: non pereant semina, fructificet messis. Dominum Christum audistis nobiscum, cum accessissent ad eum discipuli eius, APERIENS OS SUUM DOCEBAT EOS DICENS: BEATI PAUPERES SPIRITU, QUONIAM IPSORUM EST REGNUM CAELORUM, et reliqua. Accedentes ergo ad se discipulos suos magister unus et verus docebat ista dicens quae commemoravimus breviter. Et vos accessistis ad nos, ut ipso adiuvante loquamur vobis, et doceamus vos. Quid melius facimus, quam cum ea docemus, quae tantus magister exponens dixit?

Verbum dei non oportet lingua laudari, vita contemni.

2. Estote ergo pauperes spiritu, ut vestrum sit regnum caelorum. Quid timetis esse pauperes? Cogitate divitias regni caelorum. Timetur paupertas: timeatur, sed iniquitas. Nam post paupertatem iustorum veniet magna felicitas, quia plena securitas; hic autem quanto magis augentur divitiae quae vocantur et non sunt, et timor augetur, et cupiditas non finitur. Potes mihi dare divites multos: unum mihi securum dare potes? Ardescit, ut adquirat: tremit, ne perdat. Quando liber est talis servus? Servus est, qui servit qualicumque dominae: et liber est qui servit avaritiae? BEATI ergo PAUPERES SPIRITU. Quid est, pauperes spiritu? Pauperes voluntatibus, non facultatibus. Ille enim qui spiritu pauper est, humilis est: et audit deus gemitus humilium, et non contemnit preces eorum. Inde coepit dominus commendare sermonem suum, ab humilitate, id est a paupertate. Invenis hominem religiosum, abundantem his rebus terrenis, nec tamen inflatum superbia. Invenis hominem egentem, nihil habentem, et in rebus nullis sedentem. Non magis iste spem habet, quam ille: ille est enim pauper spiritu, quia

Sunt divites multi: securus dives nullus est.

1 *inscriptionem, quae deerat in homiliario V, coniectura sumpsi ex Possidii Indic. c. 8* 23 dare] *conieci;* da *V* 24 qui servit] *bis continuo in V legitur* 32 iste] *scripsi;* ille *utroq. loco V*

12 *caelorum*] Mt. 5, 2. 3.

et reliqua] Mihi videtur, totam seriem beatitudinum ab Augustino « breviter commemoratam » esse, pro quibus compositor homiliarii verba *et reliqua* substituerit: cf. l. 13 sq.

humilis est; iste autem pauper est, et non spiritu. Ideo dominus Christus cum dixisset BEATI PAUPERES, addidit SPIRITU. Quicumque ergo nos audistis et pauperes estis, nolite quaerere divites esse.

3. Audite apostolum, non me, videte quid dixerit: EST AUTEM, inquit, QUAESTUS MAGNUS PIETAS CUM SUFFICIENTIA. NIHIL ENIM INTULIMUS IN HUNC MUNDUM, SED NEC AUFERRE ALIQUID POSSUMUS. VICTUM ET TEGUMENTUM HABENTES, HIS CONTENTI SIMUS. NAM QUI VOLUNT DIVITES FIERI — non dixit, qui sunt, sed, qui volunt fieri — QUI ergo VOLUNT DIVITES FIERI, INCIDUNT IN TEMPTATIONEM, inquit, ET IN LAQUEUM, ET DESIDERIA MULTA STULTA ET NOXIA, QUAE MERGUNT HOMINES IN INTERITUM ET IN PERDITIONEM. RADIX EST ENIM OMNIUM MALORUM AVARITIA, QUAM QUIDAM APPETENTES A FIDE ERRAVERUNT, ET INSERUERUNT SE DOLORIBUS MULTIS. Quasi dulce nomen est, quando audiuntur divitiae. INCIDUNT IN TEMPTATIONEM, nunquid dulce nomen est? DESIDERIA MULTA STULTA ET NOXIA, nunquid dulce nomen est? Interitus et perditio, nunquid dulce nomen est? Inseri doloribus multis, nunquid dulce nomen est? Non te seducat unum falsum bonum, ut haereas tot veris malis. Quia vero his verbis beatus apostolus non est alloquutus eos qui divites sunt, sed eos qui non sunt, ne velint esse quod non sunt, videamus etiam quibus conveniat eos quos iam divites invenit. Diximus vobis quae dicenda fuerant, vos qui pauperes estis audistis; si qui autem hic divites estis, eundem ipsum beatum apostolum audite.

Quibus verbis conveniat apostolus eos, qui divites non sunt.

4. Scribens ad Timotheum discipulum suum, inter cetera quae illum monuit, etiam hoc dixit: PRAECIPE DIVITIBUS HUIUS MUNDI. Iam verbum dei divites eos invenit: nam si pauperes eos invenisset, illa dixisset quae iam commemoravi. PRAECIPE ergo DIVITIBUS HUIUS MUNDI NON SUPERBE SAPERE, NEQUE SPERARE IN INCERTO DIVITIARUM, SED IN DEO VIVO, QUI PRAESTAT NOBIS OMNIA ABUNDANTER AD FRUENDUM. DIVITES SINT IN OPERIBUS BONIS, FACILE TRIBUANT, COMMUNICENT, THESAURIZENT SIBI FUNDAMENTUM BONUM IN FUTURUM, UT APPREHENDANT VITAM VERAM. Consideremus paululum pauca verba ista. Ante omnia, inquit, PRAECIPE DIVITIBUS NON SUPERBE SAPERE. Nihil enim sic generat superbiam quomodo divitiae. Dives si non fuerit superbus, calcavit divitias,

Quibus eos, quos divites invenit.

[20] quibus conveniat] *coniectura item emendavi ex* cum quibus inveniat [24] mundi] *scripsi, uti legebat Aug, uti etiam habetur infra, l. 26;* saeculi *heic V, ex Vulg* [30sq.] vitam veram] *melius paullo infra p. 630, l. 1* veram vitam [32sq.] superbiam q. divitiae] *corr. ex* divitias q. divitias

[13] *multis*] I Tim. 6, 6-10.
[30sq.] *vitam veram*] I Tim. 6, 17-19.
[33] *quomodo divitiae*] Sententia Augustino familiaris; cf. serm. 61, n. 10: « Nihil enim est quod generent divitiae, quomodo superbiam » item serm. 36, n. 2; 39, n. 4; 85, n. 3.

suspendit se ad deum; dives superbus non possidet, sed possidetur. Dives superbus similis est diabolo. Dives superbus quid habet, quando deum non habet? Adiecit etiam: NEQUE SPERARE IN INCERTO DIVITIARUM. Sic debet habere divitias, ut sciat posse perire quod habet. Habeat ergo quod perdere non potest. Cum ergo dixisset, NEQUE SPERARE IN INCERTO DIVITIARUM, adiecit, SED IN DEO VIVO. Divitiae quippe possunt perire: et utinam sic pereant, ut non te perdant. Alloquitur et irridet psalmus divitem sperantem in divitiis: QUAMQUAM IN IMAGINEM DEI AMBULET HOMO. Factus est enim utique homo ad imaginem dei; sed agnoscat se quod factus est, perdat quod ipse fecit, et maneat quod eum deus fecit. QUAMQUAM ergo IN IMAGINEM DEI AMBULET HOMO, TAMEN VANE CONTURBABITUR. Quid est, vane conturbabitur? THESAURIZAT, ET NESCIT CUI CONGREGAVIT EA. Viventes attendunt ista de mortuis: vident multorum mortuorum bona non possideri a filiis eorum, sed aut luxuriando perdere quod eis dimissum est, aut per calumnias amittere; et, quod est gravius, dum quaeritur quod habet, perit et qui habet. Multi occiduntur propter divitias suas. Ecce quod habebant hic dimiserunt: quando quod iussit inde non fecerunt, qua fronte ad eum exierunt? Sint ergo tibi divitiae verae: ipse deus, qui praestat nobis omnia abundanter ad fruendum.

Dives superbus non possidet, sed possidetur.

5. DIVITES SINT, inquit, IN OPERIBUS BONIS. Ibi appareant divitiae, ibi seminent. De talibus enim operibus loquebatur idem apostolus, ubi ait: BONUM AUTEM FACIENTES NON DEFICIAMUS: TEMPORE ENIM METEMUS. Seminent: nondum videt quod adquisiturus est: credat et spargat. Nunquid enim agricola seminator iam videt segetem collectam? Tanto labore frumentum et tanta cura reconditum eicit et proicit. Ille credit semina sua terrae: tu opera tua non credis ei qui fecit caelum et terram? Ergo DIVITES SINT, sed IN OPERIBUS BONIS. FACILE TRIBUANT, COMMUNICENT. Quid est, COMMUNICENT? Non soli habeant. Dixisti, o apostole, et docuisti facere sementem: ostende et messem. Ostendit. Audi et messem. O avare, noli piger esse seminare: audi, inquam, et messem. Adiungit enim, cum dixisset, DIVITES SINT IN OPERIBUS BONIS, FACILE TRIBUANT, COMMUNICENT; quia hoc solum dixit, ut spargant, debet dicere quid colligant. THESAURIZENT, inquit, SIBI FUNDAMENTUM BONUM

Exemplum agricolae semina terrae credentis.

16 quaeritur] *scripsi;* querimur *V*

3 *deum non habet?*] Idem supra legitur, p. 373, l. 15: « quid habet dives, si deum non habet? ».

12 *conturbabitur*] Ps. 38, 7; locum vero ad Romanum Psalterium deformatum esse existimat Bernardus Capelle, vir in re huiuscemodi apprime versatus: cf. tamen serm. 60, n. 2.

13 *ea*] Ibid.

23 sq. *metemus*] Gal. 6, 9.

IN FUTURUM, UT APPREHENDANT VERAM VITAM. Transitura est falsa vita, ubi delectant divitiae. Ergo post istam vitam veniendum est ad veram vitam. Amas quod habes: hoc tutiore loco pone, ne perdas. Certe tota sollicitudo tua non est, quisquis amas divitias, nisi ne perdas quod habes. Consilium audi domini tui. Non est tutus locus in terra: migra in caelum. Volebas quod congregasti commendare fidelissimo servo tuo: commenda fideli domino tuo. Servus tuus, quamvis tibi sit fidelis, potest perdere vel invitus; nihil potest perdere deus tuus: quicquid ei commendaveris, apud ipsum habebis, quando et ipsum habebis.

Divitiae tutiore loco ponendae.

6. Quia dixi, migra et in caelo pone, non tibi cogitatio carnalis subrepat, et dicat tibi: Et quando eruo de terra, vel tollo de terra quod habeo, et in caelo pono? quomodo ascendo? Quibus illuc quod habeo machinis levo? Attende esurientes, attende nudos, attende inopes, attende peregrinos, attende captivos: laturarii tui erunt migrantis ad caelum. Forte hic cogitas, et dicis tibi: Quomodo erunt isti laturarii? Sicut ego cogitabam quomodo in caelum levare possem quod habebam, et non inveniebam, sic cogito quomodo in caelum levent quibus do, et similiter non invenio. Audi ergo quid tibi dicit Christus: Traiecticium fac; illic mihi da, et ego hic tibi reddo. Christus dicit: Illic in terra ubi habes da mihi, ego autem hic reddo tibi. Etiam hic dicturus es: Quomodo Christo dabo? Christus in caelo est, sedet ad dexteram Patris: quando hic erat in carne, dignatus est propter nos esurire, sitire, hospitio indigere: exhibita sunt ei ista omnia a religiosis, qui digni fuerunt recipere in domum suam dominum suum; modo Christus nullius indiget, incorruptibilem carnem ad Patris dexteram collocavit. Quomodo ei hic do non egenti? Excidit quod ait: QUOD UNI EX MINIMIS MEIS FECISTIS, MIHI FECISTIS. Caput in caelo est, sed membra habet in terra: det membrum Christi membro Christi, det qui habet egenti. Membrum Christi es, et habes quod des; membrum Christi est, et eget ut des. Ambo unam viam ambulatis, ambo comites estis: pauper levis est humeris, tu dives gravatus es sarcinis: da ex eo quo premeris, ex eo quod te onerat da indigenti;

Pauperes, laturarii migrantis in caelum.

Qui dat indigenti, et se relevat, et comitem sublevat.

[1] veram vitam] *1 m. corr. ex* vitam veram [3] loco] *coniect. supplevi: cf. l. 5;* tutius repone *sugger. v. cl. Alex. Souter Aberdonensis* [12] quomodo] quo *V* [14] erunt] *ex versu seq. supplevi; om. V* [28] es] *scripsi;* est *V* [31] quo] *emendavi ex* quod *suadente Alex. Souter* onerat] *ex* honerat *corr. V*

[7] *fideli domino tuo*] Ita quoque saepius Aug., ut puta serm. 18, n. 3; 39, n. 6; 60, n. 8; Frangip. 3, in hac nostra editione n. 3 et al.

[14. 15] *laturarii*] Vox apud Aug. haud infrequens: vide sis serm. 18, n. 4; 38, n. 9; 60, n. 8; serm. Frangip. 9, 4 (p. 235, l. 3. 4); Morin 12, 4 (p. 640, l. 7).

[18 sq.] *traiecticium fac*] Idem dicendi modus occurrit serm. 38, n. 9; 42, n. 2; 86, n. 11; Frangip. 3, 3 et 9, 4 (supra p. 204, l. 27; p. 235, l. 4).

[27] *fecistis*] Mt. 25, 40.

et te relevas, et comitem sublevas. Scriptura sancta dicit: PAUPER ET DIVES OCCURRERUNT SIBI: FECIT AUTEM AMBOS DOMINUS. Suavissima sententia, PAUPER ET DIVES OCCURRERUNT SIBI. Ubi sibi occurrerunt, nisi in ista vita? Ille est bene vestitus, iste pannosus, sed quando sibi occurrerunt. Ambo sunt nudi nati, et dives enim pauper natus: non attendat quod ille invenit, sed respiciat quod attulit. Quid attulit miser, quando natus est, nisi nuditatem et lacrimas? Ideo ait apostolus: NIHIL INTULIMUS IN HUNC MUNDUM, SED NEC AUFERRE HINC ALIQUID POSSUMUS. Praemittat ergo a se quod inveniat cum exierit. Est ergo pauper, est et dives, et occurrerunt sibi; ambos autem fecit dominus: divitem, unde huic subveniret; pauperem, unde illum probaret. BEATI ergo PAUPERES SPIRITU, QUONIAM IPSORUM EST REGNUM CAELORUM. Habeant divitias, non habeant divitias: pauperes sint, et ipsorum est regnum caelorum.

Divitem et pauperem ad quid fecit dominus.

7. BEATI MITES, QUONIAM IPSI HAEREDITATE POSSIDEBUNT TERRAM. Mites. Non resistentes voluntati dei, ipsi sunt mites. Qui sunt mites? Quibus, quando bene est, laudant deum, et quando male est, non blasphemant deum; in bonis operibus suis deum glorificant, in peccatis suis seipsos accusant. IPSI HAEREDITATE POSSIDEBUNT TERRAM. Quam terram, nisi de qua dicit psalmus: SPES MEA ES TU, PORTIO MEA IN TERRA VIVENTIUM?

Mites, qui sint.

8. BEATI LUGENTES, QUONIAM IPSI CONSOLABUNTUR. Fratres mei, luctus luctuosa res est, quando est gemitus paenitentis. Omnis enim peccator lugere debet. Quis lugetur, nisi mortuus? et quid tam mortuum, quam iniquus? Magna res: lugeat se, et reviviscit: lugeat in paenitentia, et consolabitur indulgentia.

Lugendo se reviviscit peccator.

9. BEATI QUI ESURIUNT ET SITIUNT IUSTITIAM, QUONIAM IPSI SATURABUNTUR. Hoc est in hac terra nostra, esurire iustitiam. Saturitas iustitiae in alio loco erit, ubi nemo peccabit, qualis est iustitiae saturitas in angelis sanctis. Sed nos, qui esurimus et sitimus iustitiam, dicamus deo: FIAT VOLUNTAS TUA SICUT IN CAELO ET IN TERRA.

In terra iustitiae esuries, in caelo saturitas.

1 scribtura *V* 6 respiciat] *1 m. ex* attendat *corr. V*

2 *dominus*] Prov. 22, 2: cf. serm. 39, n. 6, ubi de eodem argumento hic locus similiter usurpatur, inverso pariter ordine verborum *pauper et dives* pro *dives et pauper*.

4 *in ista vita?*] Aug. ibid.: « Ubi sibi occurrerunt? in hac vita » etc.

8 *possumus*] I Tim. 6, 7 addita, uti solet Aug., vocula *hinc*, quae excidit supra p. 628, l. 6.

14 *terram*] Mt. 5, 4.

15 *ipsi sunt mites*] Simili modo serm. 53, n. 2: « Hoc enim est esse mitem, non resistere deo tuo: ut in eo quod bene facis, ipse tibi placeat, non tu tibi; in eo quod mala iuste pateris, ipse tibi non displiceat, sed tu tibi ».

19 sq. *viventium*] Ps. 141, 6.

21 *consolabuntur*] Mt. 5, 5.

26 sq. *saturabuntur*] Ibid. 6.

30 *in terra*] Mt. 6, 10.

10. BEATI MISERICORDES, QUONIAM IPSI MISERICORDIAM CONSEQUENTUR. Optimo ordine, cum dixisset, BEATI QUI ESURIUNT ET SITIUNT IUSTITIAM, QUONIAM IPSI SATURABUNTUR, adiunxit, BEATI MISERICORDES, QUONIAM IPSIS MISEREBITUR DEUS. Esuris enim et sitis iustitiam. Si esuris et sitis, mendicus es dei. Stas ergo mendicus ante ianuam dei; stat et alter mendicus ante ianuam tuam: quod feceris cum mendico tuo, hoc facit deus cum suo.

Pauper mendicus tuus, tu mendicus dei.

11. BEATI MUNDO CORDE, QUONIAM IPSI DEUM VIDEBUNT. Omnia illa quae supra dicta sunt agat, et cor eius mundatur. Mundum habet cor, quia non fingit amicitias, et tenet in corde inimicitias. Ubi enim deus videt, ibi coronat. Quicquid est quod illic te delectat in corde tuo, non approbetur, non laudetur: et si titillat mala concupiscentia, non ei consentiatur: et si multum ardescit, deus contra illam rogetur, ut intus aliquid agatur, et cor mundetur, ubi ipse deus rogatur. Certe enim quando in cubiculum tuum rogare vis deum, munda cubiculum tuum, ut exaudiat deus, cubiculum interius munda. Aliquando silet lingua, et gemit anima, utique intus in cubiculo cordis rogatur deus: non ibi sit quod offendat oculos dei, non ibi sit quod displiceat deo. Sed forte labores in mundando corde tuo: ipsum invoca, qui non dedignabitur sibi locum mundare, et apud te dignabitur habitare. An times ne suscipias tam magnum potentem, et conturbet te; quomodo solent timere homines mediocres et angusti, ne maiores aliquos transeuntes in domum suam cogantur suscipere? Nihil certe maius est deo: noli timere angustias, suscipe illum, et dilatat te. Non habes, quod illi apponas? Suscipe illum, et pascit te; et, quod suavius audias, pascit te de se. Ipse erit cibus tuus, quia ipse dixit: EGO SUM PANIS VIVUS, QUI DE CAELO DESCENDI. Talis panis reficit, et non deficit. Ergo BEATI MUNDO CORDE, QUONIAM IPSI DEUM VIDEBUNT.

Suscipe deum, et dilatat te, et pascit te de se.

12. BEATI PACIFICI, QUONIAM FILII DEI VOCABUNTUR. Qui sunt pacifici? Qui pacem faciunt. Vides discordes? Esto inter illos minister pacis. Loquere bona huic de illo, et illi de isto. Audis mala de uno ipsorum ab altero tanquam ab irato? Noli prodere: preme auditum ab irato con-

Minister pacis quomodo se gerat.

[20] suscipias] *1 m. corr. ex* suscipiat *V* [31] de uno] *conieci;* ab uno *V*

[1] sq. *consequentur*] Mt. 5, 7; at paullo post, l. 4, *ipsis miserebitur deus;* duplex quoque translatio huius loci occurrit serm. 53, n. 5 et 6.

[7] *cum suo*] Serm. 53, n. 5: « Mendicum hominem audis, mendicus ipse dei es: petitur a te, et petis: quod egeris cum petitore tuo, hoc aget Deus cum suo ».

[8] *videbunt*] Mt. 5, 8.

[26] *descendi*] Ioh. 6, 41.

[29] *vocabuntur*] Mt. 5, 9.

vicium, da concordiae fidele consilium. Sed et si vis pacificus esse inter duos discordantes amicos tuos, a te incipe esse pacificus: te ipsum pacare debes intus, ubi tecum forsitan cotidiana dimicatione rixeris. Annon habebat in semetipso rixam, qui dicebat, CARO CONCUPISCIT ADVERSUS SPIRITUM, ET SPIRITUS ADVERSUS CARNEM; HAEC ENIM SIBI INVICEM ADVERSANTUR, UT NON EA QUAE VULTIS FACIATIS? Verba sunt sancti apostoli. CONDELECTOR ENIM LEGI DEI SECUNDUM INTERIOREM HOMINEM; VIDEO AUTEM ALIAM LEGEM IN MEMBRIS MEIS REPUGNANTEM LEGI MENTIS MEAE, ET CAPTIVANTEM ME IN LEGE PECCATI, QUAE EST IN MEMBRIS MEIS. Si ergo est in ipso intus homine cotidiana quaedam rixa, et id agit pugna laudabilis, ne potiora ab inferioribus superentur, ne vincat libido mentem, ne vincat concupiscentia sapientiam, ipsa est pax recta quam debes facere in te, ut inferioribus imperet quod melius est in te. Illud est autem in te melius, ubi est imago dei. Haec mens vocatur, intelligentia vocatur; ibi ardet fides, ibi firmatur spes, ibi accenditur caritas. Vult autem mens tua idonea esse vincere libidines tuas? Subdatur maiori, et vincet inferiorem; et erit pax in te vera, certa, ordinatissima. Qui est ordo pacis huius? Deus imperat menti, mens carni: nihil ordinatius. Sed adhuc caro habet infirmitates suas. Non sic erat in paradiso: peccato talis facta est, propter peccatum habet discordiae contra nos vinculum. Venit unus sine peccato concordare animam nostram cum carne nostra, et dignatus est dare nobis pignus Spiritus. QUOTQUOT ENIM SPIRITU DEI AGUNTUR, HI FILII SUNT DEI. Beati pacifici, quia ipsi filii dei vocabuntur. Tota autem ista pugna, quae de infirmitate fatigat nos — et quando malis concupiscentiis non consentimus, tamen ipso praelio quodammodo occupamur, non adhuc securi sumus — tota ista pugna non erit tunc, quando absorbebitur mors in victoria. Audi quo modo non erit: OPORTET CORRUPTIBILE CORPUS — hoc apostolus dicit — UT INDUATUR INCORRUPTIONEM, ET MORTALE HOC INDUATUR IMMORTALITATEM. CUM AUTEM MORTALE HOC INDUERIT IMMORTALITATEM, TUNC FIET SERMO QUI SCRIBTUS EST: ABSORBTA EST MORS IN VICTORIA. Finitum est bellum, et pace conclusum. Audi vocem triumphantium: UBI EST, MORS, CONTENTIO TUA? UBI EST, MORS, ACULEUS TUUS? Iam vox ista triumphantium est: nullus

A te incipe esse pacificus.

Ordo pacis verae in nobis qui sit.

Finito bello vox triumphantium.

5 et] *1 m. suppl. s. l.* 12 pac *V* 20 facta] *1 m. corr. ex* factus

6 *faciatis*] Gal. 5, 17.
9 *meis*] Rom. 7, 22. 23.
18 *Deus imperat menti* etc.] Omnino similia de eodem loco Apostoli profert Aug. De serm. dom. in monte I, c. 2, n. 9.
23 *sunt dei*] Rom. 8, 14, ut legere solet Aug.
31 *victoria*] I Cor. 15, 53. 54.
33 *tuus*] Ibid. 55.

hostis omnino remanebit, non intus luctator, non foris temptator. BEATI ergo PACIFICI, QUONIAM FILII DEI VOCABUNTUR.

13. BEATI QUI PERSEQUUTIONEM PATIUNTUR PROPTER IUSTITIAM. Hoc additamentum martyrem a latrone discrevit: nam et latro pro malis suis patitur persequutionem, nec quaerit coronam, sed luit debitam paenam. Martyrem non facit poena, sed causa: prius eligat causam, et securus sufferat paenam. In loco uno tres cruces erant, quando passus est Christus: ipse in medio, hinc atque hinc latrones duo. Attende poenam, nihil similius: tamen unus latronum in cruce invenit paradisum. Ille in medio iudicans damnat superbum, subvenit humili. Lignum illud Christo tribunal fuit. Quid agit iudicaturus, qui haec potuit iudicatus? Latroni ait confesso: AMEN DICO TIBI, HODIE MECUM ERIS IN PARADISO. Ille enim se differebat. Quid enim ille dixerat? MEMENTO MEI DOMINE, CUM VENERIS IN REGNUM TUUM. Novi, inquit, mala mea: certe huc usque crucier, donec venies. Et quia omnis qui se humiliat exaltabitur, statim protulit sententiam, dedit indulgentiam: HODIE, inquit, MECUM ERIS IN PARADISO. Sed nunquid totus dominus ipso die sepultus? Secundum carnem in sepulchro fururus erat; secundum animam apud inferos futurus erat, non vinciendus, sed vinctos soluturus. Si ergo ipso die secundum animam apud inferos futurus erat, secundum carnem in sepulchro futurus erat, quomodo dixit: HODIE MECUM ERIS IN PARADISO? Sed nunquid totus est Christus anima et caro? Excidit tibi, IN PRINCIPIO ERAT VERBUM, ET VERBUM ERAT APUD DEUM, ET DEUS ERAT VERBUM. Excidit tibi, Christum esse dei virtutem et dei sapientiam. Ubi ergo non est sapientia dei? Nonne de illa dictum est, ATTINGIT A FINE USQUE AD FINEM FORTITER, ET DISPONIT OMNIA SUAVITER? Ergo secundum Verbi personam ait, HODIE MECUM ERIS IN PARADISO. Hodie, inquit, secundum animam ad inferos descendo, sed secundum divinitatem de paradiso non discedo.

Martyrem facit, non poena, sed causa.

Christi morientis verba ad latronem secundum divinitatem intellegenda.

[3] *iustitiam*] Mt. 5, 10.

[6] *sed causa*] Haec sententia saltem sedecies mihi in s. Patris operibus occurrit; adde et Caillau II 6, n. 1; Morin 14 (infra, p. 645, l. 7).

[7] *tres cruces erant* etc.] Serm. 331, n. 2: « Quando dominus passus est, tres cruces causa discrevit. Inter duos latrones crucifixus erat: hinc et inde facinorosi confixi, in medio ipse. Et tamquam illud lignum tribunal esset, insultantem damnavit, confitentem coronavit » etc.

[11] *potuit iudicatus?*] Ibid.: « Quid faciet iudicaturus, si hoc potuit iudicatus? »

[12] *paradiso*] Luc. 23, 43.

[13 sqq.] *se differebat... usque crucier*] Serm. 67, n. 7: « Considerabat enim facinora sua, et pro magno habebat, si ei vel in fine parceretur... Misericordia obtulit quod miseria distulit ».

[14] *tuum*] Luc. 23, 42.

[23] *Verbum*] Ioh. 1, 1.

[24] *sapientiam*] Cf. I Cor. 1, 24.

[26] *suaviter*] Sap. 8, 1.

[29] *non discedo*] Serm. 67, n. 7: « Christus in cruce, Christus apud inferos subveniens quibusdam; ea autem ipsa die Christus in paradiso cum latrone ».

14. Omnes beatitudines Christi, quantum potui, exposui caritati vestrae. Alacres quidem vos tantum esse video, ut adhuc velitis audire. Provocavit nos multa dicere caritas vestra, et forte alia dicere possemus: sed melius est ut quae accipitis bene ruminetis, et salubriter digeratis.

Auditores quantumlibet alacres non vult Augustinus onerare.

XII.

Morin, Serm. 12: « Rev. Bénéd. » XXXVI (1924), p. 187-192; ex cod. Basileensi B. III. 3, saec. IX, fol. 1ra-3ra (= *B*). Neque de huius fide ambigendi locus est, iudicio D. Bernardi Capelle, ibid. p. [153], n. 334. Ceterum ipsa inscriptio rem in tuto ponit, qua certiores fimus, sermonem hunc, haud secus atque alios multos Hipponiensis episcopi, Carthagine in basilica Maiorum habitum esse; in quo inter alia animadvertere libet adiectivum *vigidum*, nusquam hucusque repertum nisi apud Mamertum Claudianum, et commemoratam herbam quamdam nomine *Semper vivit*, cuius etiam meminit s. Doctor, Tract. 48 in Iohannem. Quid enim? dies prope me defecerat, si cuncta adnotare voluissem, quae in Augustini operibus totidem fere verbis occurrunt.

SERMO HABITUS IN BASILICA MAIORUM · DE RESPONSORIO PSALMI XCIII: BEATUS HOMO QUEM TU ERUDIERIS DOMINE · ET EX LEGE TUA DOCUERIS EUM · UT MITIGES EUM A DIEBUS MALIGNIS · DONEC FODIATUR PECCATORI FOVEA.

Cantavimus domino, BEATUS HOMO QUEM TU ERUDIERIS DOMINE, ET EX LEGE TUA DOCUERIS EUM: UT MITIGES EUM A DIEBUS MALIGNIS, DONEC FODIATUR PECCATORI FOVEA. Eruditus ergo homo a domino ex lege dei, non eruditus in lege dei, sed a domino ex lege dei, mitigatur a diebus malignis, donec fodiatur peccatori fovea. In isto enim saeculo felicitas malorum fovea est peccatorum. Solent autem hinc moveri homines, et plerumque religiosi, et qui non audent reprehendere dominum, tamen mirari apud semetipsos, quare sint mali plerumque felices; et maxime hii moventur, qui, cum se melius vivere noverint, miseriis et calamitatibus aguntur. Ipsi enim vident malos in omnibus, licet

Felicitas malorum, fovea est peccatorum.

5 Sermo] sancti Agustini *add. B* Maiorum] *reliquam inscriptionem ex ipso sermone efformavi* 12 mittigatur *B* 15sq. dominum] *compendio scriptum, fort. pro* deum 17 hii] *altera* i *postea erasa* 18 agantur *B*

9 *Cantavimus domino*] i. e. totus coetus fidelium cantando responderat.

11 *fovea*] Ps. 93, 12. 13.

14 *felicitas m. f. e. peccatorum*] Cf. Enarr. in hunc Psal., n. 16: « felicitas peccatorum fovea ipsorum est »; item serm. Morin 8, 6.

terrenis et temporalibus, tamen bonis omni felicitate pollere; et suspirant in miseriis suis, et vix a reprehensione dei sua corda refrenant. Audiant ergo psalmum, et sint beati: erudiat eos dominus ex lege sua; dicat eis ex alio psalmo, NOLI ZELARE IN MALIGNANTIBUS, NEQUE AEMULERIS FACIENTES INIQUITATEM. Porro autem tu, qui zelabas, et aemulabaris, nihil aliud dicebas quam, Quare florent? Audi ex lege dei: QUONIAM SICUT FENUM CITO ARESCENT. Floret fenum: quid laudes viriditatem? Interroga aestatem, cito arescent. OMNIS CARO FENUM: FENUM ARUIT, FLOS DECIDIT. Vide tu, ubi habeas radicem: VERBUM DOMINI MANET IN AETERNUM. Sunt ergo illi impii florentes tamquam fenum; hyeme vigidum, aestate aridum: tu autem fixa radice in verbo dei, quod manet in aeternum, esto arbor viva in occulto. MORTUI ENIM ESTIS, apostolus dicit, ET VITA VESTRA ABSCONDITA EST CUM CHRISTO IN DEO. Ibi est radix tua, ibi vivis: ibi enim spem posuisti, si non ficte credidisti. Non te ergo contristet tempus hyemale, quo tempore multae arbores fecundae atque fructuosae sine honore foliorum tempore hyemis et sine honore fructuum sunt similes aridis, sed non sunt aridae. Quando floret fenum, illa nec folia habent: sed, quod dixi de feno, hoc dico et de arbore in occulto vivente. Quid dixi de feno? Si miraris viriditatem, interroga aestatem. Quid dicam de illa arbore? Si putas ariditatem, interroga aestatem. Inter herbam feni hyeme virentem et arborem fructiferam hyeme arescentem iudex aestas est: sic inter pios in hoc saeculo laborantes et impios in hoc saeculo virentes quasi tempore hyemali iudex sol iustitiae. Ecce venit iudicium. Dicit arbor florente feno: Quid te extollis? veniet aestas, quae nos probat. Ut ergo arbores huiusmodi mitigentur a diebus malignis, adloquitur eas et consolatur apostolus, praedicens aestatem, promittens viriditatem. MORTUI, inquit, ESTIS, ET VITA VESTRA, ubi est radix vestra, ABSCONDITA EST CUM CHRISTO IN DEO; quando erit aestas, CUM CHRISTUS APPARUERIT VITA VESTRA, ubi viriditas, TUNC VOS CUM ILLO APPAREBITIS IN GLORIA. Denique ipsius solis iustitiae, quid est

Hieme floret fenum, arbor arida videtur; utrumque probabit aestas.

Hiems, hoc saeculum; aestas, dies iudicii.

1sq. suspirent *B* 2 sua] *conieci;* quia *B* 4 zelare] *correxi ex* zelari; *cf. l.* 5 8 fenum] *2° loco supplevi: cf. serm. 25, n. 6* 9 decidet *B* 14 figte *B* 16 hyemmis *B* 17 fructu 21 hyemme 23 hyemmali 24 florente] e *in fine s. l. add.; malim* florenti 25 mittigentur 29 virilitas *B*

5 *iniquitatem*] Ps. 36, 1.
7 *arescent*] Ibid. 2.
9 *decidit*] Esai. 40, 6, 7.
10 *aeternum*] Ibid. 8. Cf. serm. 25, n. 6: « Fenum aruit, flos decidit: quo me teneo? Verbum domini manet in aeternum », et Enarr. in Ps. 91, n. 8.
11 *vigidum*] Hoc adiectivum nonnisi ex Mamerto Claudiano, De statu animae III, 10 et 13, hucusque notum erat.
13 *in deo*] Col. 3, 3.
30 *gloria*] Ibid. 4. Omnia haec conferas velim cum Enarr. 1 in Ps. 36, n. 3; in Ps. 148 n. 16; serm. 36, n. 4.

facturus aestate, disce sententiam. VENIET ENIM FILIUS HOMINIS, inquit, IN MAIESTATE SUA, ET OMNES ANGELI CUM EO, ET CONGREGABUNTUR ANTE EUM OMNES GENTES. Modo vide arbores et fenum: DIVIDET EOS, SICUT PASTOR DIVIDIT OVES AB HAEDIS; ET PONET OVES AD DEXTERAM, HAEDOS AUTEM AD SINISTRAM. Ecce iudicium aestatis. Aestate aestus. Qui sunt aestus? Etiam in arboribus fecundis aestus: sed illos aestus viriditas sequitur. Qui ergo sunt aestus? CUM REX IUSTUS SEDERIT IN THRONO, QUIS GLORIABITUR CASTUM SE HABERE COR? quis gloriabitur mundum se esse a peccato? Graves aestus: sed iudex ipse consolatur, qui timebatur; cito dat aestibus vel aestuantibus refrigerium. Vivebant enim in radice, non erant arbores aridae. Videte ergo viriditatem eorum. VENITE, BENEDICTI PATRIS MEI. Venite: quod expectastis percipite, quod credidistis videte, quod sperastis habete, quod amastis tenete. VENITE, BENEDICTI PATRIS MEI, PERCIPITE REGNUM. Haecce est viriditas in aestate arborum per hyemem quasi arescentium, sed in occulto virentium. Adtendite nunc ariditatem feni. Aridum fenum cui destinatum est? ITE IN IGNEM AETERNUM. Ergo in arboribus bonis atque fructiferis, quae mitigatae sunt a diebus malignis, aestum consolatur refrigerium praemiorum, consolatur refrigerium regni caelorum. Ibi semper vivitur: quod nominatur in hac terra herba quaedam « Semper vivit », ibi verum locum habet: ibi semper vivit, vita sola est ibi, corruptio nulla, indigentia nulla est, viriditas aeterna obtinetur, ariditas non timetur. ITE IN IGNEM AETERNUM, dicitur impiis. Illa est fovea peccatoris: ipsa foditur, hoc in isto tempore agitur. Felicitas perversi hominis, fovea est peccatoris. Putat enim, quando mala facit et felix est, quia deus res humanas non curat. Ipsa est fovea peccatoris.

Herba «Semper vivit» in caelo locum habet.

2. Alloquor ergo caritatem vestram: non ametis huius saeculi felicitatem, et qui eam forte habetis, non in illa speretis: mendax est, decipit, non habetur; et si habetur, non ametur, non in illa speretur, et non erit

2 magestate 5 aestate] *conieci: abrosa membrana non supersunt nisi litterulae* te 7 trono *B* 12 quod expectastis] *emendavi ex* quia expectatis 13 ammatis 14 haecce] *conieci;* ecce *B* 15 hyemmem 17 adque 18 aestum c. refrigerium] *B 1 m., perperam postea corr.* aestus consolatur per refrigerium 19 sq. in ac 21 vivit] *pro* vivitur *?* indigentia] *supersunt tantum syllabae* ind *et* tia 25 enim] *ex* enit *corr.* facit] *ex* fecit 28 in] *supplevi: cf. l. 29.* 29 non habetur] *postea mut.* non hametur; *suspicor aliquid post hoc verbum excidisse, et ita fortasse legi oportere:* non habetur? non appetatur; et si habetur *etc.*

3 *gentes*] Mt. 25, 31 sq.
5 *sinistram*] Ibid. 32 sq.
8 *cor?*] Prov. 20, 8 sq. iuxta LXX.
14 *regnum*] Mt. 25, 34.
16 sq. *aeternum*] Ibid. 41.
20 *herba q. Semper vivit*] Tract. 48 in Ioh., n. 5: « Solet quaedam herba dici, Semper viva (Semper vivit, *mss. Maurinorum*); ibi solum vivere invenitur ».

fovea. PRAECIPE, inquit apostolus, DIVITIBUS HUIUS SAECULI, praecipe DIVITES SINT. Sed divites huius saeculi christiani sunt, fideles sunt: praecipe illis, quid? NON SUPERBE SAPERE, NEQUE SPERARE IN INCERTO DIVITIARUM. Sicut et psalmus dicit: DIVITIAE SI FLUANT, quasi de fonte, unde haurias quantum volueris sine labore, et quod hauseris continuo periturum: si fluant, ne adponas cor, ubi fluit. Si fluit, fluvium facit: adponis cor, et rapit. Si ergo contigerit tibi et divitem fieri, noli tamen cupiditate inhiare: oblata suscipere, non aliena rapere: oblata suscipere, sed non iustitiam vendere. Nam si iustitiam vendis, noli te putare oblata

Contra eos qui vendunt iustitiam.

suscipere. Tunc oblata suscipis, quando dat qui vult, non quando dat et qui non vult. Iustitiam, inquit, vendo: quid mali de bono accipio? Ergo iustitia tibi in hac terra venalis est; iustitiam non ideo habes, ut praemium pro illa caeleste percipias, sed ut eam in terra vendas. AMEN DICO VOBIS, PERCEPERUNT MERCEDEM SUAM. Donatum sponte ab amico tuo haereditate derelictum, en ubi innocentia non laeditur. Ideo non enim divites damnavit scriptura, ubi ait: VICTUM ET TEGUMENTUM HABENTES, HIS CONTENTI SUMUS. NAM QUI VOLUNT, inquit, DIVITES FIERI. Non dixit, qui divites sunt, sed, QUI VOLUNT DIVITES FIERI, per ipsas suas cupiditates INCIDUNT IN TEMPTATIONES ET DESIDERIA MULTA ET NOXIA, QUAE MERGUNT HOMINES IN INTERITUM ET PERDITIONEM. Vis nosse quid accusabat? RADIX EST OMNIUM MALORUM AVARITIA. Noli habere talem radicem: radix est enim feni arescentis.

Nihil tam dives, quam fides.

3. Ergo, fratres mei, qui pauperes estis, nolite vos contemnere. Nihil tam dives, quam fides: inanis est exterior cellula vestra, plena est interior arca vestra. Arca plena, conscientia bona. Omnia, quae forinsecus possidebat, sancto viro diabolus abstulit: ad istam arcam non penetravit.

[1] praecipe] *ex* praecipet *utroq. loco corr.* [3] quid] d *suppl. s. l.* [7] noli] *conieci;* non *B* [11] et] *post. expunct.* [12] in ac [15] en] *conieci;* et *B* [19] temptationes] *fortasse errore librarii pro* temptationem, *ut legit solito Augustinus* [20] perditionem [24] tam] *emendavi ex* tamen cellula] *ex* cellola

[1] *saeculi*] I Tim. 6, 17.
[2] *sint*] Ibid. 18.
[4] *divitiarum*] Ibid. 17.
fluant] Ps. 61, 11.
quasi de fonte] Enarr. in Ps. 61, n. 16: « Divitiae si fluant, id est, si exundent, tamquam de fonte currant... »
[6] *ubi fluit*] Aug. ibid.: « Non vides quia, si ibi cor posueris, et tu flues? »
[14] *suam*] Mt. 6, 5.
[17] *sumus*] I Tim. 6, 8.
[18] *sed, qui volunt*] Serm. 177, n. 6: « Nam et ipse apostolus non ait, Qui divites sunt, sed, Qui volunt divites fieri »; serm. 61, n. 10: « Aliud est, esse divitem; aliud, velle fieri divitem »; item Morin 11, 3 (supra p. 628, l. 8).
[20] *perditionem*] I Tim. 6, 9.
[21] *avaritia*] Ibid. 10.
[25] *Arca plena, conscientia bona* Serm. 177, n. 4: « Muni arcam interiorem, hoc est, conscientiam... Neque enim vere inanis erat, quamvis forinsecus nihil habere videretur, qui dicebat: Dominus dedit, dominus abstulit » etc.

In illa dives erat, qui dicebat, DOMINUS DEDIT, DOMINUS ABSTULIT. Dominus dedit, non glorietur diabolus, dominus abstulit: hoc enim malus abstulit, quod bonus ille permisit, qui voluit probare temptando, ut proponeret ad imitandum. SICUT DOMINO PLACUIT, ITA FACTUM EST: SIT NOMEN DOMINI BENEDICTUM. Si pauper erat, unde tam pretiosa fundebat? Arca interior plena erat, cuius lucra erogando crescebant; denique fundebat, et non amittebat. Quicumque ergo pauperes estis, magis date operam habere interiores divitias, habere plena corda virtutibus, iustitiam, pietatem, caritatem, fidem, spem. Hae sunt verae divitiae, quas nec naufragio potestis amittere. Et ne bonos afficiat tristitia felicitas malorum, mitiget vos deus a diebus malignis. Transeunt dies maligni, ubi videtur ista quasi perversitas; et venient dies, ubi nullus malus sit felix, nullus bonus infelix.

Verae divitiae habendae, quae nec naufragio amitti possunt.

4. Vos autem, quicumque in hoc saeculo divites estis, facite quod apostolus monet: DIVITES, inquit, SINT IN OPERIBUS BONIS: FACILE TRIBUANT. Quare enim difficile, quando est unde facile tribuant? Puto enim propterea dictas facultates, quasi dicerentur facilitates: nam et inopia difficultas vocari solet. FACILE ergo TRIBUANT, COMMUNICENT; habeant et ipsi, sed dent egenti; et comitem adiuvent et se exonerent. O dives, comes tibi in ista vita factus est pauper. Vides illum laborare non habendo, te habendo: ille, non habendo, non habet unde fulciatur; tu, multum habendo, habes unde premaris. Iuva inopiam, et minue sarcinam. Ideo dictum est, COMMUNICENT. Dicit enim et alio loco idem apostolus: NON ENIM UT ALIIS SIT REFECTIO, VOBIS ANGUSTIA. Ergo communicent. Habeant, sed quod plus habent communicent; et tenent

Facultates dictae, quasi facilitates.

6 sq. errogando... ammittebat *B* 10 et ne bonos] *conieci, nam corrosa heic quoque membrana superest tantum* et... nos 11 mittiget 18 tribuent 19 ipsi, sed dent] *restitui coniectura;* ipsis edent *B* 1 *m., post. corr.* ipsi dent exhonerent, *s. l. corr. ex* exhonerant *B* 25 communicent] *post* plus habent, *repetendum duxi: aliquid enim heic excidisse manifestum est*

5 *benedictum*] Hiob 1, 21.

5 sq. *unde tam pretiosa fundebat?*] Serm. 344, n. 10: « Certe pauper est (Hiob), certe nihil habet. Si nihil remanet, de quo thesauro gemmae istae laudis dei proferebantur? »

10 *nec naufragio p. amittere*] Serm. 177, n. 4: « Sectare ergo iustitiam, fidem, caritatem... has divitias non tibi latro... non denique naufragium poterit auferre »; Frangip. 1, 14: « res vestras... cum quibus dives exit et naufragus ».

15 sq. *tribuant*] I Tim. 6, 18.

17 *quasi dicerentur facilitates*] Serm. 245, n. 7: « Quid dicuntur divitiae? Facultates. Angeli habent magnas facultates, qui habent magnas facilitates ».

18 *difficultas vocari solet*] Serm. 61, n. 11: « Facile tribuant, habent enim unde. Quare non faciunt? Paupertas difficultas est »; serm. 177, n. 10: « Ad hoc dives esto, ut facile tribuas. Pauper enim vult tribuere, et non potest: apud illum difficultas, apud te facilitas ».

communicent] I Tim. 6, 18.

22 sq. *minue sarcinam*] Serm. 61, n. 12: « Oneratus es: da illi de eo quod habes; et illum pascis, et onus minuis »; item serm. Morin 11, 6: « et te relevas, et comitem sublevas ».

24 *angustia*] II Cor. 8, 13, uti legebat Aug.

quod sufficit, et non amittunt quod dederint; magis possidebunt, quam quod tenebunt. Nam quod tenebunt, hic relicturi sunt, aut in suis usibus consumpturi; quod autem dederint, quid inde fiat, id ipsum audi. Sequitur: THESAURIZENT SIBI FUNDAMENTUM BONUM IN FUTURO, UT ADPREHENDANT VERAM VITAM. Quid ergo magni est quod dedisti, si de loco isto, ubi omnia pereunt, migrare disposuisti? Quod pauperibus dedisti, laturarios tuos fecisti. Si ergo tales eritis, non sicut fenum in istius saeculi transitu florebitis, sed sicut oliva et per hibernum viridis est; et ex vestra voce dicetur: EGO AUTEM SICUT OLIVA FRUCTIFERA IN DOMO DEI. Sed quasi oliva fructifera in domo dei vide quod sequitur: SPERAVI IN MISERICORDIA DEI, NON IN INCERTO DIVITIARUM. EXPLICIT.

Pauperes, divitum laturarii.

XIII.

Morin, Serm. 13: « Rev. Bénéd. » XXXVI (1924), p. 194-198. Qui apud Maurinos sermo 110 erat (= μ), ex editione corrupta et interpolata eum ortum esse enodatius explicavi, facta primum comparatione cum codice ms. Basileensi B. III, 3, fol. 155^{va}-157^{vb}, saec. IX (= *B*). Accessit postea fragmentum unciale Paris. B. N. 2769, fol. 22^{r}-23^{v} (= *P*), quod docti aestimatores ad saec. VI pertinere pronuntiarunt: v. Traube-Lehmann « Vorlesungen u. Abhandlungen » I, p. 213, n. 181, et Donat. De Bruyne, « Rev. Bénéd. » XXXVI, p. 126, 199; verum deest in eo pars prior sermonis, et, quod peius est, textus profecto antiquior exhibetur quam praestantior. Praeterea usus sum codice Monacensi lat. 22266ª, fol. 33^{v}-35^{v}, saec. XII (= *M*); sed neque is integer et purus est: totum § 3 aliaque plurima omittit, alia e contrario sic interpolat, ut Caesarii Arelatensis episcopi operam et rationem facile agnoscas. Quae similia extant in ceteris Augustini operibus, hic adnotare supersedi, cum sermonis auctoritas a nemine in dubium revocetur.

DE ARBORE FICI IN QUA DOMINUS FOLIA TANTUM INVENIT · ET DE MULIERE CURVA DECEM ET OCTO ANNOS HABENTE IN INFIRMITATE.

Arbor ficulnea, genus humanum est; triennium autem, tria sunt tempora: unum ante legem, alterum sub lege, tertium sub gratia. Non est autem inportunum, ut arbor ficulnea intellegatur genus humanum.

10 Sed q. o. f. i. d. dei] *nigriore atramento inter lineas add.* 12 De arbore... invenit] *sic inscribitur sermo in B; alteram partem ex M et Possidii Indiculo c. 8 accepi* 15 *M incip. a verbis* Triennium tria sunt tempora

5 *vitam*] I Tim. 6, 19.

7 *laturarios*] De usu huius vocabuli apud Augustinum, vide sis adnot. ad serm. praeced., p. 630, l. 14 et 15.

8 sq. *per hibernum viridis est*] Enarr. in Ps. 148, n. 16: « Ipsa erit aestas nostra. Modo fructus per hibernum de radice non apparent » etc.

10 *dei*] Ps. 51, 10.

11 *divitiarum*] I Tim. 6, 17.

Primus enim homo, quando peccavit, foliis ficulneis pudenda velavit: haec velavit, unde nati sumus; membra, quae ante peccatum fuerant glorianda, post peccatum pudenda sunt facta. Denique NUDI ERANT, ET NON CONFUNDEBANTUR: non erat unde erubescerent, quando peccatum non praecesserat; nec poterant de sui creatoris operibus erubescere, quia operibus creatoris sui bonis nullum malum opus suum miscuerant. Natum est ergo inde genus humanum: homo de homine, obnoxius de debitore, mortalis de mortale, peccator de peccatore. Hos ergo appellat in hac arbore, qui per omne tempus fructum dare noluerunt; et inminebat securis radicibus arboris infructuosae. Intercedit colonus: differtur supplicium, ut adhibeatur auxilium. Quod autem intercedit colonus, omnis sanctus intra ecclesiam orat pro eis qui sunt extra ecclesiam. Et quid hoc, DOMINE, DIMITTE ILLI ET HOC ANNO? Id est, tempore isto sub gratia parce peccatoribus, parce infidelibus, parce sterilibus, parce infructuosis. CIRCUMFODIO EI, ET ADHIBEO COPHINUM STERCORIS: SI FECERIT FRUCTUM, BENE; SI MINUS, VENIENS AMPUTABIS EAM. Veniens, quando? In iudicium. Veniens, quando? INDE VENTURUS EST IUDICARE VIVOS ET MORTUOS. Interim modo parcitur. Quid est autem, fossam circumfodere, nisi humilitatem, paenitentiam docere? Fossa enim humilis terra est. Cophinum stercoris in bono intellege. Sordes sunt, sed fructum dant. Sordes cultoris, dolor est peccatoris: qui agunt paenitentiam, in sordibus agunt, si tamen intellegant, et veraciter agant. Huic ergo arbori dicitur: AGITE PAENITENTIAM, ADPROPINQUAVIT ENIM REGNUM CAELORUM.

Omnis sanctus intra ecclesiam orat pro iis qui sunt extra ecclesiam.

Paenitentia in sordibus agenda.

2. Quid illa mulier, decem et octo annos habens? Recolite. Sex diebus deus perfecit opera sua. Ter seni, decem et octo. Quod ergo significabat triennium in arbore, hoc decem et octo anni in illa muliere. Curva erat, sursum aspicere non poterat, quia SURSUM COR sine causa audiebat. Sed erexit eam dominus. Est spes, sed filiis. Quousque ergo veniat dies iudicii, multum sibi dat homo. Et quid est homo? Nec iustus aliquid, quantum pertinet ad ipsum hominem. Iustus enim homo magnum aliquid est homo, sed tamen iustus homo gratia dei est iustus homo. Nam QUID EST HOMO, nisi QUOD MEMOR ES EIUS? Vis videre quid

2 membra] *cum verbis praecedentibus coniung.* $M\mu$ 3 pudenda] *ex* punienda *corr.* M 15 et] μ; *om.* B: *cf. serm. Wilmart 3, 3* 17 est] *scripsi, particula enim est symboli apostolici;* es $BM\mu$ 24 habens] $M\mu$ *add.* in infirmitate, *sed conf. Ioh. 5, 6* 26 illa] *om.* M 28 est spes, sed filiis] $B\mu$; dominus spes eius et solus M 30 iustus aliquis M

4 *confundebantur*] Gen. 2, 25.
16 *eam*] Luc. 13, 8. 9.
23 *caelorum*] Mt. 3, 2.
32 *eius?*] Ps. 8, 5.

sit homo? OMNIS HOMO MENDAX. Cantavimus, EXURGE DOMINE, NON PRAEVALEAT HOMO. Quid est, Non praevaleat homo? Apostoli non homines erant? Martyres non homines erant? Ipse Iesus homo esse dignatus est. Quid est ergo, EXURGE DOMINE, NON PRAEVALEAT HOMO, si OMNIS HOMO MENDAX? Exurge veritas, non praevaleat falsitas. Homo ergo si vult esse aliquid, non sit de suo: si de suo esse voluerit, mendax erit; si verax esse voluerit, de dei, non de suo erit.

Veritas, falsitas.

3. Ergo EXURGE DOMINE, NON PRAEVALEAT HOMO. Tantum valuit mendacium ante diluvium: post diluvium octo homines remanserunt: per ipsos terra impleta est hominibus mendacibus. Electus est populus dei: facta sunt tanta miracula, praerogata divina beneficia. Ad terram promissionis perductus est, ab Aegyptiorum servitute liberatus est: prophetae ad illum missi sunt, templum accepit, sacerdotium accepit, unctionem accepit, legem accepit; sed FILII ALIENI MENTITI SUNT MIHI. Ad extremum missus est ille promissus. NON PRAEVALEAT HOMO, vel quia deus iam factus est homo. Sed etiam ipse faciens divina contemptus est, praestans tanta beneficia prensus est, flagellatus est, suspensus est. Hoc usque praevaluit homo, dei Filium prendere, dei Filium flagellare, dei Filium spinis coronare, dei Filium ligno suspendere. Tantum praevaluit homo: sed quousque depositus est de ligno, positus est in sepulchro. Si ibi remansisset, praevaluisset homo. Sed prophetia ista etiam ipsum adloquitur: Domine, in carne venire dignatus es, Verbum caro, Verbum super nos, caro ante nos, Verbum caro inter deum et hominem; virginem unde nascereris secundum carnem elegisti, virginem concipiendus invenisti, natus virginem reliquisti. Sed non agnoscebaris: apparebas, et latebas: apparebat infirmitas, latebat potestas. Hoc totum, ut sanguinem funderes pretium nostrum. Fecisti

Quousque praevaluit homo, etiam contra dei Filium.

1 Exurge domine] *Ab his incipit fragmentum antiquissimum P* 2 Quid est n. p. homo?] *ex Mμ recepi; om. PB* 6 sit] *PMμ; om. B* 6-7 si de suo... de suo erit] *pro his P tantum habet* sed de dei erit 8 *totum* § 3 *om. M* 9 dilubium *P* 13 sacerdotium] *Bμ*; sacramentum *P* 14 sed] *μ intericit* de ipso postea dictum est 15 est missus *P*, *et add.* etiam 16sq. contemtus *P* 17 prensus] *scripsi;* praessus *B;* prehensus *μ*; praemissus *P non ubique, ut vides, iure vetustatis praeferendus* 18 hoc usque] *PB*; hucusque *μ* prendere] *P;* praendere *B;* prehendere *μ* 19 suspendere] *P solus add.* dei filium occidere dei filium 20 quoadusque *P* depositus est] *P;* est *om. Bμ* de ligno] *Pμ*; de *om. B* positus est] *Pμ*; est *om. B* 22 etiam] *om. P* ipsum adloquitur] ad ipsa loquitur *P* es] *Pμ*; *om. B* 24 et hominem] *Bμ*; et nos *P* nasceris *P* 25 concipiendus] *om. P* relinquisti *PB*

1 *mendax*] Ps. 115, 11.
2 *homo*] Ps. 9, 20.
5 *veritas... falsitas*] Cf. not. ad p. 346, l. 26.
14 *mihi*] Ps. 17, 46.

tanta mirabilia, valetudinibus aegrotorum praestitisti beneficia: recepisti mala pro bonis, insultatum tibi est; pependisti in ligno, agitatum est caput ab impiis ante te, et dictum est: SI FILIUS DEI ES, DESCENDE DE CRUCE. Itane tu perdideras potentiam, an potius demonstrabas patientiam? Et tamen illi insultaverunt, tamen illi inriserunt, tamen illi te occiso quasi victores abierunt. Et ecce in sepulchro iaces. EXURGE DOMINE, NON PRAEVALEAT HOMO: non praevaleat impius inimicus, non praevaleat caecus Iudaeus. EXURGE DOMINE, NON PRAEVALEAT HOMO. Et factum est. Et quid restat, nisi ut IUDICENTUR GENTES IN CONSPECTU TUO? Resurrexit enim, sicut nostis, ascendit in caelum, inde venturus iudicare vivos et mortuos.

Symbolum apostolicum.

4. Eia, arbor infructuosa, non derideas, quia parcitur tibi: dilata est securis, noli esse secura: veniet, amputaberis. Crede, venturus est. Ista omnia, quae vides, non erant. Christianus populus toto orbe terrarum aliquando non erat: in prophetia legebatur, in terra non videbatur; modo autem et legitur, et videtur. Ipsa ecclesia sic est conpellata; non ei dictum est, Vide filia et audi, sed, AUDI, ET VIDE: audi praedicta, vide completa. Quomodo ergo, carissimi, non erat natus Christus de virgine: promissus et natus est; non fecerat mirabilia: promissa sunt, et fecit; nondum erat passus: promissum est, et factum est; non resurrexerat: praedictum est, et inpletum est; in caelum non ascenderat: ante dictum est, et inpletum est; nomen eius per totum mundum non erat: praedictum est, et inpletum est; idola deleta et fracta non erant: et factum est; haeretici inpugnantes ecclesiam non erant: praedictum est, et inpletum est; sic dies iudicii nondum est, sed, quia praedictum est, inplebitur. Qui

Quanta praedicta, quae iam completa sunt.

1 mirabilia] *B;* miracula μ; *om. P* 3 es, descende] $B\mu$; est, discindat *P* 4 an p. demonstrabas] $B\mu$; et non p. commendabas *P* 6 victores] $B\mu$; imagines *P*, *quae vox quid heic significet haud equidem video* abierunt] *PB;* discesserunt μ Et] *B; om.* $P\mu$ 7 non praevaleat impius inimicus] $B\mu$; item exurge non praevaleat homo *P* 8 Iudaeus] *P solus interserit* sed surrexisti et factus est reus Et factum est] *PB;* μ *om.* et, *add. vero* omnino factum est 9 Et] $B\mu$; *om. P* nisi ut] $B\mu$; *om. P* 10 et ascendit (*om.* in caelum) *P* venturus] est *add.* $P\mu$ 12 Eia] $P\mu$; etiam *B;* o arbor *M*, *qui ab his denuo prosequitur* derideas] inrideas *P* 13 noli e. s. v. amputaberis] *om. P* 15 in terris *P* 16 conpellata] *B;* completa $P\mu$ 17 Audi] filia *add. P* praedictum *P* 19 et natus] $PM\mu$; *om. B* non fecerat] nondum ficerat *P* merabilia *P* 20 nondum resurr. *P* 21 praedictum] promissum *P* inpletum] factum *P* 22sq. nomen eius *usque* inpletum est] *om. P* 23 et factum est] *B;* praedictum est, et impletum est $P\mu$ 24 ecclesias *P* 25 praedictum] *PB;* praedictus μ Qui] $P\mu$; *om. B*

4 *cruce*] Mt. 27, 40.
4sq. *patientiam?*] Cf. p. 568, l. 1 sq.
9 *tuo*] Ps. 9, 20.
17 *vide*] Ps. 44, 11; cf. p. 584, l. 1; p. 614, 5 sq.

In solo die iudicii Deus mendax erit?

in tantis verax apparuit, in die iudicii mendax erit? Promissorum suorum nobis chirografum fecit: promittendo enim se deus fecit debitorem, non mutuum accipiendo. Possumus ei dicere, Redde quod accepisti? QUIS PRIOR DEDIT ILLI, ET RETRIBUETUR EI? Non possumus dicere, Redde quod accepisti; sed plane dicimus, Redde quod promisisti.

5. Promisit patribus nostris: sed cautionem fecit, quam legeremus et nos. Si faciat nobiscum rationem, qui dignatus est facere cautionem, et dicat, Legite debita mea, hoc est, promissionum mearum, et conputate quae reddidi; conputate, videte quod debeo: quanta reddidi! Modicum est quod debeo: de modico, quod restat, infidelem me promissorem putatis? Ergo qui sterilis est agat paenitentiam, et faciat fructum dignum paenitentiae. Qui curvus est, et terram intuetur, terrena felicitate laetatur, istam solam putat esse vitam, ubi beatus esse possit, aliam non credit: quicumque tam curvus est, erigatur; si per se non potest, invocet deum. Numquid enim et mulier illa per se ipsam erecta est? Vae illi esset, si manum ille non porrexisset. EXPLICIT.

XIV.

Morin, Serm. 14: « Rendiconti della Pontif. Accademia Rom. di Archeologia », an. III (1925), p. 292-294; ex cod. C. 210 inf. Biblioth. Ambrosianae Mediolanen., olim S. Savini Placentini, saec. XII, fol. 88^{vb}-89^{rb} (= *A*). Possidius cum in Indiculo, c. 9, *per natalem martyrum Massae Candidae* tractatum unum, aut etiam plures (numerum enim non indicat), Augustinum habuisse testetur, unus solummodo ad nostra usque tempora notus erat, qui apud Maurinos 306^{us} est: cui deinceps alterum adiungere licet, 330^{um} videlicet, teste codice Casinen. XVII « habitum Carthagine in basilica martyris Cypriani die XV kalendas septemb. in natale Massae Candidae ». En tibi iam tertius ex nobili Bibliotheca Ambrosiana, etsi brevior, at Augustino sane dignus, uti omnes statim agnoverunt. Porro Uticae quidem « in basilica Massae Candidae » habita est Enarratio in Psalmum 144, non tamen ipso die natali martyrum.

[2] nobis] $B\mu$; nobiscum *P* [3] mutuum] *P;* mutuo $B\mu$ Possumus] *B;* Non possumus ergo μ [3sq.] Possumus ei *usque* retribuetur ei?] *om. P* [9] reddedi *P utroq. loco* et videte quid d. *P* [10] de modico] *P;* pro modico μ; modicum *B* me] $B\mu$; *om. P* [11] isterelis *P;* sterelis *B* [12] curbus *P* et] ut *P* intuatur *P* [12sq.] laetetur *P* [13] putet (*om.* esse) *P* possit esse *P* [14] credat *P* si] $B\mu$; *om. P* [15] deum] dominum *P* ipsam] $P\mu$; *om. B* [16] explicit] de arbore ficulnea *add. P*

[1] *mendax erit?*] Idem supra p. 152, l. 18; 267, 8; 614, 21.

[3] *accipiendo*] Cf. p. 146, l. 8. 16, et alibi saepius.

[4] *ei?*] Rom. 11, 35.

DE NATALI MASSAE CANDIDAE.

Diem sollemnem beatorum martyrum atque multorum, hoc est Massae Candidae, celebramus. BEATI, quia PAUPERES SPIRITU: beati, quia MITES: beati, quia LUGENTES: beati, quia ESURIENTES ET SITIENTES IUSTITIAM: beati, quia MISERICORDES: beati, quia MUNDI CORDE: beati, quia PERSECUTIONEM PASSI SUNT, non inaniter, non habentes causam malam, sed PROPTER IUSTITIAM. Causa enim, non poena, facit martyrem Christi. Securus suffert poenam, qui prudens eligit causam, ut quod patitur propter iustitiam sit: ne et hic patiatur, et a tribulationibus ad tribulationes aerumnosissimas perducatur. Anima eorum patiens erat domino, sustinuit dominum: non festinavit accipere praemium. Hoc est enim dominum sustinere, ut tunc accipias quando voluerit dare. Ille enim dabit: non enim veritas fallit, aut omnipotens unde det quod est pollicitus non habebit, aut aeternus successorem aliquem formidabit. Ergo dabit: tantum anima nostra sustineat dominum. Ita ergo sustinuit anima martyrum, anima una multorum: non forinsecus dealbata, sed intus candida. Sustinuit ergo anima eorum dominum: et dominus adiutor eorum et protector eorum. In passionibus suis sperabant et tolerabant: sperantes aeterna, transitoria tolerabant. Et cum venerint, quid accipient? INEBRIABUNTUR AB UBERTATE DOMUS TUAE, ET TORRENTE VOLUPTATIS TUAE POTABIS EOS. Nemo hic cogitet corporis voluptatem: est alia voluptas invisibilis, de fonte invisibili. Denique attende quod sequitur. Quasi quaereres unde ista voluptas futura sit, adiunxit atque ait: QUONIAM APUD TE EST FONS VITAE. Ecce vita quae non moritur, ecce salus quae non aegrotat. Nam VANA SALUS HOMINIS. Nihil est certe in rebus humanis hac salute pretiosius: et tamen est vana. Iam cetera quomodo hic

Martyrem facit, non poena, sed causa.

Quid sit, dominum sustinere.

Quae vita, quae salus desideranda sit.

[1] Incipit sermo Aurelii Augustini *praem. A* [26] vana] *quod in codice excidit, supplevi*

[1] *nat. Massae Candidae*] XV kal. sept. illud agebatur.

[7] *iustitiam*] Mt. 5, 3-10, omisso tamen, quam ob causam nescio, versu 9, quo *pacifici* laudantur: porro beatitudines ex Matthaeo in martyrum sollemnitatibus Carthagine esse recitatas, ex sermone 53 Augustini discimus.

Causa e. non poena etc.] Haec sententia, quod iam saepius animadverti, ipsissimis verbis apud August. locis prope innumeris occurrit.

[10] *aerumnosissimas*] De usu huius superlativi ap. Augustinum cf. Thes. ling. lat. I, 1070, 28.

[10 sq.] *patiens e. d. sustinuit dominum*] Duplex translatio eiusdem versus Ps. 32, 20: utraque ab Aug. usurpata.

[12] *quando voluerit dare*] Serm. 40, n. 1: « Quid est, Sustine dominum? Ut tunc accipias quando dabit, non tunc exigas quando vis ».

[21] *eos*] Ps. 35, 9, de quo etiam s. Pater in serm. 306 in natale Massae Candidae pariter habito.

[24] *vitae*] Ibid. 10.

[25] *hominis*] Ps. 59, 13; 107, 13.

habenda sunt? Quid sunt divitiae hominis, quid sunt deliciae hominis, quid sunt potentiae hominis, si vana salus hominis? Ergo, fratres, illam salutem desideremus, ipsam votis omnibus postulemus, ad ipsam moribus venire tendamus; ipsam credendo, ipsam sperando, ipsam diligendo quaeramus. Istam vero si dederit, gratias agamus. Nam utique ad istam salutem pertinebat, quod praestitum est decem leprosis; ad hanc salutem pertinebat, quod sunt a domino Christo decem leprosi mundati: et tamen laudatur gratus, accusantur ingrati. Ergo et istam salutem ab illo accipientes gratias agamus, et si opus fuerit propter illum et quod dedit contemnamus, ut ad maiora veniamus. Sit vobiscum, habitet in cordibus vestris, operetur in cogitationibus vestris, florescat, quicquid veri auditis, in bonis moribus vestris. EXPLICIT.

Attamen de salute etiam temporali gratos esse nos decet.

XV.

Morin, Serm. 15: « Rendiconti della pontif. Accademia Rom. di Archeologia », an. III (1925), p. 295-303; ex eodem cod. Ambros. C. 210 inf. (= *A*), foll. 89ra-92rb. Sermonem vere Augustini esse, nemo adhuc in dubium revocavit, et, si quid certi in huiuscemodi rebus, id illud demum esse fatendum est. Quanti vero is intersit ad historiam Africae christianae melius cognoscendam, omnes protinus agnovere, in primis Hippolytus Delehaye in « Analect. Bolland. » XLV (1927), p. 318-320, et Ant. Casamassa in « Bollettino Storico Agostiniano » II (1926), p. 139-142. Ex eo quippe primum discimus, Quadratum beatorum martyrum, qui ad Massam Candidam die 18 Augusti 259 trucidati sunt, episcopum fuisse, igitur Uticensem, ipsumque post quatriduum die 21 martyrio esse coronatum. Porro ex sermonibus, qui « per natalem martyris Quadrati » a Possidio memorantur, alii duo in nostram notitiam hactenus pervenerunt; quorum alter, qui apud Denisium XVIIIus est, « XII kal. sept. in natali martyris Quadrati » teste codice Casin. XVII est habitus; alterius vero superest solummodo fragmentum a Beda et Floro in Apostol. II Cor. 4, 13 servatum (Migne 39, 1731). Ex eodem codice Casinensi discimus, sermonem Denisianum 24 Hippone Zarito « in basilica sancti martyris Quadrati », non quidem in natali, sed « die dominica VII kal. octobris » esse prolatum.

SERMO SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI AD MENSAM CYPRIANI DE SANCTO QUADRATO.

Evangelica tuba exhortans martyres ad certamen, quo vincerent mundum, quomodo increpuerit audivimus: QUI ANIMAM SUAM VULT SALVAM FACERE PERDET EAM; NAM QUI PERDIDERIT EAM PROPTER ME,

15 *Evangelica tuba*] Cf. serm. Caill. II 19, n. 4: « tuba evangelii »; item Mai 127, qui ita incipit: « Lingua domini, tuba iustitiae »; Guelferbyt. 26, 2: « tuba sermonis eius »; Maur. 312, n. 4: « tantae vocis tuba »; 331 initio: « Illa evangelica tuba... » et al.

INVENIET ILLAM. Salvando perdet, perdendo inveniet. Quid est hoc, nisi quia est quaedam salus animae secundum hoc saeculum, et est alia salus animae secundum deum? In articulo ergo temptationis, qua probati sunt martyres, ita ut alterutrum eis proponeretur, aut Christi negatio, aut mortis temptatio, procul dubio qui voluerunt salvas facere animas suas secundum saeculum, negaverunt Christum, et perdiderunt eas; qui autem secundum saeculum perdiderunt animas suas, confessi sunt Christum, et invenerunt eas. Cui enim tutius commendatur anima, quam suo creatori? Quis potest conservare quod erat, nisi qui potuit facere quod non erat? Hoc discens et docens iste Quadratus — erat enim episcopus — cuius sollemnitatem hodie celebramus, cum tota plebe sua, clericis et laicis, confessus est Christum. Praemisit gregem, quem pascebat: post quadriduum Quadratus secutus est. Massa enim Candida, cuius ante quadriduum sollempnitas celebrata est, plebs erat dei, gubernationi huius credita. Quam magnum parietem signinarium regebat iste Quadratus! Et illae tot animae, et ex tot animabus, nondum videbant ecclesiam, quam videmus: nondum videbant, et de se ipsis eam construebant, atque in eius conpagem moriendo lapides vivi currebant. Et ecce videmus ecclesiam toto terrarum orbe diffusam, tunc in paucis magnam, nunc in multis latam atque diffusam; et cernimus impleri praedicta prophetarum, quae praecesserunt futura omnia quae videmus. Sed, ut hoc fieret, quando paucitas erat, fortitudo magna erat. Angustam viam transeundo dilataverunt, et aspera dum calcando transierunt, praecesserunt nos. Secuti sunt hos, quicumque illis temporibus pro nomine Christi tribulationes varias pertulerunt. O beati perdendo animas suas! o felicia detrimenta! Sic proiciunt, sic perdunt, qui seminant. Quis enim dubitet, in omni seminatione ea, quae seminantur, proici, obrui? Sed quanta spes messis est, quam praecedit seminantis! Et quando seminatur, messem nemo videt: totum deo creditur, terrae committitur. Servat terra, fecundat terra, multiplicat terra: sed illo agente, a quo factum est caelum et terra.

Episcopus erat Quadratus; grex eius Massa Candida.

14 quadriduum] *sic scribitur in A, veluti in inscriptionibus haud paucis* 15 signinarium] *conieci;* sigmnarium *A; notum est adiectivum* « *signinus* » *ex* « *Signia* », *unde dicitur* « *signinum opus* », « *signini parietes* » 24 nos] *coniectura item emendavi ex* hos 28 seminantis] *ut puto, pro* sementis

1 *illam*] Mt. 16, 25, quo videlicet ex loco pericope diei excerpta erat.

14 *ante quadriduum s. celebrata est*] Nullus ergo deinceps ambigendi locus de die natali sive Massae Candidae sive martyris Quadrati, illius XV°, huius XII° kal. sept.

2. Nomen huius martyris admonet nos de sancta quadratura aliquid dicere. Sanctus Noe de lignis quadratis arcam iussus est fabricare. Quid electum est in quadratura, quid praesignatum est, nisi quoniam quadratum stantem deicere nullus potest? Quacumque enim degeris, stabit. Contere te volvendo, labora deiciendo; et deiciendo sic invenies, quem deiecisti, quomodo stabat antequam deiceretur. Ubique statio illi collocata est. Proposita sunt dampna, ablatae sunt res confitentium Christum: stetit Quadratus. Proposita sunt exilia, et amissio patriae carnalis: cogitata patria spiritali stetit Quadratus. Inpacta tormenta saevique cruciatus: cogitatis tantis gehennae doloribus stetit Quadratus. Promissa ingentia praemia saecularia, ut negaretur Christus: cogitata caelesti corona stetit Quadratus.

Quadrati nomine quid praesignatum.

3. Talis debet esse christianus: sed, ut sit talis, invocandus est Christus. Ipse quadret, ipse regat, ipse cadentem cadere non permittat. Non enim frustra dictum est: SEPTIES CADIT IUSTUS, ET RESURGIT. Non ad casus alicuius gravis peccati debemus referre, quod dictum est. Cadit enim graviter, qui innocens erat, et fit homicida; cadit, qui castus erat, et fit adulter. Non de talibus casibus dictum est, SEPTIES CADIT IUSTUS ET RESURGIT; sed dictum est hoc de casibus tribulationum. Cadere quippe humiliari est. Quantumque fuerit humiliatus iustus, resurgit. Quadratus ille est, qui vertitur, et stat. Et quod ait, SEPTIES, pro universitate posuit, perfecto numero insinuans, quotienscumque ceciderit. Septies, quotienscumque; sicuti est SEPTIES IN DIE LAUDABO TE. SEMPER LAUS EIUS IN ORE MEO. Et ut noveritis istum esse sensum in his verbis, SEPTIES CADIT IUSTUS ET RESURGIT, circumstantia videamus, quid supra dixerit sancta scriptura, et quid post haec verba subiecerit: ibi sensus evidens apparebit. Quid ergo ait scriptura, ubi posita est ista sententia? NOLI APPLICARE IMPIUM AD PASCUA IUSTI, NEQUE SEDUCARIS SATURITATE VENTRIS. Et sequitur SEPTIES ENIM CADIT IUSTUS, ET RESURGET; IMPII AUTEM

Quod septies cadat iustus, non de peccato, sed de tribulatione accipiendum est.

Septies, pro universitate positum.

9 spiritalis *A* 15 iustus] victus *A*

1 *Nomen huius martyris* etc.] Quae hic sequuntur comp. cum Enarr. in Ps. 86, n. 3 et serm. Denis 18, 3.

2 *de lignis quadratis*] Gen. 6, 14 iuxta LXX, ubi Vulg. habet *de l. laevigatis*. Cf. Enarr. in Ps. 86, n. 3: « Non enim frustra etiam de lignis quadratis aedificata est arca Noe ».

15 *resurgit*] Prov. 24, 16.

23 *laudabo te*] Ps. 118, 164.

24 *meo*] Ps. 33, 2. Eadem prope recurrunt serm. 114, n. 1: « *Septies in die* noluit intellegi, nisi quotiescumque... Quid est ergo, septies? Semper, quotiescumque peccaverit, eumque paenituerit. Hoc est enim, *Septies in die laudabo te*, quod est in alio psalmo, *Semper laus eius in ore meo* ».

28 sq. *ventris*] Translatio haec Proverb. 24, 15 sq. nota erat ex Lucifero Calaritano et Ioh. Cassiano, apud Aug. autem hucusque non comparebat.

INFIRMABUNTUR IN MALIS. Iam de consequentibus verbis post hanc sententiam coepit ista elucere sententia: SEPTIES CADET IUSTUS ET RESURGET, IMPII AUTEM INFIRMABUNTUR IN MALIS. Ergo qui cadit septies et resurget, non infirmatur in malis; et hoc est ipsum cadere et resurgere, humiliari et non infirmari.

4. Quid est ergo, quod superius dictum est, NOLI APPLICARE IMPIUM AD PASCUA IUSTI, NEQUE SEDUCARIS SATURITATE VENTRIS? Sicut dominus donare dignatur, dicam quod potuero: inveniat melius, qui pulsat fortius. Ecce, carissimi, praedicamus vobis verbum dei; auditis omnes, delectamini omnes, gaudetis omnes: non facitis omnes. Ipsa sunt pascua, ubi pascitur anima iusti; sed pascitur ibi anima et iniusti. Simul audiunt iustus et impius: simul audiunt, simul dicunt finito sermone, Saginati sumus. Sed tu discerne eum, qui salubrius pascitur, ab illo, qui et ipse pascitur, et saturitatem ventris habet, stabilimentum mentis non habet. Discerne ergo, et NOLI APPLICARE IMPIUM AD PASCUA IUSTI, id est, noli comparare pascenti iusto. Noli applicare, id est, noli comparare. Aliter enim ille pascitur, aliter ille. Noli ambos similes putare: noli iustum ad illum applicare. Sed audis et istum tenere scripturas: noli seduci saturitate ventris. NOLI APPLICARE IMPIUM AD PASCUA IUSTI, quia et ille in his pascitur et gaudet; NEQUE SEDUCARIS SATURITATE VENTRIS, quia totum tenet. Quomodo quisque sit pastus, temptatio interroget, temptatio probet. Ecce ostendo pascua iusti: SEPTIES CADET ET RESURGET. Ecce ostendo pascua impii: IMPIUS AUTEM INFIRMATUR IN MALIS. Pascitur iustus: ut lapis quadratus quacumque verteris stabit. Pascitur impius: ut lapis rotundus nusquam stabit.

Dei verbo pascitur anima iniusti aeque ut iusti; sed aliter iste, aliter ille.

5. Tales ergo esse debemus: sed deus invocandus est, ut tales esse possimus. SPERABO IN EUM, QUONIAM IPSE LIBERABIT ME DE LAQUEO VENANTIUM ET A VERBO ASPERO. Laqueus venantium, insidiae persequentium; verbum asperum, amarum obprobrium. Quanta isti audiebant, qui animas suas perdendo inveniebant! qui laquei proponebantur in temptationibus! Et dicebat anima una omnium: OCULI MEI SEMPER AD DOMINUM, QUONIAM IPSE EVELLET DE LAQUEO PEDES MEOS. Sperabo in eum, quoniam ipse liberabit me de laqueo venantium. Quanta crimina audiebant! et ea falsa sciebant. Numquid non urit dolor, quando falsum crimen auditur? Sed erat in illis vera patientia, quia fulgebat candida conscientia.

Quanta martyribus falsa obiecta crimina.

2 cadet] *ex* cadit *hoc loco corr. A* 15sq. nolite comparare *A, ubi syllaba* te *manifesto abundat*

1 *malis*] Prov. 24, 16.
28 *aspero*] Ps. 90, 2. 3. In Enarr. Psalmi huius Aug. legebat *eruet me de muscipula v.*
32 *meos*] Ps. 24, 15.
35 *candida conscientia*] Serm. 306, n. 10: « Dicamus ergo ei candida conscientia ».

Et hoc illis unde, nisi quia ipse liberat eos a laqueo venantium et a verbo aspero, qui eis dixerat BEATI ERITIS, CUM DIXERINT OMNE MALUM ADVERSUM VOS? Hoc est verbum asperum. Non dixerunt: Quid mihi est pati hoc obprobrium? Ut quid sum christianus, ut audiam semper falsa ista crimina? Non dixerunt, quoniam quadrati steterunt; et eruti sunt, illum attendentes dicentem, BEATI ERITIS, QUONIAM MERCES VESTRA MULTA EST IN CAELIS. Numquid, quia tunc fuerant illae temptationes, illi soli certare potuerunt? Abundant mala mundi, certemus et nos. Proponitur laqueus cupiditatis, ut prodas aliquem. Esto quadratus: contempne promissa, quod offertur despice, quod differtur suspice. Certius est quod differtur, quam quod offertur. Quod offertur, aut viventem deserit, aut a moriente deseritur: quod differtur, cum venerit, non finitur. Nec deseret te, nec deseretur a te. Ibi eris, non migrabis. BEATI enim, inquit, QUI HABITANT IN DOMO TUA, IN SAECULA SAECULORUM LAUDABUNT TE. Laudabunt te, quia amabunt te. Et quomodo amabunt, quando videbunt te, si sic amaverunt, quando non videntes crediderunt in te? Proponitur laqueus timoris, ut, cum times, aliquid mali committas, et facias tibi ipse, quod facere non poterat qui terrebat. Qui enim terrebat, occidere poterat carnem tuam: tu male faciendo occidis animam tuam. Numquam defuerunt ista in rebus humanis: numquam defuerunt certamina temptationum. Sint oculi nostri semper ad dominum.

Nobis quoque laqueus proponitur, modo cupiditatis, modo timoris.

6. In hoc saeculo, fratres mei, quid nobis expediat, ignoramus. Multis profuerunt divitiae, qui bene usi sunt: quamvis non ipsae divitiae profuerint, sed animus utentis; qui, et si divitias non haberet, sententiam divinam teneret, PAX IN TERRA HOMINIBUS BONAE VOLUNTATIS. Quam multis tamen divitiae obfuerint, quis eos numerat? Quam multos divitiae perdiderint, quando computantur? Cottidie videntur, et qui vident non corriguntur. Profuerunt ergo quibusdam divitiae, concedamus: tamen et plurimis obfuerunt. Profuerunt quibusdam potentiae saeculares, acceptemus: quam multis tamen obfuerunt! Non tamen caeci esse debemus. Numquid dici potest, alicui obfuisse regnum caelorum? Numquid

Quid nobis hic expediat, ignoramus.

3 dixerunt] *ex* dixerint *corr.* michi *A* 10 suspice] *coniectura emendavi ex* suscipe

3 *vos*] Mt. 5, 11.
7 *caelis*] Ibid. 12.
9. 17 *laqueus cupiditatis... laqueus timoris*] Cf. Enarr. in Ps. 30, serm. 1, n. 10; Denis 14, 2; Caillau II 6, n. 5 et al.
15 *te*] Ps. 83, 5.
23 *ignoramus*] Enarr. in Ps. 53, n. 5: « Petis divitias, o homo: quanti sunt eversi per divitias suas! Unde scis utrum tibi sint profuturae divitiae?... Quid enim vobis expediat, omnino nescitis ».
26 *voluntatis*] Luc. 2, 14.

dici potest, alicui obfuisse vivere sine fine cum Christo? Sed ista bona non sunt hic, quia non sunt hinc: non sunt de mundo. NOLITE ergo DILIGERE MUNDUM, NEC EA QUAE IN MUNDO SUNT. QUISQUIS DILEXERIT MUNDUM, NON EST CARITAS PATRIS IN ILLO: QUONIAM OMNE, QUOD IN MUNDO EST, CONCUPISCENTIA CARNIS EST, ET CONCUPISCENTIA OCULORUM, ET AMBITIO SAECULI, QUAE NON EST A PATRE, SED A MUNDO EST. ET MUNDUS TRANSIT, ET CONCUPISCENTIA EIUS; QUI AUTEM FECERIT VOLUNTATEM DEI, MANET IN AETERNUM.

7. Ecce structura sanctorum, ecce aedificium quadratorum. Ea ergo quae nescimus, an prosint nobis, an obsint, deo dimittamus, qui quosdam et non exaudit propicius, et exaudit iratus; et rursus exaudit propicius, et non exaudit iratus. Illi, inquam, talia committamus, qui quosdam et non exaudit propicius, et exaudit iratus; et rursus exaudit propicius, et non exaudit iratus. Quando ergo petimus per imperitiam quod nobis non expedit, sit propicius, et non nos exaudiat. Non ergo qui fuerit exauditus, et impletum fuerit desiderium eius, gloriari debet. Impletum est desiderium Israhelitarum manna respuentium, et carnes concupiscentium. Et legite quid scriptum sit: CUM ADHUC ESCA ESSET IN ORE IPSORUM... Quid dicam de hominibus? Exauditus est diabolus, ut ei temptandus dei famulus crederetur. Exauditi sunt daemones, ut irent in porcos. Quid magnum est ergo audiri? Interest plurimum, in qua re exaudiaris. Si hoc petis, quod tibi expedit, et exaudiris, propicius est deus. An forte nos scimus quid petamus, et nesciebat apostolus Paulus? Ecce ostendi vobis exauditum populum ingratum, sed malo suo: exauditum diabolum, exauditos daemones. Audi apostolum propicio deo non exauditum. Utique dicitis in cordibus vestris: Si exauditus est diabolus, quanto magis exaudiri debeat apostolus? Et tamen quid ait idem ipse apostolus? IN MAGNITUDINE REVELATIONUM MEARUM NE EXTOLLAR... Postea quam non est exauditus, tunc causam, quare non exaudiretur, invenit. Ideo non eam tacuit, sed ipsam primo proposuit. Rem quippe mirabilem et contra opinionem dicturus erat tantus vir, tam sanctum vas electum, qui plus omnibus illis laboravit; non ipse autem, sed gratia dei cum illo. Cum legeret pollicitationem dei, ADHUC TE LOQUENTE DICAM, ADSUM, dicit

Non magnum est a deo exaudiri, nisi in hoc quod nobis expedit.

[8] *in aeternum*] I Ioh. 2, 15-17, omnino ut legere solet Aug.

[14] *exaudit iratus*] Serm. 21, n. 8: « Si det tibi quod male petis, forte iratus dat. Audi exempla de lege. Israhelitas concupiscentes concupiscentias ventris et gutturis exaudivit iratus; Paulum dicentem, Tolle a me stimulum carnis, non exaudivit propicius ».

[18] *ipsorum*] Ps. 77, 30.

[19] *Exauditus est diabolus*] In sermone de Chananaea, quem ex cod. Bamberg. nuperrime edidi (Morin. 16, 4): « Non est exauditus apostolus, et exauditus est diabolus »; similiter Wilmart 11, 3. 4 et al.

[32] *cum illo*] Cf. I Cor. 15, 10.

[33] *Adsum*] Esai. 58, 9.

semel, et non exauditur: rogat iterum, nec sic exauditur: rogat tertio, prorsus non auditur. IN MAGNITUDINE, inquit, REVELATIONUM MEARUM NE EXTOLLAR, DATUS EST MIHI STIMULUS CARNIS MEAE, ANGELUS SATANAE QUI ME COLAPHIZET. Multi multa suspicantur in hoc loco: sed melius creditur, quod a melioribus dicitur, dolorem quendam capitis acerrimum passum fuisse apostolum Paulum; ideo se dixit colaphizari, quoniam in capite patiebatur, ne extolleretur. Ibi percutiebatur, quod in elatione non est erigendum. Et quid ait, quid adiunxit? PROPTER QUOD TER DOMINUM ROGAVI, UT DISCEDERET A ME; ET DIXIT MIHI, SUFFICIT TIBI GRATIA MEA, VIRTUS IN INFIRMITATE PERFICITUR. O non exaudire! hoc est potius subvenire. Acre medicamentum, sed salubre, tantus medicus apponebat aegroto. Aeger sub morsu medicamenti rogabat, ut auferret medicus, quod posuerat; non exaudiebat medicus ad voluntatem, et inde magis exaudiebat ad sanitatem.

Angelus satanae Paulo erat dolor capitis acerrimus.

8. Non videmus ista cottidie in rebus humanis veluti duram et inexorabilem misericordiam? Quanta aegroti contraria a medicis petunt, et quanta misericordia medici negant! Negant, et parcunt: saeviunt, si concedunt. Hoc novit medicus: et nescit deus? Novit tecum sic agere, qui tecum creatus est: et nescit vobiscum agere, qui ambos creavit? Prorsus, carissimi, in omnibus tribulationibus, in omnibus timoribus, in omnibus gaudiis, rogate deum, ut de temporalibus hoc praestet, quod expedire ipse novit. Aeterna vero, quale est SANCTIFICETUR NOMEN TUUM, VENIAT REGNUM TUUM, FIAT VOLUNTAS TUA SICUT IN CAELO ET IN TERRA, et cetera huiusmodi, securi petite, obesse non possunt. Eligite, diligite, colligite: aperit enim manum suam et implet omnem animam benedictione. ET CUM DEDERIS, inquit, COLLIGENT. Nemo dubitet de supernis bonis: et si differuntur, dabuntur; non negatur praemium, sed exercetur

Novit tecum agere medicus, et nescit deus?

3 michi... sathanae *A* 4 colafizet *hoc loco tantum* 15 ista] *an pro* istam? 24 eligite] *ex* elige *corr.*

4 *colaphizet*] II Cor. 12, 7, uti saepius legit Aug.

5 *dolorem q. capitis*] Enarr. in Ps. 98, n. 13: « stimulum carnis, a quo colaphizabatur, aliquem forte dolorem corporis »; in Ps. 139, n. 7: « Colaphizabatur... Quid est hoc? Dolore quodam corporis traditur exagitatus vehementer ».

10 *perficitur*] II Cor. 12, 8, 9.

O non exaudire!] Serm. Guelferb. 13, 2: « O tangere! » et al.

12 *morsu medicamenti*] In sermone item Bamberg. de Chananaea, Morin 16, 3: « Nocet tibi emplastrum, quando mordet... »

14 *ad sanitatem*] Enarr. in Ps. 146, n. 1: « Non concessum est ad voluntatem, ut consuleretur ad sanitatem »; adde serm. Wilmart 11, 4.

18 *novit medicus, et nescit deus?*] Cf. serm. Denis 21, 8: « Errat medicus aliquando, deus numquam. Si ergo committis te medico aliquando erranti » etc.

23 *terra*] Mt. 6, 9. 10.

25 *omnem animam*] Antiqua sane lectio pro *omne animal* (Ps. 144, 16), sed quae apud Aug. hucusque nusquam comparebat.

26 *colligent*] Ps. 103, 28, et ita quidem Aug.

desiderium. Diu desideremus: quia magnum est quod accepturi sumus. Diu sitiamus: quia fontem vitae potabimus. Tamen, carissimi, quod non impudenter petimus, quia docuit apostolus, petamus, UT QUIETAM ET TRANQUILLAM VITAM AGAMUS, ET CUM OMNI PIETATE ET CARITATE. EXPLICIT SERMO AUGUSTINI AD MENSAM CYPRIANI.

Quid prudenter docente apostolo petendum.

XVI.

Morin, Serm. 16: « Rev. Bénéd. » XL (1928), p. 217-222: ex codice Bamberg. Patrist. 22 (B. III. 31), saec. IX-X, fol. 91v-96r (= *B*). Quem ubi in lucem evulgavi, statim omnes Hipponiensis nostri sentiendi dicendique artem in eo perspicuam esse consenserunt. Accedit duabus contionibus quae de muliere Chananaea hactenus innotuerant, Maur. 77 et Guelferb. 33; ceterum alibi quoque Augustinus de eodem evangelii capitulo occasione data disseruit, uti in sermone Mai 26, n. 2-4; Morin, serm. 4, n. 5 etc. Qui autem ap. Mai « De muliere cananea » sermo 4 inscribitur, is profecto, quod alibi dixisse me memini, Augustini nomen immerito prae se fert, Petro Chrysologo potius mea sententia restituendus.

SERMO SANCTI AUGUSTINI DE MULIERE CHANANAEA.

Nostis ex evangelio, fratres, quemadmodum mulier Chananaea perseverando extorsit, quod semel petendo non potuit; et dominus, ut eam differret, desiderium eius exercebat, non beneficium denegabat: sciebat enim quo fuerat perventura poscendo, quia et ad hoc eam ipse docebat. Primo dicta est ab eo canis; postea MULIER, MAGNA EST FIDES TUA. Accepto beneficio laeta discessit; sed prius est mutata, et tunc laetificata. Quantum mutata? De cane mulier facta. Et qualis mulier? Cuius fides magna. Multum accessit: in uno momento quantum profecit! Propter hoc dominus differebat, qui dixit SEMPER ORARE, ET NON DEFICERE. Domini enim est sententia hortantis nos ad orationem. Cotidie homines orant, religiosi tempora orationum non intermittunt. Nam et apostolus ait: SEMPER GAUDENTES, SINE INTERMISSIONE ORANTES. Hoc est, OPORTET

Chananaea fide et oratione de cane in mulierem mutata.

3 impudenter] *fort. pro* imprudenter? 4 agamus] ga *in rasura* 6. 7 cananea *B const.* 16 ortantis *B*

4 *caritate*] Pro *castitate* I Tim. 2, 2, uti etiam nonnumquam Aug.

9 *non beneficium denegabat*] Omnino familiaris Augustino sententia. Cf. serm. 77, n. 1: « non ut misericordia negaretur, sed ut desiderium accenderetur » etc.; Guelferb. 33, 1: « non enim suum negabat beneficium, sed illius exercebat desiderium »; serm. Morin 4, 5: « non ut ipse beneficium negaret, sed ut ipsa perseverans impetraret », et hic p. 652, l. 27 sq.; « non negatur p. sed exercetur desiderium ».

11 *tua*] Mt. 15, 28.

15 *deficere*] Luc. 18, 1.

18 *orantes*] I Thess. 5, 16. 17.

SEMPER ORARE, ET NON DEFICERE. Alio loco ipse dominus: PETITE, ET DABITUR VOBIS; QUAERITE, ET INVENIETIS; PULSATE, ET APERIETUR VOBIS. Hoc fecit Chananaea: petiit, quaesiit, pulsavit, accepit. Sed illa hoc fecerat, ut eius filia a daemonio sanaretur, et meruit: sana facta est filia eius ex illa hora. Numquid sana facta filia sua iterum hoc petitura erat? Donec acciperet, quaerebat, petebat, pulsabat: accepit, laetificata est, et abscessit. Nescio quid est, immo magnum aliquid est, propter quod oportet semper orare, et non deficere. Plus est, quam sanitas filiae, inmortalitas vitae: hoc est quod oportet semper orare usque ad finem, quam diu hic vivitur, quo usque sine fine vivatur, ubi iam non erit petitio, sed exultatio.

Inmortalitas vitae sine intermissione petenda.

2. Ergo modo OPORTET SEMPER ORARE, ET NON DEFICERE. Orat is hoc, ille illud: diversae sunt orationes vestrae, quia diversa sunt desideria vestra. Omnes quasi aequaliter gemunt: sed voluntates distribuit, qui exaudit. Unus rogat deum, quomodo illa mulier Chananaea, ut sanus sit filius, qui aegrotat; rogat mulier pro marito, maritus pro uxore; rogant pro aegrotantibus omnes: non est oratio reprehendenda. Alii orant, gemunt, interpellant, quaerunt, petunt, pulsant, ut divites fiant; et quanto cupiditas maior est, tanto est ardentior et crebrior talis oratio. Et quidam putant etiam pro hoc dixisse dominum, PETITE, ET ACCIPIETIS; QUAERITE, ET INVENIETIS; PULSATE, ET APERIETUR VOBIS: OMNIS ENIM QUI PETIT ACCIPIT, ET QUAERENS INVENIET, ET PULSANTI APERIETUR. Audit hoc homo avarus, et cottidie nihil aliud petit, nisi ut dives fiat. Sed, ut taceam de avaro, audit hoc homo pauper: orat, petit, quaerit, pulsat, ut dives fiat; et aliquando multum temporis inpendit, et nullam horam invenit in accipiendo, et dicit sibi: Quid est, quod voluit dominus dicere, PETITE ET ACCIPIETIS, QUAERITE ET INVENIETIS, PULSATE ET APERIETUR VOBIS; OMNIS ENIM QUI PETIT ACCIPIT, ET QUI QUAERIT INVENIT, ET PULSANTI APERIETUR? Quid ego feci miser, ut petam et non accipiam? Quid tali dicturi sumus? Mentitus est dominus? mentita est scriptura? Absit. Hoc sibi nec ipsa avaritia audet dicere: quod ergo non dicit cupiditas, dictura est pietas?

Aliae diversae orationes non reprehendendae.

3. Quid ergo dicturi sumus homini illi? Pete adhuc, insta adhuc, pulsa adhuc; quia non sine causa dictum est, OMNIS QUI PETIT ACCIPIT.

[10] hic] *suppl. s. l.* [19] quanto] *corr. ex* quando [22] inveniet] *ex* invenit *1 m. corr.* [23] homo] ho *1 m. s. l. suppl.*

[2] *vobis*] Mt. 7, 7: qui versus quasi necessario recurrit, quoties de Chananaea agitur, ut puta serm. 77, n. 9. 11; Mai 26, 3. 4; Guelferb. 33, 1.

[9] *hoc est quod oportet*] Simili modo explicatur praeceptum semper orandi, Epist. 130, n. 18; Enarr. in Ps. 37, n. 14. et al.

[22. 29] *aperietur*] Mt. 7, 7. 8.

Ora quantum potes, pete, pulsa, persevera, et eris dives. Producit tempus orando, expirat in paupertate: nihil accepit, nihil quod filiis suis dimittat invenit. Periit ergo totus labor petendi, quaerendi, pulsandi? Non periit. Ergo tali homini nondum... vivit quid dicendum est, nisi, Muta precem? Et ut quid petis, quaeris, pulsas, ut fias dives ex paupere? Annon audisti apostolum dicentem: QUI VOLUNT DIVITES FIERI, INCIDUNT IN TEMPTATIONEM, ET DESIDERIA MULTA, STULTA ET NOXIA, QNAE MERGUNT HOMINEM IN INTERITUM ET PERDITIONEM? Ecce quod petebas: sed pater tuus, a quo hoc petebas, misericorditer negabat quod petebas, ne in interitum et perditionem devenires. Ecce muta precem. Non enim et tu, quod petierit filius tuus, das illi. Quid si enim filius tuus cultellum petat, de quo se vulneret, aut plorando se conlidat, ut eum leves in equum, numquid facies? numquid audebis? Nonne melius sanus plorat, quam debilitatus ploretur? Si ergo tu, cum sis malus, nosti quod bonum est dare filio tuo, quanto magis pater, qui semper est bonus, praestat tibi, quando non dat, et nescis? Opus est, ut filius sis: non te contemnit, securus esto filius. Paulus apostolus cum colaphizaretur ab angelo satanae, ne extolleretur, sicut ipse confitetur — nam nos quando hoc tale de apostolo dicere auderemus? — ait de angelo satanae: PROPTER QUOD TER DOMINUM ROGAVI, UT AUFERRET EUM A ME; ET DIXIT MIHI, SUFFICIT TIBI GRATIA MEA, NAM VIRTUS IN INFIRMITATE PERFICITUR. Quare enim rogas, o Paule? nonne ut bene tibi sit? Dimitte artificem facere quomodo nescis, ut bene tibi sit. Nocet tibi emplastrum, quando mordet? Pro te est, quia sanat. Si ergo apostolus Paulus petiit, et non est exauditus, tu autem quare tristis es, quando non exaudiris? Fortasse enim hoc petis, quod tibi accipere non expediat.

Homini petenti et non accipienti quid dicendum.

Praestat tibi deus, quando non dat, et nescis.

4. Mira res est, fratres mei: petivit apostolus, et non accepit; petiit diabolus, et accepit: non est exauditus apostolus, et exauditus est dia-

[3] dimittat] *corr. ex* demittat, *quod forte servandum erat: cf. Thes. l. lat. V. 493, l. 18 sqq.* [4] periit] *ex* perit *s. l. corr.* nondum vivit] « q(uaere) » *in marg. add.; suspicor hic aliquid excidisse post* nondum, *puta* accipienti dum quid] *suppl. s. l.* [5] praecem *fere const. 1 m.* [12] leves] *ex* lebes *corr.* [17] colafiz. *B* [22] dimitte] *hic quoque ex* demitte

[8] *perditionem*] I Tim. 6, 9.

[12] sq. *leves in equum*] Cf. serm. 80, n. 7: « Ecce ante te filius tuus tota die plorans, ut des illi cultrum... non das, contemnis flentem, ne plangas morientem. Ploret, affligat se, collidat se, ut leves eum in equum » etc.

[14] *cum sis malus*] Cf. Mt. 7, 11; Luc. 11, 13.

[21] *perficitur*] II Cor. 12, 8. 9.

[23] sq. *mordet... quia sanat*] Serm. 354, n. 7, ubi de iisdem verbis apostoli: « Petit aeger, ut quod ad salutem apponit medicus, cum voluerit aegrotus, auferatur. Medicus dicit: Non; mordet, sed sanat. Tu dicis: Tolle quod mordet. Medicus dicit: Non tollo, quia sanat ».

[28] sq. *et exauditus e. diabolus*] Multus est Aug. in hoc « magno mysterio » inculcando: ex. gratia Epist. 130, n. 26; Enarr. 2 in Ps. 21, n. 5; serm. 354, n. 7; serm. Morin 15, 7 et al.

bolus. O iustitia! Immo magna iustitia. Et ubi est, inquit, exauditus diabolus? Non legistis, vel non audistis, exaudita daemonia, et permissa ire in porcos? Aut non legistis, vel non audistis, diabolum postulasse a domino servum eius Iob temptandum, et accepisse? Miranda res! Diabolus petiit, et Iob traditur. Traditur, sed probandus: traditur, sed temptandus: traditur, sed examinandus, et posteris commendandus. Accepit eum diabolus, sed confundendus. Videtis, quia non semper bonum est accipere quod petitis. Mutate ergo preces, ut securi accipiatis quod est bonum: mutate preces, emendate desideria vestra. Illis dico, qui temporalia desiderant, ut divites fiant.

Exauditus est diabolus, et non est exauditus apostolus.

5. Videte quid petebat Idithun, cuius verba cantavimus: EXAUDI, inquit, ORATIONEM MEAM, AURIBUS PERCIPE LACRIMAS MEAS. Numquid divitias petebat? Numquid vulnus habebat in corpore, et hoc postulabat sanari? Et ubi invenimus quid petebat, vel in quibus desideriis preces exercebat, aut pro quibus desideriis lacrimas, quas volebat exaudiri, fundebat? Ubi invenimus desiderium eius? ubi, nisi in verbis eius? SUBSTANTIA MEA, inquit, QUASI NIHIL ANTE TE EST. VERUM TAMEN UNIVERSA VANITAS OMNIS HOMO VIVENS. ET NUNC QUAE EST EXPECTATIO MEA? NONNE TU, DOMINE? ET SUBSTANTIA MEA ANTE TE EST SEMPER. Paulo ante ait, ET SUBSTANTIA MEA TAMQUAM NIHIL ANTE TE EST. Substantia mortalis tamquam nihil ante te est: sed quia post istam vitam immortalitatem accepturus sum, propter quod volo exaudias lacrimas meas, erit substantia immortalis ante te semper. Ecce desiderium, ecce quod pete, ecce quod desidera, ecce quod ora; ecce quod orare oportet semper, quousque hinc exeamus, et non deficere.

Petendum quod petebat Idithun, cuius verba cantata erant.

7. Forte aliquis vestrum dicat: Quid voluit dicere Idithun, AURIBUS PERCIPE LACRIMAS MEAS? Lacrimae enim videntur, non audiuntur: lacrimae profluunt, non sonant. Ita vero habent voces suas, sicut sanguis Abel habuit vocem suam. Si habuit ad dominum sanguis occisi, habent etiam lacrimae precantis, habent omnino. Nam et lacrimae sanguis cordis est. Ergo, quando postulas vitam aeternam, quando dicis, ADVENIAT REGNUM TUUM, ubi securus vivas, ubi semper vivas, ubi numquam doleas amicum, numquam timeas inimicum, quando hoc poscis, plora, funde

Lacrimae, sanguis cordis, habent vocem suam.

5 et] *in* ut *perperam mutat.* 11 quid] *suppl. s. l.* 14 sq. preces exerc. a. p. q. desideriis] *haec in marg. superiori suppl.* 28 sicut] cut *s. l. suppl.*

3 *in porcos?*] Mt. 8, 31 et al.
12 *meas*] Ps. 38, 13.
18 *vivens*] Ps. 38, 6.
19 *semper*] Ibid. 8.
30 sq. *lacrimae, sanguis cordis*] Epist. 262, n. 11: « sacrifica lacrimas, tamquam vulnerati sanguinem cordis»; serm. 351, n. 7: « Inde quidam sanguis animi confitentis per lacrimas profluat ».
32 *tuum*] Mt. 6, 10.

sanguinem interiorem, immola deo tuo cor tuum: hoc est, quod oportet orare, et non deficere; hoc est, quod docet dominica oratio: SANCTIFICETUR NOMEN TUUM, ADVENIAT REGNUM TUUM, FIAT VOLUNTAS TUA SICUT IN CAELO ET IN TERRA, ut simus aequales angelis tuis. O desiderium! Quis auderet homo desiderare, si deus non esset dignatus promittere? Ora: magnum est quod oras, sed maior est qui promisit. Difficile est quod promisit, ut homo fiat angelus, nihil difficilius: sed omnia deo possibilia. Magnum aliquid putas et difficile, ut homo angelus fiat: illud non tibi videtur difficile, et multo difficilius multoque incredibilius, ut unicus dei homo fieret? Quod homo futurus sit angelus dubitat homo, propter quem deus factus est homo! Dubitas te accipere quod petis, cum teneas tale pignus, qui se dignatus est tuum gratis facere debitorem? Non mutuum dedisti, aut aliquam pecuniam commodasti, aut aliquod beneficium praestitisti deo. Nonne, quicquid habes, ab illo habes, et, quod accepturus es, ab illo accepturus es? Dignatus est seipsum facere debitorem, et qualem debitorem? Chirographum fecit, pignus dedit. Chirographum eius est scriptura divina; pignus eius est mors Christi, promissio eius est mors Christi. Qui impiis dedit mortem Filii sui, piis et fidelibus negavit mortem Filii sui?

Difficile est, ut homo angelus fiat; multo difficilius, ut unicus dei homo fieret.

8. Securi estote, fratres, accipietis: petite, quaerite, pulsate, accipietis, invenietis, aperietur vobis. Nolite autem solis vocibus petere, quaerere, pulsare, sed etiam moribus: facite opera bona, sine quibus agi ista vita omnino non debet; cotidianis operibus bonis delete peccata. Nec ipsa levia peccata contemnenda sunt: quamvis enim non sint grandia, congeruntur, acervum faciunt; congeruntur, et massam faciunt. Nolite contemnere, quia minuta sunt, sed timete, si multa sunt. Quid minutius guttis pluviae? Et his multis agri satiantur, flumina implentur. Nolite

Non solis vocibus petendum, sed etiam moribus.

16. 17 cyrografum *B* 25 acervum f. congeruntur] *suppl. s. l.* 26 contemnere] *coniectura emendavi* ex contendere

4 *in terra*] Mt. 6, 9. 10.

aequales angelis] Cf. Luc. 20, 36, et al.

8 *ut homo angelus fiat*] Cf. serm. Biblioth. Casinen. II, 114, n. 1: supra p. 416, l. 17 sq.

11 *factus est homo*] Tract. 110 in Ioh. n. 6 et 7: « Membra quippe Unigeniti ad angelorum sanctorum aequalitatem gratiae suae largitate perducit... ut propter ipsum, cuius membra nos esse voluit, aequales angelis sanctis simus »; Enarr. in Ps. 137, n. 4: « non desperemus nos futuros aequales angelis...: creator angelorum suscepit hominem, dominus angelorum mortuus est pro homine ».

13 *Non mutuum dedisti* etc.] Serm. Morin 13, 4: « Promissorum suorum nobis chirographum fecit: promittendo enim se deus fecit debitorem, non mutuum accipiendo »; Denis 24, 5: « Unde autem debebat deus? An ab aliquo mutuum acceperat?... Promittendo se fecit debitorem, non mutuum accipiendo »; adde Mai 19, 2 et Morin 8, 1.

22 *sed etiam moribus*] Enarr. in Ps. 42, n. 8: « Quam celeriter accipiuntur orationes bene operantium! »; serm. 91, n. 3: « Vita pulsat, vitae aperitur ».

23 sq. *Nec ipsa levia peccata contemnenda sunt*] Idem saepius s. Pater, uti facile perspicies ex indice operum generali, Migne 46, 512.

Peccata levia noli contemnere, sine quibus vita esse non potest.

contemnere peccata vestra levia et minuta, ne acervo facto premant vos. Ecce aqua maris paulatim sudat per rimas navis, et tamen implet sentinam: si non hauriatur, submergit navem. Fluctus autem si sit ingens, tamquam mons veniet, et semel navem obruit, et perdit: sic sunt homicidia, id est gravia peccata, sic sunt adulteria, fornicationes, blasphemiae, periuria; grandia peccata sunt, semel obruunt. Minuta autem illa peccata, sine quibus vita humana esse non potest, per rimas fragilitatis humanae sensim paulatim ingrediuntur, et in sentinam confluunt. Imitamini nautas, quorum non cessant manus, et nihil remanet in sentina: non cessent, inquam, sed ab operibus bonis. Sed iterum

Sentina bonis operibus exhauriatur.

confluunt ad sentinam, quia manent rimae fragilitatis humanae; et propterea iterum exhauriatur sentina. Si enim non cessaverint manus tuae exhauriendo bonis operibus, purum te inveniet illa dies; et securus venies ad illam vitam, quam desiderabat Idithun, cum dicebat, AURIBUS PERCIPE LACRIMAS MEAS. EXPLICIT DE MULIERE CHANANAEA.

XVII.

Morin, Serm. 17: « Revue Bénéd. » XLI (1929), p. 136-140; ex cod. Vaticano lat. 4951, olim « de claustro Roffensi », fol. 159ra-160va, saec. XII (=*R*). In hunc sermonem novissime inopinanter incurri. Cum enim illum denuo edere vellem, qui est in Liverani Spicilegio octavus, et eodem modo incipit, quo sermo Append. 178, *Ascensionis domini nostri Iesu Christi sanctus et sollemnis dies*, in praefato codice Vaticano 4951 idem exordium inveniri animadverti. Itaque comem aeque ac doctum virum Ant. Casamassa O. S. A. rogavi, ut foliorum, quibus indigebam, photographicam, ut aiunt, imaginem mihi confici curaret. Curavit, misit, accepi, examinavi, obstupui. Scidae enim illae sermonis, quem quaerebam, sex tantum priores versus continebant; iis vero sine ulla intermissione subiunctus erat alius sermo, isque adhuc incognitus, ab his verbis incipiens: *Audivimus, cum sanctum evangelium legeretur, et mirantes credidimus*. Quem posteaquam omni cura ac studio expendi, quominus auctorem Augustinum agnoscerem, omnino non potui. In textu constituendo, licet unus tantummodo liber primum praesto fuerit, nulla fere difficultas occurrebat; nunc autem accedit codex alter, Wigorniensis scil. Capituli signatus F. 93, fol. 115^{r}-117^{r}, saec. XII (= *W*), cuius exemplum D. Andreas Wilmart benignissime mihi transmisit. Quod vero ad Augustinianam originem pertinet, uberius eam atque solidis argumentis inlustrandam existimavi, quippe ex qua nonnullis aliis contionibus, quas collectio haec complectitur, maior accedat auctoritas.

[3] auriatur *B const.* [6] *erat primum* peiuria [7] per] r *s. l. suppl.* [10] sed *1° loco*] d *expunct.*

[3] *submergit navem*] Enarr. in Ps. 66, n. 7: « si qua forte, quoniam per mare navigant, intrat aqua per minutissimas cavernas, per rimulas ad sentinam, exhauriendo eam per opera bona, ne plus intrando cumulum faciat, et navem deprimat » et sic saepe alibi.

EX EVANGELIO LUCAE · DIE QUADRAGESIMA ASCENSIONIS DOMINI.

Audivimus, cum sanctum evangelium legeretur, et mirantes credidimus, et credentes mirati sumus, apparuisse dominum a resurrectione mortuorum, praebuisse se documentum morituris, exemplum resurrecturis. Apparuit desperantibus, qui, cum expavissent, PUTAVERUNT SE SPIRITUM VIDERE. Est haeresis maligna, quae hodieque hoc putat, quod tunc discipuli putaverunt: Manichaei dominum Christum spiritum dicunt fuisse, non corpus, totumque illud in figura corporis, quod factum est, motibusque membrorum apparuisse potius quam fuisse. Hos paulisper alloquamur patientibus vobis; quia et latent fortassis in vobis, non eos praetereat occasio ista lectionis.

Manichaeorum error de carne Christi.

2. Quid dicis, quisquis es Manichaeus, quid dicis? Christus, inquit, spiritus fuit, carnem non habuit, sed quasi caro apparuit. Admitto interim, admitto contradicentem, ut faciam, si potero, credentem. Hoc nempe dicis, quod visus est Christus, spiritum fuisse, non corpus? Hoc, inquis. Hoc, inquam, et discipuli antea putaverunt. Non ergo valde succenseo, quia sic errasti: sed plane damnandus es, quia illis correctis in errore remansisti. Spiritus fuit Christus, carnem non habuit? Admisi contradictorem, audi doctorem: audi, inquam, doctorem, non me, sed ipsum. Ite, et dicite, et iactate, et praedicate, et docete, et domos penetrate, et captivas ducite MULIERCULAS ONERATAS PECCATIS; facite, et dicite: Christus spiritus fuit, carnem et ossa non habuit. Audite ipsum dicentem: QUID TURBATI ESTIS, ET QUARE COGI-

Error fuit aliquando apostolorum.

1 sq *inscriptionem instar Indiculi Possidiani et sermonum Guelferb. 20. 21 supplevi;* Unde supra *R;* item eiusdem de eadem festivitate *W* 11 latent] *W;* latens *R*, *uti infra p. 662, l. 17* manens *pro* manente *aut* manet

2 *Ascensionis domini*] Ea die sermonem habitum esse testis est evangelica lectio, quae heic usque ad finem c. 24 Lucae protenditur, infra octavas Paschae e contrario in versu 47 desinebat.

5 sq. *exemplum resurrecturis*] Coniunctio verborum apud Aug. haud infrequens.

7 *videre*] Luc. 24, 37, uti legere solet Aug.

haeresis maligna] Ita etiam de Manichaeis serm. 116, n. 1: dicitur « haeresim malignam fecerunt ».

11 sq. *latent fortassis*] Cf. serm. 237, n. 4: « ne forte in agro isto domini sit herba mala, etiam eos alloquor, quos non video ».

13 *Quid dicis...* etc.] Tract. 26 in Ioh. n. 5: « Quid dicis, o Arri? quid, haeretice, loqueris? quid est Christus? Non, inquit, deus verus, sed quem fecit deus verus ».

15 *admitto contradicentem*] Par moderatio animi in sermone de Ascensione in Florileg. Casinen. II, 76, n. 2: « Haec qui dicunt, spernendi non sunt, sed docendi sunt » etc. supra p. 414, 3 sqq.

17 *antea putaverunt*] Serm. 238, n. 2: « hoc putant, quod prius errantes discipuli putaverunt. Sed illi in errore non perseveraverunt... » comp. supra p. 342, 20; 582, 2 sqq.

23 *peccatis*] II Tim. 3, 6.

TATIONES ASCENDUNT IN COR VESTRUM? VIDETE MANUS MEAS ET PEDES MEOS; PALPATE ET VIDETE, QUIA SPIRITUS CARNEM ET OSSA NON HABET, SICUT ME VIDETIS HABERE. Quid est quod contradicis? Christianus es? Si Christianus es, audi Christum dicentem: QUID COGITATIONES ASCENDUNT IN COR VESTRUM? VIDETE MANUS MEAS ET PEDES MEOS; PALPATE ET VIDETE, QUIA SPIRITUS — id est, quod me putatis esse — CARNEM ET OSSA NON HABET, SICUT ME VIDETIS HABERE. Adhuc contradicis? Si adhuc contradicis, vide an forte nihil mali est, putare Christum fuisse spiritum, etiam si carnem veram habebat. Si nihil mali esset, dominus discipulos suos in ipso errore dimisisset. Noli vulnus contemnere, quod talis medicus curavit sanare: cogitationes illae tamquam spinae si agro dominico non nocerent, non eas agricola diligenti manu extirparet. Sed discipuli correcti sunt, Manichaei perversi sunt: cogitatio illa in discipulorum cordibus tamquam peregrina transitum fecit; Manichaeorum corda tamquam domina possedit, quia tamquam hostis invasit.

Sed hi a Christo medico curati sunt.

3. Curetur, fratres, si qui forte inde dubitat: audiat veritatem, deponat contentionem. Christus, Verbum anima et caro. Homo quilibet, anima et caro: Christus, Verbum et homo. Si Verbum et homo, Verbum et anima et caro. Non tres personae sunt, Verbum et anima et caro; quia nec tu duae, anima et caro. Tu, anima et caro, homo unus; ille, Verbum anima et caro, Christus unus. Aliquando autem secundum id quod Verbum est loquitur, et tamen ipse Christus loquitur; aliquando secun-

Idiomatum communicatio in Christo.

3. 7 vidistis *leg. Wilmart* 10 suos *om. Wilm.*

3 *habere*] Luc. 24, 38. 39.

9 *Si nihil mali esset*] Serm. 237, n. 2: « Si nihil mali est, credere Christum spiritum fuisse, non carnem; si nihil mali est, dimittantur in ista opinione discipuli »; Guelferb. Append. 7 (inter authenticos nunc recepto), n. 2: « Si nihil mali est in isto sermone, dimittat Iesus discipulos suos in isto errore ».

11 *quod talis medicus*] Ibid.: « Venit medicus tunc ad discipulos... si a. illos dignatus est sanare, quid te delectat aegrotare? »; serm. 237, n. 3: « Medicus eos non dimisit sic: accessit, medicamentum adhibuit »; 238, n. 2: « Videte quam malus sit error, quem medicus festinabat sanare ».

12 sq. *extirparet*] Serm. Guelferb. Append. 7, 2: « Tamquam bonus *agricola* diceret: Quod ibi plantavi inveniam; non *spinas*, quas non plantavi... sed non relinquit, *extirpat* male natas herbas, purgat *agrum* ».

13 *correcti sunt*] Serm. 237, n. 3: « Errabas cum discipulis, corrigere cum discipulis ».

22 *Christus unus*] Ita saepissime Aug. Cf. serm. 174, n. 2: « sicut tu, unus homo, anima es et caro, sic ille, unus Christus, deus et homo »; Tract. 78 in Ioh. n. 3: « Sicut enim unus est homo anima rationalis et caro, sic unus est Christus deus et homo; ac per hoc Christus est deus, anima rationalis, et caro »; et in hac ipsa sylloge serm. Denis 5, 7; Biblioth. Casinen. II, 76, n. 2: supra p. 28, l. 5 sqq.; 414, l. 7.

23 *Christus loquitur*] Haec est, quam theologi idiomatum communicationem vocant; de qua item Aug. in laudato sermone Biblioth. Casinen. II, 76, n. 3: « Utraque enim substantia sua sibi proprietatis nomina impertit, et divina humanae, et humana divinae; ut et filius dei dicatur homo, et filius hominis dicatur deus: utrumque tamen idem ipse Christus ».

dum id quod anima est loquitur, et tamen ipse Christus loquitur; aliquando secundum id quod caro est loquitur, et tamen ipse Christus loquitur. Probemus ista exemplis divinorum eloquiorum. Secundum Verbum audi: EGO ET PATER UNUM SUMUS. Secundum animam audi: TRISTIS EST ANIMA MEA USQUE AD MORTEM. Secundum carnem audi: OPORTEBAT CHRISTUM PATI, ET RESURGERE TERTIA DIE. Ubi resurgere, nisi in eo quod potuit cadere? Ibi resurrexit, ubi mortuus fuit. Quaere mortem in Verbo: numquam esse potuit. Quaere mortem in anima: numquam fuit, ubi peccatum non fuit. Quaere mortem in carne: ibi plane fuit; et ideo vera resurrectio fuit, quia vera mors fuit. Ibi mors fuit. Quare fuit, ubi peccatum non fuit? Ibi poena fuit sine culpa, ut in nobis et culpa solveretur et poena.

In carne tantum Christus mortuus est et resurrexit.

4. Quid miraris quia mortuus est Christus, cum omnino non peccaverit Christus? Reddere pro te voluit quod non debebat, ut te a debito liberaret. Iure diabolus deceptum humanum genus possidebat: possidebat quod ceperat, ceperat quod deceperat. Attulit Christus in carne mortali sanguinem fundendum, quo deleretur chirographum peccatorum. Adhuc ille teneret nocentes, si non occideret innocentem. Nunc vero videte quam iuste illi dicitur: Occidisti nihil debentem, redde debitores. ECCE VENIT, inquit, PRINCEPS MUNDI HUIUS, ET IN ME NIHIL INVENIET. Quomodo nihil? Non habes animam, non habes carnem? non etiam Verbum es? Haec omnia nihil? Absit. Nihil suum, quia nullum peccatum. Princeps est peccatorum: princeps peccatorum nihil in me inveniet. Non peccavi, nihil de Adam traxi, qui de virgine ad vos veni. Nihil addidi, quia cui adderem non habui, et iuste vivendo nihil commisi. Veniat, et, si potest, aliquid suum in me inveniat. Sed

Quomodo nihil in Christo princeps peccatorum invenit.

17 cyrogr. *RW* 20 inquit] *W; om. R* huius] dominus Christus *add. W*, *et repet.* ecce venit princeps mundi huius

4 *sumus*] Ioh. 10, 30.

5 *mortem*] Mt. 26, 38.

6 *die*] Luc. 24, 46.

7 *ubi mortuus fuit*] Serm. 361, n. 17: « Unde a. mortuus est, inde resurrexit... Tolle formam servi, non esset in qua resurgeret, quia non esset in qua moreretur ».

12 *et poena*] Serm. 136, n. 6 fin.: « non habens culpam, et sustinens poenam, ut et culpam solvas et poenam »; 240, n. 3: « sustinendo sine culpa poenam, et culpam solvit et poenam ».

19 sq. *redde debitores*] Serm. 134, n. 4: « Decepisti innocentes, fecisti nocentes; peremisti quem non debebas, redde quod tenebas ».

21 *inveniet*] Ioh. 14, 30. Ita ferme Aug. praeter quam in Tract. 79 in Ioh., quando scil. in ecclesiam Hipponiensem recensio evangeliorum Hieronymiana iam recepta erat.

non habes carnem?] Serm. 134, n. 4: « Non ergo non invenit carnem, sed nihil suum, id est, nullum peccatum ».

24 sq. *de virgine a. v. veni*] Tract. 79 in Ioh. n. 2: « *in me non habet quidquam*, nullum scilicet omnino peccatum. Sic enim ostendit non creaturarum sed *peccatorum principem* diabolum... non habebat quidquam: quia nec cum peccato deus venerat, nec eius carnem de peccati propagine *virgo pepererat* ».

nihil suum in me inveniet: nullum peccatum habeo: innocenter natus, innocentem vitam duxi. Veniat, nihil inveniet. Quare ergo moreris, si veniet, et nihil inveniet? Et reddit rationem, quare moriatur: ECCE VENIET PRINCEPS MUNDI, ET IN ME NIHIL INVENIET. Et quasi diceremus, Quare ergo moreris? respondit: SED UT SCIANT, inquit, OMNES QUIA VOLUNTATEM PATRIS MEI FACIO, SURGITE, EAMUS HINC, ad passionem, propter voluntatem boni Patris, non propter debitum mali principis.

5. Quid ergo miraris? Certe vita est Christus: quare mortua est vita? Nec anima mortua est, nec Verbum mortuum est: caro mortua est, ut in ea mors moreretur. Mortem passus, mortem occidit: ad leonem escam in laqueo posuit. Piscis si nihil vellet devorare, in hamo non caperetur. Mortis avidus diabolus fuit, mortis avarus diabolus fuit. Crux Christi muscipula fuit: mors Christi, immo caro mortalis Christi tamquam esca in muscipula fuit. Venit, hausit et captus est. Ecce resurrexit Christus: mors ubi est? Iam in illius carne dicitur, quod in nostra in fine dicetur: ABSORTA EST MORS IN VICTORIAM. Caro erat, sed corruptio non erat. Manente natura qualitas immutatur: ipsa substantia, sed nullus ibi iam defectus, nulla tarditas, nulla corruptio, nulla indigentia, nihil mortale, nihil quale solemus nosse terrenum. Tangebatur, tractabatur, palpabatur, sed non occidebatur.

Mortis avidus diabolus morte Christi tamquam muscipula captus est.

6. Adhuc audi. Ascendit in caelum, deducitur oculis discipulorum: reddit intuentes, facit testes. Dicitur eis: QUID STATIS? ISTE IESUS, QUI ASSUMPTUS EST A VOBIS, SIC VENIET. Sic, quid est? Sic, in ea forma, in ea carne: VIDEBUNT IN QUEM PUPUGERUNT. SIC VENIET, QUEMADMODUM

[5] respondit] *al. manu W* inquit] *W; om. R* [11] velit *W* [17] manente] *sive* manet *profecto legendum;* manens *RW, qui totam periodum sic falso interpungunt:* manens natura qualitas. immutatur ipsa substantia. Sed nullus *etc.*

[2] *Quare ergo moreris...?*] Serm. 26, n. 10: « Quare ergo moreris? *Ut sciant,* inquit, *omnes...* » Idem fere quaerit, idem respondet Aug., quoties locus hic Ioh. 14, 30 ab eo laudatur.

[6] *eamus hinc*] Ioh. 14, 31, aliter prorsus a Vulgata, sed Augustino prorsus consentanee, qui in Tract. in Ioh. Vulgatam tamen, ut dixi, demum recipit.

[7] *mali principis*] Serm. 361, n. 16: « Et surgit, pergens *ad passionem.* Quare? quia voluntatem patris sui faciebat, non quia *principi peccatorum* aliquid *debebat* ».

[13] *muscipula fuit*] Notat Ioh. Rivière in recenti opusculo « Le dogme de la rédemption chez saint Augustin » (Paris 1928), p. 50, hanc metaphoram Nostro peculiarem esse: cf. serm. 130, n. 2; 134, n. 6; 263, n. 1; Guelf. 21, 2.

[16] *in victoriam*] I Cor. 15, 54. Comp. supra laudatum sermonem Biblioth. Casin. II, 76, n. 5: « Absorta est itaque mors in victoria Christi ».

[21 sqq.] *deducitur oculis... aspectibus deduxerunt*] Hoc quoque Augustinianum est. Serm. 265, n. 1: « eis videntibus, et videndo deducentibus, ascendit in caelum »; ibid. n. 3: « Ergo discipuli deducturi aspectu ascensurum »; Guelferb. 23, 2: « deduxerunt ascendentem oculis suis »; Morin 9, 1: « cum viderent eum ascendere, oculis deduxerunt ».

[22] *facit testes*] Cf. Luc. 24, 48.

[24] *pupugerunt*] Zach. 12, 10; ubi Vulg. habet *aspicient ad me, quem confixerunt.* Augustinus, serm. 265, n. 2: « Quid est, *sic veniet?* In ea forma veniet; ut adimpleretur quod scriptum est, *Videbunt in quem pupugerunt* ».

VIDISTIS EUM EUNTEM IN CAELUM. Certe viderunt, certe tetigerunt, palpaverunt: fidem suam et intuendo et tangendo firmaverunt: ascendentem in caelum aspectibus deduxerunt: testem vocem angeli venturo Christo praenuntiantem intentis auribus audierunt. Tamen, iam his omnibus in se completis, ut testes fierent Christi, et omnia pro veritatis praedicatione fortiter tolerarent, certarent contra mendacium usque ad sanguinem, non illa sola visio, nec illa dominicorum membrorum contrectatio praestitit. Sed quis eis hoc praestitit? Audi ipsum dominum: VOS AUTEM SEDETE IN CIVITATE, QUOUSQUE INDUAMINI VIRTUTE EX ALTO. Vidistis, et tetigistis: sed praedicare et mori pro eo quod vidistis et tetigistis nondum potestis, donec induamini virtute ex alto. Eant nunc, et viribus suis tribuant homines, si quid possunt. Petrus erat, et nondum in petra firmatus erat; nondum erat virtute indutus ex alto: quia NEMO POTEST ACCIPERE, NISI DATUM EI FUERIT DE CAELO.

Ut testes fierent Christi, virtute ex alto indui discipulos oportuit.

7. Hoc ergo, fratres, nobis veritas ipsa persuadeat: de viribus suis nemo glorietur, de arbitrio voluntatis nemo extollatur. Ad peccandum idoneus es solus: ad recte faciendum indiges adiutore. Dic, ADIUTOR MEUS ESTO, NE DERELINQUAS ME: vae tibi, si dereliquerit te. Quando te dimiserit tibi, cui te dimittit nisi homini? Non ergo expavescis, quando audis, MALEDICTUS OMNIS QUI SPEM SUAM PONIT IN HOMINEM? Ecce Christus dominus, sicut dixi, Verbum anima et caro: ibi deus, ibi et tu; et unus Christus. Unde ibi tu? Quo merito, quo libero arbitrio suscepit dominus humanam naturam, indutum est Verbum humana natura? Quod meritum praecessit ipsius humanae naturae? An forte dicturus es, quia nescio ubi vivebat bene Christus, et bene vivendo meruit suscipi a Verbo, et unum fieri cum Verbo, et nasci de Virgine? Absit, absit: tolle hoc a mentibus Christianorum, domine deus noster. Videmus eum TAMQUAM UNIGENITUM A PATRE, PLENUM GRATIA ET VERI-

De arbitrio voluntatis nemo extollatur.

Nullum meritum praecessit humanae naturae, ut a Verbo susciperetur.

3 sq. venturo Christo] *an pro* venturum Christum? 5 in se] *R;* erga se *W* 10 et mori pro eo] *W unus, om. R* 28 videmus] *RW, an pro* vidimus?

1 *in caelum*] Act. 1, 11.

10 *ex alto*] Luc. 24, 49.

14 *de caelo*] Ioh. 3, 27.

16 *Ad peccandum* etc.] De pecc. mer. et remiss. lib. 2, n. 5: « Ad peccandum e. non adiuvamur a deo: iusta autem agere vel iustitiae praeceptum omni ex parte implere non possumus, nisi adiuvemur a deo ». Tota haec conclusio, ut vides, in Pelagianos tacito tamen nomine dirigitur; ex quo satis probabile fit, sermonem ann. circ. 410-416 habitum esse. Lege sis ea, quae disseruit Adalbero W. Kunzelmann in egregio opusculo « Die zeitliche Festlegung der Sermones des hl. Augustinus » (Würzburg, 1928), p. 36.

18 *me*] Ps. 26, 9.

20 *hominem*] Hier. 17, 5.

26 *meruit suscipi a Verbo*] Multus est s. Doctor in refellendo huiusmodi errore, quem ex Pelagianismo exortum esse ostendit; v. gr. Enchirid. c. 36; Tract. 82, in Ioh. n. 4; Op. imperf. cont. Iulian. lib. 4, 84; serm. 174, n. 2 et al.

28 sq. *veritate*] Ioh. 1, 14; cf. serm. 174, 2.

TATE. Verbum enim non habebat unde moreretur pro te: oportebat Christum mori pro te, et in Verbo non erat unde moreretur propter te; quia simplex vita, sine carne et sanguine, sine ulla mutabilitate, IN PRINCIPIO ERAT VERBUM, ET VERBUM ERAT APUD DEUM, ET DEUS ERAT VERBUM. Quam longe a morte! Ergo quae misericordia! Maria utique de genere humano: virgo, sed homo: sancta, sed homo. Dominus autem, unigenitum Verbum, assumpsit pro te, quod offerret pro te. Assumpsit autem pro te, non nisi ex te: quia unde moreretur pro te, non habebat in se. Nec tu habebas unde viveres, nec ille unde moreretur. O magna mutatio! Vive de ipsius, quia de tuo mortuus est.

Vive de Christi, quia de tuo mortuus est.

5 *Verbum*] Ioh. 1, 1.

10 *Vive de ipsius* etc.] Serm. Guelferb. 3, 1: « Nam nec unde viveremus nos habebamus de nostro, nec unde moreretur ille de suo...; nostrum erat unde mortuus est, illius erit unde vivamus »; comp. serm. Denis 5, 5.

APPENDIX

DE NOVIS INDICIIS NUPER REPERTIS, QUO LOCO VEL TEMPORE SERMONES NONNULLI HABITI SINT.

Operae pretium puto, breviter hic in unum ea colligere, quae de loco vel tempore, quibus nonnulli s. Augustini sermones non huius collectionis habiti sint, ex diversis fontibus mihi primum innotuere. Pauca sunt quidem, sed quae sua utilitate non careant.

De quibusdam Enarrationibus in Psalmos haec in primis adnotanda:

In Ps. 32, Enarr. 2, serm. 1: HABITUS AD DOMUM SANCTI CYPRIANI FERIA QUARTA. Ex cod. Casin. LVII, p. 147. Haec « domus » eadem est ac basilica in Mappalibus, in qua et s. martyris corpus sepultum erat, et « vigiliarum sollemnitas » tunc agebatur: cf. notam Maurinorum ad n. 5. Sermo autem 2 paulo post ad mensam Cypriani habitus est, nempe ubi « martyris beati corpus percussum est » (n. 9).

In Ps. 34 Enarr. serm. 1 et 2: APUD THAGASTE. Ex eodem cod. Casin. LVII, p. 176. Praeter hos sermones, quos uno alteroque subinde die « iubentibus fratribus et coepiscopis » habuit (serm. 1, n. 1; 2, n. 1), nullo certo indicio comperimus, Augustinum unquam praedicationis officio in patria sua functum esse.

In Ps. 38 Enarr.: CARTHAGINE AD MENSAM S. CYPRIANI hucusque ferebant nonnulli libri manuscripti; codex Casin. LVII, p. 239, addit: QUARTA FERIA.

In Ps. 57 Enarr.: HABITUS CARTHAGINE IN BASILICA RESTITUTA. Ex eodem codice, p. 441.

De aliis sermonibus, quos Maurini in suam editionem receperunt:

Serm. 10, a Maurinis primum in lucem emissus: SINITI HABITUS ex Possidio, Indic. c. 3; cf. P. Monceaux, Hist. litt. de l'Afrique chrétienne VII, 291. Quo situs fuerit locus, incertum: profecto in Numidia, haud ita procul ab Hippone.

Serm. 37: HABITUS IN DIE MARTYRUM SCILITANORUM IN BASILICA NOVARUM, ex cod. Casin. XVII, p. 377. Fide dignam esse inscriptionem, apparet ex commemoratis Actis Scilitanorum, c. 16, n. 23.

Serm. 82: HABITUS MIL·V (an pro « Milevi? »), ex cod. Guelferbytano 4152 (Weissenburg 68): cf. catalog. Heinemann VIII, 297 sq.·

Serm. 119: HABITUS CARTHAGINE IN BASILICA PAULI REGIONIS SEXTAE, ex cod. Paris. lat. 13376, fol. 29^{v}. Cf. Harduin, Concil. I, 388; P. Monceaux, Hist. litt. de l'Afrique chrétienne III, 66.

Serm. 134: HABITUS CARTHAGINE IN BASILICA FAUSTI DIE DOMINICO, ex cod. Casin. XVII, p. 322.

Serm. 148: DE DIE DOMINICA AD MARTYRES OCTAVARUM; sermo autem 260: EADEM DIE AD MISSAM, ex codice olim Floriacense, iam Aurelian. 155. Cf. Andr. Wilmart, « Journ. of theol. Studies » XXVII (1926), p. 343. Illustrantur ambae inscriptiones ex sermonibus 257 et 258, quorum priorem dominica die octavarum Paschae « ad memoriam sanctorum », i. e. Viginti martyrum Hipponiensem, alterum vero « ad basilicam maiorem eadem die » dixit Augustinus. Vide sis serm. 325, ex quo nobis constat duplicem pariter sermonem in ipso festo XX Martyrum habitum esse: unum scil. ad ipsorum Memoriam, alterum « in maiore basilica » (n. 2 in fine). Utrum autem maior haec basilica eadem cum Leontiana fuerit, definire non ausim, etsi omnino probabile videtur; nam in codd. Maurinorum diserte scribitur sermonem 260, de quo supra, « in ecclesia Leontiana » prolatum esse.

Serm. 277. Apud Maurinos habetur nota inscriptio « habitus in basilica Restituta »; qui tamen monent, in veteri libro Colbertino inscribi sermonem: DE BASILICA IN VALLIS GLORIOSI MARTYRIS VINCENTII RESTITUTA. Quam fidem mereatur haec notitia, nescio: ad rem tamen pertinet animadvertere, in Proconsulari coloniam extitisse, cui nomen Vallis, sedem olim episcopalem, nunc Sidi Medien (cf. Mesnage, L'Afrique chrét., p. 110).

Serm. 286: HABITUS ARGENTARII, iuxta cod. Paris. lat. 3798, fol. 51^{v}. De loco sic nuncupato altum apud modernos Africae geographos silentium, et si meminit Anonymus Ravennas oppidi cuiusdam *Orgentarii* in Numidia siti.

Serm. 309: SERMO HABITUS CARTHAGINE AD MENSAM BEATI MARTYRIS CYPRIANI DE EIUS NATALI · XVIII · KALENDAS OCTOBRIS; ex cod. Casin. XVII, p. 341.

Serm. 330: SERMO HABITUS IN BASILICA MARTYR · CYPRIANI · DIE · XV · KAL· SEPTEMB. IN NATALE MASSAE CANDIDAE, ex cod. Casin. XVII, p. 313. « Forte aliqua praetermissa » post *tribuit voluntatem* (apud Migne, n. 1, l. 6) recte adnotarunt Maurini; quae rima deinceps eiusdem codicis Casinensis ope sic explenda est: ⟨et agens in cordibus nostris causam nostram, gratiam suam inseminet, nutriat, constabiliat caritatem⟩. HAC enim martyres *etc.*

Serm. 341. Huius sermonis excerpta nuper vidi in codice LIX (57), fol. 115^{r}-117^{r}, Venerabilis Capituli Veronensis, saeculi VI-VII, quibus notatu digna inscriptio praemissa est: ITEM EIUSDEM BEATISSIMI EX TRACTATU DE TRIBUS MODIS IN DEUM CHRISTUM DICTUM IN BASILICA RESTITUTA DIXIT PRIDIE IDUS DECEMBR. « Psalmus iste, ut christianis omnibus notum est, quando de domino scribtum est, *Foderunt manus meas et pedes, dinumeraverunt omnia ossa mea. Ipsi vero consideraverunt et conspexerunt me; diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestimentum meum miserunt sortem.* Est hic modus secundum dominicam illam divinitatem... » (serm. 341, n. 1). Ex his videtur, sermonem et Carthagine in basilica Restituta die duodecima decembris habitum esse, et ab explanatione Psalmi 21, vers. 17-19, argumento sumpto incepisse. Certe modus, quo ipsi versus heic commemorantur, cum translatione ab Augustino plerumque usurpata concordat; neque alibi huiusmodi initium in operibus s. episcopi mihi reperire contigit.

Serm. 345. Inscriptio ex sermone Frangip. 3 ita suppleri potest: HABITUS DIE DOMINICO · III · KAL · AUG. IN NATALE MARTYRUM TUBURBITANARUM.

Serm. 396: HABITUS IN BASILICA FLORENTIA APUD YPPONI ZARITO URBEM... XV · KALENDAS MAIAS, ex cod. Casin. XVII, p. 261. Qua inscriptione compro-

batur Sirmondi sententia, basilicam Florentiam, de qua in sermone 359, non Carthagine sed Hippone Diarrhyto extitisse, neque ab Aurelio, ut Nicolaus Faber autumavit, immo a conditore Florentio episcopo dictam esse opinantis.

Praeter hos sermones, mentio fit in catalogo Laureshamensi (G. Becker, Catalog. biblioth. antiq. 37, 188) sermonis iam dudum deperditi, sed a Possidio in Indiculo c. 8 commemorati, in Rom. 11, 33 et Psalmos 59, 3; 118, 71. Porro ibi dicitur hic sermo HABITUS TIGNICAE, hodie Aïn Tunga, in Africa quondam proconsulari. Evanuisse etiam videtur alius sermo, de quo Possidius, c. 8, quique in praefato catalogo Laureshamensi ita notatur: HABITUS BOSETH CUM PAGANI INGREDERENTUR, licet Maurini eundem eum esse cum sermone 141 sine ullo certo argumento opinati sint.

VIII.

EX SERMONIBUS QUOS EDIDIT ANDREAS WILMART

Andreas Wilmart, urbis Aurelianensis indigena, Familiae Benedictinae decus atque ornamentum, de via ac ratione, qua Sermones b. Augustini ad nos usque traditi sunt, magnum opus scribendum suscepisse dicitur. Qui inter alia prope innumera, quae inter hos viginti quinque annos exhibuit incredibilis industriae argumenta, tredecim quoque contiones s. Hipponiensis episcopi nomen praeferentes vel primus edidit, vel meliorem in formam codicum ope restituit.

Quae singulae infra denuo exhibentur, exceptis decima, quae eadem est ac sermo Mai 89 (supra p. 330-332), et prima, quam *De baptismo contra Donatistas brevissimus liber* titulo ex indiculo Possidii repetito editor inscripsit, ego autem nequaquam ab Augustino, immo ab homine Africano, a quo et plerasque Fulgentio falso tributas homilias, profectam esse statim admonui. Reliquos vero sermones de sententia Iacobi 2, 10, de paenitentia, in Matth. 7, 7 et in Ioh. 21, perinde ac septem brevissimas allocutiones per occasionem paschalis sollemnitatis habitas, a nemine puto in dubium deinceps revocatum iri. Quorum omnium indicem, quia ipsi quoque in diversis ephemeribus discreti latitant, quo facilius inveniantur, hic texendum curavi:

I. PSALMUS NOBIS CANTAVIT, ET AQUA RESONAVIT: de unico baptismo contra Donatistas (« Rev. Bénéd. » XXIX, 1912, p. 157-160; cf. ibid. XXX, 1913, p. 393, not. 3).

II. TERRIBILIS LECTIO ANTE PSALMUM SONUIT: de sententia Iacobi 2, 10 (« Revue d'Ascétique et de Mystique » II, 1921, p. 355-362).

III. SIC SE HABET, FR. DIL., MISERIAE NOSTRAE CONDITIO: de tempore fructuosae maestitiae (« Rev. Bénéd. » XXXVIII, 1926, p. 159-161).

IV. NOTUM VOBIS EST, FR. CAR., NEQUE ENIM QUOD AGITIS: in vigiliis Paschae sermo I (« Journal of theolog. Studies » XXVII, 1926, p. 343-344).

V. AMMONET NOS, FR., TANTA HUIUS VIGILIAE CLARITAS: in vigiliis Paschae II (ibid. p. 345-347).

VI. NOCTIS ILLIUS, FR. CAR., QUA D. I. CHRISTUS RESURREXIT: in vigiliis Paschae III (ibid. p. 348).

VII. ISTA, FR., SANCTA CELEBRITAS, QUAE NOCTEM: in vigiliis Paschae IIII (ibid. p. 349-350).

VIII. PASCHALES DIES CELEBRANTIBUS NOBIS: de sancto Pascha (ibid. p. 351).

IX. SEMPER QUIDEM, FR., MEMINISSE DEBETIS: de sancto Pascha II (ibid. p. 352-353).

X. AD OMNES QUIDEM PERTINET ISTE SERMO: in diebus octavarum ad infantes (ibid. p. 354-355 = Mai, serm. 89).

XI. ERIGUNT NOS DIVINAE LECTIONES: est sermo Maur. 142 nonnullis partibus, quae hucusque deerant, auctior (« Revue d'Ascétique et de Mystique » IX, 1928, p. 285-288).

XII. QUONIAM VOLUIT DOMINUS ME HINC NON DISCEDERE: de verbis Matth. 7, 7 sqq. « Petite et accipietis » (« Rev. Bénéd. » XLI, 1929, p. 9-13).

XIII. SECUNDUM EVANGELISTAM IOHANNEM MULTA: de evangelio Ioh. 21, 1-14, in diebus paschalibus (« Rev. Bénéd. » XLI, 1929, p. 148-155).

II.

Wilmart, Serm. II: « Revue d'Ascétique et de Mystique », vol. II (1921), p. 355-362; ex libro ms. olim Maioris Monasterii, nunc Turon. 279, fol. 126^{v}-129^{v} (=*T*), saec. IX in. Sermo iste, quem Martenius in margine codicis ineditum esse animadvertit, quin indubiae auctoritatis sit, nemini umquam in rebus augustinianis exercitato ambiguum fuerit: ideo in adnotandis locis similibus solito parcior fui. Codicem Turonensem post annum 1887 denuo non inspexi: at Andreae nostri tanta esse solet in istis rebus diligentia, ne dicam anxietas, ut ei fiducia omnino habenda sit. Nihil tamen moratus sum, quominus textum ab eo evulgatum passim emendarem, maxime sicubi a codicis lectione vel interpunctione sine causa probabili eximius ceterum editor recessisset.

DE EPISTOLA IACOBI UBI AIT: QUICUMQUE TOTAM LEGEM SERVAVERIT, OFFENDAT AUTEM IN UNO, FACTUS EST OMNIUM REUS.

Terribilis lectio ante psalmum sonuit in auribus nostris, quoniam QUICUMQUE TOTAM LEGEM SERVAVERIT, OFFENDAT AUTEM IN UNO, FACTUS EST OMNIUM REUS. In tanto ergo periculo quis non clamet: MISERERE NOSTRI, DOMINE, MISERERE NOSTRI? Non enim subtracta eius misericordia nos ipsum periculum commemorare vehementius, et vehementius commendare poterimus. NE INTRES IN IUDICIO CUM SERVO TUO, ait quidam, sanctus licet, sed tamen homo; NE INTRES IN IUDICIO CUM SERVO TUO, QUONIAM NON IUSTIFICABITUR IN CONSPECTU TUO OMNIS VIVENS. Noluit ergo secum intrari in iudicium. IUDICIUM autem SINE MISERICORDIA ILLI, QUI NON FACIT MISERICORDIAM. A contrario intellegamus aliam sententiam, et videamus ubi spem ponere debeamus. Si enim IUDICIUM SINE MISERICORDIA ILLI, QUI NON FACIT MISERICORDIAM, procul dubio iudicium cum misericordia illi qui facit misericordiam. Hanc sententiam Iacobus apostolus protulit, ex cuius epistola eadem lectio terribilis recitata est, quia IUDICIUM SINE MISERICORDIA ILLI, QUI NON FACIT MISERICORDIAM. Hanc vero a contrario, quam nos diximus, Iudicium cum misericordia illi qui facit misericordiam, dominus expressit, ubi

9 in iudicium *T 2 m.* 9sq. quidem *1 m.* 12 intrari] *2 m. ex* intrare 17 ex] *suppl. 2 m.*

6 *reus*] Iac. 2, 10.
7 *nostri*] Ps. 122, 3.
11 *vivens*] Ps. 142, 2.
13 *misericordiam*] Iac. 2, 13.

ait: BEATI MISERICORDES, QUONIAM IPSI MISERICORDIAM CONSEQUENTUR. Spes est ergo in dei misericordia, si ab opere misericordiae non sit arida nostra miseria. Quid quaeris a domino? Misericordiam. DATE, ET DABITUR VOBIS. Quid quaeris a domino? Indulgentiam. DIMITTITE, ET DIMITTETUR VOBIS.

2. Verumtamen quaeri solet quomodo accipiendum sit, QUICUMQUE TOTAM LEGEM SERVAVERIT, OFFENDAT AUTEM IN UNO, FACTUS EST OMNIUM REUS. Metuendum est enim et cavendum, ne arbitremur furem homicidae aut adultero comparandum; error quippe iste periculosus est et molestus: multum interest inter furtum et homicidium. Sed opponitur nobis: Certe ergo QUI TOTAM LEGEM SERVAVERIT, OFFENDAT AUTEM IN UNO, FACTUS EST OMNIUM REUS. Servat se ab homicidio, servat ab adulterio, servat a falso testimonio, servat ab idolatria, servat a quolibet damnabili sacrilegio. Furatus est: iam tenebitur et homicida et adulter et falsus testis et idolatres et sacrilegus, quia furtum fecit? Non certe ergo, qui in uno offendit, factus est omnium reus. Exponens autem hoc ipsum idem apostolus, cuius epistola est, subiunxit adque ait: QUI ENIM DIXIT, NON MOECHABERIS, DIXIT ET, NON OCCIDES. QUOD SI NON OCCIDIS, MOECHARIS AUTEM, FACTUS ES TRANSGRESSOR LEGIS. Hoc periculum cum ante oculos posuisset, omnesque tremuissent, velut consolaturus adiunxit: SIC LOQUIMINI ET SIC FACITE, SICUT PER LEGEM LIBERTATIS INCIPIENTES IUDICARI. IUDICIUM ENIM SINE MISERICORDIA ILLI QUI NON FACIT MISERICORDIAM. Sive ergo nodum quaestionis huius explicare possimus, sive conatus noster difficultati eius fortasse subcumbat, et aut vel cogitare digne non possim quod dicam, aut forte dicere quod potuero cogitare, fervete in operibus misericordiae. Hoc planum est, hoc apertum est, hoc non expositore indiget, sed auditore atque factore. Tamen etiam illud aperire utcumque conabor; adiuvet nos apud deum oratio vestra. Tempus quidem audiendi est, non orandi; sed si quod dicturus sum a deo expectatis, oratis.

Quaestio difficilis oritur ex verbis apostoli.

3. Lex multa praecepta continet; et quidem illa lex, quae decalogus dicitur, decem praecepta habet. Decem vero praecepta quasi generalia

[3] miseria] *2 m. recte, ut videtur, corr. ex* misericordia [9] adulterum *1 m.* [15] testes *1 m.* idolater *2 m.* [16] *post* offendit, non *2° add. Wilmart, ut puto sine causa* [17] atque *2 m.* [18] mechaberis *1 m.* occidis] occides *1 m.* [19] periculo *1 m.* [24] difficultate *1 m.* succumbat *2 m.* vel] *conieci;* vir *TWilm* [28] adiubet *1 m.*

[1] *consequentur*] Mt. 5, 7.
[4] *vobis*] Luc. 6, 38.
[5] *vobis*] Ibid. 37.
[19] *legis*] Iac. 2, 11.
[23] *misericordiam*] Ibid. 12. 13.

sunt, quo cuncta cetera innumerabilia referantur. Verumtamen, quomodo praecepta cetera, quae videntur innumerabilia, ad istam paucitatem deceni numeri redigantur, infinitum est disputare. Hoc sane modo, quantum dominus adiuvat, demonstrare poterimus, quia, quo modo cetera praecepta omnia ad ista referuntur — quod dixi disputare esse operosissimum — ita ista decem ad duo referuntur. Decem vero ista quippe sunt. De uno deo colendo, alio non colendo, unum praeceptum ibi est: NON FACIES TIBI IDOLUM, NEC CUIUSQUAM SIMILITUDINEM, NEQUE QUAE IN CAELO SURSUM, NEQUE QUAE IN TERRA DEORSUM. DOMINUS DEUS TUUS DOMINUS UNUS EST. Secundum praeceptum est: NON ACCIPIES IN VANUM NOMEN DOMINI DEI TUI. Tertium praeceptum est: OBSERVA DIEM SABBATORUM. Ista praecepta ad deum pertinent. De sabbati observatione quasi superfluum est aliquid docere christianum. Immo non solum superfluum non est, sed hoc solidum est: nam illa umbra est. A servilibus enim operibus populus sabbato prohibetur. Nos numquid non prohibemur a servilibus operibus? Audi dominum: OMNIS QUI FACIT PECCATUM, SERVUS EST PECCATI. Tamen idipsum, ut peccatum non faciamus, a deo sperare, hoc est sabbatizare; ideo enim scriptum est: DEUS REQUIEVIT IN DIE SEPTIMO AB OMNIBUS OPERIBUS SUIS. Deus requievit: deus te requiescere facit. Ut enim requiesceret deus, ubi laboravit, qui cuncta verbo creavit? Ergo tria ista ad deum pertinent. Septem cetera ad hominem pertinent: HONORA PATREM ET MATREM: NON MOECHABERIS: NON OCCIDES: NON FALSUM TESTIMONIUM DICES: NON FURABERIS: NON CONCUPISCES UXOREM PROXIMI TUI: NON CONCUPISCES REM PROXIMI TUI. Si diligis deum, nec alterum colis, nec nomen eius in vanum accipis, et ei sabbatizas, ut in te requiescat, cum te requiescere facit. Si autem diligis proximum, et honoras parentes, et non moecharis, et non occidis, et neminem falso testimonio laedis, et nemini furtum facis, et nullius uxorem concupiscis, et nullius rem concupiscis. Ac per hoc DILIGES DOMINUM DEUM TUUM

Universa praecepta ad decem legis praecepta rediguntur.

Ex ipsis decem, tria ad deum, septem ad hominem pertinent.

3 deceni] *T 2 m.*; decem *1 m. Wilm* numero *1 m.* 4 adiubat *1 m.* *post* poterimus, *suppl. Wilm* ista decem ad duo referri, *etsi nihil opus erat* quia] *suppl. 2 m.* 6 decem vero] *2 m. expunxit, addito in marg.* r, *i. e.* «*require*» 8 facis *1 m.* 14 non] *om. Wilm, et mut.* solidum *in* stolidum 15 numquit *T* 17 ut] ad *1 m.* 24 *erat primum* furaveris 25 si] *add. 2 m.* deum] dominum *1 m.* coles *1 m.* 28 occides *1 m.* 29sq. et nullius r. concup.] *suppl. 2 m. inter lin.*

9 *deorsum*] Exod. 20, 4: cf. Aug. Quaest. in Heptat. lib. 2, qu. 71, n. 1. 2.
10 *unus est*] Deut. 6, 4.
11 *tui*] Exod. 20, 7.
12 *sabbatorum*] Deut. 5, 12 iuxta LXX.
17 *peccati*] Ioh. 8, 34.
19 *suis*] Gen. 2, 2.
25 *tui*] Exod. 20, 12-17 etc.

EX TOTO CORDE TUO, ET EX TOTA ANIMA TUA, ET EX TOTA MENTE TUA; ET DILIGES PROXIMUM TUUM TAMQUAM TEIPSUM. IN HIS DUOBUS PRAECEPTIS TOTA LEX IMPLETUR ET PROPHETAE. Audi et apostolum: PLENITUDO, inquit, LEGIS CARITAS. Non te misit in multa, nec in decem, nec in duo: una caritas totum implet. Sed ipsa caritas gemina est: in deum, et in proximum. In deum, quantum? Ex toto. Quo toto? Non enim aure, et naso, et manu, et pede. Unde diligi potest ex toto? EX TOTO CORDE, EX TOTA ANIMA, EX TOTA MENTE: ex toto, quod in te vivit, diligis fontem vitae. Si ergo ex toto quod in me vivit diligere debeo deum, quid mihi relinquam unde diligam proximum? De proximo enim diligendo cum tibi praeciperetur, non tibi dictum est, Ex toto corde, et ex tota anima, et ex tota mente; sed TAMQUAM TEIPSUM. Deum ex toto te, quia ille est melior te; proximum tamquam te, quia hoc est quod tu.

Ita omnia praecepta gemina caritate dei et proximi implentur.

4. Duo sunt ergo praecepta; tamen tria sunt diligenda. Praecepta duo sunt data: dilige deum, et dilige proximum; tria tamen video diligenda. Non enim diceretur, ET PROXIMUM TAMQUAM TE IPSUM, nisi diligeres et te ipsum. Ergo si tria sunt diligenda, quare duo sunt praecepta? Quare? Accipite. Non iudicavit deus monendum te, ut diligas te: nemo est enim, qui non diligat se. Sed quoniam multi male se diligendo perdunt se, dicendo tibi ut diligas deum tuum ex toto te, ibi tibi data est regula quemadmodum diligas te. Vis diligere te? Dilige deum ex toto te: ibi enim invenies te, ne in te perdas te. Si te in te diligis, casurus es et a te, et multa quaesiturus es praeter te. Unde ab illo capite omnia mala est apostolus exorsus, ubi ait: ERUNT ENIM HOMINES SE IPSOS AMANTES. Ecce elegisti amare te: videamus si remanes vel in te. Falsum est, non ibi remanes: a deo lapsus, et abs te laberis. Ibi est enim firmamentum: ibi haerere debuisti, illum tibi facere locum munitum et domum refugii. Nunc vero vinculum amoris tui relaxasti, vel dirupisti ab illo ad te; non remanes nec in te. Audi denique ipsum apostolum. Cum dixisset, ERUNT ENIM HOMINES SEIPSOS AMANTES, continuo subiecit: AMATORES PECUNIAE. Nonne dixi quia non eras remansurus vel in te? Numquid pecunia tu es? Ecce et a teipso peristi, qui a

Regula te ipsum diligendi: dilige deum ex toto te.

Si a deo laberis, nec in te remanes: et abs te laberis, sicut filius prodigus.

[7] nasu *1 m.* [8] diligis *1 m.* [9] fotem *T* [14] tamen] *in* attamen, *quam ob rem nescio, mut. Wilm: cf. p. 675, l. 17, supra* [19] male se] *ita restituendum puto;* malege *T 1 m.*, male *tantum 2 m. et Wilm* [19 sq.] *post* diligendo] se *suppl. T 1 m., Wilm* [23] et *2° loco*] *suppl. 1 m. inter lin.* [24] exorsus] *emendo ;* exortus *Wilm* [25] ecce] nec *1 m.* [29] derupisti *T 1 m.;* disrupisti *2 m.*

[1] *tua*] Mt. 22, 37.
[2] *teipsum*] Ibid. 39.
[3] *prophetae*] Ibid. 40.
[4] *caritas*] Rom. 13, 10.
[31] *pecuniae*] II Tim. 3, 2.

deo recessisti. Quid restat, nisi ut effundas totum patrimonium mentis tuae, cum meretricibus vivens prodige, id est, cum libidinibus et diversis cupiditatibus, et ab egestate porcos pascere compellaris, id est, quia te possedit inmunda avaritia, pascantur de te inmunda daemonia? Sed ille filius, perpessus inopiam, et fame contritus, REVERSUS AD SEMETIPSUM DIXIT — reversus ad se, quia perierat a se, et in se invenit se inopem; ubique felicitatem quaesivit, et nusquam invenit — reversus ad semetipsum, quid dixit? SURGAM, ET IBO. Quo ibo? AD PATREM. Iam ad se reversus, sed adhuc iacens, SURGAM, ET IBO: non iaceam, non remaneam. Ergo constituta est tibi regula, quemadmodum te diligas: dilige meliorem te, et dilexisti te. Sed meliorem dico natura, non voluntate. Multi enim homines inveniuntur meliores te voluntate, sed solus deus natura: creator, institutor, factor a nullo factus. Ibi te fige. Intellege aliquando, et dic: MIHI AUTEM. Quid, tibi autem? ADHERERE BONUM EST. Quare hoc? Adtende quid supra dixit: PERDIDISTI OMNEM QUI FORNICATUR ABS TE. Quia ergo perdidit omnem qui fornicatur ab eo, invenisti te. MIHI AUTEM ADHERERE DEO BONUM EST, hoc est, non fornicari a deo, non me tollere a deo. Vis videre autem in hac re quid tibi promittatur? QUI AUTEM ADHERET DOMINO UNUS SPIRITUS EST. Haec est ergo dilectio tua vel dilectio tui, id est, dilectio qua te diligis, ut deum diligas. Iam committo tibi et proximum, quem diligas tamquam teipsum; video enim quia coepisti diligere teipsum. Quem diligis ergo tamquam teipsum, duc quo duxisti teipsum. Si enim aurum diligeres et aurum haberes, et proximum tuum diligeres tamquam teipsum, diligendo divideres quod habebas, et faceres eum auri tui participem. Sed dividendo minus haberetis ambo.Quare non ergo illum possides, ubi nullas cum coherede patieris angustias? Quantiscumque potueris persuadere, quotquot potueris invitare, vocare, cogere ad diligendum deum, et omnibus totus est, et singulis totus est.

Dilige meliorem te, et dilexisti te.

Dilige proximum, ipsum quoque ut deum diligat inducendo.

5. Dilige ergo deum, et dilige proximum tamquam teipsum. Video enim quia diligis teipsum, quia diligis deum. Caritas radix est omnium

6 a se] *suppl. 2 m. inter lin.* 14 tibi] *T 1 m.;* mihi *2 m. et Wilm* adhaerere] *suspicor excidisse* deo 23 duc] *2 m.;* dic *1 m.* 27 quantiscumque] *sugger. corrector, recte, ut puto;* quantumcumque *1 m.* 31 quia] *1° loco in* quod *mut. Wilm*

2 *prodige*] Ita etiam alibi legit Aug. Luc. 15, 13, ubi Vulg. habet *luxuriose.*

6 *dixit*] Ibid. 17.

8 *ad patrem*] Ibid. 18.

9 sq. *n. iaceam, n. remaneam*] Pro futuro, puto, uti haud raro apud Aug.: v. gr. *respondeam*, pro *respondebo*, p. 133, l. 15 supra.

14. 17 *bonum est*] Ps. 72, 28.

16 *abs te*] Ibid. 27.

19 *spiritus est*] I Cor. 6, 17.

operum bonorum. Sicut enim RADIX OMNIUM MALORUM CUPIDITAS, sic radix omnium bonorum caritas. PLENITUDO ERGO LEGIS EST CARITAS. Cito ergo dico: qui offendit caritatem, factus est omnium reus. Qui enim radicem ipsam offendit, quid arboris inoffensum relinquit? Quid ergo facimus? Qui offendit caritatem factus est omnium reus: omnino verum est: sed aliter offendit caritatem fur, aliter adulter, aliter homicida, aliter sacrilegus, aliter blasphemus. Eandem caritatem omnes offendunt, quia, ubi est plena et perfecta caritas, nihil potest esse peccati. Sed ipsa est quae in nobis crescit, ut aliquando perficiatur; et ita perficiatur, ut non sit ulterius quod addatur. Quando ita perfecta fuerit, ut non sit ulterius quo crescat, non sit ulterius quo cumuletur, nulla erunt peccata. Sed ubi hoc erit, nisi quando absorbebitur mors in victoriam? Ibi enim dicetur, quia nullum erit omnino peccatum: UBI EST, MORS, CONTENTIO TUA? UBI EST, MORS, ACULEUS TUUS? Ubi est? Ecce non est: ecce iam non pungis, non sternis. UBI EST, MORS, ACULEUS TUUS? Et quid est, Ubi est aculeus tuus? Audi exponentem: ACULEUS AUTEM MORTIS EST PECCATUM. Ergo, fratres, qui committit minora peccata, omnium reus est; et qui committit maius aliquod et criminosum peccatum, omnium reus est. Sed ille magis reus est, ille minus reus est; tamen ambo omnium rei, ut in diversitate peccatorum non quaeratur nisi maius et minus. Fecit furtum: si haberet caritatem, non faceret furtum; NAM, NON ADULTERABIS, ait apostolus, NON HOMICIDIUM FACIES, NON FURABERIS, NON CONCUPISCES, ET SI QUOD ALIUD EST MANDATUM, IN HOC SERMONE RECAPITULATUR: DILIGES PROXIMUM TUUM TAMQUAM TEIPSUM. DILECTIO PROXIMI MALUM NON OPERATUR. PLENITUDO AUTEM LEGIS EST CARITAS. Ergo et qui facit furtum, omnium reus est, quia caritatem laesit; et qui facit adulterium, omnium reus, quia caritatem laesit. Quomodo enim non omnia violavit, qui radicem laesit? Sed ille minus laesit, ille magis laesit.

Qui offendit caritatem, factus est omnium reus.

Nec tamen omnes, qui laedunt caritatem, aequaliter rei.

6. Tamen et ille, qui minus laesit, non sit piger: IUDICIUM ENIM SINE MISERCORDIA ILLI, QUI NON FACIT MISERICORDIAM. Dimissa sunt omnia peccata fidelibus baptizatis: nullum omnino relictum est, quod

4 sq. quid e. facimus?] *item mut. Wilm in* quod e. facinus! 11 cumulletur *I m.* 12 sq. in victoria *I m.* 23 furaveris *I m.* 27 reus] *Wilm repet.* est 28 violavit] volabit *I m.* 29 minus] *inter lin. add. corrector* ille magis laesit] *item suppl. corrector* 32 est] et si *I m.*

1 *cupiditas*] I Tim. 6, 10.
12 sq. *in victoriam*] gr. εἰς νῖκος, I Cor. 15, 54: cf. supra p. 662, l. 16.
14 *tuus?*] Ibid. 55.
17 *peccatum*] Ibid. 56.
26 *caritas*] Rom. 13, 9. 10.

non illa sanctificatio prius ademerit et extinxerit. Verum est: quis dubitat? Sed si tunc de corpore migraretur, continuo innocentia, ut coepta fuerat, permaneret; quia vero hic vivitur, deleta est iniquitas, sed manet infirmitas. Per cuius infirmitatis et quodammodo fragilitatis humanae quasdam tenuissimas rimulas intrat de pelago, quod confluat in sentinam. Non admisit homicidium: evasit naufragus fluctum. Sed nescis quia obruit sentina neglecta? Propter fluctus ergo maiores, et propter quoslibet inrepentes umores, baptismi sacramentum totum abluit; propter fragilitatem autem navis huius, quae longo pelago fertur, et temptationibus tamquam tempestatibus agitatur, quia necesse est quaedam quamvis minora peccata subrepant, datum est alterum remedium, quia non poterat dari alterum baptismi sacramentum. Illud est unum; hoc cottidianum, quod paulo ante dixi: IUDICIUM SINE MISERICORDIA ILLI, QUI NON FACIT MISERICORDIAM. DATE, ET DABITUR VOBIS; DIMITTITE ET DIMITTETUR VOBIS. Et quodammodo in orationibus vestris a cottidianis levibus minoribusque peccatis cottidie purgamini, si ex animo dixeritis, si veraciter dixeritis, si fideliter dixeritis: DIMITTE NOBIS DEBITA NOSTRA, SICUT ET NOS DIMITTIMUS DEBITORIBUS NOSTRIS.

Remedium cottidianum contra minora peccata.

7. Si non dimittis adversario tuo, tu tibi es adversarius. Vis videre quantum intersit? Verbi gratia, ille te laesit auferendo pecuniam; tu te fraudas non merendo indulgentiam. Postremo dicturus es: Multum saevit, sanguinem meum quaerit. Ille, sanguinem carnis tuae; tu, mortem animae tuae. Non ignosco, inquit; multum me laesit, multum mihi adversarius fuit. Peior tibi es. Non ignosco. Rogo te, ignosce, dimitte. Sed non me rogat. Tu pro illo roga. Prorsus non ignosco. Litigare vis, et nescis cum quo debeas. Litigare amas; redi ad te, irascere, sed noli peccare. Tibi irascere, ut non pecces: in te saevi, te castiga. Habes intus quod domes, et dormis. Adtendis, cum quo litiges, foris vicinum tuum, consortem tuum, socium tuum, conpossessorem tuum. Illam non adten-

Peior sibi adversarius est, qui adversario non vult dimittere.

2 continuo] *corrector in marg. sugger.* « *vel* continua » 3 deletta *1 m.* 4 per] *add. 2 m. inter lin.* 9 abluet *1 m.* 11 subrepunt *1 m.* 12 non] *suppl. 2 m. inter lin.* 13 *post* unum, *distinctionem omnino necessariam addidi* 24 inquit] *T; in* inquis *mut. Wilm* 26 litigari *1 m.*

4 *manet infirmitas*] Cf. p. 578, l. 3 sq.: « In baptismo deletur iniquitas, sed manet infirmitas ».

4 sq. *fragilitatis humanae... rimulas... confluat in sentinam*] Omnino conferendus sermo Morin 16, 6: « per rimas fragilitatis humanae... in sentinam confluunt... Sed iterum confluunt ad sentinam, quia manent rimae fragilitatis humanae ».

7 *Propter fluctus e. maiores*] Cf. ibid.: « Fluctus autem si sit ingens... » etc.

19 *nostris*] Mt. 6, 12.

28 *peccare*] Ps. 4, 5: cf. serm. 296, n. 10 et Caill. II 11, n. 5.

dis, non vides, aliam legem in membris tuis, repugnantem legi mentis tuae, et captivantem te in lege peccati, quae est in membris tuis. Sed expoliavit me. Captivus traheris, et expoliatori irasceris! Agnovisti te, vidisti ubi sis. Cognovisti captivatorem, exhibe te pugnatorem, quaere redemptorem. Sicut et ille ipse, cum dixisset, CAPTIVUM ME DUCENTEM IN LEGE PECCATI QUAE EST IN MEMBRIS MEIS: INFELIX EGO HOMO, inquit, QUIS ME LIBERABIT DE CORPORE MORTIS HUIUS? GRATIA DEI PER IESUM CHRISTUM DOMINUM NOSTRUM. Sed quis invocat gratiam, qui suam non videt poenam? Intellege ergo, vide quo traheris. Sed delectat me iustitia. Scio quia delectat: condelectaris enim legi dei secundum interiorem hominem, sed vides aliam legem in membris tuis; condelectaris legi dei, alia est lex in membris tuis. Hac vivis, hac moreris. Semivivum te latrones in via dimiserunt, sed iam a transeunte et misericordi Samaritano iacens inventus es; infusum est tibi vinum et oleum, sacramentum Unigeniti percepisti; levatus es in iumentum eius, incarnatum Christum credidisti; ad stabulum perductus es, in ecclesia curaris.

Omnes in ecclesia stabularii munere fungimur.

8. Inde est quod loquor: hoc etiam ego, hoc nos omnes agimus; stabularii fungimur munere. Illi dictum: SI QUID AMPLIUS EROGAVERIS, IN REDEUNDO REDDAM TIBI. Utinam nos hoc saltem erogemus, quod accepimus! Sed quantumcumque erogemus, fratres, pecunia dominica est. Conservi vestri sumus: inde vivimus, unde pascimus. Nemo nobis inputet beneficium: mali servi erimus, si non fecerimus; si autem fecerimus, nulla sit nostra arrogantia, quia de nostro non facimus. Illum omnes amemus, illum diligamus, propter illum nos invicem diligamus. Unum regem omnes habemus; ad unum regnum omnes perveniamus.

[2] in legem *2 m.* [4] ubi sis] *T; in* ubivis, *nescio quare, mut. Wilm* [6] legem *2 m.* inquid *1 m.* [13] a] *inter lin. 2 m. suppl.* transeunte] s *in fine deleta* [15] unigeniti] uni *2 m. suppl.* [16] stabolum *1 m.* [18] et, *post* ego, *deletum* [19] stabulari *1 m.* [22] pascimur *1 m.* [23] mali] *1 m.;* male *2 m. et Wilm* servi erimus] *sugger. in marg. corrector, quae emendatio etiam Wilmartio probatur;* servimus *tamen T Wilm* [27] perveniamus] *homiliarii collector add.* amen

[2. 5] *captivantem te... captivum me ducentem*] Cf. adnot. ad p. 602, l. 1.

[6] *meis*] Rom. 7, 23.

[8] *nostrum*] Ibid. 24. 25.

[11] *hominem*] Cf. ibid. 22.

[20] *tibi*] Luc. 10, 35.

[22] *unde pascimus*] Idem saepius Aug. v. gr. serm. Frangip. 2, 4: « inde pasco, unde pascor... erogator sum »; p. 404, l. 8: « pascimus vos, pascimur vobiscum » et al.

III.

Wilmart, Serm. III: «Revue Bénéd.» XXXVIII (1926), p. 159-161; ex codd. *T* (= Turon. 279, Maioris olim Monasterii, fol. 93^{v}-94^{v}, saec. IX in.), *M* (= Montepessulan. 152, fol. 174^{r}-178^{r}, saec. IX), *B* (= Bruxell. 10615-10729, fol. 11^{v} sqq., saec. XII). Insuper contuli ego cod. lat. Monacen. 17059, fol. 36^{v}-40^{r}, olim Scheftlarn., saec. IX (= *S*), qui maximam habet cum *M* similitudinem. Constat autem oratio ex priore parte sermonis Maurin. 254 (= μ), quam augustinianam esse omnes consentiunt; ideo satis habui, locos sacrae scripturae, qui adducuntur, adnotare.

DE TEMPORE FRUCTUOSAE MAESTITIAE · ET DE FICULNEA QUAE PER TRIENNIUM NON TULERAT FRUCTUM.

Sic habet, fratres, miseriae nostrae conditio et dei miseratio, ut tempus letitiae tempore maestitiae praecedatur; id est, ut prius sit tempus maestitiae, posterius tempus letitiae: prius tempus laboris, posterius quietis: prius tempus calamitatis, posterius felicitatis. Sic habet, inquam, et nostra conditio, et divina miseratio. Tempus enim maestitiae laboris et calamitatis peccata nostra nobis pepererunt; tempus vero letitiae quietis et felicitatis non venit de nostris meritis, sed de gratia salvatoris. Aliud merebamur, aliud speramus: merebamur mala, speramus bona. Hoc facit misericordia eius, qui nos creavit et recreavit, qui nos fecit et refecit.

Tempora duo, prius maestitiae, posterius laetitiae.

2. Sed tempore miseriae nostrae, carissimi, et, sicut scriptura loquitur, DIEBUS VANITATIS nostrae nosse debemus, unde et ubi debeat esse ipsa tristitia. Tristitia enim sic est, quomodo stercus. Stercus autem non loco suo positum inmundam facit domum; loco suo positum fertilem facit agrum. Videte locum stercoris ab agricola provisum. Ait apostolus Paulus: ET QUIS EST QUI ME LAETIFICAT, NISI QUI CONTRISTATUR EX ME? et alio loco: QUAE SECUNDUM DEUM EST TRISTITIA, PAENITENTIAM IN SALUTEM INPAENITENDAM OPERATUR. Qui secundum deum tristis est,

Unde et ubi debet esse nostra tristitia.

1-2 *inscriptionem, cum in codicibus genuina deesset, ipse supplevi* 3. 6 sq. sic habet] *MS, quae lectio utique probabilis est: v. Forcellini-De Vit ad verbum* habeo § 41; sic se habet *Tμ Wilm* 3 fratres] *M;* dilectissimi *add. TWilm*, mei μ, carissimi *SB* 4. 5. 8 maestitiae] tristitiae *MS* 6 prius] sit *add. TWilm* 7 divina] *TWilm;* dei *MS* 14 vanitatis] nativitatis μ 18 laetificet μ *Vulg* 19 quae] tristitia inquit μ est tristitia] *om.* μ

11 sq. *creavit et recreavit*] Idem ἀντίθετον quod supra p. 333, l. 14; 501, l. 3; 532, l. 8.

14 *diebus vanitatis*] Eccle. 7, 16.
19 *ex me*] II Cor. 2, 2.
20 *operatur*] II Cor. 7, 10.

paenitens est: tristis est enim de peccatis suis; tristitia autem de propria iniquitate iustitiam parturit. Prius ergo tibi displiceat quod es, ut possis esse quod non es. QUAE SECUNDUM DEUM EST, inquit, TRISTITIA PAENITENTIAM IN SALUTEM INPAENITENDAM OPERATUR. Paenitentiam, inquit, in salutem. Quam salutem? Inpaenitendam. Quid est, inpaenitendam? Cuius te omnino paenitere non possit. Habuimus enim vitam, cuius nos debuit paenitere: habuimus vitam paenitendam; habeamus vitam inpaenitendam. Sed non possumus pervenire ad vitam inpaenitendam, nisi per malae vitae paenitentiam. Numquid, fratres mei, ut dicere coeperamus, in massa tritici purgata invenis stercus? Et tamen ad illum nitorem, ad illam fecunditatem, ad illam fertilitatem, ad illam speciem et pulchritudinem per stercus pervenitur: rei pulchrae foeditas via fuit.

3. Merito, cum dominus in evangelio diceret de quadam arbore infructuosa, ECCE TRIENNIUM EST, QUOD VENIO AD EAM, ET FRUCTUM IN EA NON INVENIO: PRAECIDAM ILLAM, NE MIHI AGRUM INPEDIAT, intercedit colonus iam securem minanti infructuosis radicibus, et pene ferienti, sicut intercessit deo Moyses. Intercedit ergo colonus, et dicit: DOMINE, DIMITTE ILLI ET HOC ANNO. CIRCUMFODIO EI, ET ADHIBEO COFINUM STERCORIS. SI FECERIT FRUCTUM, BENE; SI QUOMINUS, VENIES ET PRAECIDES EAM. Arbor ista, genus humanum est. Visitavit eam dominus tempore patriarcharum, quasi primo anno: visitavit eam tempore legis et prophetarum, quasi secundo anno; ecce in evangelio tertius annus inluxit. Iam quasi praecidi debuit, sed interpellat misericors misericordem: qui enim se voluit exhibere misericordem, ipse sibi adposuit intercessorem. Domine, dimittatur, inquit, et hoc anno. Circumfodiatur: fossa signum est humilitatis. Adhibeatur cofinus stercoris, maestitia paenitentis; ne forte, inquit, det fructum. Immo quia dat fructum, et ex parte dabit, et ex parte non dabit fructum, veniet dominus eius et dividet eam; quomodo dixit de malo dispensatore, quia DIVIDET EUM. Modo enim, tanquam in uno coetu, in uno corpore mali et boni constituti sunt.

Arbori infructuosae stercus adhibendum, maestitia paenitentis.

4. Sicut ergo superius dixi, stercoris locus oportunus dat fructum, inportunus autem facit locum inmundum. Invenio nescio quem tri-

5 quam] qualem μ est] *om. TWilm* 10 invenies μ 15 agrum] in agro *MS* 16 securem] *S;* secure *T 1 m. M;* securi μ *Wilm* minanti] *T 1 m. S;* imminanti *M;* imminenti *Wilm;* imminente μ 17 Moyses deo *MS* 18 illi] illam *MS*μ *Vulg; cf. notam Maurin. ad serm. 110, 1 (= Morin. 13, 1)* 18. 26 cophin. *MS*μ 19 si quom.] sin autem *MS* venies] *TS; in* veniet, *qua de causa nescio, mut. Wilmart;* venies et *om.* μ

15 *inpediat*] Luc. 13, 7.
20 *eam*] Ibid. 8. 9.
26 *humilitatis*] Cf. supra p. 641, l. 18.
29 *eum*] Mt. 24, 51; Luc. 12, 46.

stem in ecclesia. Stercus video, locum quaero. Dic, amice, unde tristis es? Perdidi, ait, pecuniam. Locus inmundus, fructus nullus. Audiat apostolum dicentem: TRISTITIA MUNDI MORTEM OPERATUR. Non solum fructus nullus, sed et magna pernicies. Sic etiam de ceteris rebus ad gaudia saeculi pertinentibus, quae non facile dinumerantur. Video alium tristem, gementem, flentem. Multum stercoris video, et ibi locum quaero. Et cum viderem tristem, gementem, flentem, aspexi et orantem. Nescio quid mihi bonae significationis ingessit, sed adhuc locum quaero. Quid si et orans, gemens magno fletu, mortem rogat inimici sui? Etiam si sic iam plorat, iam rogat, iam orat, locus inmundus, fructus nullus. Plus est, carissimi, quod invenimus in scripturis sanctis; si voluerit ut moriatur inimicus ipsius, incidit in maledictum Iudae: ORATIO EIUS FIAT IN PECCATUM. Rursus inspexi alium gementem, flentem, orantem: stercus agnosco, locum requiro. Intendi aurem in orationem, et audio dicentem: EGO DIXI, DOMINE MISERERE MEI; SANA ANIMAM MEAM, QUONIAM PECCAVI TIBI. Gemit peccatum: agnosco agrum, expecto fructum. Deo gratias: bono loco stercus missum est, frumentum parturit.

Sed stercus loco oportuno mittendum, ut frumentum parturiat.

Hoc est, carissimi, tempus fructuosae maestitiae, ut conditionem mortalitatis nostrae, abundantiam temptationum, subreptionem peccatorum, adversitates cupiditatum, ruinas concupiscentiarum contra bonas cogitationes semper tumultuantium doleamus et gemamus; ut tempore laetitiae, quae posterior erit, quietis et felicitatis, vitae aeternae, sine fine gaudere mereamur.

IV.

Wilmart, Serm. IV: «Journal of theol. Studies» XXVII (1926), p. 343-344; ex cod. olim Floriac. nunc Aurelian. 155, p. 125, saec. x (= *A*). Omnino similis est forma et specie allocutio haec sermonibus Maurin. 219-222 aliisque, quos «De nocte sancta» ex codice Guelferb. 4096 ante annos ferme tredecim evulgavi; nec possum, quin mirer, a magistro quodam studii Herbipolensis ipsiusque discipulo omnem ei auctoritatem, veluti etiam sequentibus, tertia fortassis excepta, nuper denegatam esse. Unde compulsus sum ea, quibus cum Augustino congruentia patescit, quam rei ratio postulabat, latius exequi.

6 stercus *S* 9 si] *2° loco* S_μ; *om. Wilm* 10 sic, *ante* iam rogat, *repet. Wilm* 12 fit *S* 13 respexi *MS* 15 quoniam] quia *MS Vulg* 16 expecto] spero *T* 18 ut] considerantes *interser. MS* 19 mortal.] fragilitatis *MS* subreptiones μ 20 cupid.] cogitatum *MS* ruinas] rixas μ 22 et *om.* μ 23 mereamur] *hanc clausulam nonnihil immutant* μ *et editiones anteriores, eique adnectunt alteram partem, quae est de quinquagesima post Pascha et de Alleluia*

3 *operatur*] II Cor. 7, 10.
9 *inimici sui*] Cf. serm. Mai 15, 1.
13 *peccatum*] Ps. 108, 7.
16 *tibi*] Ps. 40, 5.

IN VIGILIIS PASCHAE.

Vigilia paschalis reliquis omnibus praelata.

Notum vobis est, fratres carissimi, — neque enim quod agitis ignoratis — ad hoc istam vigiliam domino dicatam, et vigiliis omnibus quae ad dei cultum exhibentur esse praelatam, quod in ea renovatur anniversaria sollemnitate memoria salvatoris, qui TRADITUS EST PROPTER DELICTA NOSTRA, ET SURREXIT PROPTER IUSTIFICATIONEM NOSTRAM; ut universa ecclesia eius, quod est corpus eius, cantare possit: EGO AUTEM EXULTABO IN DOMINO, ET GAUDEBO IN DEO SALVATORE MEO.

Cur voluit dominus nocte resurgere.

2. Erit enim et nobis, huius saeculi nocte transacta, resurrectio carnis ad regnum, cuius in capite nostro praecessit exemplum. Propter hoc namque dominus voluit nocte resurgere, quia secundum apostolum DEUS, QUI DIXIT DE TENEBRIS LUMEN CLARESCERE, CLARUIT IN CORDIBUS NOSTRIS. De tenebris ergo lumen clarescere significavit dominus nocte nascendo, nocte etiam resurgendo. Lumen quippe de tenebris, Christus est de Iudaeis, quibus dictum est: NOCTI ASSIMILAVI MATREM VESTRAM. Sed in illa gente, tamquam in illa nocte, non fuit nox virgo Maria, sed noctis quodammodo stella: unde et eius partum stella signavit, quae longinquam noctem, hoc est magos orientis, ut adorarent lumen, adduxit; ut et in ipsis fieret quod dictum est, LUMEN DE TENEBRIS CLARESCERE. Ut concordarent etiam resurrectio et nativitas Christi, sicut in isto novo monumento nullus est antea, nullus postea positus mortuus; sic in illo utero virginali nec antea mortalis est quisquam, nec postea satus.

[1] *praem.* incipiunt omelie *A* [4] exibentur [19 sq.] ut concordarent... Christi] *coniung. Wilm cum iis quae praecedunt; quin ad sequentia pertineant, nullus dubito*

[4] *esse praelatam*] Cf. serm. 219 init.: « in hac vigilia, velut matre omnium sanctarum vigiliarum »; Guelferb. 4, 1: « hac t. nocte... sacratior et sanctior vigilia constituta est; ut id quod semel fecit divina miseratio, anniversaria sollemnitate celebret humana devotio » et al.

[6] *nostram*] Rom. 4, 25: idem locus ab Augustino laudatur serm. Guelferb. 4, 2 et 5, 1 « De nocte sancta »; item serm. Maurin. 236, n. 1 « in diebus paschalibus ».

[8] *salvatore meo*] Hab. 3, 18. In lib. 18, c. 32, De civ. dei leg. Aug. *salutari meo*, licet noverit ac praetulerit lectionem quorumdam codicum, *Iesu meo*.

[9] *nocte transacta*] Serm. Guelferb. 5, 4: « et transacta nocte... iam transactam noctem ».

[10] *praecessit exemplum*] Serm. 263, n. 1: « ut nobis exemplum resurrectionis ostenderet »; Morin 17, 1: « praebuisse se... exemplum resurrecturis », et al.

[11] *voluit nocte resurgere*] Serm. Guelferb. 5, 1: « Et utique nocte resurgere debuit, quia sua resurrectione et tenebras nostras inluminavit ».

[12] *nostris*] II Cor. 4, 6 omnino u Aug. De spir. et litt. c. 18, n. 31 (Migne 44, 220); Vulg. habet *splendescere, ipse illuxit*.

[15] *vestram*] Os. 4, 5 iuxta antiquam versionem.

[20 sq.] *sicut in isto novo monumento* etc.] Aug. De fide et symb. c. 5, n. 11 (Migne 40, 187): « Nam sicut in illo monumento nullus alius mortuus sepultus est, nec ante, nec postea; sic in illo utero nec ante, nec postea, quidquam mortale conceptum est »; similiter Tract. 28 in Ioh. n. 3; 120, n. 5.

3. Quamvis igitur hac nostra vigilia non adhuc quasi resurrecturus dominus expectetur, sed resurrectionis eius annua sollemnitate memoria renovetur, tamen hoc celebrando ita praeterita recordamur, ut aliquid etiam, quod ex fide vivendo agimus, hac eadem vigilia figuremus. Nam totum hoc tempus, quo saeculum istud, vice noctis excurrit, oculis fidei in scripturas sanctas tamquam in nocturna luminaria intenta ecclesia vigilat, donec dominus veniat. Hinc est quod dicit apostolus Petrus: HABEMUS CERTIOREM PROPHETICUM SERMONEM, CUI BENE FACITIS INTENDENTES TAMQUAM LUCERNAE IN OBSCURO LOCO, DONEC DIES LUCESCAT ET LUCIFER ORIATUR IN CORDIBUS VESTRIS. Propter quod et ipse salvator spiritalem vigiliam nobis imperat, ubi de suo repentino locutus adventu, VIGILATE, inquit, QUIA NESCITIS DIEM NEQUE HORAM. Sicut ergo nunc, qui in nomine domini ad vos ipse veni, vigilantes vos in nomine eius inveni, sic ipse dominus, in cuius honorem celebratur ista sollemnitas, ecclesiam suam luce mentis inveniet vigilantem, quando veniet, ut etiam excitet eam in monumentis corpore dormientem. EXPLICIT.

Paschali vigilia figuratur expectatio adventus domini.

V.

Wilmart, Serm. V: « Journal of theol. Studies » XXVII (1926), p. 345-347; ex eodem codice Aurelian. 155, p. 127 (= *A*). Augustinianum esse nullo negotio intelleget, quisquis adnotationes infra positas aequus aestimator expenderit; ceteris autem convincendis frustra operam insumerem.

INCIPIT SERMO SECUNDUS.

Ammonet nos, fratres, tanta huius vigiliae claritas atque sollemnitas, anniversario reditu renovatam memoriam dominicae resurrectionis inlustrans, recolere et agere, quod ipse de sua iam impendente passione

8 profeticum 19 reditu] *incunctanter scripsi, uti passim ap. Aug. legitur; pro tribus ultimis litteris evanidis suppl. Wilm* uce, *et leg.* reduce, *ita tamen ut alia conicere permittat* 20 de] *ultima littera item evanida*

1 *non adhuc quasi resurrecturus*] Ita etiam distinguit Aug. veritatem a sollemnitate, serm. 220: « secundum vocem veritatis, semel Pascha dicimus factum, et ulterius non futurum; secundum autem vocem sollemnitatis, omni anno dicimus Pascha venturum ».

5 sq. *oculis fidei*] Locutio prorsus augustiniana, uti alibi saepius notavi.

10 *vestris*] II Petr. 1, 19 in omnibus sicut legit plerumque Aug., verbi gratia serm. 49, n. 3.

12 *horam*] Mt. 25, 13.

13 *ad vos ipse veni*] Antiqua sane fuit consuetudo ecclesiae, ut vigiliis nocturnis a populo et clericis aliquot iam inchoatis episcopus demum paullo serius cum clero universo « superveniret »: cf. Peregrinat. Aetheriae, edit. Geyer (CSEL t. 39). p. 71, l. 22, et al.

16 *excitet... dormientem*] Serm. Guelferb. 6 circ. fin.: « eius vigili corde speremus et expectemus adventum, cuius vox omnes dormientes etiam de tumulis excitabit ».

discipulis dixit, VIGILATE ET ORATE, NE INTRETIS IN TEMPTATIONEM. Vigilemus igitur et oremus, ne intremus in temptationem, non ista nocte tantum, sed toto tempore vitae huius, quae in terra temptatio est. Sic enim scriptum est: NUMQUID NON TEMPTATIO EST VITA HUMANA SUPER TERRAM? Si ergo nihil est intrare in temptationem, nisi induci vel inferri in temptationem, id est decipi et capi, vel quoquo modo temptatione, ut totum brevius dixerim, vinci, quid aliud faciendum est per totam noctem vitae huius, in qua nos per lucem fidei dies esse debemus, quam id quod admonuit discipulos dominus, VIGILATE ET ORATE, NE INTRETIS IN TEMPTATIONEM? Vigilia mentis est, ne fides dormiat, spes marcescat, et caritas refrigescat. Sed fide vigilante, spe vigente, caritate fervente, par totum hoc tempus, quo in huius saeculi nocte versamur, assidua oratione dicamus: NE NOS INFERAS IN TEMPTATIONEM. Sic agimus ipso adiuvante quod dominus ait, VIGILATE ET ORATE, NE INTRETIS IN TEMTATIONEM. Si vere in temptationem non est formidandum intrare, quando inde possumus et exire, secundum apostolum Iacobum dicentem, OMNE GAUDIUM EXISTIMATE, FRATRES MEI, CUM IN TEMPTATIONIBUS VARIIS INCIDERITIS, restat ut in eo sit spes, quod apostolus Paulus ait: FIDELIS DEUS, QUI NON PERMITTET VOS TEMPTARI SUPER ID QUOD POTESTIS, SED FACIET CUM TEMPTATIONE ETIAM EXITUM, UT POSSITIS SUSTINERE. De isto exitu non absurde intellegi potest, etiam sancto cantico nos esse commonitos, ubi legitur, CUSTODIAT DOMINUS INTROITUM TUUM ET EXITUM TUUM; ut tamquam in fornacem vasa fictilia non solum bene formata nos patiatur intrare, sed etiam integra inde valeamus exire, sicut scriptum est: VASA FIGULI PROBAT FORNAX, ET HOMINES IUSTOS TEMPTATIO TRIBULATIONIS. Quod si res ita se habet, profecto quando

Vigilia mentis necessaria, ne intremus in temptationem.

[1] tempt.] *fere ubique A 1 m.* [22] legitur] *postrema syllaba iam obsoluit* [26] quando] *quattuor ultimas litteras modo pene deletas ita restitui; Wilm maluit* quantum, *adiectivo* tantum *quod sequitur, ut reor, deceptus*

[1] *temptationem*] Mt. 26, 41. Istud evangelicum in tractatibus « De nocte sancta » quasi necessario recurrit, v. gr. Maur. 219. 222; Guelferb. 4, 1. 2; 6 init.; serm. quoque Wilmart 6, 2. 3; 7, 2 fin.

[5] *terram?*] Hiob 7, 1 iuxta LXX.

induci vel inferri] Insinuat hoc loco s. Doctor duas translationes Mt. 6, 13 quarum meminit in libro 2 De serm. dom. in monte, c. 9, n. 30; ubi etiam n. 34 legitur: « Sed cum temptationes periculosae, in quas *inferri* atque *induci* perniciosum est » etc.

[7] *vinci*] Cf. serm. Guelferb. 33, 3: « Quid est, intrare in temtationem? Consentire malae concupiscentiae. Consensisti? intrasti: vel cito exi ».

[13] *temptationem*] Mt. 6, 13 iuxta alteram ex duabus translationibus, de quibus supra ad l. 5.

[18] *incideritis*] Iac. 1, 2.

[20] *sustinere*] I Cor. 10, 13 ubi Aug. haud semper sibi constat; hoc tamen modo plerumque apostoli sententiam commemorat, verbi gratia serm. 223, n. 2 et epist. 157, n. 5; 176, n. 2, quae ann. 414-416 scriptae sunt.

[23] *tuum*] Ps. 120, 8.

[26] *tribulationis*] Eccli. 27, 6: cf. serm. Guelf. 7, 2.

discipulis dominus ait, VIGILATE ET ORATE NE INTRETIS IN TEMPTATIONEM, tantum suae passionis pondus impendere cernebat, ut illos in illam temptationem nollet intrare, unde cernebat nondum idoneos ut sinerentur exire. Propter quod et beatissimo apostolo Petro iam dixerat: NON POTES ME SEQUI MODO, SEQUERIS AUTEM POSTEA. Qui cum se non solum sequi, verum etiam praecedere iam posse crederet, dicens, ANIMAM MEAM PRO TE PONAM, validis dominicae passionis incumbentibus ventis, et mare quo navigabant vehementer alteque turbantibus, unius fuisset ancillae interrogatione demersus, nisi continuo lacrimis misericordia impetrata, domini esset dextera liberatus. Vigilemus ergo, fratres, et oremus, ne intremus in temptationem, quam sustinere non possumus, et, in quamcumque intraverimus, vel dato exitu sustinere, vel data sustinentia exire possimus; ut non in temptationem sine exitu ingressi, sicut pedes in compedes, sicut fera in retia, sicut aves in laqueos inferamur.

2. Quod ne patiamur, nobis ille praestabit cui cantavimus domino, GLORIOSE ENIM MAGNIFICATUS EST; qui nobis in lavacro regenerationis iam quod cantavimus praestitit, EQUUM ET EQUITEM PROIECIT IN MARE. Universa enim peccata nostra praeterita, quae nos velut a tergo insequebantur, submersit et delevit in baptismo. Quas tenebras nostras, velut sua iumenta, hoc est adiumenta, inmundi spiritus regebant, et velut equites, quo volebant, agebant; et ideo ipsos RECTORES TENEBRARUM HARUM dicit apostolus. Quibus quoniam caruimus per baptismum, tamquam per mare Rubrum, hoc est crucifixi domini sanctificatione sanguineum, non convertamur corde in Aegyptum, sed per alias heremi temptationes ipso protectore atque rectore tendamus ad regnum. EXPLICIT DE VIGILIIS · II ·

Universa peccata in baptismo quasi in mari Rubro submersa.

[11] possumus] *A;* possimus *Wilm* [14] fera] *pro* ferae*?* in laqueo *A* inferamur] *profecto legendum;* inseramur *Wilm* [15] domino] *scriptum suspicor pro* dominus, *nisi forte* cantemus *ante* domino *exciderit; nihil tamen immutare praesumpsi* [19] submersit] *A 1 m.;* summersit *Wilm*

[5] *postea*] Ioh. 13, 36.

[7] *ponam*] Ibid. 37.

[11] *quam sust. n. possumus*] Verba haec, ut notum est, plurimi laudant patres latini, ac si ad orationem dominicam revera pertineant, nusquam vero, quod noverim, Augustinus; cui tamen nota ea aliquando fuisse vix dubito, uti vel ex hoc loco colligitur, De serm. dom. in monte, lib. 2, c. 9, n. 34: « ne in temptationem inducamur. Inducimur enim, si tales acciderint *quas ferre non possumus* ».

[16] *magnificatus est*] Exod. 15, 1. 21.

[17] *in mare*] Ibid. Sic etiam legit Aug. serm. 363, n. 2. 4.

[19] *submersit et delevit*] Aug. ibid., n. 2: « delicta nostra... lavacro gratiae sanctae liberatis nobis, tamquam in mari *submersa atque deleta* sunt ».

[20] *iumenta, h. e. adiumenta*] Quaest. in Heptat. lib. 5, 38: « equis et asinis, et si quid est eorum quae adiuvant hominem, et latine *a iuvando iumenta* dicuntur ».

[22] *harum*] Eph. 6, 12.

[23 sq.] *sanctificatione sanguineum*] Serm. 363, n. 2: « Rubro pelago omnes hostes operuit, qui cruenta morte... baptismum consecravit »; comp. etiam supra, p. 331, l. 2; 448, l. 15 sqq.

[24] *in Aegyptum*] Cf. Act. 7, 39.

VI.

Wilmart, Serm. VI: « Journal of theol. Studies » XXVII (1926), p. 348; ex eodem cod. Aurelian. 155, p. 131 (= *A*). Quin et istius Augustinus auctor habendus sit, ineptum prope fuerit mehercules dubitare; ceterum ipsi « fortasse » fidem haberi posse magister Herbipolensis de quo supra, quamquam in reliquis pyrrhonius opinator, agnovit.

INCIPIT SERMO ALIUS DE HOC IPSO · III ·

Noctis illius, fratres carissimi, qua dominus Iesus Christus resurrexit a mortuis, annuam sollemnitatem hac vigilia celebramus. Non nunc doceo, sed scientes, ne obliviscamini, admoneo. Sicut enim ipsa celebritas suo sollemniter tempore adveniens non id agit, ut insolitum aliquid noverimus, sed ne id quod novimus obliviscendo deleamus — renovat enim memoriam, non inserit scientiam — ita et sermo noster, etiamsi non promitur ad ignaros, tamen quaerit attentos; quia, etsi non id agit, ut quod nescitis audiatis, volo tamen agat, ut recordemini cum iucunditate quae nostis.

Leo quaerens devorare a leone quaerente liberare devictus.

2. Vigilemus ergo et oremus, ne intremus in temptationem: ADVERSARIUS enim noster TAMQUAM LEO RUGIENS CIRCUIT QUAERENS QUEM DEVORET. Sed leo ille de tribu Iuda, de quo tanto ante praedictum est, ASCENDISTI, RECUMBENS DORMISTI SICUT LEO; QUIS SUSCITABIT EUM? in crucem, cum pateretur, ascendit, quia voluntate miserantis, non peccantis necessitate suspensus est. Recumbens dormivit, quando INCLINATO CAPITE TRADIDIT SPIRITUM. Sicut leo autem, quia et in ipsa infirmitate fortis fuit; QUOD enim INFIRMUM EST DEI FORTIUS EST HOMINIBUS: denique moriendo vivificavit, et mortem morte consumsit. Quis suscitavit eum, nisi invisibilis deus? Ideo enim, quis? quia humanis non apparet aspectibus, sicut etiam ipsum cum Patre invisibile unigenitum Verbum dei. Ergo illum suscitavit a mortuis, et DONAVIT EI NOMEN, QUOD EST SUPER

[8] promitur] *A recte; in* promatur *sine causa mut. Wilm* [9] agit] *A; similiter in coniunctivum mut. Wilm* [21] invisibile] *A;* invisibili *Wilm*

[11] *in temptationem*] Ex Mt. 26, 41: lege sis adnot. ad sermonem anteriorem, p. 686, l. 1.

[12] sq. *devoret*] I Petr. 5, 8.

[13] *Iuda*] Cf. Apoc. 5, 5.

[13] sq. *de quo tanto ante praedictum est, Ascendisti* etc.] Serm. Guelferb. 6 in fine: « de cuius somno in cruce exaltati Iacob *tanto ante praedixit, Ascendisti* » etc.

[14] *eum?*] Gen. 49, 9 ubi cum Guelferb. 6 congruit serm. Denis 4, circ. med.

[17] *spiritum*] Ioh. 19, 30.

[18] *hominibus*] I Cor. 1, 25.

[21] *cum Patre invisibile*] Hoc contra Arrianos, qui visibilitatis gradus in Trinitate somniabant; quos etiam refellit s. Doctor in Collatione cum Maximino eorum episcopo.

OMNE NOMEN, UT IN NOMINE IESU OMNE GENU FLECTATUR, et leo quaerens devorare a leone quaerenti liberare vincatur.

3. Vigilemus ergo et oremus, ne intremus in temptationem. Vigilemus illi, qui dormivit sponte pro nobis. Dormivit enim, et somnum cepit; et exsurrexit, quoniam dominus suscepit eum, cui dixerat, ET SUSCITA ME, ET REDDAM ILLIS. Qui saevituris et morienti insultaturis inimicis in prophetia dixit: NUMQUID, QUI DORMIT, NON ADICIET UT RESURGAT? Ergo, qui dormivit, etiam evigilavit, et sibi evigilanti istam nostram vigiliam consecravit. Vigilemus et oremus, ne intremus in temptationem, quoniam ille vigilavit, et factus est SICUT PASSER SINGULARIS IN TECTO; ideo resurrexit, et in altum volavit, et pro nobis unicus interpellat in caelo. Huic tam magno interpellanti preces demus; praestat cum Patre, quod postulavit a Patre, quia mediator et creator: mediator, ut poscat; creator, ut tribuat: mediator factus in mundo, creator per quem factus est mundus. Fidelissimo igitur et fidissimo affectu ei mente sobria vigilemus, eique orationem quam docuit allegemus: ut quod faciendum iussit, ipso adiuvante valeamus; quod accipiendum promisit, ipso dante sumamus. EXPLICIT DE VIGILIIS.

Christus cum Patre ut creator praestat, quod a Patre ut mediator postulat.

VII.

Wilmart, Serm. VII: «Journal of theol. Studies» XXVII (1926), p. 349-350; ex eodem cod. Aurelian. 155, p. 134 (= *A*). Huius quoque contionis sensus et verba fere singula Augustinum clamant, nec prorsus video quid contra eius auctoritatem serio obtendi possit.

INCIPIT ITEM ALIUS DE HOC IPSO · IIII ·

Ista, fratres, sancta celebritas, quae noctem tulit ex nocte, fugans his luminibus tenebras, et fidem nostram tamquam diem cordis exhilarans, in memoria geritur, sicut scitis, resurrectionis domini nostri Iesu

2 quaerenti] *A;* quaerente *Wilm* 8 dormivit] *complevi, postremis sex litteris iam evanidis;* dormiens *maluit Wilm* 22 geritur] *duae priores litterae iam paene deletae in A*

1 *flectatur*] Phil. 2, 9. 10.

3. 9 *in temptationem*] Cf. supra, adnot. ad p. 686, l. 1; p. 688, l. 11.

5 *eum*] Ps. 3, 6. Comp. serm. Guelferb. 4, 2; 6 init.; Denis 5, 2.

6 *illis*] Ps. 40, 11 ut legit Aug. serm. Guelferb. 6.

7 *resurgat?*] Ibid. 9; cf. eosdem serm. Denis 5, 2 et Guelferb. 6.

10 *in tecto*] Ps. 101, 8 qui versus etiam recurrit serm. Guelferb. 6, nisi quod ibi habetur *super tectum.*

11 *unicus*] Alludit, credo, ad aliam translationem Ps. 101, 8, pro *singularis:* v. Sabatier ad loc. *interpellat in caelo*] Similiter serm. Guelferb. 6: « super tectum, id est, super caelum, ubi interpellat pro nobis ».

15 *et fidissimo*] Notatu digna est adpositio ista adiectivorum *fidelis* et *fidus*, cuius nullum exemplum in Thes. ling. lat. invenio.

16 *o. q. d. allegemus*] His fere adducor ut existimem, ad orationem dominicam in vigiliis recitatam istas allocutiones habitas fuisse.

Christi. Quid enim fieret convenientius, quam ut illius ex mortuis evigilationem nostra vigilia frequentaret, evigilanti iam semper capiti suo licet dormitura adhuc membra vigilando interim consonarent, et ipsa similiter evigilatura, atque cum illo sine ullo somno vigilia perpeti regnatura? Decenter enim certo tempore signat tanta festivitas, quod sine fine temporis habebit aeternitas. Vigilemus ergo vigilanti Christo, et parumper quantum possumus abstineamus a somno, in honorem eius quem non tenet somnus. Simus in eius custodia secundum spiritum verus Israhel: NON enim DORMIET NEQUE DORMITABIT, QUI CUSTODIT ISRAHEL. Huic custodi pervigili anniversaria sollemnitate vigilantes, cor nostrum in eius manu fidei vinculo religemus, ut hac religione suspensum ab eo qui nescit dormire non cadat; donec toti atque integri, mortalitate et corruptione consumta, in eius conpagine colligamur, ubi nec nos ulterius dormire vel dormitare possimus.

Vigilia paschalis perpetem in aeternitate vigiliam signat.

2. Hic est fructus vigiliarum nostrarum, hic finis intentorum non carnis sed spiritus oculorum, hoc frenandi et conpescendi somni iustum sanctumque propositum, haec portati laboris et excitati amoris incorruptibilis merces, ut ille, cui paululum torpori terreno reluctando vigilamus, det nobis vitam, ubi sit vigilia sine labore, sine nocte dies, sine somno requies. Non ergo vigilare laudabile est, nam vigilant et latrones; sed eo fine, ut insidiantes somno maritorum ad eorum coniuges lenocinante nocte perveniant. Vigilant et magicarum artium sectatores; sed eo fine, ut daemonibus serviant, et eorum auxilio nefanda committant. Longum est, et non necessarium, omnium sceleratorum commemorare vigilias. Sed, ut de quibusdam vigiliis etiam innocentibus loquar, vigilant opifices, agricolae, nautae, piscatores, viatores, mercatores, quarumque rerum administratores, iudices, causidici, litterarum emptores et venditores, potestate praediti, potestatibus subditi, et quidquid est artium vel industriae, quo humana vita transigitur; sed eo fine, ut terra ab advenis suis celeritate vaporea transituris vel commodius vel decentius incolatur. Denique omnium ita vigilantium finis, et inlicitus aeterna morte damnatur, et licitus temporali morte consumitur. FINIS autem LEGIS

Non omnis vigilia laudabilis est.

Sunt vigiliae, quarum finis illicitus damnatur, licitus consumitur.

[3] licet] *haud cunctanter scripsi, cum in codice tres tantum postremae litterae adhuc legantur;* decet *Wilm, quod verbum neque ad* consonarent, *neque ad* decenter, *quae voces continuo sequuntur, apte conveniens est* [16] sonnii *A*

[10] *Israhel*] Ps. 120, 4. Serm. Guelferb. 6, De nocte sancta: « quia non dormiet neque dormitabit, qui custodit nos », inverso pariter ordine verborum qui habetur in Vulg.

[11] *religemus, ut hac religione*] Innuit contionator eam, quae *plus* illi *placuit, nominis huius originem,* ut ipse ait Retract. l. I, c. 13, n. 9.

[30] *celeritate vaporea*] Serm. 80, n. 3: « vapoream sanitatem »; Denis. 23, 3: « felicitatem volaticam et *vapoream* ».

CHRISTUS AD IUSTITIAM OMNI CREDENTI, cuius nos intuitu vigilamus, finis est perfectionis, vindicans a fine sive damnationis sive consumtionis. Itaque illi vel noxie vel innoxie vigilando periturum tamen intuentur et adpetunt finem: noster autem finis non habet finem. Denique illi vigilant, in ea re, ad quam pervenire desiderant, non habituri permansionem: nos vigilamus et oramus, ne intremus in temptationem. Sic enim vincimus nostri itineris insidiatorem; sic apprehendimus, apud quem permanebimus, salvatorem. EXPLICIT DE VIGILIIS PASCHAE.

Nostrae vigiliae finis non habet finem.

VIII.

Wilmart, Serm. VIII: « Journal of theol. Studies » XXVII (1926), p. 351; ex eodem cod. Aurelian. 155, p. 137 (= *A*). Huic quoque brevi contioni fidem adhiberi oportere nullus dubito.

SERMO DE SANCTA PASCHA.

Paschales dies celebrantibus nobis, quorum PASCHA IMMOLATUS EST CHRISTUS, adhuc Iudaei, tam lucidae huius manifestationis inimici, nocturnas quasdam figuras agunt, et die declinato adhuc somniant. Nam et ipsi pascha celebrare se dicunt, et, dum perverse sectantur umbras veritatis, nocte caecantur erroris. Ovem per singulos annos ritu antiquae sollemnitatis occidunt, et quid illa ovis significabat, etiam Christo a suis occiso parentibus non agnoscunt. Dum legunt dixisse, et non intellegunt praedixisse, audiunt cum dicta recitantur, nec vident cum praedicta conplentur. HABENT LEGEM ET PROPHETAS, et, quid lex de pascha figuraverit, nolunt agnoscere per prophetas. Lege praecipiente populus ovis occisione pastus est: propheta praedicente Christus SICUT OVIS AD IMMO-

Iudaei, quid pascha figuraverit, nolunt agnoscere.

1 nos] non *Wilm, typothetae ut videtur oscitantia* 9 pasca *AWilm* 10 pascales *AWilm* 18 profet. *A fere constanter* 20 praedicente] *recte emendavit Wilm;* praecipiente *iterum A*

1 *credenti*] Rom. 10, 4.

2 *finis est perfectionis* etc.] Serm. 53, n. 6: « Finis iste pertinet ad consumptionem, ille ad perfectionem »; Enarr. 2 in Ps. 30, n. 1: « Finis non consumens, sed perficiens; duobus enim modis dicimus finem: vel quo fit ut non sit quod erat, vel quo fit ut perfectum sit quod inchoatum erat » et al.

6 *in temptationem*] Mt. 26, 41: cf. serm. Wilm. 5, p. 686, l. 1; 6, p. 688, l. 11; p. 689, l. 3. 9. 16, et quae ibi adnotavi.

11 *Christus*] I Cor. 5, 7.

adhuc Iudaei] Non est cur mireris, totam hanc paschalem allocutiunculam in Iudaeos dirigi: ipse nempe Augustinus serm. Guelferb. 4, 1: « Quisquis, inquit, noctis huius lucem toto terrarum orbe miratur, simul Iudaeorum tenebras detestatur »; nec aliter se habet Hieronymus, Tract. in die dominica Paschae, Anecd. Mareds. III. 2, p. 417 sqq.

18 *prophetas*] Luc. 16, 29.

LANDUM DUCTUS EST. Quod priores Israhelitae liberati ab Aegypto festivitate figuraverunt, hoc posteriores captivati a diabolo iniquitate fecerunt. Iam et ipsum pascha agebant, quando ab eis interfectus est Christus: a veritate discordabat impietas, et concordabat cum veritate sollemnitas; tunc in eorum escas ovis mactabatur, quando eorum linguis et dentibus Christus occidebatur. Quod more significabant, scelere implebant. Unde ipse Christus, in pecore figuratus, in homine expressus, illos occidit epulatos, nos pascit occisus. Et adhuc filii eorum, vetus patrum suorum fermentum indigesta vanitate ructantes, de azymis gloriantur; nec intellegunt, illo cibo sine vetustate fermenti consparso novam significari vitam, quae praesignata in typo revelatur in Christo.

Frustra de azymis gloriantur, quorum significationem non intellegunt.

2. Nos ergo, quorum PASCHA IMMOLATUS EST CHRISTUS, diem festum, ut ait apostolus, celebremus, NON IN FERMENTO VETERI ET NEQUITIAE, SED IN AZYMIS SINCERITATIS ET VERITATIS; ut, quod legitima antiquitas praenuntiabat futurum, christiana celebritas ostendat impletum, atque ita illos in umbris remansisse videamus, nos luci adhaesisse gaudeamus.

IX.

Wilmart, Serm. IX: « Journal of theol. Studies » XXVII (1926), p. 352-353; ex eodem codice olim Floriacensi, nunc Aurelian. 155, p. 140 (= *A*). Ecquis non videat, elegantem sane orationem ex eodem fonte fluxisse, atque priores quinque? De quarum omnium inusitata brevitate ne causeris, in memoriam reducas velim sermonem 320, ipso die Paschae habitum, qui vix undecim versibus constat ap. Migne 38, 1442; ibi nempe s. Doctor, quod perpauca loquatur, ita se excusat: « Date veniam, quia diuturnum non reddo sermonem, nostis enim fatigationem meam ». Cf. clausulam sermonis 226 (ubi pro verbis *et post laboraturi sumus*, in cod. Guelferbytano 4096 fortasse melius habetur *post laborem sumus*), itemque sermonis 228 exordium.

4 sollemnitas] *sine dubio legendum;* sollemnitatis *Wilm* (*codici A consentanee?*) 7 sq. epulatos] *Wilm optime;* apulatur *A* 1 *m.*, aepul. 2 *m.* 8 nos] *conieci;* non *AWilm: cf. serm. Wilm. 7, p. 691, l. 1, ubi indubitanter* non *pro* nos *erratum est* occisus] *A recte; Wilm mut. in* occisos 11 tipo *Wilm* 15 crist. *A* 17 athesisse *A*

1 *ductus est*] Esai. 53, 7.

4 *cum veritate sollemnitas*] Ita exponit s. Doctor in uno ex sermonibus in vigiliis Paschae (Maurin. 220), quid veritatem inter et sollemnitatem intersit: « Veritas, quae facta sunt, sicut facta sunt aperit; sollemnitas autem, non ea faciendo, sed celebrando, nec praeterita praeterire permittit »; cf. supra not. ad serm. Wilm. 4, 3 p. 685, l. 1.

8 *nos pascit occisus*] Simile quid habes Enarr. in Ps. 33, serm. 2, n. 10: « Illi (Iudaei) de crucifixo tenebrati sunt: nos manducando crucifixum et bibendo illuminamur ».

14 *veritatis*] I Cor. 5, 8.

INCIPIT DE SANCTO PASCHA · II ·

Semper quidem, fratres, meminisse debetis, quod Christus TRADITUS EST PROPTER DELICTA NOSTRA, ET RESURREXIT PROPTER IUSTIFICATIONEM NOSTRAM; maxime tamen his diebus tantae gratiae commoniti, quibus hoc ipsum, quod semel factum est, anniversaria celebritate non permittimur oblivisci, fide informati, spe firmati, caritate inflammati, sollemniter temporalia frequentemus, indesinenter desideremus aeterna. Si enim deus PROPRIO FILIO NON PEPERCIT, SED PRO NOBIS OMNIBUS TRADIDIT EUM, QUOMODO NON ETIAM CUM ILLO OMNIA NOBIS DONAVIT? Christus passus est, moriamur peccato; Christus resurrexit, vivamus deo. Christus transit de hoc mundo ad Patrem: non hic haereat cor nostrum, sed ad superna sequatur. Caput nostrum pependit in ligno, concupiscentiam carnis crucifigamus; iacuit in sepulchro, consepulti praeterita obliviscamur; sedet in caelo, desiderium ad sublimia transferamus; venturus est iudex, iugum cum infidelibus non ducamus; resuscitaturus est etiam cadavera mortuorum, meritum mutando corpori mutata mente faciamus; positurus est malos ad sinistram, bonos ad dexteram, locum nobis operibus eligamus; regni eius non erit finis, finem vitae huius minime timeamus. Tota ERUDITIO PACIS NOSTRAE IN EO EST, CUIUS LIVORE SANATI SUMUS.

Mysteriorum Christi meditatio sit nobis paschae cotidiana celebratio.

2. Quapropter, carissimi, horum omnium perseverantissima meditatio sit nobis paschae cotidiana celebratio. Neque enim dies istos ita praecipuos habere debemus, ut passionis et resurrectionis dominicae memoriam neglegamus, cum corpus eius et sanguinem cotidianas epulas habeamus: verumtamen ista festivitas clarius commemorat, ferventius excitat, laetius innovat; quoniam facti recordationem ipsis quodammodo aspectibus annuo temporum circuitu repraesentat. Agite ita festum transiturum, atque venturum regnum semper cogitate mansurum. Si enim sic nos exhilarant praetereuntes dies, quibus Christi passionem et

Corpus et sanguinem domini cotidianas epulas habemus.

1 de sancto pascha] *ex inscriptione sermonis praecedentis repetivi* 11 transit] *pro* transiit*?* 12 sequamur *A 1 m., quod forte retinendum erat* 18 nobis] *A;* bonis *conicit Wilm* 23 ut] *suppl. Wilm* 26 laetitius *A 1 m.* 28 sq. si enim] *scribere non dubitavi;* sic enim *Wilm* 29 exhilarant] *item scripsi, emendatorem codicis secutus;* exhilarent *A 1 m. Wilm*

4 *nostram*] Rom. 4, 25: idem apostolicum laudatur in sermonibus paschalibus Maur. 220; Guelferb. 4, 2; 5, 1; Wilmart 4, 1 et al.

9 *donavit?*] Rom. 8, 32.

10–20 *Christus... sumus*] Adverte artem plane Augustinianam, qua paucis verbis maxima christianae fidei mysteria quasi miro compendio colliguntur.

20 *sumus*] Esai. 53, 5 ubi *eruditio p. n.* fere constanter legit Aug.

resurrectionem devota sollemnitate recolimus, quomodo beatificabit aeternus, ubi eum videbimus, et cum eo permanebimus, quem nunc desiderando et sperando gaudemus? Quantam dabit exultationem ecclesiae suae, cui regeneratae per Christum tollit quodammodo carnalis naturae praeputium, hoc est, nativitatis opprobrium? Hinc dictum est: ET VOS, CUM ESSETIS MORTUI IN DELICTIS ET PRAEPUTIO CARNIS VESTRAE, VIVIFICAVIT CUM ILLO, DONANS NOBIS OMNIA DEBITA. SICUT ENIM IN ADAM OMNES MORIUNTUR, SIC ET IN CHRISTO OMNES VIVIFICABUNTUR. Quocirca in Christi baptismo revelatur, quod in veteris circumcisionis umbra tegebatur; et hoc ipsum ad eandem circumcisionem non manu factam nihilominus pertinet, cum carnalis ignorantiae tollitur tegmen. CUM TRANSIERIS, inquit, AD CHRISTUM, AUFERTUR VELAMEN. EXPLICIT · II ·

Vetus circumcisio, umbra fuit baptismi christiani.

XI.

Wilmart, Serm. XI: « Revue d'Ascétique et de Mystique », vol. IX (1928), p. 285-288. Qui prope me effugerat, nisi in eum scriptiuncula Revmi P. Casamassa ad me missa (« Osservatore Romano » 28 aug. 1929) animus novissime directus esset. Ceterum nihil aliud est atque sermo Maurinae editionis 142, at is quidem nonnullis portiunculis auctus, quas in cod. Vatic. 471, saec. XII, fol. 148v-152r (= *A*) cl. editor primus repperit. Quae etsi in utraque recensione « De verbis domini » et « Quinquaginta homiliarum » desiderantur, prorsus et Augustinianas eas esse, et ad eundem sermonem pertinere, Andreas noster argumentis nihil dubii relinquentibus ostendit. Porro opportunum mihi visum est, contionem integram heic primum exhibere praecipuorum codicum ope, quorum exempla mihi ab Urbe transmissa sunt. Hi autem sunt, praeter codicem *A* (cuius lectiones, nisi ubi evidenter falsae essent, plerumque secutus sum): pro recensione « De verbis domini », cod. Vatic. 474, saec. IX, fol. 80r-81r, qui a doctissimo Lupo Ferrariensi abbate « requisitus et distinctus est » (= *D*); pro recensione prolixiore « Homiliarum Quinquaginta » a Caesario Arelatense curata in primis a me conlatus codex Berolin. Phill. 1677, saec. X, fol. 55v sqq. qui fuit olim Collegii

1 *post* recolimus, *textum perincommode intercidit Wilm, ut alium versum inciperet, cum omnia unam omnino periodum efficiant* 2 aeternus] *subaudi* dies, *uti in incisione superiori, quod licet Wilm quoque suspicatus sit, scribere tamen maluit* deus aeternus 7 debita] *A; in* delicta *mut. Wilm, quem in hoc neque reprehendo, nec tamen experientia doctus imitari ausus sum* 10 non manu factam] *negantem particulam supplendam esse putavi: cf. Col. 2, 11, quem locum prae oculis habebat orator* 12 aufertur] *pro futuro, ut recte coniecit Wilm*

1 *beatificabit*] De usu verbi huius apud Aug. cf. Thes. ling. lat. II, 1794, l. 9 sq; De discipl. christ. c. 12, n. 13; serm. 117, c. 4, n. 5; Mai 126, 7; Guelferb. 31, 1.

7 *debita*] Col. 2, 13.

8 *vivificabuntur*] I Cor. 15, 22.

12 *velamen*] II Cor. 3, 16. De lectione *transieris*, pro *transierit* aut *conversus fuerit*, lege notam Maurinorum ad Enarr. in Ps. 64, n. 6.

Claromontani Universitatis Parisiensis (= *P*), rarius adhibito codice Vatic. 478, saec. XI, fol. 81v-86v, utpote notae inferioris (= *B*). Littera *Q* indicavi lectionem communem caesarianae huius recensionis, *μ* autem editionem a Maurinis vulgatam.

DE VERBIS DOMINI IN EVANGELIO SECUNDUM IOHANNEM: EGO SUM VIA VERITAS ET VITA.

Erigunt nos divinae lectiones, ne desperatione frangamur; et rursus terrent, ne superbia ventilemur. Tenere autem viam mediam, veram, rectam, tamquam inter sinistram desperationis et dexteram praesumptionis, difficillimum esset nobis, nisi Christus diceret, Ego sum via. EGO SUM, inquit, VIA VERITAS ET VITA. Tamquam diceret: Qua vis ire? Ego sum via. Quo vis ire? Ego sum veritas. Ubi vis permanere? Ego sum vita. Securi ergo ambulemus in via; sed insidias timeamus iuxta viam. Inimicus insidiari non audet in via, quia Christus est via; sed iuxta viam plane non desinit. Unde in psalmo dicitur: IUXTA SEMITAM SCANDALA POSUERUNT MIHI. Dicit et alia scriptura: MEMENTO QUIA IN MEDIO LAQUEORUM INGREDERIS. Isti laquei, inter quos ingredimur, non sunt in via, sed tamen sunt iuxta viam. Quid formidas, quid metuis, si in via ambulas? Tunc time, si deseris viam. Nam ideo etiam permittitur inimicus ponere iuxta viam laqueos, ne securitate exultationis via deseratur, et in insidias incidatur.

Non in via, sed iuxta viam laqueos nobis ponit inimicus.

2. Via Christus, humilis Christus; veritas et vita Christus, excelsus et deus. Si ambules in humili, pervenies ad excelsum; si infirmus humilem non asperneris, in excelso fortissimus permanebis. Quae enim causa humilitatis Christi, nisi infirmitas tua? Valde enim et inremediabiliter te obsidebat infirmitas; et haec res fecit ut veniret ad te tantus medicus. Si enim vel sic aegrotares, ut tu posses ire ad medicum, poterat tolerabilis videri ipsa infirmitas: sed quia tu ire non potuisti ad eum, ille venit ad te; venit docens humilitatem, qua redeamus. Quia superbia nos

Causa humilitatis Christi, infirmitas tua.

2 et vita] *ita sermo inscribitur in AD; in Q autem* De eo quod scriptum est, Ego sum via veritas et vita; et de sequendo Christum, et de vera caritate 7 veritas] *AP; et praem. μD, 1 m. suppl. B* 12 scandalum *A* 14sq. quid formidas in via? Time si deseras viam *B* 15 etiam] et *A* 16 inimicus] *om. B* 18sq. via – et deus] *ita disting. AD, aliter et minus ad rem μB* et veritas *D* 20 asperneris] *μD;* aspernaris *A;* spreveris *BP* 21sq. valde *usque* fecit ut] *om. BP* 23-25 si enim *usq.* ad te] *haec quoque praeterm. B;* poterat toler. *usq.* ad te *om. P* 25 qua redeamus] *μBP;* quare? videamus *AD*

7 *vita*] Ioh. 14, 6.

12 *mihi*] Ps. 139, 6; Enarr. in h. Ps., n. 9, legebat Aug. *iuxta semitas.*

13 *ingrederis*] Eccli. 9, 20.

19 *et deus*] Cf. p. 344, l. 22: « homo Christus via tua, deus Christus patria tua ».

redire non sinebat ad vitam, et ipsa fecerat a vita recedere exaltatum humanum cor adversus deum, et neglegens in ipsa sanitate praecepta salutaria, decidit anima in infirmitatem. Discat audire infirma illum, quem contempsit incolumis: audiat ut surgat, quem sprevit ut caderet. Audiat tandem experimento edocta, quod praecepto docta noluit obtinere. Docuit enim eam miseria sua, quam fecit neglegentem felicitas, heu quid sit mali a domino fornicari, de se praesumendo; o quam bonum sit adhaerere domino, semper humile sentiendo. Recedere enim ab illo simplici et singulari bono in istarum multitudines voluptatum, et in amorem saeculi corruptionesque terrenas accedere, hoc est fornicari a domino. Huic clamatur: FACIES FORNICARIA FACTA EST TIBI, ET IMPUDORATA FACTA ES TOTA. Videamus nunc obiurgationis consilium.

Quid sit, fornicari a domino.

3. Non enim sic increpat, ut insultet; sed ad confusionem vult perducere praesumptionem, ut sanet. Exclamavit scriptura vehementer, nec palpavit adulando, quos voluit reparare sanando. ADULTERI, NESCITIS QUIA AMICUS HUIUS MUNDI INIMICUS DEI CONSTITUITUR? Amor mundi adulterat animam: amor fabricatoris mundi castificat animam; sed nisi de corruptione erubuerit, ad amplexus illos castos redire non concupiscit. Confundatur ut redeat, quae se iactabat ne rediret. Superbia ergo impediebat animae reditum. Qui autem increpat, non facit peccatum, sed ostendit peccatum. Quod nolebat anima videre, ponitur ei ante oculos; et quod post dorsum habere cupiebat, ad faciem illi admovetur. Vide te in te. QUID VIDES STIPULAM IN OCULO FRATRIS TUI, TRABEM AUTEM IN OCULO TUO NON VIDES? Revocatur ad se anima, quae ibat a se. Sicut a se ierat, sic a domino suo. Se enim respexerat, sibique placuerat, suaeque potestatis amatrix facta fuerat. Recessit ab illo, et non

Anima per superbiam recedens a deo nec in se remanet.

1 ad vitam] *om. Q* et ipsa] *AD;* quia et superbia *Q* fecerat] nos *add. μ* exaltatum] enim *inser. μB* 4 incolumis] *AD;* fortis *μBP* ut resurgat *D* 5 docta] *AD;* edocta *P; om. μB* 6 sq. quam fecit n. felicitas. Heu] *AD; om. μBP* 7 sq. de se *usque* sentiendo] *AD; om. μBP* o quam] o *videtur fuisse in D expunctum* 8 humile] *1 m. in* humilia *corr. A* 9 istarum multitudines voluptatum] *A;* istas multitudines voluptatum *P;* istas multitudinum voluptates *D;* istas mundi multitudinum voluptates *B;* istam multitudinem voluptatum *μ* 10 et] *om. μBP* corruptionemque terrenam *Q* accedere *om. Q* 10 sq. hoc e. fornicari] fornicari est *Q* 11 sq. huic clamatur *usq.* consilium] *AD; om. BP; in μP quattuor versus omnino diversi habentur* 13 ad confessionem *BP, ut codd. Germanen. et Remigien. Maurinorum* 14 praesumptionem] *AD; om. μBP* 16 *post* quia, *A prosequitur ex Vulg.* amicitia huius mundi inimica est deo? qui enim voluerit amicus esse saeculi huius i. d. c. dei] *ABP;* deo *μD* constituetur *A* 22 et] *om. BP* 24 anima] *om. BP* 25 sic] *om. BP*

12 *tota*] Hier. 3, 3; non extat ap. Sabatier istud exemplum.

16 *constituitur?*] Iac. 4, 4.

24 *non vides?*] Mt. 7, 3.

remansit in se: ideo et a se pellitur, et a se excluditur, et in exteriora prolabitur. Amat mundum, amat temporalia, amat terrena. Quae si se ipsam amaret, neglecto a quo facta est, iam minus esset, iam deficeret, amando quod minus est: minus est enim ipsa quam deus; et longe minus, tantoque minus, quanto minus est res facta quam factor. Ergo amandus est deus: ita ut pro amore eius, si fieri potest, nos ipsos obliviscamur. Quis ergo est iste transitus? Oblita est anima se ipsam, sed amando mundum: nunc obliviscatur se, sed amando artificem mundi. Pulsa ergo a se, quodam modo perdidit se; et quia nec facta sua novit videre, iustificat iniquitates suas. Effertur et superbit in petulantia, in luxuria, in honoribus, in potestatibus, in divitiis, in potentia vanitatis. Arguitur, corripitur, ostenditur sibi, diplicet sibi: confitetur foeditatem, desiderat pulchritudinem; et quae ibat effusa, redit confusa.

Amando mundum obliviscitur anima se ipsam.

4. Contra illam videtur orare, qui dicit, Imple facies eorum ignominia. IMPLE, inquit, FACIES EORUM IGNOMINIA, ET QUAERENT NOMEN TUUM DOMINE. Oderat eos, quorum facies impleri ignominia cupiebat? Vide quemadmodum amet eos, quos vult quaerere nomen domini. Amat tantum, an odit tantum? An et odit, et amat? Immo et odit, et amat. Odit tua, amat te. Quid est, odit tua, amat te? Odit quod fecisti, amat quod deus fecit. Quae sunt enim tua, nisi peccata? Et quis es tu, nisi quod fecit deus? Neglegis quod factus es, diligis quod fecisti: amas extra te opera tua, neglegis in te opus dei. Merito is, merito laberis, merito et a te ipso pergis; merito audis: SPIRITUS AMBULANS ET NON REVERTENS. Audi potius vocantem et dicentem: CONVERTIMINI AD ME, ET CONVERTAR AD VOS. Non enim deus avertitur et convertitur: manens corripit, incommutabilis corripit. Aversus est, quia tu te avertisti; tu ab illo fecisti casum, non ipse a te fecit occasum. Ergo audi dicentem tibi: CONVERTIMINI AD ME, ET CONVERTAR AD VOS. Hoc est enim, quod convertor

Neglegit peccator in se quod fecit deus; amat peccata, quae fecit ipse.

1 ideo] *AD; om.* μQ repellitur μBP 5 quanto] *correxi ex* quantum 6 deus] μBP *inser.* et amandus est deus pro amore eius] *om.* μBP; *verbis* ita ut *anteponit D* 7 oblita erat *A* 8 nunc] *AD; om.* μBP obliviscatur] oblita est se, sed non amando a. m. *B; P ut in textu* 9 et a se μBP quodam modo] quod amando *D* et quia] *AD; om.* μBP 14 orare] an pro illa *inser.* μBP 14sq. ignominia *1° loco*] μ *et BP inser.* adversarius apparet, inimicus apparet. Audi quod sequitur, et vide utrum orare possit amicus, *quae verba mss. AD ignorant* 15 quaerant *A* 17 amet] *ADP;* amat μB 20 fecit deus μBP; *om.* deus *D* 25 deus] *om. D* advertitur μB 26 est] *om. D* 28 quod convertor] *A;* convertor μ, *omisso* quod; quod convertar *DBP*

1 *in se*] Cf. serm. Wilmart 2, 4: « Ecce elegisti amare te: videamus si remanes vel in te » etc.

16 *domine*] Ps. 82, 17.

23 *revertens*] Ps. 77, 39: sicque leg. passim Aug.

25 *ad vos*] Zach. 1, 3.

ad vos, quia convertimini ad me. Fugientis dorsa persequitur, faciem redeuntis illuminat. Quo enim fugies, a deo fugiens? Quo fugies, fugiens ab illo, qui nullo loco continetur, et nusquam absens est; qui conversum liberat, punit aversum? Quem habes iudicem fugiens, hunc patrem habeto rediens.

Quem habes iudicem fugiens, patrem habeto rediens.

5. Tumuerat autem superbia, et ipso tumore per angustum redire non poterat. Clamat ille, qui factus est via: INTRATE PER ANGUSTAM PORTAM. Conatur ingredi, impedit tumor; et tanto magis perniciose conatur, quanto magis impedit tumor. Tumidum enim vexat angustia; vexatus autem amplius tumebit. Amplius tumens, quando intrabit? Ergo detumescat, si cupit ingredi. Unde autem detumescat? Accipiat humilitatis medicamentum. Bibat contra tumorem poculum amarum, sed salubre: bibat poculum humilitatis. Quid se artat? Non sinit moles, non magna, sed tumida: magnitudo enim soliditatem habet, tumor inflationem. Non sibi magnus tumidus videatur: detumescat, ut magnus sit, ut certus et solidus. Non ista desideret: non de ista pompa rerum labentium corruptibiliumque glorietur. Audiat eum ipsum qui dixit: INTRATE PER ANGUSTAM PORTAM; dicentem: EGO SUM VIA. Quasi enim quaereret tumidus, Qua intrabo? EGO SUM, inquit, VIA. Per me intra: non nisi per me ambules, ut intres per ianuam. Nam sicut dixi EGO SUM VIA, ita EGO SUM IANUA. Quid quaeris qua redeas, quo redeas, qua intres? Ne alicubi erres, ipse tibi omnia factus est. Breviter ergo dicit: humilis esto, mitis esto. Audiamus hoc apertissime dicentem, ut videamus qua sit via, quae sit via, quo sit via. Quo vis venire? Certe forte avaritia omnia vis possidere. OMNIA MIHI TRADITA SUNT A PATRE MEO, inquit. Fortasse dicturus es: Christo sunt tradita: numquid mihi? Audi apostolum dicentem: audi, ut dixi iam dudum, ne desperatione frangaris: audi quomodo amatus es non amandus, audi quomodo amatus es turpis, foedus, antequam esset in te quod amari dignum esset. Amatus es prius, ut dignus fieres qui amareris. ETENIM CHRISTUS, sicut ait apostolus, PRO IMPIIS MORTUUS EST. An forte impius amari merebatur?

Contra tumorem, qui ingredi impedit ad vitam, bibendum poculum humilitatis.

Amatus es prius non amandus, ut dignus fieres qui amareris.

1 persequitur] quia *inser. D* 4 quem... hunc] *AD; om. μBP* 6 et in ipso *DP* per angustam *B* 8 ingredi] *om. BP* 8sq. et tanto *usq.* i. tumor] *om. B; P habet* pernitiose *ADP* 11 si cupit ingredi] *AD; om. μBP* 16 et] *AD;* ut *μBP hoc loco corruptus* 19 intrabo] respondit *inser. D* inquit, via] *AP;* via, inquit *μB; D om.* inquit 20 ambules] *ADP;* ambulas *μB* per ianuam] parum est *BP hic corrupti* dixi] *AD;* dixit *μ* 21 ita] etiam *add. μ* 24 videamus] *AD;* videas *μBP* quo vis venire] *cum praeced. coniung. DBP* 27 dicentem] de te *BP* 31 est mortuus *D*

8 *portam*] Mt. 7, 13.
21 *ianua*] Ioh. 10, 7. 9.
26 *meo*] Mt. 11, 27.
31 *mortuus est*] Rom. 5, 6.

Quaero quid merebatur impius. Damnari, respondes. CHRISTUS tamen PRO IMPIIS MORTUUS EST. Ecce quid tibi praestitum est impio: iam pio quid servatur? Quid praestitum est impio? CHRISTUS PRO IMPIIS MORTUUS EST. Desiderabas autem omnia possidere. Noli per avaritiam: per pietatem hoc quaere; si enim ita quaesieris, possidebis. Tenebis enim eum per quem facta sunt omnia, et cum ipso omnia possidebis.

Tene Christum, et cum ipso omnia possidebis.

6. Non haec nos quasi ratiocinando dicimus. Ipsum audi apostolum dicentem: QUI FILIO PROPRIO NON PEPERCIT, SED PRO NOBIS OMNIBUS TRADIDIT ILLUM; QUOMODO NON ET CUM ILLO OMNIA NOBIS DONAVIT? Avare, ecce habes omnia. Omnia quae amas ut impediaris a Christo contemne, et ipsum tene in quo possis omnia possidere. Ipse ergo medicus nihil tali indigens medicamento, tamen ut exhortaretur aegrotum, bibit quod opus non erat, tamquam alloquens recusantem, et trepidum erigens, bibit prior. CALICEM, inquit, QUEM EGO BIBITURUS SUM. Qui in me non habeo quod ab illo calice sanetur, bibiturus sum tamen, ne tu dedigneris bibere, cui opus est ut bibas. Iam videte, fratres, si amplius debet aegrotare genus humanum accepta tanta medicina. Iam humilis deus, et adhuc superbus homo. Audiat, discat. OMNIA, inquit, MIHI TRADITA SUNT A PATRE MEO. Si desideras omnia, mecum habebis. Si desideras Patrem, per me habebis, in me habebis. Utquid habebo omnia, dicis, si illum non habuero? Recte dicis. Si et ipsum vis habere, audi quod sequitur. Cum enim dixisset, OMNIA MIHI TRADITA SUNT A PATRE MEO, tamquam exhortans et dicens, Veni ad me, si vis omnia possidere, et ne tu diceres, Nolo omnia, sed eum volo qui fecit omnia, sequitur et dicit: NEMO NOVIT FILIUM NISI PATER, ET NEMO NOVIT PATREM NISI FILIUS. Noli desperare, audi cetera: ET CUI VOLUERIT FILIUS REVELARE. CUI VOLUERIT, inquit: mihi forte nolit? Non veniret ad te humilis, si

Iam humilis deus, et adhuc superbus homo.

1 quaero] *Aμ;* quare *BDP* 2 praestitum est] *A inser.* pro *minus recte* 5 quaere] *μBP inser.* per humilitatem hoc quaere 6 omnia possidebis] *hic desinit sermo in D ac reliquis mss. collectionis « De verbis domini »* 10 ut non impediaris *μB; particula negativa carent AB aliique antiqui codices a Maurinis notati* 13 opus] *μ add.* ei recus. alloq. *μBP* 17 aegrot. deb. *μBP* 18 mihi inquit *μB* 20 per me habebis] et *inser. μ* utquid habebo *usq.* et dicit *l. 25*] *ex uno A; om. μBP* 25 nemo n. filium n. p. et] *om. P* novit] *A;* cognoscit *μBP* 26 desperare] *μBP add.* veni ad filium caetera *A const.;* quod sequitur *μBP* 26 sq. cui voluerit *usq.* contra tumorem *p. 702, l. 7*] *iterum solummodo ex A* 27 inquit] *A;* inquis *Wilm, nescio unde*

7 *Non haec nos* etc.] Quae sequuntur, hucusque solummodo nota erant ex collectione Quinquaginta homiliarum, homil. 34 = *Q*

9 *donavit?*] Rom. 8, 32.

14 *sum*] Mt. 20, 22.

20 *Utquid habebo* etc.] Heic incipiunt orationis particulae, quas ante duos annos ex Vatic. 471 Andreas Wilmart primus evulgavit.

26 *revelare*] Mt. 11, 27.

27 sq. *humilis... excelsus*] Hic et infra p. 701, l. 32 sq. cf. cum iis, quae supra dicta sunt n. 2 init. *humilis Christus... Christus excelsus.*

Non veniret ad te humilis si tibi nollet innotescere excelsus.

tibi nollet innotescere excelsus. Forte et hic dicis: Etiam si ipse mihi innotescat, Patrem velim discere. Patrem vis nosse? Audi vocem Philippi; prior nuntiavit hanc vocem, et optime, ut decebat: sitiebat enim beatitudinem, et ubique eam quaerens, ubique sitiens remanebat; nusquam inveniebat unde satiaretur. Ait domino sitiens: DOMINE, OSTENDE NOBIS PATREM, ET SUFFICIT NOBIS. Quid est, SUFFICIT NOBIS? Ibi requiescens, amplius non requiram. Et dominus: TANTO TEMPORE VOBISCUM SUM, ET NON COGNOVISTIS ME? PHILIPPE, QUI ME VIDET, VIDET ET PATREM. Hoc ergo opus est, ut ostendat se Filius. Non enim minorem Patre inventurus es Filium, aut frustra dixit, EGO ET PATER UNUM SUMUS. Sed qui in se unum cum Patre, propter te tamen SEMETIPSUM EXINANIVIT FORMAM SERVI ACCIPIENS. Quod SEMETIPSUM EXINANIVIT FORMAM SERVI ACCIPIENS, donavit hoc tibi averso a se; converso autem ad se servavit tibi EGO ET PATER UNUM SUMUS.

7. Et vide quam aperte hoc dicat. QUI DILIGIT ME, MANDATA MEA CUSTODIT; QUI AUTEM DILIGIT ME, DILIGETUR A PATRE MEO, ET EGO DILIGAM EUM. Suspendit nos, quasi quid daturus, quia diligit nos. Quomodo si tibi homo dicat, Diligo te, non attendis nisi quid tibi donet, quid tibi praestet, quid prosit, in quo sit utilis. Ait ergo dominus: ET EGO DILIGAM EUM. Quaere quid tibi daturus sit. Audi quod sequitur: ET OSTENDAM EI ME IPSUM. Quid est hoc, fratres? Videtis quo rapiat flamma caritatis. Visuri sumus aliquid: et ipsum aliquid, Verbum dei est; et ipsum aliquid, deus apud deum, per quem facta sunt omnia. Munus enuntiatur, munus proponitur. Quanta hominum, et quam vana laetitia! Fervet undique tumultus concursantium, indicantium sibi quasi magnum aliquid, excitantium se hortatione et nugatoriis blandimentis ire, videre. Quo ire? quid videre? Quo corrupta anima pergat, redeatque corruptior, et indigna amplexu tam legitimi viri sui. Illuc itur, illuc curritur. Et proponit futuram quandam visionem, futuram expectationem Christus. Dicit enim: DILIGAM EUM, ET OSTENDAM EI — non quod feci, non sinum abyssorum, non secreta terrarum, non varietates herbarum, non multitudinem generum animalium, non postremo numerum siderum, non conversiones astrorum, non dimensiones temporum. Ut quid

Munus, quod nobis proponitur, Verbi dei visio.

2 phylipp. *A const.* 13sq. ego e. p. u. sumus] *haud recte a praecedent. separat Wilm* 24 laeticia *A* 32sq. syder. *A const.*

6 *nobis*] Ioh. 14, 8.
8 *Patrem*] Ibid. 9.
10 *sumus*] Ioh. 10, 30.
12 *accipiens*] Phil. 2, 7.
13 *averso a se... converso ad se*] Cf. supra, p. 698, l. 3 sq.: *conversum liberat, punit aversum.*
21 *me ipsum*] Ioh. 14, 21.
26 *nugatoriis*] Idem adiectivum serm. Frangip. 9, 4: *nugatoriam...* excusationem.

enim haec vis videre? Quae si videres, certe magna non essent. Ego feci haec. OSTENDAM ME IPSUM ILLI.

8. Sed quando istud erit, dicit aliquis, quando ostendet? Differt, non aufert. Et in differendo quid agit? Desiderio dilatat sinum animae. Magnum quiddam daturus est, fratres; et quid dico vel magnum? Si vel hoc dicendum est. Videte quanta dat impiis, et quanta donat indignis. Quare et ipsis? Quia FACIT SOLEM SUUM ORIRI SUPER BONOS ET MALOS. Vide quemadmodum serviat creatura blasphemis: ipsa naturalia dona circumspice. Habent salutem, habent integritatem sensuum, habent spiritum membra terrena vegetantem, habent perfunctionem aeris huius, visionem lucis, rationabilem mentem, qua ceteris animantibus excellentiores sunt. Haec omnia divitibus, pauperibus, bonis, malis tanquam divitiae communes iacent. Aluntur omnes, illustrantur ista luce omnes, tanquam de publico vivunt. Dat haec omnia. Hinc, fratres, cogitare non debemus quid servet suis, quid praeparet fidelibus, ut videant non videntes et credentes? Credere antequam videas, meritum est futurae visionis. Exercetur ergo capacitas tua dilatione bonorum; ut aucta desiderio, sis idoneus capere quod promittit, et quod desideras.

Quanta deus hic donat impiis.

Inde cogita, quid praeparet fidelibus.

9. Nam aliquid iam dedit: dedit enim pignus Spiritum suum. Quid est, pignus dedit? Tamquam dicens: Ecce quia dabo aliquid, inde nunc do quod te erigat, quod inflammet caritatem, quod gustatum rapiat ad satietatem. GUSTATE ET VIDETE QUAM SUAVIS EST DOMINUS. Unde gustastis, inde satiabimini. INEBRIABUNTUR, inquit, AB UBERTATE DOMUS TUAE, et reliqua. QUONIAM APUD TE EST FONS VITAE, ET IN LUMINE TUO VIDEBIMUS LUMEN. Numquid aliud fons vitae, et aliud lumen? Multis modis dicitur, quod quicquid dictum fuerit non dicetur. Ergo erigamur, inflammemur, inardescamus, desideremus. Et si differimur, non auferimur. Teneamus tantum viam: ibi erit satietas nostra, ibi erit fons vitae. Venit ipse fons vitae, indutus est carne, fecit ut desideremus. Praestitit indignis mortem suam, servat dignis vitam suam.

Quod interim differtur, non aufertur.

10. Sed quia, ut diximus, fratres, tumore superbiae non redibamus, inde indignis praestitit mortem suam: humilis factus est, ut exaltaretur excelsus. Hoc egit, ut detumesceret morbus tuus. Tumentes volebant

[28] sacietas *A*

[7] *malos*] Mt. 5, 45.

[18] *et quod desideras*] His omnino similia habes supra, serm. Frangip. 2, 6.

[22] *dominus*] Ps. 33, 9.

[25] *lumen*] Ps. 35, 9. 10.

[31] *tumore superbiae non redibamus*] Viden' ut ista cohaereant cum iis quae supra n. 5 habentur? Ex quo Andr. Wilmart merito argumentatur, proculdubio genuinas esse particulas, quae ex cod. Vatic. 471 sermoni Maurinae editionis 142 heic adduntur.

[33] *detumesceret*] Ut supra, p. 698, l. 11. 15.

intrare discipuli illi duo, qui per matrem — quia per se non audebant — rogaverunt. Vel ipsa verecundia debuit monere quid peterent. Non audebant per se: anum matrem suam veluti emeritae aetatis fecerunt loqui ad dominum. Desiderabant regnum, quo non intratur nisi per iter angustum. Illi autem tumentes adhuc cupiditate honoris, quanto se artius impellebant, tanto gravius vexabantur. Deprimit eos dominus, et dat calicem amarum, de quo paulo ante locutus sum, contra tumorem. Dicebas, Non possum: per angustum me vocas: non possum intrare per angustum. VENITE AD ME, inquit, OMNES QUI LABORATIS ET ONERATI ESTIS. Sarcina vobis tumor vester est. VENITE AD ME OMNES QUI LABORATIS ET ONERATI ESTIS, ET EGO VOS REFICIAM. TOLLITE IUGUM MEUM SUPER VOS, ET DISCITE A ME.

Sarcina nobis tumor noster est.

11. Clamat magister angelorum, clamat Verbum dei, quo rationales omnes mentes sine defectu pascuntur, cibus reficiens et integer permanens, clamat et dicit: DISCITE A ME. Exaudiat populus dicentem, DISCITE A ME. Respondeat: Quid discimus a te? A magno enim artifice nescio quid audituri sumus, cum dicit, DISCITE A ME. Quis est qui dicit, DISCITE A ME? Qui formavit terram, qui divisit mare et aridam, qui creavit volatilia, qui creavit animalia terrena, qui creavit omnia natantia, qui posuit in caelo sidera, qui distinxit diem et noctem, qui firmavit ipsum firmamentum, qui lucem a tenebris separavit; ipse dicit, DISCITE A ME. Numquid forte hoc nobis dicturus est, ut ista cum illo faciamus? Quis hoc potest? Solus deus facit. Noli, inquit, timere, non te onero. Hoc a me disce, quod propter te factus sum. Discite, inquit, a me, non formare creaturam, quae per me facta est. Nec illa quidem dico ut discatis, quae quibusdam donavi, quibus volui, sed non omnibus: suscitare mortuos, illuminare caecos, aperire aures surdorum; nec ista pro magno velitis discere a me. Gavisi discipuli et exultantes redierunt, dicentes: ECCE IN NOMINE TUO ET DAEMONIA NOBIS SUBIECTA SUNT. Ait illis dominus: NOLITE IN HOC GAUDERE, QUIA DAEMONIA VOBIS SUBIECTA SUNT; GAUDETE POTIUS, QUIA NOMINA VESTRA SCRIPTA SUNT IN CAELO. Quibus voluit, donavit expellere daemonia; donavit, quibus voluit, mortuos suscitare. Facta sunt haec miracula et ante incarnationem domini: suscitati sunt mortui, mun-

Dominus solus omnia creavit.

Charismatum dona dedit quibus voluit, non omnibus.

[8] dicebas, non possum] *abhinc rursus A cum μBP coll.* [8. 9] per angustam *BP aliique mss. a Maurinis visi; cf. supra p. 698, l. 6* [9] ad me, inquit] *ABP;* inquit, ad me *μ* [11] vos reficiam] *Aμ;* vos recipiam *P;* reficiam vos *B* [13] racional. *A* [16] discimus] *μBP;* discemus *A* [24] a me, inquit *μB* [25] ut] *ABP; om. μ* [26] sed] *A; om. μBP* [29] demon. *A const.*

[7] *paulo ante*] i. e. in parte sermonis iam olim edita, supra n. 5, p. 698, l. 12.

[12] *a me*] Mt. 11, 28. 29.

[31] *caelo*] Luc. 10, 17. 20.

dati sunt leprosi. Legimus haec: et quis fecit haec, nisi ille qui postea homo Christus post David, sed deus Christus ante Abraham? Ipse donavit haec omnia, ipse per homines fecit, nec omnibus tamen hoc dedit. Numquid quibus non dedit desperare debent, et dicere se ad eum non pertinere, quia haec dona accipere non meruerunt? In corpore membra sunt: aliud potest membrum illud, aliud illud. Compegit corpus deus: non tribuit auri ut videat, nec oculo ut audiat, nec fronti ut olfaciat, nec manui ut gustet. Non dedit haec: sed omnibus membris sanitatem dedit, compagem dedit, unitatem dedit. Spiritu omnia pariter vivificavit, univit. Sic ergo non dedit cuidam mortuos suscitare, alii non dedit disputare: omnibus tamen quid dedit? Audivimus dicentem: DISCITE A ME, QUIA MITIS SUM ET HUMILIS CORDE. Fratres mei, tota medicina nostra ista: DISCITE A ME, QUONIAM MITIS SUM ET HUMILIS CORDE. Quid prodest, si miracula faciat, et sit superbus, non sit mitis et humilis corde? Nonne in illo numero deputabitur eorum, qui venturi sunt in fine et dicturi: NONNE IN NOMINE TUO PROPHETAVIMUS, ET IN NOMINE TUO VIRTUTES MULTAS FECIMUS? Sed quid audient? NON NOVI VOS: RECEDITE A ME, OMNES QUI OPERAMINI INIQUITATEM.

Discere humilitatem, omnibus dedit.

12. Quid ergo prodest ut discamus? QUONIAM MITIS SUM, inquit, ET HUMILIS CORDE. Caritatem inserit, et germanissimam caritatem, sine confusione, sine inflatione, sine elatione, sine fallacia. Hoc inserit, qui dicit: DISCITE A ME, QUONIAM MITIS SUM ET HUMILIS CORDE. Quando potest habere sincerissimam caritatem superbus et inflatus? Necesse est quidem ut invideat. An forte, qui invidet, amat, et nos erramus? Absit, ut quisquam sic erret, ut invidum dicat habere caritatem. Ergo quid dicit apostolus? CARITAS NON AEMULATUR. Quare non aemulatur? NON INFLATUR. Causam statim subiecit, unde abstulerit aemulationem caritati: quia non inflatur, non aemulatur. Primo quidem illud dixit, CARITAS NON AEMULATUR; sed, quasi tu quaereres, quare non aemulatur, addidit, NON INFLATUR. Si ergo ideo aemulatur, quia inflatur; si non inflatur, non aemulatur. Si caritas non inflatur, et ideo non aemulatur, caritatem inserit, qui ait, DISCITE A ME, QUIA MITIS SUM ET HUMILIS CORDE.

Cum humilitate caritas connexa est.

3 hoc] *A;* haec *μBP* 6 illud membrum *μBP* 10 et univit *μ* non... non] *APμ; om. B* cuidam] *AB;* quibusdam *μP* alii] *AB;* aliis *μP* 11 qui *A* audivimus dicentem] *hoc loco om. μBP, sed post* humilis corde *add.* quoniam audivimus dicentem, Mitis sum et humilis corde, *praepostere ut videtur* 12 quia] *heic A; alibi passim* quoniam *vel* quia *AP;* quia *const. B*, quoniam *const. μ* 13 ista] est *add. μBP* 23 quidem] *A; om. μBP*

12 *corde*] Mt. 11, 29.
18 *iniquitatem*] Mt. 7, 22. 23.
26 *non inflatur*] I Cor. 13, 4.

13. Iam quilibet habeat quod vult, iactet se unde vult: SI LINGUIS HOMINUM LOQUAR ET ANGELORUM, CARITATEM AUTEM NON HABEAM, FACTUS SUM VELUT AERAMENTUM SONANS, ET CYMBALUM TINNIENS. Quid sublimius munere linguarum diversarum? Aeramentum est, cymbalum tinniens, si auferas caritatem. Audi alia munera. SI SCIAM OMNIA SACRAMENTA: quid excellentius, quid magnificentius? Audi adhuc aliud. SI HABEAM OMNEM PROPHETIAM, ET OMNEM FIDEM, ITA UT MONTES TRANSFERAM, CARITATEM AUTEM NON HABEAM, NIHIL SUM. Accessit ad ampliora. Fratres, quid aliud dixit? SI DISTRIBUAM OMNIA MEA PAUPERIBUS. Quid potest fieri perfectius? quandoquidem diviti propter perfectionem hoc dominus imperavit, dicens: VIS ESSE PERFECTUS? VADE, VENDE OMNIA QUAE HABES, ET DA PAUPERIBUS. Iam ergo perfectus est, qui vendidit omnia sua, et dedit pauperibus? Non: ideo enim addidit, ET VENI, SEQUERE ME. VADE, inquit, OMNIA DA PAUPERIBUS; ET VENI, SEQUERE ME. Quare te sequor? Iam venditis omnibus et distributis pauperibus, nonne perfectus sum? Quid opus est ut sequar? Sequere, ut discas QUONIAM MITIS SUM ET HUMILIS CORDE. Potest enim quisque vendere omnia sua, et dare pauperibus, nondum mitis, nondum humilis corde? Certe potest. SI ENIM OMNIA MEA DISTRIBUERO PAUPERIBUS... Et adhuc audi. Nam quidam relictis omnibus quae habebant, iam secuti dominum, sed nondum ad perfectum secuti — ad perfectum enim sequi, est imitari — non potuerunt ferre temptationem passionis. Nam Petrus, fratres, ex his erat, qui dimiserant omnia, et secuti erant dominum. Nam divite illo cum tristitia recedente, ubi conturbati discipuli interrogaverunt quo quis tandem posset esse perfectus, et eos consolatus est dominus, dixerunt domino: ECCE NOS RELIQUIMUS OMNIA, ET SECUTI SUMUS TE: QUID NOBIS ERIT? Et dixit dominus quid eis hic daret, quid in futurum reservaret. Tamen iste iam ex eorum numero, qui haec fecerant. At ubi ventum est

Nemo perfectus est, nisi didicerit Christi humilitatem imitari.

3 velut] *A;* ut *μBP* 5 tinniens] est *repet. μ, non autem BP* 11 vis] *AP;* si vis *μB* 12 qui] *AB;* quia *μP* 13 non: ideo] *APμ;* nam ideo *B et editt. ante Maur* enim] *A; om. μBP* 14 vade i. omnia] *A;* vende omnia inquit *μB;* sed vende inq. omnia *P* 15 et] *A; om. μBP* 16 ut te seq. *μB* 17 enim] *om. P* quisque] *AB;* quisquam *μP* 19 si enim o. m. d. p. et a. audi] *μBP, excid. ab A* 22 nam] *A;* iam *μBP* 24 recedente] aut *inser. A hoc loco certo corruptus;* at *P* interrog.] *μB;* dormierunt *AP absurde* quo] *μ;* quod *AB;* quid *P* 25 dixerunt] *AP;* dixerant *μB* 26 reliquimus] *A;* dimisimus *μBP, recte ut videtur: cf. l. 23* 28 numero] erat *add. μP, quod verbum abest ab AB*

3 *tinniens*] I Cor. 13, 1.
8 *nihil sum*] Ibid. 2.
9 *pauperibus*] Ibid. 3.
14 *sequere me*] Mt. 19, 21.
27 *erit?*] Ibid. 27.

ad articulum passionis, ad vocem unius ancillae ter negavit eum, cum quo se moriturum esse promiserat.

14. Intendat ergo caritas vestra. VADE, inquit, VENDE OMNIA TUA, DA PAUPERIBUS, ET HABEBIS THESAURUM IN CAELO; ET VENI, SEQUERE ME. Perfectus est Petrus iam domino in caelo sedente ad dexteram Patris; tunc perfectus est, et maturus factus. Ad passionem ergo cum sequeretur dominum, non erat perfectus; at ubi coepit non esse in terra quem sequeretur, tunc perfectus est? Immo vero semper ante te habes, quem sequaris. Dominus exemplum in terra posuit, evangelium ibi reliquit: in evangelio tecum est. Non enim mentitus est, dicens: ECCE EGO VOBISCUM SUM OMNIBUS DIEBUS USQUE IN CONSUMMATIONEM SAECULI. Ergo sequere dominum. Quid est, sequere dominum? Imitare dominum. Quid est, imitare dominum? DISCITE A ME QUIA MITIS SUM ET HUMILIS CORDE. Quia SI DISTRIBUERO OMNIA MEA PAUPERIBUS, ET TRADIDERO CORPUS MEUM UT ARDEAM, CARITATEM AUTEM NON HABEAM, NIHIL MIHI PRODEST. Exhortor ergo caritatem vestram ad ipsam caritatem. Non autem exhortarer ad caritatem, nisi aliqua caritate. Quod ergo inchoatum est, exhortor ut impleatur; et quod coeptum est, rogo ut perficiatur: et pro me a vobis rogari quaeso, ut et in me perficiatur quod vos moneo. Omnes enim imperfecti sumus, et ibi perficiemur, ubi perfecta sunt omnia. Paulus apostolus dicit: FRATRES, EGO ME NON ARBITROR APPREHENDISSE. Ipse dicit: NON QUIA IAM ACCEPERIM, AUT IAM PERFECTUS SIM. Et quisquam hominum se audet de perfectione iactare? Immo confiteamur imperfectionem, ut mereamur perfectionem.

Dominus in evangelio hic semper tecum est.

Nemo perfectum se iactet.

XII.

Wilmart, Serm. XII: nuperrime in ephemeride « Revue Bénéd. » XLI (ian. 1929), p. 9-13, in lucem emissus ex cod. Escurial. R. II. 18, olim ecclesiae maioris Ovetensis, saec. VII-VIII, fol. 84^{v}-86^{v}, cuius exemplum arte photographica confectum sponte mihi providit cl. Ant. Casamassa (= *E*). Quinque istius contionis particulas suo in Apostolum Collectaneo ad II Cor. 12 Beda (= *B*) inseruit, quas Maurini continua serie inter Sermonum fragmenta ediderunt (Migne 39, 1733 = μ), sed has quidem brevissimas. Totius vero sermonis testem alium nullum habemus praeter *E*, qui sane antiquissimus, at multifariam rimosus est et depravatus, licet de sensu plerumque nihil ambiguum habeatur. Textum, ut

[3] omnia t. vende μB [5] perfectus erat p. *A minus recte* [9] evangelium ibi] *A;* evang. ubi *BP;* cum evang. tibi μ [11] usque in] *A;* usque ad μBP [22] sum *A*

[11] *saeculi*] Mt. 28, 20.
[15] *prodest*] I Cor. 13, 3.
[21] *apprehendisse*] Phil. 3, 13.
[22] *sim*] Ibid. 12.

potuit, editor emendare conatus est: verum non ubique nec satis ex sententia eventus ei processit, et, quod in iis rebus magni periculi est, saepius et ex libidine a codice degressus vitia sermonis adgravavit, nedum castigaret; unde ab eo dissentire haud uno in loco coactus sum. Ceterum indubiae fidei sermo est, et ab Augustino iam sene extra Hipponem habitus, in loco videlicet ubi memoria extabat martyris Stephani, igitur circa annum 425, aut etiam postea.

DE EO QUOD AIT DOMINUS: PETITE ET ACCIPIETIS.

Quoniam voluit dominus me hinc non discedere debitorem, reddendi quod promisi tempus agnosco; et propterea ipsum evangelii capitulum iussimus et hodie recitari, quod recitatum est quando excusavi: ut quod tunc necessitate subtraximus, nunc caritate reddamus. Et ad considerandа quidem omnia verba eiusdem capituli adque tractanda, nec tempus suppetit, nec nostrae ad hoc vires sufficiunt: quod tamen maxime necessarium est inde ut dicamus, donante domino quod possumus dicemus.

2. Hortatus est nos dominus petere, quaerere, pulsare, dicens: PETITE ET ACCIPIETIS, QUAERITE ET INVENIETIS, PULSATE ET APERIETUR VOBIS: OMNIS ENIM QUI PETIT ACCIPIT, QUI QUAERIT INVENIT, ET PULSANTI APERIETUR. Haec primo hanc inferunt quaestionem, quae dissolvenda est pro viribus nostris: novimus petere multos et non accipere, quaerere et non invenire, pulsare et non eis aperiri; quomodo ergo omnis qui petit accipit? Nam totum hoc, quamvis ter et tribus verbis dictum videatur, ad unam petitionem revocatur: PETITE, QUAERITE, PULSATE, hoc totum PETITE est. Quod de illa conclusione cognoscimus, ubi ait: SI VOS, CUM SITIS MALI, NOSTIS BONA DARE FILIIS VESTRIS, QUANTO MAGIS PATER VESTER QUI IN CAELIS EST DABIT BONA PETENTIBUS SE? Non ait, quaerentibus et pulsantibus, sed omnia tria in unum conclusit, quod est PETENTIBUS.

Quomodo omnis qui petit accipit, cum multi petant et non accipiant.

3. Cur ergo multi petunt et non accipiunt, si omnis qui petit accipit? An erramus in eo quod putamus nos petere et non accipere? ⟨Longum

[1] *inscriptio ex B;* incipit tractatus sancti agustini de petere pulsare quaerere *E* [2] discere *E* [5 sq.] considerandam *E* [6] adque] *sic E* [8] dicimus *E* [10. 12] aperientur *E* [14] aperire *E* [17] vobis *E* [20] quod est] *scripsi;* quod de *E;* quod est de *Wilm* [23] *post* accipere *aliquid in E excidisse manifestum est;* longum est re *coniectura supplevi,* Necesse non est re *Wilm*

[2] *hinc non discedere debitorem*] Ex his verbis merito autumat Wilmart, sermonem alibi quam Hippone habitum esse.

[4] *quando excusavi*] Videlicet ob debilitatem, uti conicio: nam provecta iam aetate contionem hanc habuisse s. Patrem apparet ex iis quae infra n. 5 de memoria martyris Stephani dicuntur.

[6 sq.] *nec tempus suppetit* etc.] Cf. exordia sermonum Denis 2 et 25.

[12] *aperietur*] Mt. 7, 7. 8.

[19] *se?*] Mt. 7 11.

est re⟩petere exempla cotidiana quae novimus. Scriptura ipsa testatur petisse apostolum Paulum ut discederet ab eo angelus satanae, et non accepisse. Invenimus malos petisse et accepisse, et bonos petisse et non accepisse. Quid enim peius a daemonibus? Et tamen porcos petierunt, et acceperunt. Et invenitur deus non fecisse desiderium apostolorum, et inplesse desiderium daemoniorum. An dubitamus istos pertinere ad deum, et regnaturos praecipere cum Christo, daemones autem arsuros in aeternum cum suo principe diabulo? Quid ergo dicimus, nisi quia NOVIT DOMINUS QUI SUNT EIUS, et horum OMNIS QUI PETIT ACCIPIT?

Paulus non accipit, daemonia accipiunt.

4. Sed adhuc de apostolo scripulus restat: non ipse non erat inter eos qui sunt eius, qui hanc sententiam dixit, NOVIT DOMINUS QUI SUNT EIUS. Ergo omnes qui sunt eius petunt et accipiunt, et nullus eorum petit et non accipit. Sed quaerimus, quid? Ea quippe quae propter istam vitam temporalem petuntur aliquando prosunt, aliquando obsunt; et quando ea scit deus obesse, non ea dat desiderantibus et petentibus suis, quomodo nec medicus dat quidquid aeger petierit, et amando negat quod non amando concederet. Exaudit ergo omnes suos ad aeternam salutem, non omnes exaudit ad temporalem cupiditatem; et ideo non exaudit ad hoc, ut exaudiat ad illud. Etenim aeger quoque, unde similitudinem dedimus, quando petit a medico quod scit medicus esse noxium sanitati, ⟨sanitatem⟩ praecipue a medico desiderat; medicus ergo, ut aegrum exaudiat ad sanitatem, non exaudit ad voluntatem. Denique etiam ipsa verba considera. Quando non accepit propter quod ter dominum rogavit, ait illi: SUFFICIT TIBI GRATIA MEA; NAM VIRTUS IN INFIRMITATE PERFICITUR. Quid a me desideras ut auferatur a te stimulus carnis, quem acce-

Exaudit deus omnes suos ad aeternam salutem, non ad temporalem cupiditatem.

[3] Invenimus *usque l. 6* daemoniorum *inseruit B suo Collectaneo* [4] a] *praepos. recepi ex E, om. Wilm* [5] acciper. *E* [6] daemoniorum] *B Wilm;* demonum *E* istos] stos *E* [7] regnaturus *E* precipere *E; Wilm sugger.* praecipue: *malim* principes [8] Quid ergo *usque l. 12* et accipiunt *extat quoque in B* nisi] *om. E* [9] horum] eorum *B* [10] scripulus] *recte Wilm iuxta EB;* scrupulus *μ* [13] Sed quaerimus *usq. l. 19* ad illud *habet etiam B* quae] qui *E* stam vitam *E;* vitam istam *μ* [16] quicquid *B* [17] cederet *E* [19] illum *E* [21] sanitatem] *suppl. Wilm* [22] Denique *usq. p. 708, l. 3* sanitatem *B pariter excerpsit* [23] accipit *E*

[6] *daemoniorum*] Similia alibi quoque non semel Aug: cf. ea quae adnotavi ad serm. Morin 16, 4.

[9] *eius*] II Tim. 2, 19.

[14] *aliquando obsunt*] Locus hic etiam cum serm. Morin 15, 7 comparandus.

[15 sq.] *quomodo nec medicus* etc.] Remittit A. Wilmart ad recentem commentariolum Pauli Monceaux, qui inscribitur « Christus medicus » (Comptes rendus d. s. de l'Acad. des Inscript. et belles lettres, 1924, p. 79 sq ; cf. 1920, p. 75). Qua de re etiam agit J. Carcopino « L'invocation de Timgad au Christ médecin » (« Rendiconti d. pontif. accad. rom. di archeologia », vol. V, 1928, p. 79-87).

[22] *ad voluntatem*] Haec sententia ipsissimis verbis saepius ab Aug. profertur; exempla nonnulla adducit Wilmart, quibus alia ex hac nova collectione accedunt.

[24 sq.] *perficitur*] II Cor. 12, 9.

pisti, ne in tuis revelationibus extollaris? Utique propterea hoc poscis, quia tibi prode esse nescis. Crede medico: quod inposuit acre est, sed utile; facit dolorem, sed parturit sanitatem. Finem vide, et gaude negatum, adque intellige datum. Quem finem? VIRTUS IN INFIRMITATE PERFICITUR. Tolera ergo infirmitatem, si desideras sanitatem; tolera infirmitatem, si desideras perfectionem: quia virtus in infirmitate perficitur. Nam ut scias te non deseri, SUFFICIT TIBI GRATIA MEA.

5. Propter hoc admoneo primitus caritatem vestram, quoniam scio, et omnes scimus et dissimulare non possumus: feriunt enim oculos et nolentium, quae hic cotidie fiunt miracula sanitantium per memoria⟨m⟩ beatissimi et gloriosissimi martyris praesenti⟨s⟩ in hoc loco: sed sine dubio aliqui petunt et non accipiunt. Non se desertos putent; interrogent primitus cor suum, utrum fideliter petant. Quicumque fideliter petit, utiliter accipit, utiliter aliquando non accipit. Quando ⟨deus⟩ non curat corpus, curare vult animam. Crede ergo expedire tibi quod ille voluerit, qui te in regnum aeternum vocavit. Quid est enim hoc ipsud quod pro magno desideras? Vitam aeternam tibi promisit, regnum cum angelis tibi promisit: quid est quod modo non dat? Nonne VANA SALUS HOMINUM? Nonne omnes qui sanantur sine dubitatione morientur? Quae mors cum venerit, omnia illa praeterita tamquam fumus evanescunt; vita vero illa, quae promissa est, cum venerit, finem utique non habebit. Ad hanc te armat, qui modo aliquid negat, ad hanc te praeparat, ad hanc te instruit. Sed et si acceperis sanitatem, quoniam credidisti et petisti — non enim inprobe petitur, etsi aliquando utiliter non datur — accipe et bene utere. Qui enim sanatus incipit luxuriari, nonne illi aegrotare expediret? Cum ergo acceperis sanitatem temporalem, ad usum bonum

Miracula cotidiana ad memoriam martyris Stephani in loco constitutam.

Sanitas aliquando utiliter non datur.

[2] prode esse] *E, uti alibi Aug., v. gr. p. 122, l. 13 supra;* prodesse *Wilm* acrest *E* [4] adque] *E* Virtus *usq. l. 6* perficitur, *ultimum ex fragmentis B* [5] tolera] *2° loco,* ergo *repet. E* [10] memoria... praesenti *Wilmart codicem sane secutus; verum ante* memoria *praepositionem* per *scripsit amanuensis, nec delevit; aliunde ex p. 709, l. 14, infra apparet eum* m *extremam aliquando omisisse, idcirco accusativum heic quoque restitui, litteramque* s *in fine vocis* praesenti *supplevi; quod si* praesentem *malueris, per me licet* [11] martiris *E Wilm* set *E* [14] *post* utiliter *primo loco interseruit ex se Wilm* aliquando deus] *suppl. Wilm* [17] ipsut *E;* ipsum *corr. Wilm* [18] quod modo] *ex* quomodo *recte emend. Wilm* [20] evanescunt] *E; in* evanescent *mut. Wilm* [21] datur] detur *sine causa sugg. Wilm*

[10] *sanitantium*] De verbo hoc Afris peculiari lege sis P. Capelle « Le texte du psautier latin en Afrique » (Romae 1913), p. 127. 144.

[11] *martyris*] Stephani scil. ut recte animadvertit Wilmart.

praesentis in hoc loco] Haud aliter Aug. serm. 323, n, 3, ubi de Stephani memoria apud Uzalim: « Indico vobis, inquit, unum quod ibi factum est, ut videatis quanta sit ibi *praesentia* maiestatis ».

[19] *hominum?*] Ps. 59, 13 vel 107, 13 in mente habet: cf. serm. Morin 14 post med.

converte, ut ex eo, quod dedit, illi serviatur qui dedit; et noli te praeferre super alium qui forte petivit et non accepit, et dicere in corde tuo: Ego fidelior illo sum. Ad hoc enim audisti modo in evangelio: NOLITE IUDICARE, NE IUDICEMINI. Quid est, nolite iudicare, nisi de occultis? Quis enim prohibetur iudicare de manifestis, cum dicat alio loco scriptura, QUAE MANIFESTA SUNT, VOBIS; QUAE AUTEM OCCULTA SUNT, DOMINO DEO VESTRO: hoc est, quae manifesta sunt, vobis iudicanda permittite; quae occulta sunt, deo vestro dimittite? Unde enim scis, ne forte propterea illi qui petivit et non accepit negata est salus haec temporalis, quia fortior te est; et ideo tu accepisti, quia, si non acciperes, deficeres? Neque hoc confirmavi, sed « forsitan » dixi: ne hoc faciam quod prohibeo, sententiam de occultis ferre audeam. Aliquando enim propterea non accepit, quia infideliter postulavit; aliquando propterea non accepit, quia fortior est, ad exercendam in illo patientiam, sicut diximus de apostolo. Fortior erat, et tamen nondum perfectus, ita ut audiret: VIRTUS IN INFIRMITATE PERFICITUR.

Quod accepisti, non inde fidelio-rem te existimare debes eo qui non accepit, immo forte debiliorem.

6. Novimus eos: clamant eorum litterae verbo sanasse languidos. Ipse apostolus ait cuidam: ENEAS SURGE, STERNE TIBI. Surrexit vetustissimus languidus, continuo sanatus est, et stravit sibi. Tamen idem ipse ait de quodam discipulo suo: TROPHIMUM AUTEM AEGROTANTEM RELIQUI M. . . . . e ignotum quo venis, et aegrotantem relinquis discipulum unde discedis? De Epafra quid dicit? TRISTIS, inquid, ERAT EX EO QUOD AUDIERATIS EUM INFIRMATUM FUISSE: NAM ET INFIRMATUS EST USQUE AD PROXIMUM MORTIS. Quid magnum erat Paulo apostolo eum quoque verbo sanare, nec permittere usque ad mortis proximum pervenire? SED DEUS, inquid, MISERTUS EST EIUS: NON SOLUM AUTEM EIUS, SED ETIAM MEI, NE TRISTITIAM SUPER TRISTITIAM HABEREM. Videtur quia volebat eum sanum fieri. Si volebat, utique et orabat: et tamen orans

Alia exempla Pauli non inpetrantis quod orabat.

1 nolli *E* 3 illo sum] *scripsi;* illorum *E; Wilm* rum *syllabam subtraxit; cf. p. 710, l. 6, infra* 5 dicat] *E;* dicit *perperam sugg. Wilm* 9 illi] *ex* ille *recte corr. Wilm* 11 prohibeo] et *suppl. Wilm, at nihil opus est* 12 fere *E* 14 ad exercenda i. i. patientia *E: cf. supra p. 708, l. 10* 17 *ante* Novimus eos *excidisse aliquid, ut puta* Novit dominus qui sunt eius, et *haud male conic. Wilm* 20 tropimum *E* 21 *hic quoque aliquid deest inter* m *et* e; *suppl. Wilm* Mileti. Languidum facit surgere, *ingeniose profecto et ad sensum adcommodate* venis] *scripsi;* nonis *E;* venit *Wilm* 21sq. relinquis... discedis] *E; in* relinquit... discedit *nescio quare mut. Wilm*

4 *iudicemini*] Mt. 7 1.

7 *vestro*] Deut. 29, 29: heic memoria et paullo liberius; ad verbum vero pressius Expos. in Rom. 14, 4. § 79, ubi similiter de factis alterius de quibus nobis iudicare licet. Cf. etiam supra, serm. Morin 1, 1.

18 *tibi*] Act. 9, 34.

20 *reliqui*] II Tim. 4, 20.

22 *de Epafra*] immo de Epaphrodito, sed duae sunt formae eiusdem nominis.

24 *mortis*] Phil. 2, 26. 27.

27 *haberem*] Ibid. 27.

non inpetrabat; vix tamen quando inpetravit, gratias egit, quia vel vix impetravit. Beato Timotheo consilium dat medicinae. Paralyticum vetustum verbo erexit; stomachum carissimi et unianimis et, sicut ipse appellat, germanissimi discipuli sui eodem verbo sanare non potuit, et tamen ait: NOLI USQUE ADHUC AQUAM BIBERE, SED MODICO VINO UTERE PROPTER STOMACHUM ET FREQUENTES TUAS INFIRMITATES. Haec satis sint de hoc quod volui admonere caritatem vestram, ne vel inrideatis eos, et male de illis sentiatis, qui forte petierint et non acceperint: aut deficiatis, qui forte petitis et non accepistis: aut vos non accipientibus superbe praeferatis, qui petitis et accipitis.

Boni patris filii mali sumus.

7. Quid est ergo illud, quod omnes omnino qui sunt eius petunt et accipiunt, quaerunt et inveniunt, pulsant et aperietur eis? Nisi enim esset aliquid tale, non diceret veritas: OMNIS ENIM QUI PETIT ACCIPIT. Quid est hoc? ubi invenitur? In ipso capitulo quaeramus, ne forte ibi quod quaerimus inveniamus. Ibi habes, prorsus ibi habes. Agnoscamus nos, ubi audimus quia mali sumus. Ait enim. . . . . CUM SITIS MALI, NOSTIS BONA DARE FILIIS VESTRIS: QUANTO MAGIS PATER VESTER CAELESTIS DABIT BONA PETENTIBUS SE? Et patrem nostrum dixit bonum, et nos malos. Quid ergo, deus summus ille bonus pater est malorum? Negare tamen non possumus, quamvis videatur absurdum. Veritas loquitur: SI VOS CUM SITIS MALI — quid contradicimus veritati? — NOSTIS BONA DATA DARE FILIIS VESTRIS. Ea bona damus filiis nostris, quae tamen non faciunt bonos. Si ergo nos possumus dare bona, quae non faciunt bonos, tamen bona sunt, quid restat ut petamus a deo, nisi bona quibus simus boni? Increpati enim sumus, cum dictum est CUM SITIS MALI; et demonstratus est tamen nobis pater noster summe bonus, qui in caelis est. Non erubescimus sub tali patre esse mali? Aut vero ille pater malorum esse

Non a deo petenda nisi bona quibus simus boni.

1 quia vel] *E; in* vel quia *nequicquam item mut. Wilm* 2 timoteo *E* paraleticum *E* 3. 6 stomacum *E* 3 kariss. *E* 4 sanari *E* 6 frequenter *E, uti* illorum *pro* illo sum *p. 709, l. 3, supra* 7 karit. *E* 11 illut *E* 12 aperietur] *fort. pro* aperitur *?* 15 ibi *1° loco*] *E; in* ipsi *temere mut. Wilm ante* inveniamus *Wilm de suo inser.* non, *omnino praepostere* 16 *post* enim *habetur in E* apostolus, *ubi* dominus *seu* Christus *expectares; in* evangelista *haud ita idonee corr. Wilm, deinde supplet.* Si vos 21 quid contrad. veritati] *post* filiis vestris *arbitrario detrudit Wilm et* contradicetur *scribit*

3 sq. *appellat, germanissimi*] Cf. I Tim. 1, 2, ubi Vulg. quidem legit *dilecto filio*, iuxta cod. nempe qui gr. habebat ἀγαπητῷ; plerique vero habent γνησίῳ, quod ipsa Vulg. Phil. 4, 3, *germane*, et hic quoque Ambrosiaster *germano* reddit.

6 *infirmitates*] I Tim. 5, 23.

18 *se?*] Mt. 7, 11.

19 *pater est malorum?*] Aug. serm. 61, n. 1: « Quorum pater? Certe malorum ».

23 *non faciunt bonos*] Cf. ibid. n. 2. 3; item serm. Denis 17, 3: « sed illa bona non faciunt bonos ».

vellet, si malos vellet relinquere, si malos nos vellet in perpetuum remanere? Si ergo mali sumus, et patrem bonum habemus, hoc petamus, hoc quaeramus, ad hoc pulsemus, ut bonos nos faciat, bonus ne habeat filios malos. Et quatenus fit modo quisque bonus? Quatenus, quantumcumque profecerit, pugnaturus est contra cupiditates. Quantumcumque profecerit, pugnaturus est contra libidines: et si pacem habeat ab eis qui intus vel foris sunt, in se ipsum bellum habebit, in se ipso certamen acturus est; nec desinet agere certamen, spectante illo qui paratus est adiuvare laborantem et coronare vincentem. Cum vero transierit dissensio et omnis rixa nostra, non alia contraria nobis... Quomodo adsueta natura languor noster est, non eramus sic in paradiso; nihil nobis repugnabat ex nobis. Dimisimus eum cum quo pacem habebamus, et bellum nos ipsi nobiscum habere coepimus; et haec nostra miseria, et magnum est in hac vita in hoc bello non vinci. Nam carere hostem in hac vita non possumus: erit autem vita ultima, quando inimicum nullum habebimus nec foris nec intus; NOVISSIMA ENIM INIMICA DESTRUETUR MORS. Tunc beati habitabimus in domo dei, et in saecula saeculorum laudabimus eum.

Modo fit quisque bonus, si numquam desinat in se ipsum agere certamen.

[3] bonus] *scripsi*, bonos *E: et facilis quidem erat emendatio, at Wilm* reddat *supplendum esse aut certe* bonos *utpote redundans deleri oportere existimavit* [4] et] *E; at Wilm* quatenus] *1° loco in* eatenus *mut. Wilm* bonus] *recte Wilmart;* bonos *E, ergo ut paulo ante l. 3* [6] proficerit *E* pugn. est c. libid.] *ante* quantumcq. profec. *sine causa traicit Wilm* [7] se ipsum] *1° loco ex E retinui; in* seipso *mut. Wilm* [8] spectante] *scripsi;* expectante *E Wilm: commutari plerumque in codicibus verba haec norunt eruditi* paratus] *restitui;* partus *E;* pactus *maluit Wilm* [9sq.] dissensio] *Wilm recte ex* dissessio *corr.* [10] contraria nobis] *post haec verba suspensa sententia videtur, uti nonnumquam apud Aug. contingit, nec resumitur nisi in extrema conclusione; at nonnulla excidisse etiam suspicari fas est* quomodo *fortasse pro* quod modo, *ut supra p. 708, l. 18* [10sq.] quomodo a. n. l. noster est] *hoc membrum cum praeced. coniungit Wilm* [13] et] *1° loco in* est *mut. Wilm* [14] hostem] *ut in E legitur servavi, quando quidem non desunt huius constructionis exempla; in* hoste *corr. Wilm* [18] eum] amen. explicit *add. E*

[1sq.] *remanere?*] Aug. serm. 61, n. 2: « ideo mali bonum patrem habemus, ne semper mali remaneamus ».

[9] *et coronare vincentem*] Haec quoque sententia frequens apud Aug., ut recte Wilmart animadvertit.

[16] *mors*] I Cor. 15, 26.

[18] *eum*] Cf. Ps. 83, 5.

XIII.

Wilmart, Serm. XIII: novissimus omnium qui hucusque post Maurinos editi sunt: « Rev. Bénéd. » XLI (apr. 1929), p. 148-155, ex cod. capituli Wigorniensis (Worcester) F. 93, saec. XII, fol. 64^{r}-66^{v} (= *W*). Cuius fidem extra dubium esse tot ac tantis testimoniis editor demonstravit, ut a superfluis adnotationibus omnino abstinendum esse censuerim. Textum solummodo, quantum deficiente altero codice fieri poterat, passim castigavi, immo plerumque ad normam ipsius libri *W* restituendum censui.

SERMO SANCTI AUGUSTINI DE EVANGELIO IOH. XXI · IN DIEBUS PASCHALIBUS.

Secundum evangelistam Iohannem multa scripta sunt, quemadmodum post resurrectionem discipulis suis apparuerit dominus Iesus. Apparuit autem eis et piscantibus. Piscatio ista discipulorum ad mare Tiberiadis sumpsit initium, ubi se dominus eis ostendere voluit: quae magnum continet sacramentum, ut vobis iam cognitum, sed a nobis nunc breviter memorandum.

2. Recolite illam piscationem, quando vocavit piscatores piscium, et fecit eos piscatores hominum, in prima sua praedicatione, longe a passione. Tunc enim, sicut meminisse debetis, venit ad discipulos, nondum discipulos; tunc enim eum relictis retibus secuti sunt. Et invenit eos nihil cepisse per totam noctem, et dixit eis: MITTITE RETIA VESTRA IN MARE. Et miserunt, et ceperunt tantum piscium, ut duo navigia implerentur, premerentur, et pene demergerentur. Deinde prae multitudine piscium rupta sunt retia. Tunc eis dixit: VENITE POST ME, ET FACIAM VOS PISCATORES HOMINUM. Et fecit: et miserunt retia verbi apostoli per mare mundi, et multum piscium ceperunt. Si vultis considerare piscium numerum, innumerabilem numerum, considerate multitudines christianorum: hi sunt capti retibus sanctis, capti ad vitam, non ad mortem. Sed tamen de ipsis multis captis multa etiam scismata facta sunt, quia retia rupta sunt. Duo etiam navigia, id est, duae naviculae quae tunc impletae sunt, significaverunt de circumcisione et praeputio venientes, id est, de

Prioris piscationis ad mare Tiberiadis significatio.

1 sq. *inscriptionis partem posteriorem ipse composui;* de resurrectione domini *W* 7 continet] *W; in* continent *perperam mut. Wilm* sacramentum] nobis *interser. Wilm* ut] *pro* utique *?* 15 deinde] *mendose forte pro* denique

13 sq. *in mare*] Luc. 5, 4 uti solet legere Aug. 17 *hominum*] Mt. 4, 19 item lectio Augustini.

Iudaeis et gentibus collectam ecclesiam. Unde dicitur Christus lapis angularis: quia in angulo se quodammodo parietes osculantur de diverso venientes. Ergo illa navigia impleta sunt, pressa pene et immersa. Hoc significavit christianos male viventes, et ecclesiam malis moribus prementes. Sed tamen non sunt submersae naves; ecclesia enim tolerat male viventes: premi potest, mergi non potest. Modo autem post resurrectionem talem Christus significavit ecclesiam, qualis erit post nostram resurrectionem: tunc enim solos habebit bonos, nullum commixtum malum, felix ecclesia.

Ecclesia premi potest, mergi non potest.

3. Quid ergo dixit tunc discipulis post resurrectionem? MITTITE RETIA IN DEXTERAM PARTEM. In illa piscatione non dixerat, in dexteram partem, ne solos significaret bonos; nec dixit, in sinistram, ne solos significaret malos; sed passim proiecta sunt retia, quia habitura erat bonos et malos. Sic et quandam similitudinem ipse narravit dominus Christus. Ait enim: SIMILE EST REGNUM CAELORUM RETI MISSO IN MARE, IN QUO CONGREGATA SUNT OMNIA GENERA PISCIUM. QUOD CUM PERDUXERINT AD LITUS, SEDENT, ET ELIGUNT BONOS ET MITTUNT IN VASIS SUIS; MALOS AUTEM PROICIUNT FORAS. Proposuit, et exposuit. SIC ERIT ET IN CONSUMMATIONE SAECULI, ait: VENIUNT ANGELI, ET COLLIGUNT MALOS DE MEDIO IUSTORUM, ET PROICIUNT IN CAMINUM IGNIS ARDENTIS; IBI ERIT FLETUS ET STRIDOR DENTIUM. Natent ergo pisces boni cum malis, natent mali cum bonis; natent inter retia, et non rumpant retia: qui enim rumpunt retia, mali sunt; qui autem intra retia remanent, et boni et mali sunt, sed modo.

Natant in rete ecclesiae mali pisces cum bonis.

4. Tunc autem quid ait? MITTITE RETE IN DEXTERAM PARTEM. Quid est, in dexteram partem? Illos capturi estis in dexteram partem, qui staturi sunt ad dexteram. Dicturus est enim eis qui a dextris sunt: VENITE, BENEDICTI PATRIS MEI, PERCIPITE REGNUM. Illos significavit, quando in dexteram partem retia ut mitterentur praecepit. Missa sunt: ceperunt pisces multos et magnos, et non tacuit numerum. In illa prima piscatione, quae significat bonos et malos, non dixit numerum: erant ibi enim supernumerarii. Qui sunt supernumerarii? Qui non pertinent ad numerum sanctorum; unde sunt qui retia dirumpunt, scismata faciunt: unde sunt illi qui saeculo verbis et non factis renuntiant, qui accipiunt sacra-

Quare in prima piscatione tacuit piscium numerum, in secunda dixit.

13 erat] *i. e. ecclesia, ut l. 8; in* erant *sine causa mut. Wilm* 33 unde sunt *1° loco*] *Wilm frustra add.* illi

11 *partem*] Ioh. 21, 6.
18 *foras*] Mt. 13, 47. 48.
21 *dentium*] Ibid. 49. 50.
25 *partem*] Ioh. 21, 6: ubi *rete* vel *retia* indifferenter legit s. Doctor.
28 *regnum*] Mt. 25, 34.

mentum novi hominis, et in homine perseverant. Hi ergo futuri ibi erant. Ideo non dictum est, in dexteram partem; ideo tacitus est numerus. Ipsi supernumerarii sunt, de quibus psalmus dicit: ANNUNTIAVI ET LOCUTUS SUM, MULTIPLICATI SUNT SUPER NUMERUM. Erat ibi numerus sanctus, erant et multi super numerum: hic autem nemo super numerum.

5. Et quot erant? CENTUM ET QUINQUAGINTA ET TRES. Ipse est totus numerus sanctorum? Absit ut tam paucos habeat vel sola ista in qua nunc loquimur ecclesia. Quid ergo? Qui nescimus, nosse debemus, et qui novimus, recordari: unum agat insinuatio, alterum commemoratio, ne subrepat oblivio. CENTUM ET QUINQUAGINTA ET TRES, ait. Pertinet hoc ad evangelistam dicere: CUM TAM MAGNI, inquit, ESSENT, NON EST SCISSUM RETE: tanquam qui recoleret in prima piscatione retia illa dirupta. Modo quid? Et cum tam magni essent, inquit, non est scissum rete. Quis ibi iam timet scismata, ubi non potest scindi unitatis sinus et matris ecclesiae germen? Nullus enim ab ea separatur amicus, nullus ei sociatur inimicus: omnes enim adhaerentes ei electi erunt, perfecti erunt. Milia milium erunt, et amplius quam milia milium erunt, et tamen isto numero censebuntur.

Amplius quam milia milium erunt electi, et tamen numero CLIII censebuntur.

6. Numerus iste a decem et septem surgit: numerare qui vult ab uno usque ad decem et septem, et omnes addat, inveniet. Posuit unum: addat et duo, ut fiant tres; addat et tres, ut fiant sex; addat et quattuor, ut fiant decem, et sic perveniant ad septimum decimum numerum, et inveniet centum quinquaginta et tres. Restat ut quaeratur a me, quid sibi volunt decem et septem. Si invenimus rationem huius numeri minoris, id est decem et septem, patebit sacramentum maioris, id est centum quinquaginta et tres. Hic in septimo decimo radix est; ibi arbor. Ergo quid sibi volunt decem et septem? Decem significant legem: decem enim praecepta legis in duabus lapideis tabulis conscripta sunt digito dei, sicut lex dicit, sicut libri sancti testantur. Signata est enim lex denario numero. Sed legem quis implet sine adiutorio? Prorsus nemo. SI ENIM DATA ESSET LEX, ait apostolus, QUAE POSSET VIVIFICARE, OMNINO EX LEGE ESSET IUSTITIA. SED CONCLUSIT SCRIPTURA OMNIA SUB PECCATO, UT PROMISSIO EX FIDE IESU CHRISTI DARETUR CREDENTIBUS. Data est lex. Ut non multa dicam, inter cetera praecepta habet, NON CONCUPISCES

Numerus iste a decem et septem surgit, qui legem significant et Spiritum sanctum.

[1] *ante* homine, *videtur excidisse* vetere [11] surrepat *W* [20] isti *W* [21] et omnes] *W;* ut omnes *corr. Wilm* [23] perveniant] *W; in* perveniet *mut. Wilm*

[4] *numerum*] Ps. 39, 6.
[7] *tres*] Ioh. 21, 11.
[13] *rete*] Ibid.
[34] *credentibus*] Gal. 3, 21. 22.

REM PROXIMI TUI. Non concupiscas: noli transire ante villam alienam, et suspirare, quia bona est. Rem proximi tui non concupiscas. DOMINI EST TERRA ET PLENITUDO EIUS: quid non adquisisti, si deum tenuisti? Noli ergo concupiscere rem proximi tui. Audita est lex, et timore poenae tenebant se homines quidam a malo facto; non tamen se tenebant a delectatione mala. Ergo, domine, da adiutorium: ETENIM BENEDICTIONEM DABIT, QUI LEGEM DEDIT. Quomodo autem dictum est hic, Benedictionem dabit qui legem dedit, id est adiutorium Spiritus sancti, ut lex possit impleri, sic dictum est de sapientia dei, LEGEM AUTEM ET MISERICORDIAM IN LINGUA PORTAT. Si legem solam sibi portaret, quis duraret? Exigerentur facta legis, et omnes rei invenirentur. Accessit misericordia, quae iuvat ut facias, ignoscit quod non facis. Haec misericordia de Spiritu sancto est: Spiritus autem sanctus in scripturis septenario numero commendatur. De uno loco commemoro. Et Esaias dicit: REQUIESCET IN EO SPIRITUS SANCTUS. Et enumerat: SPIRITUS SAPIENTIAE ET INTELLECTUS, SPIRITUS CONSILII ET FORTITUDINIS, SPIRITUS SCIENTIAE ET PIETATIS, SPIRITUS TIMORIS DEI. Accedit iste Spiritus, et septem fiunt et decem. Cum accesserint septem ad decem, faciunt sanctos, non de lege credentes, sed de dei adiutorio praesumentes; ut dicatur domino suo: ADIUTOR MEUS ESTO NE DERELINQUAS ME, NEQUE DESPICIAS ME DEUS SALUTARIS MEUS. QUONIAM PATER MEUS ET MATER MEA DERELIQUERUNT ME, DOMINUS AUTEM ASSUMPSIT ME. Et isti vobiscum dicere didicerunt: PATER NOSTER, QUI ES IN CAELIS. Accessit ergo misericordia ad legem. Non timeamus, qui in decem et septem sumus: si enim in decem et septem sumus, ad centum quinquaginta et tres perveniemus; et si ad centum quinquaginta et tres perveniemus, ad dexteram erimus; si ad dexteram erimus, regnum percipiemus.

Didicerunt et neophyti dicere: Pater noster.

4 timore] *falso et contra sensum* a *praem. Wilm* 5 a malo facto] *scripsi;* amico facto *Wilm, lectio aperte mendosa* 6sq. benedictionem] misericordiam *hoc loco W oscitanter* 14 isaias *W* 15 et enumerat] *indubitanter lego;* etenim erat *Wilm, an codici consentanee nescio* 17 fiunt] *haud male conic. Wilmart;* faciunt *W* 19 suo] *utpote ex abundanti Wilm resecare vult, aut certe* dicatur *in* dicant *mutare* 24 in decem *1° loco*] in *suppl. Wilm*

1 *tui*] Exod. 20, 17.
3 *eius*] Ps. 23, 1.
7 *dedit*] Ps. 83, 8.
10 *portat*] Prov. 3, 16[2] iuxta LXX.
17 *dei*] Es. 11, 2 sq.
22 *me*] Ps. 26, 9. 10.

22 *Et isti vobiscum* etc.] His verbis neophytos recens baptizatos des gnari, ac proinde sermonem diebus paschalibus habitum esse iure ac merito concludit Wilmart; revera hanc pericopen sexta feria Paschae in ecclesia Hipponiensi lectam fuisse saepius iam ostendi.

ADDITAMENTA
AD SERMONES WILMARTIANOS.

Hucusque liber excusus erat, cum in recentissimo fasciculo ephemeridis « Rev. Bénéd. » (april. 1930, pp. 138-142) ab Andrea Wilmart nonnulla rursus Augustini anecdota vulgata sunt, quae, etsi ad exiguum momentum prosunt, genuina tamen videntur esse, et vel propter exempla biblica, quae afferuntur, huic operi, dum adhuc vacat, inserenda.

Primo loco prodeunt quattuor brevissimae allocutiunculae « in vigiliis Paschae » ex duobus codicibus Wigornien. Capituli F. 93, foll. 1-3, et Cantabrig. Universitatis Ii. i. 35, foll. 85^{v}-86; deinde sermonis inter Maianos XCII[1] plenius quoddam exordium, ex eodem codice Wigorniensi, fol. 88. Demum, quod maioris pretii est, ex ipsa amplissima sylloge sermoni benedictinae editionis CCLVI post consuetam clausulam *Conversi ad dominum* pauca verba fol. 90 subiciuntur; ex quibus, si quid ego video, primum comperimus, praefatum sermonem Carthagine die dominico, 5 maii 418, tempore magni concilii CC et amplius episcoporum, sermonem vero CCLXXXIV die tertio natalis sanctorum martyrum Mariani et Iacobi, i. e. feria quarta, die 8 maii, iuxta computandi morem Augustini, in eadem urbe habitum esse.

INCIPIT SERMO SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI IN VIGILIIS PASCHAE.

Dominicae humilitatis solennia celebramus, qui HUMILIAVIT SEMETIPSUM, FACTUS OBEDIENS USQUE AD MORTEM, MORTEM AUTEM CRUCIS. Unde et nos hac nocte sancta ieiunando, vigilando et orando humiliamus animas nostras; nec ab ista humilitate fervor hic discrepat. Quid est enim aliud granum sinapis quam fervor humilitatis? Hoc grano translati sunt MONTES IN COR MARIS: hoc est, magni praedicatores evangelii, sancti apostoli, a Iudaea ad gentes translati sunt, et ipsum cor mundi, hoc est cogitationes saeculi, tenuerunt montes de quibus dictum est: IUSTITIA TUA SICUT MONTES DEI; montes de quibus dictum est: ILLUMINANS TU MIRABILITER A MONTIBUS AETERNIS. Ipsi enim montes illuminati, ferventes cacuminibus suis, lumen quod illuminat omnem hominem, velut montem montium, regem regum, sanctumque sanctorum, et se et ipsum in cor maris, hoc est in fidem gentium transtulerunt; ut impletum in eis esset quod propheta praedixerat: ERIT IN NOVISSIMIS TEMPORIBUS MANIFESTUS MONS DOMINI, PARATUS IN CACUMINE MONTIUM;

[4] *crucis*] Phil. 2, 8.
[8] *maris*] Cf. Ps. 45, 2.
[11] *dei*] Ps. 35, 7.
[12] *aeternis*] Ps. 75, 5.
[14] *hominem*] Cf. Ioh. 1, 9.
[17] *montium*] Esai. 2, 2.

et quod ipse dixerat: SI HABUERITIS FIDEM SICUT GRANUM SINAPIS, DICETIS MONTI HUIC TOLLERE ET MITTERE IN MARE, ET FIET. Hii montes nobis consecraverunt hanc noctem, qua sepultus dominus resurrexit, ut obrutum sinapis granum humiliando se non appareret, et germinando atque crescendo, ramos usquequaque diffundens, cuncta superaret, et elatos corde ad confugiendum et requiescendum tanquam volucres invitaret. Hic mons habitet et in corde vestro; non enim patietur angustias, ubi ei facit locum latissimum caritas. Conversi ad dominum.

EIUSDEM UNDE SUPRA.

Admonet nos, dilectissimi, tanta ista et tam sancta sollennitas exhortari vos ad vigilandum et orandum. Dimicat enim fides nostra contra huius saeculi noctem, ne interiores oculi nostri in noctem cordis obdormiant. In quod malum ne incidamus, oremus illa voce qua legimus, et dicamus domino deo nostro: ILLUMINA OCULOS MEOS NE UMQUAM OBDORMIAM IN MORTEM, NEQUANDO DICAT INIMICUS MEUS: PRAEVALUI ADVERSUS EUM. Hic ille inimicus est, qui adversus dominum nostrum Iesum Christum insanos Iudaeos velut propria vasa et arma commovit; sed non praevaluit adversus eum. Visi sunt sibi quidem praevaluisse carnales inimici; sed spiritualis in eis superatus est hostis. Victima enim mundae carnis immundus victus est spiritus; et eo ipso quod inflammavit homines palam facere quod vellent, occulte passus est ille quod nollet. Nam Christum occidendo sanguinem fudit, quo reviviscerent quos occidit. Sed nec illum possidet in mortuis. Sociatos quippe doluit resurgenti, quibus voluit sociare morientem. Huius mortem in ista vita celebramus, cuius vitam post istam mortem speramus. Ergo humilitate nostra humilitatem domini nostri Iesu Christi in memoriam revocemus. Humiliter vigilemus, humiliter oremus, piissima fide, firmissima spe, ferventissima caritate, cogitantes qualem nostra claritas habitura sit diem, si nostra humilitas noctem vertit in diem. Deus itaque qui dixit de tenebris lumen clarescere clareat in cordibus nostris, ut aliquid intus simile faciamus, quale in domo hac orationis accensis luminaribus fecimus. Habitaculum verum dei, nostram conscientiam iustitiae luminibus exornemus. Non autem nos, sed gratia dei nobiscum, cuius promissum habemus, dicente propheta: EDUCET SICUT LUMEN IUSTITIAM TUAM. Et ita vigilantes non timebimus a timore

2 *fiet*] Mt. 17, 19.
16 *eum*] Ps. 12, 4.
31 *nostris*] Cf. II Cor. 4, 6.
35 *tuam*] Ps. 36, 6.

nocturno et negotio perambulante in tenebris; et, cum transierint bestiae silvae, quaerentes a deo escam sibi, in nullius aerumnosae escam tradet, qui pro nobis unicum tradidit. Conversi ad dominum.

ITEM EIUSDEM IN VIGILIIS PASCHAE.

Beatus apostolus cum de orando nos commoneret, simul etiam de vigilando commonuit: ORATIONI, inquit, INSTATE VIGILANTES IN ILLA. Amor immundus, fratres, compellit vigilare quos possidet. Impudicus vigilat, ut corrumpat; maleficus, ut noceat; ebriosus, ut bibat; latro, ut occidat; luxuriosus, ut fundat; avarus, ut colligat; fur, ut subtrahat; praedo, ut rapiat. Quanto magis ergo vigilare debet in sanctis et innocentibus caritas, si flagitiosis et facinorosis vigilias extorquet iniquitas? Sed illi alto cordis somno premuntur, ut carne vigilare cogantur. Contra quem somnum clamatur: SURGE QUI DORMIS, ET EXURGE A MORTUIS, ET ILLUMINABIT TE CHRISTUS. In nobis autem somnum saeculi huius vox ista disrupit, si audivimus et resurreximus a mortuis, de quibus dictum est: SINE MORTUOS SEPELIRE MORTUOS SUOS. Carnis interim vigiliam solennitati reddamus; cordis vero perpetuam Christo illuminante teneamus. Vigilemus carne, quantum possumus, ut oremus; et oremus, ut venire possimus ubi et carne sine termino vigilemus. Non enim dormiunt angeli, quorum nobis promissa est in die resurrectionis aequalitas, si nunc in nobis vigilet caritas.

ITEM EIUSDEM UNDE SUPRA

Beatus apostolus Paulus, OMNES, inquit, VOS FILII LUCIS ESTIS ET FILII DIEI: NON SUMUS NOCTIS NEQUE TENEBRARUM. ITAQUE NON DORMIAMUS SICUT ET CETERI, SED VIGILEMUS ET SOBRII SIMUS. NAM QUI DORMIUNT NOCTE DORMIUNT, ET QUI INEBRIANTUR NOCTE EBRII SUNT. NOS AUTEM QUI DIEI SUMUS, SOBRII SUMUS. Qualis est ista nox, fratres, in qua nos esse veritas non vult, in qua dicit eos esse qui dormiunt? Et qualis somnus est iste, a quo nos filios lucis dieique discernit, et quo somno ne dormiamus alloquitur? Proculdubio non est ista nox cuius initium est solis occasus, sed hominis casus, nec cui finem facit aurorae rutilatio,

[1] *tenebris*] Cf. Ps. 90, 6.
[2] *sibi*] Cf. Ps. 103, 20. 21.
[6] *in illa*] Coloss. 4, 2.
[7] *Amor immundus* etc.] Similia leguntur serm. Wilmart. 7, 2: supra p. 690, l. 20 sqq.
[14] *Christus*] Ephes. 5, 14.
[16] *suos*] Mt. 8, 22.
[19] sq. *Non e. dormiunt angeli*] Comp. supra, p. 458, l. 22 sqq.
[27] *sumus*] I Thess. 5, 5-8.

sed animae renovatio. In hac nocte dormiunt etiam vigilantes mali; in hac nocte non sunt etiam dormientes boni. Nox ista vulgaris veniendo terminat diem; nox illa damnabilis ab illo die nos abstulit qui fecit hunc diem. Somnus iste, cui modo resistimus vigilantes, inculpabilem sopientibus sensibus accipit mortem; somnus ille, quo in corde dormiunt infideles, interiores oculos urguet in mortem. Contra istum audiamus: INVIGILATE ET ORATE; contra illum dicamus: ILLUMINA OCULOS MEOS, NE UMQUAM OBDORMIAM IN MORTEM. Solenniter itaque contra corporis somnum habentes ista in hac nocte luminaria vigilemus; contra illum vero somnum cordis tanquam in nocte in hoc saeculo nos ipsi luminaria esse debemus.

SERMO SANCTI AUGUSTINI DE ALLELUIA.

Decet nos quantas possumus laudes dicere creatori nostro. Cum enim, dilectissimi fratres, dominum laudamus, nobis ipsis aliquid conferimus, dum nos in eius amorem extendimus. Cantavimus enim: ALLELUIA. Alleluia canticum est novum *et cetera ut supra, serm. Mai XCII, p. 332, l. 12 sqq.*

ET POST SERMONEM:

Die crastina sanctorum martyrum Mariani et Iacobi festivitas illucescit; sed, quoniam causa tantae congregationis sancti concilii adhuc aliquantulum occupati sumus, die tertio eiusdem diei natalis ipsius, adiuvante domino, debitum sermonem reddemus vobis.

2 *Nox ista vulgaris*] Cf. « Dies iste vulgaris... », serm. Guelferb. 8, 1.
7 *orate*] Mt. 26, 41.
8 *in mortem*] Ps. 12, 4.
18 *post sermonem*] editionis Maur. 256.
22 *reddemus vobis*] Cf. serm. 284, n. 1.

INITIA ET CENSURA

SERMONUM SINGULORUM QUI POST MAURINOS EDITI SUNT.[1]

... Abstineamus nos a vitiis carnis, ut repleamur] Ab A. B. Caillau primum editus: vide Migne 47, 1177; denuo Floril. Casin. I, 161 sq. Est fragmentum sermoni 26 s. Maximi Taurinensis assutum. Revera singulae fere sententiae alibi apud Augustinum ipsissimis verbis leguntur; qua de re fragmentum rursus edere supervacaneum duxi, etsi interim genuinum haberi posse existimo.

ACCEPIT A NOBIS QUOD VILE EST] Post serm. Mai 174: p. 386.

Ad laudem dei atque ad confessionem] de Alleluia: Caillau II, 62. Nulla mica salis, nullus sapor Augustiniani ingenii in hac homilia, quae in nonnullis codicibus mss. aliquando Homiliario Caesarii Arelat. germanico, aliquando collectioni Pseudo-Bedae in Lectionarium anni circuli subiuncta reperitur.

AD OMNES QUIDEM PERTINET SERMO, QUO VITA] Mai 89: p. 330.

Ad omnes quidem pertinet sermo quos cura nostra complectitur] de pascha: Caillau II, 54. Idem est ac sermo Maurin. 224 cum exordio in nota aliisque lectionibus variantibus non paucis. Caillau autumat unum eundemque esse sermonem a duobus notariis exceptum.

Adhibete huc aures qui accessistis] de immolatione Isaac: Mai 23, ex cod. Vatic. 5758. Sine causa adserit editor, a Possidio in Indic. c. 8 sermonem esse notatum. Dicendi genus ab Augustiniano prorsus discrepat, ad Ephraem latinum propius accedit. Num. 4 legitur pulchra sententia: « Esto sacerdos animae filii tui ». Pars posterior deficiente quaternione desideratur.

Admoneo vos, dil., ut demus operam] de dedicatione ecclesiae: Frangip. 10; Migne 46, 1001-1004. Etsi non nego nonnulla in hoc sermone ab Augustino fortasse profecta esse, at quaenam ea sint pro certo affirmare non ausim; dicendi genus in universum putidius, immo interdum humilius videtur, quam ut germanum Hipponiensis nostri partum incunctanter agnoscam.

† Admonet nos apostolus fr. ut sicut filii] in Ephes. 5, 1 sq.: Caillau II, Append. 8, ex cod. Aedil. X. Impostoris est saec. XII (**Godefridi Bathonien.** ep.) qui Augustinum impudenter mentitur. Adverte n. 4 « Hipponensis noster ille carissimus... Ciceronus philosophus magnus »; n. 5 « per Alpes volare »; n. 6, detractionis vitium clericos inter et monachos, etc.

ADMONET NOS DIL. TANTA ISTA] Wilmart, Addit.: p. 717.

ADMONET NOS ET SOLLEMNITAS MARTYRUM] Frangip. 3: p. 201.

AMMONET NOS FR. TANTA HUIUS VIGILIAE] Wilmart 5: p. 685.

[1] Initia litteris capitalibus excusa ad sermones genuinos pertinent, qui in hoc volumine habentur; crux initio praemissa sermonem indicat posterioris aetatis; nomina auctorum, quibus sermones restituendi sunt, typis crassioribus signantur.

Admoniti magi in somnis ab angelo] de epiphania: Mai 149. De occisione infantium praecipue disserit declamator, cuius dicendi genus vel ex iis verbis n. 2 statim agnoscitur: « nutrire *de mea ubera* coepi, sed te *vitricum* crudelitatis inveni ». Nonnulla eadem fere occurrunt in omnibus his contionibus de ss. Innocentibus saec. V-VI in Africa habitis.

Admoniti sunt magi in somnis] in natali Innocentium: Caillau II, Append. 77; Mai, sermo 140. Declamatio Afri cuiusdam, ignoti quidem, at certe antiqui.

Adsunt dies fr. per quos afflictione] de quadragesima II: Caillau II, 47, ex cod. Casin. 12; denuo Floril. Casin. I, 159. Et sententiarum gravitate et eloquii nitida simplicitate facile plerisque aliis sermonibus praestat, quos Caillau in sua collectione evulgavit. Notanda etiam est vetus versio Bibliorum, qua auctor utitur.

Advenit ecce dies, qua sacramentum] in natale domini: Guelferb. Append. 2. Ipsum integrum, atque **Optato Milevitano** ep. restitutum ex vetere codice Floriacense iam dudum edidit Andreas Wilmart, « Revue des sciences religieuses » 2 (1922), p. 271-302. Optati revera eum esse paullo post demonstravit D. Bernardus Capelle, et a Maximino arriano expilatum: « Rev. Bénéd. » 35 (1923), p. 24-26.

Adventum domini et salvatoris nostri in quo hominum genus] de annuntiatione: Caillau I, 5; = **Pseudo-Leon.** Append. serm. XV: Migne 54, 508-511. Antiquam versionem esse orationis deperditae Procli ep. Constantinopolitani editores Veronenses suspicantur.

Aeterni numinis virgineum partum] in nat. domini XXVI: Caillau II, 34; denuo apud Mai serm. 102, sed ibi prolixior. Cento est, cui efformando inter cetera inserviit (n. 3) commentarius s. Ambrosii in Lucam; n. 4 ex n. 3-4 sermonis Mai 1 coaluit, immo idem est ac sermo 45 Pseudo-Ambrosii, n. 1-5 (Migne 17, 691-693).

Agnovistis fr. si tamen evangelium] de muliere adultera: Mai 8, ex cod. Vatic. 5758. Ex illis plurimis huius collectionis sermonibus est, qui probabiliter **Petri Chrysologi,** profecto non Augustini sunt.

Ait, sicut audistis, praesens lectio] Sermo ab A. Wilmart in cod. F. 93 Capituli Wigorniensis, fol. 32^{r}-32^{v}, nuper repertus, et ab eo mihi benigne transmissus, quem, si ita videretur, in hac nostra sylloge evulgarem; verum nihil aliud est ac sermo 161, nn. 3-5, Append. Augustini: Migne 39, 2063-2064.

ALLELUIA CANTICUM EST NOVUM] Mai 92: p. 332. Plenius exordium infra: « Decet nos quantas possumus ».

† Ante Christi adventum fr. car. in tanta] de adventu: Caillau II, Append. 10, ex cod. Aedil. X. Hildeberto Cenoman. pariter falso tributus (Migne 171, 343-7), sed ibi brevior et nonnihil, ut videtur, emendatus: non enim legitur « pax sine *guerra* » (n. 4), nec *filio* suo sanitatem impetrasse centurio dicitur (n. 9).

† Ante Christi passionem fr. dil. hostem] de passione domini: Caillau II, Append. 40, ex cod. Aedil. X. A Pseudo-Augustino saec. XII ex Hildeberti sermone 110 (Migne 171, 841) partim consarcinatus.

† Ante diem festum paschae... Discessurus enim a discipulis] Caillau II, Append. 35, ex cod. Aedil. X. Est Pseudo-Augustini belgae saeculi XII [**Godefridi Bathonien.** ep.], qui ridiculis fabulis more suo indulget. Cf. « Revue Bénéd. » X (1893), p. 29.

Ante paululum cantavimus fr. Custodi] in psal. 36, 37: Mai 9, ex cod. Vatic. 5758. Cento est ex Enarr. in h. psalmum conflatus, textu tamen biblico ad Psalterium gallicanum adcommodato.

† Apostoli namque fr. car. sapientes pastores] de communi apostolorum: Caillau II, Append. 80, ex cod. Aedil. X. Est Pseudo-Augustini saeculi XII, qui animadvertit, Christum apostolos « non de magnifico foro *Iustiniani* » assumpsisse, eosque « Graeciam simul ac *Barbariam* » praedicando circuivisse.

Apostolicum pectus venerabilis sacerdotis] de reconciliandis peccatoribus III: Caillau II, 97, et ex eodem codice denuo Floril. Casin. IV, 177-178. Cf. ea quae dicuntur ad serm. *Irreparabilis esset*. Heic quoque pontificem compellatione « beatissime papa » archidiaconus alloquitur, immo in eo loco eum regendis fidelibus praesidere dicit, « ubi praesedit ille cui dictum est, Tibi dabo claves regni caelorum » (n. 1). Quod quia vix de alio intellegi potest ac de Romano episcopo, allocutiones tres pulcherrimas a quodam archidiacono Romanae ecclesiae saeculo V etsi forte non compositas, at certe dictas esse existimo. Adverte veterem translationem Psal. 31,5: « Dixi, *Proloquar* adversum me », omnino ut in Augustini sermonibus Denis 9, 2 et Caillau II, 11, n. 5.

APOSTOLORUM PASSIO BEATORUM] Guelferb. 23: p. 516.

Apostolus autem Paulus fr. car. primo Saulus etiam inimicus] de conversione s. Pauli, serm. III: Caillau I, 51. Idem est ac sermo Guelferb. inter a me editos 24^{us}, exceptis versibus circ. quindecim initio, qui heic omissi sunt: p. 522, a l. 9.

APOSTOLUS DICIT: ERIT OMNIS QUI INVOCAVERIT] Guelferb. 1: p. 441.

APOSTOLUS PAULUS CUM LEGER. AUDIVIMUS QUID AGATUR] Morin 4: p. 601.

ARBOR FICULNEA GENUS HUMANUM EST] Morin 13: p. 640.

ASCENSIONEM DOMINI CELEBRAMUS... DOMINUS DEUS NOSTER ET SALVATOR I. CH. ET QUANDO AD NOS] Morin 9: p. 619.

ASCENSIONEM DOMINI IN CAELUM] Guelferb. 20: p. 504.

ASCENSIONIS DOMINI N. I. CHRISTI SANCTUS ET SOLLEMNIS DIES] Liverani 8: p. 391.

Assumam nunc virgam pastoralem] in nat. domini XV: Caillau II, 23, ex cod. Casin. 12; denuo in Florileg. Casin. I, 140. Anonymi est profecto antiqui, qui in Arrianos vehementer invehitur, ac prorsus singulari Bibliorum translatione utitur. Dicendi genus magnam habet cum Quodvultdei ep. sermonibus similitudinem.

Audiamus fr. car. hunc piscatorem] in nat. Petri et Pauli: Caillau II, 71; denuo Mai serm. 54. Auctor apostolorum principes eodem die, non eodem anno martyrium fecisse existimat, et Petrum quidem, ut decebat, ante Paulum. Notatu dignum est, quod n. 2 dicitur, fideles reddidisse sollemnem *processionem*, quod

vix retineri posse, et in *professionem* mutandum Mai praesumpsit; cf. tamen serm. Frangip. 3, 6: « Natalis est hodie martyrum: *Procedam*, dicis... » Sermo alibi ac Romae profecto habitus est (cf. n. 3); at quia Romana in ecclesia publice legebatur, materiam compositoribus officii suppeditavit, ex qua unum ex Responsoriis in natale apostolorum conflatum est: « Isti sunt, qui *viventes in carne plantaverunt ecclesias* sermone suo, morientes pro Christo rigaverunt *sanguine suo* » (n. 2).

Audiat in praesenti dilectio vestra] de incarnatione: Caillau I, 6. Fere totus desumptus est ex serm. 145 **s. Petri Chrysologi:** Migne 52, 589 B—591 C.

AUDISTIS APOSTOLI PETRI DOMINO] Guelferb. 17: p. 495.

Audisti apostoli Petri domino interrogante] de lapsu Petri: Caillau I, 60. Prior pars est sermonis Guelferb. 17.

† Audistis fr. car. in his sanctis diebus] in diebus paschalibus: Caillau II, Append. 51, ex cod. Aedil. X. Est falsarii belgae saec. XII, **Godefridi Bathonien.,** qui de « unico nepote suo Severo » inscite nugatur.

† Audistis fr. car. nuper in evangelio] de s. Nicolao: Caillau II, Append. 73, ex cod. Aedil. X. Eiusdem belgae **Godefridi** fetus contemptibilis: cf. « Rev. Bénéd. » X (1893), p. 31.

† Audistis fr. car. quod dum essent illi] feria 2 paschae: Caillau II, Append. 50, ex cod. Aedil. X. Item **Godefridi Bathonien.:** cf. « Rev. Bénéd. » X (1893), p. 30.

† Audistis fr. car. quod dum perduceretur] de s. Laurentio: Caillau II, Append. 70, ex cod. Aedil. X. Est eiusdem simiae Augustini, **Godefridi Bathonien.,** qui ss. Felicissimum et Agapitum « sanctae ecclesiae Cardinales » appellat. Cf. « Rev. Bénéd. » X (1893) p. 31.

† Audistis fr. car. quod Iesus hodierna die] de annuntiatione: Caillau II, Append. 62, ex cod. Aedil. X. Opus parvi momenti, saeculo XII non antiquius.

† Audistis fr. car. quod ille sapiens architectus] in die paschae: Caillau II, Append. 49, ex cod. Aedil. X. Ope sermonis Hildeberti 44 (Migne 171, 564 sqq.) fere totus compositus est.

† Audistis fr. car. quod Salomon] de consecratione ecclesiarum: Caillau II, Append. 89, ex cod. Aedil. X; Mai 195. Incipit prope iisdem verbis ac sermo apud Hildebertum 82 (Migne 171, 731), uti plerique sermones qui nomine Godefridi Babionis in libris mss. inscribuntur.

† Audistis fr. car. quomodo salvator de quinque panibus] in Ioh. 6, 5-13: Caillau II, Append. 5, ex cod. Aedil. X. Auctor est quidam medii aevi inferioris episcopus, fortassis ille **Godefridus Bathonien.,** cuius sunt plerique sermones in codice contenti.

Audistis hodie qualiter auctoritate gratiae] de iracundia fratrum: Mai 5, ex cod. Vatic. 5758. **Petri** quidem **Chrysologi,** minime vero Augustini sapit ingenium.

† Audistis iam fr. car. quod Salomon] Mai 195; *vide* Audistis fr. car. quod Salomon.

Audistis in lectione prophetica adventum domini] Liverani, Spicil. Liberian. p. 11-13. Ipso fatente editore Hipponiensem mentiri potius quam exprimere videtur. Revera est **Pseudo-Bedae** in Epistulas anni circuli homilia (cf. Ios. Schlecht, « Die Apostellehre in der Liturgie », Freiburg i. Br. 1901, p. 34 et 131) ex Hieronymi Comment. in Esaiam excerpta: Migne 24, 43-45.

† Audistis in mane fr. car. quomodo Christus] in quadragesima: Caillau II, Append. 27, ex cod. Aedil. X. Auctor falsarius est belga saec. XII (**Godefridus Bathonien.**) qui n. 5 de rebus « Hipponiae » suo tempore gestis fabulas enarrat, ususque recentiores in ecclesia receptos memorat, in his « vocem diaconi vel sacerdotis dicentis *Humiliate capita vestra deo* » (n. 7). Cf. exord. serm. Caillau II, Append. 4: « Sicut in mane audivimus ».

AUDISTIS MAGIS A DOMINO ESSE LAUDATOS] Biblioth. Casin. II, 136: p. 418.

AUDISTIS QUID DOMINUS DISCIPULIS SUIS] Guelferb. 11: p. 474.

Audita a vobis hodie, dilectissimi, Machabaeorum] in solemn. ss. Machab. I: Caillau I, 61, ex cod. Casin. 12. Ad dicendi genus Leonis Magni propius accedit, inter cuius opera vulgatus est t. I, serm. 82, edit. Cacciari, Romae 1753; at neque Augustini neque Leonis fetus est. Conclusio desiderari videtur.

Audite fr. car. quemadmodum nobis b. evangelista] in natali domini: Florileg. Casin. III, 36. Est sermo Append. Augustini 128 cum exordio ibidem in nota indicato.

Auditur hoc tempus per mulierem illam] de decem denariis: Mai 113 bis, ex antiquissimo cod. Vat. palat. 213. Quem etsi ut augustinianum « indubitanter admisit » editor, profecto inter spurios nemo non reiciet, qui aequus existimator sit. Dicendi genus insolitum ad « Cenam » Pseudo-Cypriani aliquantum accedit.

AUDIVIMUS CUM S. EVANG. LEGERETUR, ET MIRANTES] Morin 17: p. 659

AUDIVIMUS EVANGELIUM: LECTA EST RESURRECTIO] Denis 5: p. 23.

Audivimus fr. car., cum sanctum evangelium legeretur, terribilem simul] de verbis Matth. 25, 31 sqq: Caillau II, 10. Idem est ac sermo Append. August. 78, unaque ex notissimis **Caesarii Arelaten.** homiliis: Max. Bibl. Patrum (Lugdun. 1677), t. 8, p. 857; hic autem et apud Maurinos textus uti plenior, ita emendatior.

† Audivimus fr. car. dominum nostrum invitatum] in sexagesima: Caillau II, Append. 23, ex cod. Aedil. X. Contionator etsi non vult dormitare auditores (n. 1), eo tamen modo illos alloquitur, qui eo maxime conferre possit. Videtur idem esse saeculi XII Pseudo-Augustinus, cuius plerique sermones hoc codice contenti.

† Audivimus fr. car. quod cum dominus intinxisset] Caillau II, Append. 36, ex cod. Aedil. X. Est Pseudo-Aug. belgae **Godefridi Bathonien.** ep., qui plus solito stomachum hic movet stolidis ac ridiculis fabulis quibus indulget: cf. « Rev. Bénéd. » X (1893), p. 29. Inter famosos « Ad fratres in eremo » n. 28 sermo tamen receptus est: Migne 40, 1282-1287. Cf. etiam sermonem 37 Hildeberti (?).

† Audivimus fr. car. quod dum perambularet] de s. Andrea: Caillau II, Append. 72, ex cod. Aedil. X. In quo pseudo-Augustinus belga, **Godefridus Bathonien.** episc., notat non « Avicennam medicum » a Salvatore electum esse. Cf. « Rev. Bénéd. » X (1893), p. 31.

Audivimus modo evangelii capitulum] de Zachaeo: Caillau I, 46; denuo Floril. Casin. II, 55-56. Ineptiae sermocinatoris certo Africani, nam num. 3 observat « sycomorum genus esse pomorum non ita in Africa notum ».

Audivimus prophetam de nativitate] Mai 138. Est **Eusebii Gallicani** qui dicitur homilia 1: Maxima Biblioth. Patrum (Lugdun. 1677), t. 6, p. 619-620.

AUDIVIMUS SANCTUM EVANGELIUM, ET LOQUENTEM] Caillau II, 5: p. 248.

Audivit nobiscum caritas vestra evangelistam] in epiphania: Caillau II, Append. 21; denuo Mai, serm. 111. Videtur auctoris Afri esse et antiqui; at profecto nihil habet, quo Augustini ingenium agnoscas.

BEATI APOSTOLI CUM MIRABILIA FACERENT] Guelferb. 19: p. 502.

BEATI APOSTOLI PETRUS ET PAULUS DIVERSIS] Guelferb. 24: p. 521.

Beati Iohannis merita exordia nativitatis] Floril. Casin. III, 370-372. Est declamatoris, Afri fortasse et antiqui, fetus parvi faciendus.

BEATIFICAMUS MARTYRES SANCTOS] Guelferb. 31: p. 557.

BEATISSIMORUM PETRI ET PAULI APOSTOLORUM] Mai 19: p. 307.

Beatissimus Iesse filius] de pentecoste I: Caillau I, Append. 7, ex cod. Casin. 12. Est, sicut plerique alii sermones qui hoc codice continentur, opus declamatoris saec. V-VI, qui vetere Scripturae translatione utitur.

Beatorum germanorum Cosmae et Damiani] Ter saltem editus: Caillau II, 88; Florig. Casin. I, 173, ambo ex eodem codice Casin. 12; Mai serm. 65, ex Vatic. lat. 3836, sed ibi exordium tantum habetur. Cento est ex homilia 81 s. Maximi Taurinensis (Migne 57, 427 sq.) partim descriptus, et certe saeculo octavo in Romana ecclesia publice legebatur. Nihil in eo deprehendi, quod africanam redoleat latinitatem.

Beatos apostolos sermo divinus] in dedicatione ecclesiae: Liverani, Spicil. Liberian., p. 29-31; denuo Floril. Casin. II, 196, s. Maximi ep. nomine inscripta. Leoni papae alibi tribuitur, et Alani Farfensis Homiliario inserta est. Fausti Reiorum ep. ingenium satis refert, et revera extat in celebri Collectione quae **Eusebii Gallicani** dicitur, Max. Biblioth. Patrum (Lugdun. 1677) t. 6, p. 677-678.

Beatum martyrem, et inter suspendia fortem] in nat. Felicis et Adaucti: Caillau II, 81, ex cod. Casin. 12; denuo Mai serm. 69, ex cod. Vatic. lat. 3836. Videtur fragmentum esse contionis antiquae nec sane inconcinnae in honorem nescio cuius martyris Felicis, fortasse Afri, quod Romae festo martyrum coemeterii Commodillae via Ostiensi III kl. sept. aptatum fuerit. Notandum n. 1 adiectivum *incretae* pro *impurae*, quo etiam utitur afer auctor Apuleius, cuique Caillau

voces « hic vere » inepte substituit. Porro eiusdem auctoris esse crediderim sermonem *Felix dies inclyta*, qui hunc in ambobus libris mss. sequitur.

BEATUS APOSTOLUS CUM DE ORANDO] Wilmart, Addit.: p. 718.

BEATUS APOSTOLUS PAULUS: OMNES, INQUIT] Wilmart, Addit.: p. 718.

Beatus David spiritaliter nos hortatur ad paenitentiam] Mai 171, ex cod. Veron. LIX (57). Quamdam similitudinem habet cum serm. Mai 90, *Cum alias os nostrum*, et Denis 9, *Quod nos voce psalmi*. Auctor certo antiquus, nec prorsus ineruditus, verbis insolitis nonnunquam utitur, v. gr. *paeniteri* voce passiva, *diabolosus*, *desuadere*. Eiusdem forsitan fuerit sermo *Optabile erat*, qui apud Mai et in cod. Veron. sequitur.

Beatus evangelista proxime cum divitis] de Zachaeo: Caillau II, 13. Est **s. Petri Chrysologi** sermo 54: Migne 52, 348-352.

Bene scitis fr. quoniam unaquaeque anima] de psalmo 40: Mai 10, ex cod. Vatic. 5758. Nonnulla quidem Augustinum sapiunt: sermo tamen ex laciniis imperite colligatis videtur esse conflatus.

Bona semper est et inenarrabilis] in nat. Innocentium: Caillau II, 86 et Floril. Casin. I, 147: ambo ex eodem cod. Casin. 12. Auctor, homo Afer ex antiquis, insolitis vocabulis more suo delectatur: sublimem *caeli cameram... martyriale* exitium (n. 1) etc.

BONUM EST LOQUI DE CARITATE] Denis 19: p. 98.

Bonum est semper orare... Ecce Salomon orat] de Salomonis iudicio: Mai 188, qui « dubitare vix potest, quin hic sermo Augustini genuinus sit ». Nugas! Antiquus quidem est, quippe a Caesario in suas collectiones receptus, at nihil omnino habet saporis augustiniani. Auctor, qui natione Afer fuisse videtur, vocem *publicanae* usurpat sensu meretricio, itemque rara vocabula *latrix*, *murmurioso*.

BONUM EST UT COMMEMOREMINI] Guelferb. 13: p. 483.

Calendas ianuarias] *vide* Kalendas.

Cantate, inquid David, cantate] de epiphania VI: Caillau II, 41, ex cod. Casin. 12; Mai, sermo 148. Cantatus erat psalm. 97, lectum evangelium Ioh. 2, 1-11. Auctor, alius profecto atque Augustinus, de triplici sollemnitatis mysterio disserit.

CANTAVIMUS DOMINO: BEATUS HOMO QUEM TU] Morin 12: p. 635.

Cantabimus (-vimus) et summa dilectione cantabimus] in nat. martyrum: Caillau I, 64, ex cod. Casin. 12. Insunt n. 2 nonnulla, quae Augustini dicendi genus plane sapiunt; alia tamen passim ab eo omnino aliena sunt. Animadvertere iuvat n. 3 versionem, qua utitur contionator ad Rom. 8, 35-39, veterem sane et Sabatiero incognitam. Vocabulum *afflictamentum* n. 2 apud lexicographos incassum quaesivi.

Celebravimus ante hos dies, sicut meminit sanctitas vestra] de epiphania domini: Caillau I, 19. Auctor certo antiquus, saeculi v ut videtur, et licet ignotus, tamen minime ineruditus; dicendi genus ad eloquentiam Petri Chrysologi mihi videtur accedere.

CHRISTIANORUM EST COTIDIE IN DEUM] Denis 20: p. 111.

Christianorum fides fr. dil. hic aput deum] de resurrectione carnis: Mai 173, ex cod. Veronen. LIX (57). Auctoris est antiqui, eiusdem fortasse qui sermones Mai 171-172 composuit, qui in cod. Veronen. huic antecedunt.

CHRISTIANORUM FIDES, QUAE AB IMPIIS] Denis 24: p. 141.

Christus nascitur, exultat mens hominum] Caillau II, 30; Mai 177. Ex iis multis sermonibus est, in quibus recurrit locus notissimus: « Lacta, Maria, cibum nostrum » etc.: cf. serm. August. inter dubios 369, n. 1, et notam Maurinorum ibidem; item serm. Append. 128, n. 2, ac demum Praefationem missae kalendis ianuar. in Sacramentario Gelasiano I, 9.

Clementissimus pater omnipotens deus] de natale domini: Mai 76. Cento est, partim ex sermone Augustini 225, partim ex Pseudo-Hildefonso (Migne 96, 280; cf. Append. August. serm. 245) *Exhortatur nos dominus noster*, haud imperite conflatus.

Cogit nos austera atque terribilis] de Hymenaeo et Alexandro: Mai 131. Etsi sermo minime spernendus sit, nihil tamen in eo deprehendo, ex quo iure Augustino possit adscribi.

† Comparatio omnis per se absoluta est] de operariis in vineam conductis: Mai 113. Breve, ut videtur, excerptum ex quodam commentario in Matth.

Compello caelum, voco terram] de inimicis diligendis: Mai 6, ex cod.Vatic. 5758. Paucis in fine versibus exceptis, qui a compositore collectionis videntur esse additi, **Petri Chrysologi** satis refert ingenium.

Condecet fr. agonem huius certaminis enarrare] de castitate Ioseph patriarchae: Caillau I, 45, ex cod. Casin. 12; iterum in Florileg. Casin. I, 162-164, ubi incip. « Non decet fr. ». Pseudo-Chrysostomum de eodem argumento fere ad verbum imitatur auctor (Migne P. Gr. 56, 587-590), cui tamen nonnulla addit falsa et stulta, veluti Ioseph Pharaoni servum venditum esse, feminamque impudicam, quae illius castitati insidiata est, nequaquam uxorem Putipharis, immo reginam ipsam fuisse, cum Augustinus contrarium affirmet Quaest. 130 et 136 in Genesim, Scripturae sane consentanee. Num. 4 eodem modo legit Africanus noster vers. Prov. 15, 3, quo Cyprianus et in Regulae c. 7 s. Benedictus.

CONFITEMINI DOMINO.:. QUOD NOS VOCE PSALMI] Denis 9: p. 39.

† Confortamini pusillanimes] *vide* Ante Christi adventum fr. car.

Congregatio beatitudinis vestrae] de missa cotidiana: Mai, Spicil. Rom. VIII, 722-725; Migne 47, 1147-1148; Mai iterum NPB. I, sermo 107. Est auctoris antiqui, fortasse Afri, tempore quo Iudaei Paganique ritus suos publice exercebant. Adverte quod n. 2 dicitur de orandi spatio in ecclesiis: « Si in matutinis, vix una hora est; si in diebus festis, vix duae horae sunt ».

† Congruum et dignum est fr. car. ut his diebus] de pentecoste: Caillau II, Append. 59, ex cod. Aedil. X. Est **Godefridi Bathonien.,** qui initio, ut adsolet,

sermonem recoquit apud Hildebertum 52 (Migne 171, 592), cui fabulas de sancto sene Valerio more suo adiungit. Cf. « Rev. Bénéd. » X (1893), p. 31.

† Consuetudo fr. car. erat in veteri lege] de purificatione: Caillau II, Append. 61, ex cod. Aedil. X. Habetur in collectione **Godefridi Babionis,** qui hic quoque sermonem apud Hildebertum 56 (Migne 171, 611) imitatur.

Consulte et salubriter divina nobis] in nat. domini XXV: Caillau II, 33; Mai 117. Nullius pretii est, nisi propter veterem Bibliorum translationem, qua contionator utitur. Dicendi genus ad sermones Append. 245-246 accedit.

Contra pharisaeos loqui nos hodie] Mai 2, ex cod. Vatic. 5758. Apud Liverani, Spicil. Liberian., p. 196, **Petri Chrysologi** nomine inscriptus, cuius ingenium profecto magis refert quam Augustini.

Convenientes ad stationem matris ecclesiae] de cruce: Florileg. Casin. I, 165-7, ex cod. 12. In variis codicibus tribuitur Chrysostomo; re vera videtur ex graeco esse translatus.

Corona (cortina *ms.*) hodie refulsit saeculo] de epiphania IV: Caillau II, 39; denuo Floril. Casin. I, 148: ambo ex eodem cod. Casin. 12. Ipsi Caillau iure dubius est, nihil enim habet Augustinianum. Auctor idem esse videtur, qui et aliorum multorum ex iis quos continet codex Casin. 12.

Cortina hodie refulsit saeculo] Floril. Casin. I, 148: *vide* Corona hodie ref. saeculo.

Creator et conditor noster, dei virtus] de nat. domini; Mai 190. Antiquus forte, sed parvi momenti, ac certo nullus Augustini fetus.

Cum alias os nostrum divinis laudibus] in pascha: Mai 90. Miro modo iam post num. 1 inseritur doxologia, et a num. 2 quasi novus sermo exorditur, qui non est de psalmo 117, ut scribit Mai, sed de 135. Plane dignus qui legatur; constat tamen multitudine brevium sententiarum sibi succedentium, quae a consueto dicendi genere Augustini omnino alienae sunt.

† Cum autem venerit filius hominis] de iudicio extremo: Caillau II, 91. Videtur excerptum esse ex commentario in Matthaeum, aut ex alio opere aevi ferme carolingici. Adverte n. 1 versum *lux lucis et fons luminis* ex Ambrosiano notissimo (fer. 2 ad Laudes).

† Cum creator omnium, fr. car. formam] in epiphania: Caillau II, Append. 19, ex cod. Aedil. X. Hildeberti nomine inscriptus legitur ap. Migne 171, 413-416; hic vero prolixior est, et ridiculis fabulis accrevit. Herodes incantatrices mulieres consuluisse, seque suspendi praecepisse dicitur. Falsarium esse reor Bathonien-sem episcopum belgam, **Godefridum:** cf. « Rev. Bénéd. » X (1893), p. 28.

Cum de bonis operibus frequentius] in istud, Ne tardes converti ad dominum: Caillau I, 3, *vide* Dum de bonis operibus.

Cum deus opifex rerum] de Adam et Eva: Mai 1, ex cod. Vatic. 5758. Declamatio vocabulis insolitis scatens: *subinvolat*, *unduosa*, *funestale*, *disclusit*, etc. Vide-

tur mihi cento esse ex sermone Mai 72, *Litterarum certamina*, et Pseudo-Ambros. 45 (Migne 17, 691-693) consarcinatus.

Cum et patriarchas pariter et prophetas] in nat. s. Iohannis: Caillau II, 69; Mai serm. 46. Auctoris est antiqui nec prorsus ineruditi, episcopi profecto, qui suo modo explicat, cur Iohannis solius, non autem aliorum sanctorum, qui sub antiqua lege vixerunt, dies festus in ecclesia agatur.

Cum ex divinis thesauris] in epiphania: Caillau II, Append. 18, ex cod. Casin. 12; denuo Floril. Casin. I, 146. Est auctoris Afri et antiqui ridicula plerumque declamatio.

Cum frequenter natalibus martyrum] de s. Genesio: Mai 67, ex cod. Vatic. 3836. De hoc martyre Romae culto contionis scriptorem nihil omnino nosse perspicuum est. Evangelium Mt. 10, 28 et Ioh. 12, 25 lectum esse commemorat. Sermo incolor, in quo nihil Augustini reperias.

Cum ieiunii dies advenerint, dil.] in quadragesima III: Caillau II, 48, ex cod. Casin. 12; denuo Floril. Casin. I, 160. Auctoris antiqui est, qui ad Esai. 58, 6 alia versione utitur, atque in sermone Caillau II, 47 *Adsunt dies fr.* habetur.

† Cum ingressus fuisset in templo] in Matth. 21, 10 sqq.: Caillau II, Append. 3. Auctoris est minime quidem spernendi, verum Augustino multo recentioris, qui sui temporis simoniacos impugnat, et vulgata Bibliorum versione utitur.

Cum inter hominem et deum diabolus] de passione domini: Mai 82. Brevis et parvi pretii oratio, cuius auctor, certe antiquus et Afer, insolitis vocabulis ac tumida eloquentia delectatur.

Cum loco hoc, dilectissimi, beati Stephani et Iohannis reliquias] Mai serm. 47. Habitus est in anniversario translationis reliquiarum duorum horum sanctorum; quae quidem « translatio quasi alterum natalem dedit », at natalis proprie « sequenti tempore » celebrabatur. Pagani adhuc in ea civitate degebant. Cantatus erat in conventu ecclesiae psalmus 149, lectum evang. Matth. 10, 5. Compellatione *dilecti*, *dilectissimi*, auditores orator alloquitur. Dicendi genus, et si non Augustini, minime tamen spernendum est. Notat Mai novum exemplum vocabuli *lascivitas* ab afro quoque Caelio Aureliano et a Firmico Materno usurpati. Notum est antiquissimum monasterium ss. Iohannis et Stephani in Classe prope Ravennam, cui tempore Gregorii Magni et Mariniani episcopi Claudius abbas praecerat (Kehr, « Ital. pontific. » V, 108); sed constat alibi quoque, Lugduni v. gr. et Vesuntione, ecclesias amborum sanctorum memoriae dedicatas fuisse.

Cum magno gaudio laetanter ac reverenter fr. car.] in natali Innocentium: Floril. Casin. III, 38-40. Nullius momenti.

† Cum virgineus partus et nascentis Christi] in natali domini VI: Caillau I, 12.

David propheta sanctissimus... Dedicatur novus ab infantibus sermo] in festo Innocentium: Caillau II, Append. 79; Mai, serm. 124. Legitur in Homiliario Pauli diaconi I, 35, « Sermo b. Iohannis episcopi » inscriptus; inter Opp. Ioh.

Chrysost. edit. Venet. 1549, t. 2, fol. 244. Sermo, etsi incertae originis, profecto antiquus est.

De beato patriarcha Ioseph aliquanta] Mai 136. A **Caesario Arelaten.** ex ignoto fonte adcommodatus, et uni ex suis homiliariis insertus.

DE BONO MISERICORDIAE SANCTITATEM VESTRAM] Morin 5: p. 606.

DE IOHANNE BAPTISTA, NON EVANGELISTA] Guelferb. 22: p. 510.

DE LECTIONE EVANGELII HODIE] Guelferb. 14: p. 485.

† De numero igitur, dilectissimi, deo adiuvante] Caillau II, Tract. 1, p. 237 sq. Est fragmentum libri cuiusdam de Computo, aetatis recentioris.

DE PRAESENTI CAPITULO FR. DIL.] de martyrio s. Iohannis Bapt.: Caillau II, 6: p. 252.

De resurrectione domini n. I. Christi quantum valemus] Liverani, Spicil. Liberian. p. 24-25; prius iam apud Ang. Mai, serm. 36. A Liverani Fulgentio vel Caesario sine causa tribuitur: auctor idem videtur esse atque eius qui praecedit sermonis *Quis noctis praeteritae*. In utroque ipsa dominica Paschae lectum esse dicitur evang. Matth. 28, 1 sqq., in utroque de vigiliae paschalis *labore* causatur orator; in utroque demum Maria, cui apparuit dominus, a Maria matre Christi sedulo distinguitur.

De s. Helia nobis lectio recitata est] Mai 137. Ex ignoto fonte a **Caesario Arelaten.** in suos usus adcommodatus, atque uni ex suis collectionibus insertus.

DE VERBIS ISTIUS PSALMI, QUEM MODO] Denis 23: p. 136.

Debitum de quo supra curo solvere sermonem] de ligno dignoscentiae boni et mali II: Caillau I, 2. Pars est posterior sermonis 1 Append. August., hic in fine ut prolixior, ita prorsus deterior. Lege sis quae dixi de priori parte, quae ita incipit: « In veteri testamento i. e. in Genesi legimus... »

Deceptor itaque Herodes] de ss. Innocentibus: Mai 139. Nihil ibi Augustini reperies, nonnulla vero, v. gr. n. 1, quae Pseudo-Eusebium Gallicanum sapiunt; sententia quoque Sallustii tacito nomine n. 2 laudatur. Artem etiam Caesarii Arelatensis passim mihi deprehendere videor. Magi « de extrema Aethiopiae parte » venisse perhibentur. Mane sermo habitus est, quando « non imminens hora prandii auditores celerius de ecclesia exire compellebat » (n. 2).

DECET NOS QUANTAS POSSUMUS] Sermonis Mai 92 « Alleluia canticum » plenius exordium, Wilmart, Addit.: p. 719.

† Decet virgines christianas] ad virgines monasterii sui: Caillau II, Append. 88, ex cod. Aedil. X; Mai, sermo 198. Cento est ex Enarr. in ps. 99, n. 13 aliisque Augustini operibus confectus.

Dedicatur novus ab infantibus] *vide* David propheta sanctissimus.

Deo et domino nostro omnipotenti, visibilium] de cereo paschali: Denis 1. Dicendi genus ab Augustiniano multum abest; contionem tamen hominis Afri esse putaverim, in cuius symbolo fuisse videtur *omnipotentem, visibilium atque*

invisibilium creatorem (n. 1: cf. Hahn, « Bibliothek der Symbole[3] », p. 58, not. 108). Exempla quoque ex s. Scripturis suum momentum habent, praecipue antiqua versio Proverb. 6, 8[b] in qua a Denisio perbelle erratum est. Legitur quoque hic sermo in cod. Augien. CXXXV, saec. x in., fol. 62[v]-64[r]: Alf. Holder, « Die Reichenauer Handschriften » I, 330.

Describimus ante dies] de epiphania: Floril. Casin. I, 149; *vide* Descripsimus a. dies.

Descripsimus ante dies dominum] de epiphania: Caillau II, 43, ex cod. Casin. 12; denuo Floril. Casin. I, 149. Quamdam similitudinem habet cum sermonibus s. Maximi Taurinensis et serm. Pseudo-Ambros. 11 (Migne 17, 624-626). Adverte n. 2 verbum *defundens... defundit*.

Desiderium caritatis vestrae a me exigit] de quattuor virtutibus caritatis: Fontani 2; Migne 47, 1127-1134. Est in Append. tom. 5 August. sermo 106: Migne 39, 1952-1957; vide sis ibi in nota Maurinorum de eo iudicium. Atqui sicut in exordio sermonis 106 Appendicis iuvenis orator sermonem Eraclio presbytero attributum (Migne 39, 1717-1720), ita circa finem sermonem August. 306, n. 10, c. 11 ad verbum imitatur.

Deus ab angelis proditur, et agnus] Mai 176. Augmentum est ad serm. 121, n. 4, Append. Augustini, ex homiliario Veron. ms. LXXVII (74), saec. XIV.

† Deus meus, Spiritus sancte] Oratio ad Spir. sanct.: Caillau II, 98. Minime de Augustino hic cogitandum; immo omnia piis Iohannis Fiscamnensis atque Anselmi orationibus simillima. Cf. Pseudo-Aug. Meditationes, c. 9 (Migne 40, 908), et notam ibi Maurinorum.

† Deus rex noster ante saecula... Homo igitur extendebatur] de pascha III: Caillau I, 23. Fragmentum esse videtur, idque parvi pretii, et mendis scatens. Mai, NPB. I, 74 nonnulla exempla faciendarum emendationum exhibet ex cod. Ottobon. 977.

Dicit nobis sanctus apostolus Paulus: Pascha nostrum] de pascha VIII: Caillau I, 28. Auctoris est Afri ex antiquis, qui Tertullianum Scorpiac. 7 imitatus Deo et christianae religioni inlatum crimen crudelitatis abnuit. Adverte in fine § 2 adiectivum *momentaria*, quo Apuleius quoque Madaurensis libenter utitur.

DIE CRASTINA SS. MARTYRUM] Post serm. Maur. 256; Wilmart, Addit.: p. 719.

Diei huius adventum si pleno possimus ore] in natali domini IV: Caillau I, 10. Multa hic leguntur, quae in Append. August. serm. 121 pariter occurrunt; inter quae etiam n. 1 eius loci verba exscripta sunt, quem Cassianus in libro Contra Nestorium VII, 25 profert ex ignoto Ambrosii sermone « in natale domini ».

Diem pentecosten sabbati sabbatorum] Mai 99. Post num. 1, in quo alluditur ad versum hymni ambrosiani *lux lucis et fons luminis*, quasi alius sermo incipit, haud magis Augustino dignus: in cuius conclusione, etsi aliter Maius locum interpretatur, *piissimorum principum* tamquam coram se *astantium* evidenter meminit orator.

DIEM SOLLEMNEM BEATORUM MARTYRUM] Morin 14: p. 645.

Dies ecce quem expectabamus illuxit nobis] de pascha XIII, ad neophytos: Caillau I, 33. Num. 2 alloquitur contionator « novos homines... qui *et veste* et mente prae ceteris nunc in ecclesia candidi » apparebant.

DIES PASCHAE NOS CELEBRARE OMNIBUS NOTUM EST] Denis 7: p. 32.

Dies quem memorat Christus est] de pascha VII: Caillau I, 27. Auctor, quisquis ille est, Tertullianum fere in omnibus imitatur, v. gr. quod verbo *novatione* utitur (n. 1), quod carnem *vaginam spiritus dei* appellat (cf. Tertull. De resurr. carn. c. 9), quod n. 3 eadem verba scripturae recitat, quae contra carnem seu pro carne allegari possunt (Tertull. ibid. c. 10). Alia tamen Bibliorum translatione passim utitur, ut Gen. 2, 7 ubi legit « *sibilavit* in faciem eius spiritum vitae », cuius lectionis nullum aliud exemplum inveni.

Dil. fr. pratum nobis liliorum] de Susanna et senioribus: Mai 57, ex cod. Vatic. 3836. Ipsum iure pudet editorem, quod misellam declamationem magni Augustini nomine inscribat.

Discere et intelligere debemus fr. car.] de verbis Matth. 24, 19 sqq.: Caillau II, 9. Est sermo Append. August. 75 (**Caesarii Arelaten.**) « Scire et intelligere debemus ».

† Diu fr. car. toleravit nos dominus] de passione domini: Caillau II, Append. 41, ex cod. Aedil. X. Est Pseudo-Augustini belgae, **Godefridi Bathonien.** ep. Cf. « Rev. Bénéd. » X (1893), p. 30.

Divinarum lectionum serie considerantes] de cena domini: Floril. Casin. I, 164-165, ex cod. Casin. 12 Nihil habet quod sapiat Augustinum; antiqui tamen auctoris esse videtur.

† Dixit Iesus discipulis suis: Ecce ego mitto vos] in Matth. 10, 16: Mai 59, ex cod. Vatic. 3836. Videtur ex posterioris aetatis commentario esse excerptum.

† Docet nos salvator noster in sancto evangelio] in illud, Intrate per angustam portam: Caillau I, 4; Mai 62. Nihil est.

Doctor gentium in fide et veritate Paulus apostolus] de passione domini: Caillau II, Append. 38. Incipit quidem ut homilia 5 Origenis-Rufini in Exodum (P. Gr. 12, 325), et scriptura sacra iuxta antiquam translationem passim laudatur. Sermonem tamen aevi aliquanto recentioris esse putaverim, ob versum ex notissimo hymno Fortunati, qui n. 2 medio insertus est: *mucrone diro lanceae*.

Domini et salvatoris nostri benignitas] de chananaea: Caillau II, 7; denuo Mai 4, p. 8-10. Et si non Augustini, antiqui tamen sed ingenio certe imparis auctoris est, fortasse **Petri Chrysologi.**

Domini nostri Iesu Christi salvatoris honorabilem] in vigiliis paschae I: Caillau II, 53; denuo ap. Mai, serm. 154. Alium, qui eodem fere modo incipit, aliter vero prosequitur, habes ap. Migne 47, 1151-1152 (Augustini); 110, 135 (HRabani); 118, 444 (Haymonis); extat quoque in Pseudo-Bedae collectione in Epistulas anni circuli: cf. Ios. Schlecht, « Die Apostellehre in der Liturgie »

(Freiburg i. Br. 1901), p. 27 et 133. Sermonem porro a Caillau et Mai vulgatum anteriorem esse, atque ex eo homiliam Pseudo-Bedae partim excerptam existimo.

Domini passio, discipulorum defectio] de 3ª feria paschae: Guelferb. Append. 5. Dicendi genus haud omnino dignum Augustino videtur esse; biblica quaedam exempla aliter adferuntur, atque is solebat.

Domini resurrectio induxit mundo] in die paschae: Caillau II, 56; Mai, serm. 38. Brevis ac nullius pretii brevium sententiarum contextus.

DOMINICAE HUMILITATIS SOLENNIA CELEBRAMUS] Wilmart, Addit.: p. 716.

Dominicum semen per manus linguae nostrae] de dominica oratione: Guelferb. Append. 3. Auctoris est Afri profecto et antiqui, non tamen Augustini.

DOMINO DEO NOSTRO, CUIUS CULTORES] Frangip. 1: p. 169.

Domino deo nostro inpendenda sunt] de accedentibus ad gratiam I: Mai 119, ex cod. Vatic. 450. Legitur quoque in cod. Ambros. D 16 sup. Prolixum ac pulcherrimum sermonem iam dudum **Quodvultdeo** ep. restitui. Vide sis « Rev. Bénéd. » XXXI (1914), p. 158-159; Franses, « Die Werke des hl. Quodvultdeus », p. 23-26.

Dominus deus noster et salvator I. C. et quando ad nos] *vide* Ascensionem domini celebramus.

Dominus et deus noster, misericors] de decem chordis: Floril. Casin. I, 117-127. Est sermo Augustini apud Maurinos 9, ex cod. Casin. 11 sententiis nonnullis voculisve passim auctior.

† Dominus et redemptor noster fr. car. querimoniam] de s. Ioh. evang: Caillau II, Append. 76, ex cod. Aedil. X. Est **Godefridi Bathonien.** ep., qui more suo sermonem apud Hildebertum 81 (Migne 171, 728) initio imitatur.

† Dominus et salvator noster, dilector humani generis] de pascha et Iona, in diebus paschalibus I: Caillau I, 36. Hominis est ineruditi et ridicule perorantis, qui inter cetera triduum sepulturae dominicae de Christo in corde terrenorum hominum iam inde « a die illa qua est traditus » occiso et sepulto (n. 5) singulari modo interpretatur.

DOMINUS ET SALVATOR N. I. CH. IN QUO SPES] Guelferb. 28: p. 535.

DOMINUS I. CH. QUI NOS EXAUDIT CUM PATRE] Morin 3: p. 596.

Dominus n. I. Ch. fr. car. post redemptionem] de ascensione: Mai 157. Cento est sententiis ex sermonibus Append. August. et Eusebii gallicani consarcinatus.

DOMINUS N. I. CH. IN PLENITUDINE TEMPORIS] Guelferb. 4: p. 455.

DOMINUS N. I. CH. PASSIONI PROXIMUS] Guelferb. 6: p. 460.

DOMINUS NOSTER IESUS CHRISTUS POSTQUAM A MORTUIS] Biblioth. Casin. II, 76: p. 413.

Dominus noster I. Ch. qui erat apud Patrem] Liverani, Spicil. Liberian., p.13-15. Est sermo genuinus ap. Maur. 190, additamento ex Enarr. in ps. 118, serm. 20, n. 1 (Migne 37, 1557) foede interpolatus.

† Dominus n. I. Christus virtute Patris] dominica infra octavam (forte ascensionis), de beatitudinibus: Caillau I, 42. Videtur lectum esse uno tractu totum sermonem in monte Mt. 5-7: vide n. 3. Ibid. ex verbis Mt. 16, 16 *Tu es Petrus* etc. arguit orator, ecclesiam « supra Christi nomen fundatam » esse.

DOMINUS NOSTER VENIT IN HUNC MUNDUM] Mai 130: p. 377.

Dubium non est fr. dil. carnalem domini] in nat. domini XVI: Caillau II, 24, ex cod. Casin. 12; denuo in Floril. Casin. I, 142. Brevis et parvi pretii oratio, cuius auctor translatione, quae a Vulgata differt, utitur.

Dum de bonis operibus frequentius] sermo ad aedificationem animae: Mai 61 (= Caillau I, 3 « Cum de bonis operibus »). Est **s. Caesarii Arelaten.,** cuius nomine inscriptus in libris mss. invenitur: cf. « Rev. Bénéd. » XXVII (1910), p. 467. Verum exordium tantum et conclusio proprie Caesarii sunt; reliqua fere ab eo, uti solet, ex Augustino excerpta.

Duorum apostolorum sanctorum Petri et Pauli] Caillau II, Append. 67. Est **Pseudo-Leonis** sermo 16: Migne 54, 511-512. Initio refert orator « ab euntibus ad b. Petrum apostolum praeteriri memoriam Hadriani imperatoris, mirae magnitudinis et pulchritudinis templum constructum ».

Duplex gemma in sancto Cypriano] in nat. Cypriani: Caillau II, 83, ex cod. Casin. 12; denuo Mai serm. 64 ex Vatic. lat. 3836. Cum genuinis Augustini sermonibus de eodem festo in codicibus descriptus est, et auctor nonnulla ex Passione s. Martyris excerpsit; ast omnino alius est atque Augustinus, uti ex dicendi genere facile agnoscitur.

EA QUAE DE SANCTO EVANGELIO RECITATA SUNT] Denis 25: p. 155.

ECCE DOMINUS ITERUM POST RESURRECTIONEM] Guelferb. 16: p. 492.

† Ecce dominus noster hodie natus est] in natali domini X: Caillau I, 16. Non est nisi prolixius quoddam, quippe interpolatum exordium sermonis ap. Maurinos 186.

† Ecce dominus noster hodie natus est] in natali domini XIII: Caillau II, 21, ex cod. Casin. 12. Sine causa contendit editor hanc esse priorem partem sermonis 186, apud Maurinos, uti hariolatur, detruncati. Fetus est anonymi cuiusdam profecto recentioris. Et, quod fere incredibile est, eum Caillau I, 16 ex eodem codice paullo ante vulgaverat.

Ecce ex qua tribu nasciturus] homilia in dom. 2. Adventus: Fontani 3; Migne 47, 1133-1136. Est in Appendice s. Maximi Taurin. sermo 2: Migne 57, 845-8. Ad originem definiendam utile erit animadvertere, psalmi 131 versum 11 initio laudari uti in Psalt. Mozarab. legitur: *Iuravit d. David in veritate.*

Ecce nunc tempus...] *vide* Adsunt dies, fr.

Ecce nunc tempus... Moveant te lacrymae] de reconciliandis peccatoribus II: Caillau II, 96; et ex eodem codice Floril. Casin. IV, 175-177. Cf. adnot. ad serm. *Irreparabilis esset*. Episcopus heic compellatione « sancte papa » initio designatur.

Ecce rex tuus, filia Sion] *vide* Mandat ergo dominus.

... ECCLESIA DEI, ECCLESIA SANCTA] Mai 25: p. 317.

† Ego pulvis et cinis, qui et loquor vobis] in festo assumptionis: Caillau II, Append. 71; Mai, serm. 194. Impudentis est falsarii **Godefridi Bathonien.:** cf. « Rev. Bénéd. » X (1893), p. 32. Prima verba ex sermone apud Hildebertum 59 mutuata esse videntur: Migne 171, 627.

Egredimini, filiae Sion...] *vide* Verba ista dil. Salomonis.

En iterum deus beneficiorum caelestium] de baptismo domini: Mai 179. Cento est ex fonte incognito, cui n. 2 fragmentum insertum est ex genuino sermone Augustini 192, n. 2.

Eo tempore fr. car. quo b. Ionas Ninivitis] Mai 96. Fere nihil aliud est nisi prolixioris Maiani 97 compendium, qui incipit *Ninivitis Ionas a deo missus*, n. 9-11.

Epiphaniam i. e. apparitionem domini salvatoris] Mai 140. Brevis cento, cui inter cetera nonnullae sententiae ex serm. s. Leonis papae de Epiphania insertae sunt.

Epiphaniorum dies iste] de epiphania domini I: Caillau II, 36, ex cod. Casin. 12; denuo Floril. Casin. I, 151. Garruli declamatoris fetus, qui vetere Bibliorum versione utitur.

Episcopatus fr. car. bonum opus est] de ordinatione episcopi: Mai 104. Inter indubitatissimos fetus **Caesarii Arelaten.** iam olim a me adnumeratus.

ERIGUNT NOS DIVINAE LECTIONES] Wilmart 11: p. 695.

Est fidei nostrae, vel huius sanctae et venerabilis paschae] de pascha XII: Caillau I, 32. Auctor profecto antiquus, ut loca e sacris Bibliis adducta ostendunt; qui rara interdum vocabula usurpat, veluti sunt « *carnata* maiestas » (n. 1; ita etiam Zeno Veronen.), *Iovis* nominativo casu (n. 2), « arbor *replantata* » (n. 4) etc. In cod. Casin. 12 « in redditione symboli » eum inscribi affirmat Caillau: et revera duo initio articuli recitantur, quales in symbolo exstant quo Augustinus, Quodvultdeus et Fulgentius utebantur: *deo patre omnipotente, creatore universorum, immortali et invisibili deo*, et *natum de spiritu sancto ex virgine Maria* (ita semel et iterum num. 1; at num. 2 in fine *natum de spiritu sancto et virgine Maria*): cf. Hahn, « Bibliothek der Symbole »[3], § 47. 48. 49.

ET MENTEM INLUMINANT, ET SPEM ADICIUNT] Morin 7: p. 611.

Et quando de cruce nostra processit oratio] de ascensione: Caillau II, Append. 56; Floril. Casin. II, 98. Est genuina **Ioh. Chrysostomi** homilia iuxta veterem translationem latinam, quae legitur in edit. Basil. an. 1525, t. 5, fol. 137[v] sqq.; graece extat ap. Migne P. Gr. 50, 441-453 Cf. Andr. Wilmart, Les 38 homélies

latines de s. Jean Chrysostome, in ephemer. «Journal of theol. Studies» XIX (1918), p. 315 sq.

Et si abundat iniquitas] *vide* Sperate in domino.

† Etsi ad demonstrandam dei ascensionem] de ascensione II: Caillau I, 41, ex cod. Casin. 12. Monet contionator «consimilem admodum honori dominicae nativitatis esse honorem dominicae ascensionis»: cf. Caillau I, 40 n. 1. Lectum erat Actuum apostol. c. 1, 1-11.

Evangelica lectio fr. car. cum legeretur audivimus: Paenitentiam inquit agite] de paenitentia: Caillau I, 65, ex cod. Casin. 12; est etiam apud Liverani sermo Augustini 7 in Spicil. Liberian., p. 25-26. Insertus est a **Caesario Arelaten.** collectioni suae homiliarum quam germanicam appellavi, postea quoque ab Alano Farfense suo homiliario (I, 19). Manus Caesarii duobus locis evidenter agnoscitur; a quo autem fonte is hauserit, ignotum.

Evangelica praecepta, fr. dil., nihil aliud] liber de oratione: Fontani 1; Migne 47, 1113-1128. Est **s. Cypriani** liber de oratione dominica: Migne 4, 519-544.

EVANGELICA TUBA EXHORTANS MARTYRES] Morin 15: p. 646.

Evangelicae series passionis, qua per ordinem] de VI feria passionis: Mai 28, ex cod. Vatic. 3835. Et si saeculo v vix inferior, sermo tamen Augustini non est. Insolitis vocabulis scatet: v. gr. *costa* (uxor), crucis ad *capum* (= feretrum?), dies *discluditur*, *incubatricem* noctem, fragore *sonigero*, etc.; quae omnia Afri auctoris videntur esse indicium.

Evangelium cum legeretur audivit nobiscum caritas vestra] de diligendis inimicis: H. Bordier, p. 134-139. Cento est ex Enarr. in psal. 36, serm. 2, n. 2 sqq. conflatus, fortasse a Caesario Arelatense. Integer extat in cod. Maihingen II. 1 lat. in-fol. 200: cf. «Rev. Bénéd.» X (1893), p. 170.

EVANGELIUM ET VERBUM DEI VIVUM] Denis 17: p. 81.

EXHORTATIONIBUS DIVINARUM LECTIONUM] Mai 14: p. 292.

Exulta caelum, et in laetitia esto terra] de pascha: Migne 47, 1153-1155. Est Pseudo-Hieronymi epistola seu sermo XXIV, n. 1-6: Migne 30, 215 (al. 222). Pars prior legitur inter homilias Caesario Arelatensi (Migne 67, 1041-1043) et Eusebio Gallicano (Max. Bibl. Patrum t. 6, 632-633) adscriptas.

Fecundum salutaris propositi munus] de V feria passionis: Mai 27, ex cod. Vatic. 3835. Brevis sermo, et parvi momenti, qui nihil cum Augustino commune habet.

FELICES SUMUS, SI QUOD AUDIMUS] Mai 16: p. 300.

Felix dies, inclita et honorabilis] in nat. Felicis et Adaucti: Caillau II, 82, ex cod. Casin. 12; denuo Mai serm. 70 ex Vatic. lat. 3836. Auctoris eiusdem, qui africano psalterio utitur, esse crediderim sermonem *Beatum martyrem et inter*

suspendia, qui huic in codicibus antecedit; at vero de alio martyre Felice afro in utroque agitur.

Felix est dies hodierna fr. car.] in die pentecostes I: Caillau I, 43. Insulsi declamatoris fetus, qui inter alia miratur, ignem, qui super apostolos descendit, eorum tamen capillos non incendisse.

† Festivitatem beatorum apostolorum Petri et Pauli] Caillau II, Append. 66 ex cod. Aedil. X. Hominis est saeculi XII, qui in sui temporis « praelatos » vehementer invehitur.

Festivitatis nostrae ut probabiliter] in epiphania domini V: Caillau II, 40, ex cod. Casin. 12; Mai serm. 60 ex Vatic. 3828. Versione Bibliorum antiqua auctor utitur, sed profecto non est is Augustinus.

† Festum hodiernae festivitatis fr. car.] de ascensione: Caillau II, Append. 55, ex cod. Aedil. X. Scriptum saec. XII; minimi momenti.

FIDES CENTURIONIS HUIUS ADNUNTIAT FIDEM] Morin 6: p. 608.

Fides unius substantiae trinitatis] Expositio fidei: Caillau II, 90. Est **Pseudo-Vigilii** De trinitate lib. VIII: Migne 62, 285-288.

Filioli mei, audite nos et liberate vos] Floril. Casin. III, 116-117. Recensio est interpolata sermonis Appendicis August. 204, quem Maurini Augustino indignum merito iudicarunt.

Fortis et humilis, maximus et minimus] in nat. Petri et Pauli: Caillau II, 72. Auctor profecto antiquus n. 2 profitetur Christum « posuisse *ad vicem suam* in saeculo caelestis *regni clavicularium* Petrum »; quae verborum coniunctio in antiphona quadam Romani officii die 29 iun. pariter occurrit: « Hodie *clavicularius regni*... »

Fr. car., ait spiritus sanctus per Salomonem] in nat. Innocentium: Caillau II, 87; iterum ac tertio in Floril. Casin. II, p. 78 ex cod. 100, et p. 171 ex cod. 106. Brevis ac nullius fere momenti contio. Cantatus fuerat sicut in liturgia Romana Ps. 78, lecta Epist. Rom. 8, 35 et Evang. Mt. 2, 18.

† Fr. car., antiquitus duo erant abscondita] *vide* Fr. car. duo erant abscondita antiquitus. Mai 178 = Caillau II, Append. 64. Porro Mai priorem tantum partem edidit, « ut lectores diiudicare queant ».

Fr. car., auditus lectionis sensum] de Pharaone et resurrectione domini: Mai 40, ex cod. Vatic. 3835. Antiqua et brevis turgido sermone composita declamatio, in qua fere nihil, quod ad rem pertineat, reperias.

Fr. car., aut erroris est aut delicti] in octava apostolorum: Caillau II, 73; iterum apud Mai, serm. 52, qui hunc sermonem sine causa unum esse ex iis hariolatur, quorum meminit in suo Indiculo Possidius. Auctor ignotus, at certo antiquus, Petrum apostolum *ecclesiae fundamentum* haud cunctanter appellat

(n. 1). In sequioris aevi codicibus, quos Caillau secutus est, fragmentum in fine (n. 3) adsutum est, ex sermone 86 s. Maximi Taurinen. seu Pseudo-Ambrosii 61 partim saltem expilatum.

Fr. car., caritatem vestram admoneo] ad aedificationem animae: Mai 63, ex cod. Vatic. 3836. Fragmentum est sermoni 306 Append. August. (Caesarii) in nonnullis codicibus interpolatum. In cod. Vatic. Palat. lat. 213 inscribitur « Epistula sancti Agustini ».

† Fr. car., duo erant abscondita antiquitus] de s. Ioh. baptista: Caillau II, Append. 64; cf. Mai, serm. 178. Est falsarii cuiusdam saec. XII, qui in fine fabulatur Herodiadem « nudam coram omnibus pergentem, a pueris baculis et lapidibus occisam », puellam vero « a diabolo nocte suffocatam » esse. Aliae huiusmodi nugae habentur in fine sermonis Caillau II, 80: *Ita placuit redemptori.*

Fr. car., ex virginis terrae limo] de cruce: Floril. Casin. I, 167-168, ex cod. 12. Ex homilia latina **Chrysostomi** *Hodie incipiamus* (Mai, serm. 80) partim expilatus, ut Caillau II, 60[i] altera pars; Caillau II, Append. 44, etc.

† Fr. car., eximius propheta David] in nat. domini: Caillau II, Append. 14, ex cod. Aedil. X. Est Pseudo-Augustini belgae saec. XII **Godefridi Bathonien.** (cf. « Rev. Bénéd. » X [1893], p. 28), qui inter alias nugas, ne dicam haereses, matrem Elisabeth Dariam vocatam fuisse fabulatur.

Fr. car., felix esset hominum genus] de lapsu: Caillau II, 1, ex cod. Casin. 12 « ubi continentur solummodo s. Augustini fetus », inquit editor, cum alibi plurima in eo inveniri s. episcopo indigna ac plane ridicula confessus sit. Idem hic genus dicendi ac in plerisque, tumidum et insolitum; versio Scripturae antiqua. Huncce sermonem denuo edidit A. Mai, NPB. I, serm. 71, p. 138-140, ex cod. Vatic. lat. 3836. Adverte verbum *splendicat* ab Apuleio quoque usurpatum, locumque ex Tullio De re publica tacito nomine laudatum.

† Fr car., festum ad vincula s. Petri apostoli... temporibus nostris inceptum est ab ecclesia celebrari] Caillau II, Append. 68, ex cod. Aedil. X. Uti ex primis verbis subito agnoscitur, hominis est qui recentiore aevo, saeculo circ. XII, vixit, sicut plerique alii sermones, qui hoc codice continentur. Cf. « Rev. Bénéd. » X (1893), p. 31.

Fr. car., gubernator in tempestate] de ss. Petro et Paulo: Caillau II, Append. 65; Mai, serm. 55. Cento esse videtur, antiquus tamen, qui nonnulla communia habet cum sermone Append. August. 202 (= Maximi Taurinen. homil. 72).

Fr. car., hospes in terra esse voluit dominus] de hospitalitate, in pascha: Mai 39, ex cod. Vatic. 3835. Nihil aliud est ac sermo apud Maurinos 239, at hic priore parte truncatus. Cf. quoque Pseudo-Fulgentii serm. 37 (Migne 65, 898-900).

† Fr. car., ignoratis quod humanum] de adventu: Caillau II, Append. 12, ex cod. Aedil. X. Nugae sunt blateronis saec. XII, qui vinum et oleum « super *Samaritanum* vulneratum iacentem » infusa esse delirat (n. 2).

Fr. car., in primordio ex virginis terrae limo] de cruce et latrone: Mai 33, ex cod. Vatic. 3835. Nequaquam Augustinum, immo Chrysostomum prorsus sapit sermo iste, ex quo plurima certo expilata n. 3 facile reperies.

Fr. car., natalem hodie magni hominis]: *vide* Natalem hodie magni hominis.

† Fr. car., nativitas salvatoris redemptio est peccatoris] in natali domini V: Caillau I, 11.

† Fr. car., o si vitae istius naufragio] de morte: Caillau II, Append. 85, ex cod. Aedil. X. Saec. XII compositus.

† Fr. car., perfectum ieiunium] in quadragesima: Caillau II, Append. 31, ex cod. Aedil. X. Qualis Augustinus hic verba faciat, vel ex num. 5 nullo negotio agnosces, ubi legitur: « Accingite, inquit Aurelius Augustinus, organum trinitatis et sanctitatis norma, accingite lumbos vestros »; et « praefatus Augustinus ille gloriosus Aurelius fratribus zonas pelliceas more Eliae portare iussit, *ut ait Sigibertus compatriota meus*, vir fidelissimus ». Quid videtur? Nonne luce clarius se prodit Augustinus ille belga saeculi XII, **Godefridus Bathonien.** ep., de quo ante annos fere quadraginta disserui (« Rev. Bénéd. » X [1893] p. 28-36)?

† Fr. car., quadragesimam hodie advenisse] in quadragesima: Caillau II, Append. 28, ex cod. Aedil. X. Auctor idem homo est saec. XII, qui, licet non monstra ut alias dicat, Augustini tamen nihil habet nisi ementitum nomen.

Fr. car., quam speciosa et gratiosa (*al.* grata)] in die paschae: Caillau II, 55; Mai, serm. 152. Fetus est garruli sed antiqui declamatoris « de tripartita diei nuncupatione » scil. dies dominicus, dies panis, dies lucis; qui novis et insolitis vocabulis delectatur, ut sunt *crystallica*, *panificabatur* (n. 3), *contriumphant* (n. 4). Eodem modo incipit homilia Chrysostomi de Machabaeis: graece Migne 50, 617.

† Fr. car., quantum magnitudo] in natali domini II: Caillau I, 8.

† Fr. car., sanctam quadragesimam hodierna die intrantes] in quadragesima: Caillau II, Append. 30, ex cod. Aedil. X. Sermonem ita pulchrum editor existimat, ut eum Augustino incunctanter tribueret « nisi obstaret parva codicis auctoritas ». Revera fetus est falsarii belgae saec. XII, **Godefridi Bathonien.** ep., qui inter alia de Paulino Africae comite et Romanorum imperatoribus fabulas venditat n. 5. 7. Idem ementitus Augustinus n. 8 narrat, quid a Fabiano viro clarissimo eo tempore audierit, quo « apud Romam rhetoricam legebat ». Nugae! Vide sis « Rev. Bénéd. » X (1893), p. 28 sq.

† Fr. car., sanctus ille Daniel] de adventu: Caillau II, Append. 11, ex cod. Aedil. X. Auctor falsarius est saec. XII. Cf. exordium sermonis 42 ad Fratres in eremo: « Fratres carissimi, sanctus ille Ieremias » Migne 40, 1315.

† Fr. car., scire vultis, ut audio] de communi confessorum: Caillau II, Append. 82, ex cod. Aedil. X; Mai, serm. 197. Excerptus videtur ex sermone quodam De paenitentia ab eodem falso Augustino saeculi XII, cuius sunt plerique sermones codice Aedil. X contenti.

Fr. car., unum rei documentum] de natali domini XIX: Caillau II, 27; et denuo Floril. Casin. II, 167. Fragmentum est auctoris antiqui, sed ignoti, qui vetere versione Scripturarum utitur.

FRATRES, CHRISTIANI SUMUS, ET OMNES ITER AGERE] Caillau II, 19: p. 265.

Fr. dil., Christus dominus nascitur] de natali domini XVII: Caillau II, 25, ex cod. Casin. 12; denuo Floril. Casin. I, 142. Antiqui sed insulsi declamatoris fetus.

Fr. dil., cortinae hodie nubium] de ascensione domini: Mai 43, ex cod. Vatic. 3835. Dicendi genus idem fere est ac plerorumque sermonum qui in codice Casin. 12 habentur. Iste quoque auctoris Afri et antiqui videtur esse, qui inter cetera rara vocabula voce *acceptor* pro *accipiter* n. 2 utitur.

Fr. dil., dies isti caelestes] de ascens. domini II: Caillau I, Append. 6. Totus est contra « Manichaeorum paganam infelicitatem » directus, atque ideo auctoris saeculo v vix inferioris; at neque Augustini, neque Leonis papae, cui illum editor tribuere mallet.

† Fr. dil., dignum est ut semper] in ramis palmarum I: Caillau II, 49; denuo ap. Mai, sermo 165. Auctor ad corpus domini digne in Pascha accipiendum fideles hortatur, « olivasque et palmas hodie in manibus portari » indicat; ex quo satis intellegitur sermonem sequioris aevi demum esse, fortasse carolingici.

Fr. dil., faciamus bonum ad omnes] de caritate: Mai 123, ex cod. Vat. Pal. lat. 216. « Utrum tanto auctore (scil. Augustino) dignus sit » iure dubitat editor, ego quidem non esse haud cunctanter adfirmo. Notat Mai n. 2 verbum « luna *tenebricabitur* » hucusque ex Tertulliano unice notum.

Fr. dil., hodie dies illuxit] in natali domini XXIV: Caillau II, 32; apud Mai iungitur sermoni 77 « Omnes scripturae quas nunc », sicut in codicibus non paucis. Et quod neuter editorum animadvertit, omnino idem est, ac sermo Append. August. 193.

† Fr. dil., non parva de Filio dei] in natali domini III: Caillau I, 9.

Fr. dil., praecantator propheta David] de occisione infantium: Mai 110. Post tres versus iam incipit sermo notissimus *Dedicatur novus ab infantibus sermo*, qui extat « beati Iohannis episcopi » nomine inscriptus in Homiliario Pauli Diaconi I, 35, heic vero truncatus et interpolatus exhibetur. Cf. serm. *David propheta sanctissimus*.

† Fr. dil., quadragesimum nuper diem] in die pentecostes II: Caillau I, 44, ex cod. Casin. 12. Eiusdem forte declamatoris nugae, cuius est sermo Caillau I, 43: sermonis Append. August. 167 supplementum esse editor admonet. Adverte n. 1 participium *amoenatum*, ex verbo *amoeno*, quod in brevi quoque sermone Mai 72 ter occurrit; utriusque auctorem unum eundemque esse mihi suspicio est.

† Fr. dil., quando Christus voluit] in Matth. 8, 1-13: Caillau II, Append. 2, ex cod. Aedil. X. Est Pseudo-Augustini belgae **Godefridi Bathonien.** ep. saec. XII: cf. « Rev. Bénéd. » X (1893), p. 28.

FRATRES, PROPTER EOS QUI CONFUGIUNT] Guelferb. 25: p. 528.

† Fratres, quis est homo qui non videat mortem] de mortuis: Caillau II, Append. 84, ex cod. Aedil. X. Est falsarii belgae **Godefridi** ridiculus fetus: cf. « Rev. Bénéd. » X (1893), p. 32.

† Fratres scilicet, ut arbitror, numquam Iudaei] de passione domini: Caillau II, Append. 42, ex cod. Aedil. X. Eiusdem Pseudo-Augustini, **Godefridi Bathonien.** ep. Cf. « Rev. Bénéd. » X (1893), p. 30.

† Gaude et laetare, o alma mater] in die paschae: Caillau II, Append. 47, ex cod. Aedil. X. Item falsarii **Godefridi** ep. Cfr. « Rev. Bénéd. » X (1893), p. 30.

GLORIFICATIO DOMINI N. I. CH. RESURGENDO] Guelferb. 21: p. 507.

Glorificatio domini n. I. Ch. resurgendo] de ascensione: Mai 44, ex cod. Vatic. 3835. Vide quae praefatus sum sermoni Guelferb. 21, qui eodem modo incipit.

† Gloriosus apostolus Thomas fr. car.] Caillau II, Append. 74, ex cod. Aedil. X. Maium Cardinalem S. R. E. non puduit (serm. 161) opus istud ridiculum in Novam Patrum Bibliothecam recipere. Est nempe perbellus sermo impudentis hominis **Godefridi** ep. Cf. « Rev. Bénéd. » X (1893), p. 31.

Gratias agimus domino deo nostro fr. car. qui nos ad videndum] in nat. s. Ioh. Bapt.: Caillau II, 67; Mai, serm. 45. Centonem esse evidenter agnoscitur. Iam initio duae sententiae ex serm. 178, n. 1, Append. August. ad verbum exscriptae sunt (Cf. serm. Liverani 8). Quod num. 2 dicitur, Zachariam « sacerdotem dei summum in sancta sanctorum intrasse », nemo puto erit qui Augustino imputet. In ultima quidem parte nonnulla Hipponiense nostro haud ita indigna reperies: at ea ex sermone apud Maur. 380 manifeste expilata.

† Gratias ago domino deo nostro fr. dil. quod quae sit] in natali domini XII: Caillau I, 18. Excepto brevi exordio omnino idem est ac sermo **Pseudo-Leonis,** Append. 2: Migne 54, 487-488.

Gratias, dilectissimi, domino deo nostro] in solemn. ss. Machabaeorum III: Caillau I, 63. In Appendicem sermonum s. Leonis papae a Balleriniis reiectus ac s. Augustino attributus. Neutrius licet profecto sit, non nullius tamen momenti est, et multa sunt quae de eo dicantur: v. Migne 54, 515-520. Praeter Machabaeos, pontificem illum encomio celebrat orator « qui antiquam festivitatem huius loci consecratione geminavit » (n. 4).

† Haec de lectione evangelica, prout dominus] in Ioh. 10, 22: Mai 133. Excerptum ex **Bedae** homilia II, 21: Migne 94, 247 C—250 D.

† Haec sunt sanctae conversionis et religionis initia] de timore dei: Mai 108. Prudenter editor « Sermonem, inquit, nihil definiens heic attexo ». Is etenim,

in cod. Vatic. Regin. 498 inter spurios sermones Ad fratres in eremo repertus, ex tractatu quodam ascetico aevi haud ita antiqui excerptus videtur.

† Hesterna die fr. car. audivimus completos] de s. Stephano: Caillau II, Append. 75, ex cod. Aedil. X. Etsi haud ita ridiculus sermo iste ac plerique eodem codice contenti, auctor tamen idem esse videtur falsarius saeculi XII, de quo olim disserui in ephemer. « Rev. Bénéd. » X (1893), p. 28 sqq.

Hesterno die natalem habuimus domini] de s. Stephano: Mai 114, ex cod. Vat. Pal. 216. Est num. 1 sermonis Append. August. 210; Maxim. Taurin. serm. 85. A Caesario Arelatense suo de Festis homiliario insertus est. Cf. serm. Mai 147.

Hic dies sanctae Epiphaniae festus] de epiphania: Caillau II, 44, ex cod. Casin. 12; denuo Floril. Casin. I, 153. Nonnulla habet cum sermone 132 Append. August. loca communia.

Hoc dicimus et hoc doceamus] sermo de fide: H. Bordier, p. 144-147. Ex libro I De doctr. christ. c. 9-14 conflatus: Migne 34, 231 sqq. Continuatur apud Bordier, p. 132: *vel rutundo vulneri* etc.

Hoc donum dei, Spiritus sanctus] de trinitate: Caillau II, 89. Non est sermo, sed fragmentum breve ex tractatu theologico antiquo descriptum.

HOC QUOD VIDETIS, CARISSIMI, IN MENSA DOMINI] Denis 6: p. 29.

HODIE CARITATI VESTRAE, EX QUO NOS DEUS] Guelferb. 32: p. 563.

Hodie diem celeberrimum] de pascha: Mai 155. Nullius momenti.

† Hodie dil. fr. dominus a Iudaeis] de passione domini: Caillau II, Append. 45, ex cod. Aedil. X. Plurima exscripta sunt ex latina Chrysostomi homilia De proditione Iudae (edit. Basil. 1525, t. 5, fol. 44), sed a larvato Augustino belga [**Godefrido Bathonien.**] foede interpolata.

HODIE DOMINUS N. I. CH. ASCENDIT IN CAELUM] Mai 98: p. 347.

† Hodie fr. car. apparuit dominus decoratus] in diebus paschalibus: Caillau II, Append. 52, ex cod. Aedil. X. Est **Godefridi** belgae, saec. XII: cf. « Rev. Bénéd. » X (1893), p. 30.

† Hodie fr. car. ascensionis domini iucunda] de ascensione: Caillau II, Append. 53, ex cod. Aedil. X. Est apud Hildebertum sermo 49 (Migne 171, 580), a Godefrido Babione forte retractatus.

Hodie, fr. car., caeli desuper roraverunt] de natale domini: Guelferb. Append. 1. Etsi profecto non Augustini, auctoris est tamen Afri et antiqui. Adverte in fine nuntiatum venturum paschalem diem, et comp. inter haec initia *Incarnationis divinae mysterium* et *Temporalis secundum carnem.*

† Hodie fr. car. Christus ascendit super omnes] de ascensione: Caillau II, Append. 54, ex cod. Aedil. X. **Godefridi** belgae: v. « Rev. Bénéd. » X (1893), p. 30 sq.

Hodie fr. car. crux Christi in terra fixa est] de passione domini: Caillau II, Append. 44, ex cod. Aedil. X. Cento est ex latina Chrysostomi homilia De cruce et latrone (edit. Basil. 1525, t. 5, fol. 48^{v}) magnam partem excerptus. Cf. etiam Mai, serm. 80, et Caillau II, 60: *Per istos dies sanctae paschae.*

† Hodie fr. car. natalem Christi domini] in natali domini IX: Caillau I, 15. Num. 6 fere ad verbum ex August. serm. 192, n. 2 exscriptus est.

† Hodie fr. car. omnia quae leguntur] in die paschae: Caillau II, Append. 48, ex cod. Aedil. X. Scriptoris est saeculi circ. XII, ac fere nullius momenti.

† Hodie fr. dil. completi sunt dies pentecostes] Caillau II, Append. 58, ex cod. Aedil. X. Videtur Godefridi Babionis esse, qui more suo sermonem expilat apud Hildebertum 51 (Migne 171, 589), et supplicia singulorum apostolorum curiose describit.

† Hodie fr., sicut audistis, salvator noster] in Ioh. 8, 48-59: Caillau II, Append. 6, ex cod. Aedil. X. Recentioris temporis sermo, isque parvi pretii, sicuti fere omnes qui hoc codice continentur.

Hodie incipiamus car. de crucis trophaeo] Mai 80. Extat inter latinas homilias Chrysostomi in edit. Basil. an. 1525, tom. 5, fol. 48^{v}; graece habetur ap. Migne P. Gr. 49, 407 sqq. Lege commentarium Andreae Wilmart, La collection des 38 homélies latines de s. Jean Chrysostome, in ephem. « Journal of theol. Studies » XIX (1918), p. 318 sqq.

† Hodie memoria fidelissimae crucis] de cruce: Caillau II, Append. 46, ex cod. Aedil. X. Ex ignoto fonte, fortasse graeco, confectus videtur, sed ab homine medii aevi, qui barbaris vocabulis passim utitur: v. gr. « in *decrepitate* positus sum » (n. 4).

† Hodie sacratissimam resurrectionem Filii dei] in pascha: Mai 91. Exsanguis compilatio, et certo posterioris aetatis: tota enim ultima pars ex Gregorii papae homil. 10 in Evang., n. 7, excerpta est.

Hodie tertius dies agitur] de 3^{a} feria paschae: Guelferb. Append. 6. Nonnulla indigna Augustino videntur, v. gr. l. 10 « qui integram portabat materiam corporis »; auctor tamen, nisi fallor, et antiquus et Afer est.

Hodie verus sol ortus est mundo] in epiphania: Caillau II, Append. 22; denuo Floril. Casin. III, 34. Paulo aliter extat inter spuria opera Hieronymi ap. Migne 30, 220 (al. 227), et ita a Br. Bruni Maximo Taurinensi recte an perperam vindicatus: Migne 57, 545 sq.

HODIERNA DIE CREDO QUOD NOVERIT CARITAS VESTRA] Mai 158: p. 380.

† Hodierna die fr. car. apparuit humanitas] in epiphania: Caillau II, Append. 20, ex cod. Aedil. X. Est hominis belgae saec. XII, **Godefridi Bathonien.** ep., qui probe noverat primum ex tribus magis vocatum esse Baldassar: cf. « Rev. Bénéd. » X (1893), p. 28.

Hodierna die fr. car. dominus noster pependit] de passione domini: Caillau II, Append. 43, ex codice Aedil. X. Ex homilia Ioh. Chrysostomi De cruce et latrone iuxta veterem versionem (edit. Basil. an. 1525, t. 5, fol. 46) magnam partem excerptus. Cf. serm. 155 Append. August. Graece habetur P. Gr. 49, 399.

Hodierna die fr. car. ut audivimus in lectione] de epiphania: Liverani, Spicil. Liberian., p. 20-21. Cento esse videtur, in quo interdum deficit consequentia sententiarum. Versus Rom. 13, 13 iuxta versionem quamdam profertur, cuius exemplum nusquam alias reperias. Ad verba « lux et dies Christus est » cf. ambrosianum « Christe qui lux es et dies ».

HODIERNA LECTIO S. EVANGELII ITERUM] Mai 95: p. 340.

Hodierni diei festivitas] *vide* Quoniam voluit dominus hodierno die.

HODIERNUS DIES, FR., ADMONET ME] Frangip. 2: p. 189.

Hodiernus dies magnum nobis contulit gaudium] Floril. Casin. II, 78-79. Cento est parvi pretii, ex sermone apud Maur. dubio 370, festo Purificationis B. M. V. adaptatus; cf. eiusdem Florilegii t. III, 57: *Nuper dies natalis domini.*

Huius ergo dil. opportunitatem] de pascha: Mai 156. Nihil est.

† Humani generis conditor, dil., providens] in capite ieiunii: Caillau II, Append. 25, ex cod. Casin. 387, fol. 99. Auctor in fine loquitur de cinere hac die capitibus fidelium imponendo, proinde aetatis est Augustino recentioris. Profert etiam n. 1 verba quaedam ex oratione super populum Missalis Romani sabbato hebdomadae IV in Quadragesima: « Deus qui creaturae suae *misereri potius eligit quam irasci...* » omnino ut fit in sermone Caillau II, 3 qui incip. « Sicut sacra dil. testamenti veteris » et ex eodem codice Casin. 387, fol. 112 pariter erutus est. Notanda est similitudo exordii sermonis huius Caillau II, Append. 25, cum exordio sermonis Brunonis Signiensis ap. Migne 165, 865-866, *Humani generis conditor et redemptor dominus.*

HUMILITATEM DOMINI N. I. CH. COMMENDAMUS] Mai 22: p. 314.

† Illud mirabile et saeculis inauditum] dominica palmarum, in Phil. 2, 6: Caillau II, Append. 9, ex cod. Aedil. X. Est Pseudo-Augustini saec. XII. Adverte n. 2 « solis *eclipsátionem* » et « die Veneris ».

Illustris huius diei praeclara sollemnitas] in nat. martyrum Hildaevorae, Vihilae et Theogenis: Floril. Casin. I, 174-175, ex cod. 12. Hanc homiliam in codice Agimundi pariter extare advertit A. Mai, NPB. I, 121, not. 1, in eaque agi de martyre Hipponiensi Theogene sine causa autumat. Immo de martyribus gothis sermonem hic haberi ex ipsis nominibus manifestum est. Dicendi genus omnino insolitum, ac prorsus e barbariae tenebris profectum; textus insuper in ambobus libris mss. foede corruptus. Cf. adnot. ad p. 381, l. 24.

† Imminente fr. car. domini passionis] in coena domini: Caillau II, Append. 34, ex cod. Aedil. X. Pars prior eadem est ac sermon. Hildeberti (?) 38: Migne 171, 535; verum aliter ac prolixius contionator prosequitur.

In cruce dominus Iesus pendebat] de passione domini et latronibus: Caillau II, 52, ex cod. Casin. 12; denuo Floril. Casin. I, 176. Fragmentum parvi pretii est, antiquum tamen, e graeco fonte, ut videtur, mutuatum.

IN DEI LAUDE GAUDERE, ET LAUDI DEI] Denis 21: p. 124.

In evangelio sancto modo cum legeretur audivimus, ubi nos de remissione] Floril. Casin. II, 158-159, ex cod. 105: cf. Migne 47, 1168-1170. Omnino difficile est de hoc sermone iudicium. Re vera idem fere est ac sermo 114 « ad mensam s. Cypriani praesente comite Bonifatio » habitus, quem Maurini ex duobus codd. mss. primum evulgarunt, neque ab eo differt nisi lectionibus variantibus, at iis quidem multis notatuque dignis. Credere quis possit eandem contionem esse, ab alio auditore exceptam, aut certe postea retractatam. Illud tantummodo negotium facere videtur, quod in ima pagina 159ª expressis verbis, tacito tamen nomine laudatur haec sententia Cypriani, De bono patientiae, n. 3: « quia et servos oportet esse obsequentes, et filios non decet esse degeneres »; quod certe praeter consuetudinem est Augustini. At forsitan haec verba ex margine in textum intrusa sint, aut a quovis lectore interpolata. Ut ut sit res, hanc recensionem futuris editoribus haud in levi habendam existimo.

In hac sacratissima die fr. car. delector vobiscum] in dominica II paschae: Caillau I, 39. Eiusdem declamatoris Afri ac profecto antiqui, cuius sunt multi alii sermones quos cod. Casin. 12 complectitur.

In hodiernum convivium qui solemni frequentia] in coena domini: Caillau II, 51, ex cod. Casin. 12. Notant editores Biblioth. Casin. I, 176 extare iam hunc sermonem in vetere edit. Operum Ioh. Chrysostomi, Basileae 1539, t. 3, p. 528. Multa communia habet cum incerti auctoris sermone 150 in Append. tomi 5 Opp. Augustini.

† In huius sanctae evangelicae lectionis exordio] Floril. Casin. III, 119. Ex libro 2 de Sermone domini in monte et Pseudo-Bedae homilia conflatus. Cf. Floril. II, 103-105, *Nolite iudicare, ne iudicetur de vobis.*

† In ista die sancta fr. car. in ista die inclyta] de pascha II: Caillau I, 22 = **Pseudo-Leo:** Migne 54, 497-499.

In omni quidem psalterio dominus] de dominico paschae: Mai 11, ex cod. Vatic. 5758. Cento est ex **Hieronymi** tractatibus de pascha: Anecd. Mareds. III, 2, p. 416, 7—418, 6 et 413, 21—415, 13.

In principio erat Verbum] *vide* Numquid dedit alicui eorum.

IN REBUS IAM PERTRACTATIS IMMORARI] Caillau II, 11: p. 256.

† In sancto evangelio secundum Iohannem scriptum legimus] de pascha IX: Caillau I, 29. Cento est ex Tract. 10 in Iohan. aliisque Augustini libris conflatus.

In socrum Petri vitiosa infidelitatis] de verbis Matth. 8, 14 sqq.: Caillau II, 4. Est **s. Hilarii** Comment. in Matth. c. 7, n. 6-11: Migne 9, 956-958.

In veteri testamento i. e. in Genesi legimus] de ligno dignoscentiae boni et mali I: Caillau I, 1. Pars prior est sermonis 1 Appendicis Augustini, n. 1-5, sed ea multis locis deterior. Haud pauca insunt, fateor, quae sermonem antiquum esse demonstrent, immo quae Augustini imitatorem prodant; at qualis hic extat, fetus certe non est Augustini. Nemo inter cetera quin miretur non poterit, quam frequentissime compellatione « calumniator » aliisque eiusmodi contionator utatur. Commissurae modum, quo in duas partes tractatus dividitur, artem referre interpolatoris Ambrosium imitantis, scite Maurini animadverterunt; cui haud absimile profecto est Quodvultdei episcopi Contra quinque haereses (Migne 42, 1101) tractatus exordium.

Incarnationis divinae mysterium nostraeque reconciliationis] in octava natal. Christi, de evang. Luc. 2, 21 sqq.: Fontani 4, ap. Migne 47, 1135-1140; denuo Caillau II, Append. 13. Antea vero iam emendatiore forma e Vaticano codice a Luca Holstenio editus erat, ibi **Fulgentii** nomine inscriptus: Migne 65, 833-8. Auctoris est antiqui profecto, et Afri, nec prorsus ineruditi, qui contra sui temporis haereticos Arrianos, Donatistas quoque, praecipue vero Manichaeos disputat. Merito advertit Caillau quamdam similitudinem inesse huic sermoni cum alio, qui incipit *Temporalis secundum carnem filii dei*, quemque pariter ad Fulgentium fortasse pertinere suo loco observavi.

Inimicitias fr. car. quas cum deo] de passione domini: Mai 84. Antiqui nec ineruditi auctoris sermo, cuius eloquium certo melius est atque aliorum multorum qui a Mai vulgati sunt; non est tamen Augustini.

INSIGNEM MARTYREM CHRISTI, PER QUEM] Guelferb. 26: p. 529.

Intellegere possumus fr. car. quantam gratiam] de epiphania: Floril. Casin. III, 43. Cento est ex sermone 135 Append. Augustini magnam partem confectus.

Intentionem videntes vestrae devotionis] in natali domini XX: Caillau II, 28; denuo Floril. Casin. II, 169. Nihil est.

Inter aestuosa et e ripis tumentia] Breve exordium hactenus incognitum sermonis « Nuptiae in quibus Christus » (v. infra), quem ab Ang. Mai primum ex uno codice Sessoriano vulgatum Andreas Wilmart adhibitis tribus aliis veteribus libris mss. accuratissima qua solet diligentia nuperrime denuo edidit: « Rev. Bénéd. » XLII (1930), p. 9-15.

Inter cunctas domini Christi virtutes] de virtutibus seu miraculis domini n. I. Christi: Mai 75, ex cod. Vatic. 3836. Num. 4 extat, quam iure rhetores admirentur, graphica caeci hominis imago. Ceterum neque heic Augustinum ullus peritus existimator agnoscet.

Inter laurigeros confessores] in nat. Laurentii: Caillau II, 77; denuo apud Mai serm. 56. Dicendi genus plerumque putidum, ridiculum; auctor tamen certo ex antiquis. Qui contra sui aevi Manichaeos et Platonis de animarum transmigratione doctrinam acriter concertat.

Inter omnia dil. opera misericordiae] de passione domini: Mai 144. Brevis cento, ac parvi pretii, cuius pars prior ex sermone 3 s. Leonis papae de Passione Domini exscripta est. Mai porro Leonem Augustinianas merces in se traxisse hariolatur.

Irreparabilis esset humana fragilitas] de reconciliandis peccatoribus I: Caillau II, 95; denuo ex eodem cod. Casin. 173 in Floril. Casin. IV, 174-175. Pulcherrima allocutio archidiaconi ad virum « sede apostolica sublimatum » i. e. episcopum, pro reconciliandis paenitentibus. Alia huiusmodi formula habetur hodieque in Pontificali Romano: *Adest, o venerabilis pontifex, tempus acceptum...*, alia longior in Sacramentario Gelasiano. Nempe priscis illis temporibus suam ipse diaconus componebat orationem, uti et praeconium paschale in laudem cerei sabbato sancto. Eiusdem auctoris est sermo iste atque duo alii qui sequuntur in codice et in editt.: *Ecce nunc tempus... Moveat te* et *Apostolicum pectus*, ut ex dicendi genere manifestum est.

ISTA FR. SANCTA CELEBRITAS] Wilmart 7: p. 689.

ISTAM S. EVANGELII LECTIONEM HESTERNO] Mai 126: p. 356.

Ita placuit redemptori et salvatori nostro] in decollat. Ioh. Baptistae: Caillau II, 80, ex cod. Casin. 123; denuo Floril. Casin. II, 142-143, ex alio cod. 104, in quo Iohannis Chrysostomi nomen praefert. Quantum ex dicendi genere iudicare fas est, eiusdem auctoris esse videtur ac sermo *Natali autem facto Herodis*, cui in utroque libro ms. immediate antecedit. In ambobus habetur mira arte concinnata saltatricis eiusque motuum descriptio. Hic animadvertere iuvat, quod n. 3 dicitur, Herodem « per ebria discumbentium capita *suumque clypeum* protestatum esse... »; et n. 4 « Filiam tuam glacies (*gladius?*) decollavit, uxorem proculam caecitas interfecit »; quod unde hauserit orator, haud equidem invenio. Alias paulo diversas, tamen fabulas, invenies in fine sermonis Caillau II, Append. 64: *Fr. car. duo erant.*

Kalendas ianuarias fr. car. Romanae urbis] in oct. nat. domini: Caillau II, Append. 15; iterum Floril. Casin. I, 131. Auctor anonymus, at profecto antiquus, vetere Bibliorum versione utitur, et eorum errorem sugillat, qui kalendis ianuariis « per fora mundi ludicra celebrabant » (n. 2).

Karissimi, diligamus nos hoc animo in ecclesia] *vide* Rogo vos fr. car. ut non moleste.

Laetemur ergo dil. et exultemus] in die paschae: Caillau II, 58; denuo Floril. Casin. I, 132. Fragmentum esse apparet, antiquum quidem, sed parvi pretii. Lectum erat evangelium Ioh. I, 1-14, et « candida indumenta in novam salutem regenerati » sumpserant.

† Largitor virtutum et remunerator meritorum] de evang. Ioh. 16, 23 sqq.: Caillau II, 17. Est **Haymonis** homil. 89 de Tempore: Migne 118, 522-527.

Lectio evangelii docet nos quemadmodum] de latrone in feria VI: Mai 32, ex cod. Vatic. 3835. Ex latino Chrysostomo, v. gr. Append. August. serm. 155, plurima certo emendicata sunt.

LECTIONES EVANGELICAE DE DOMINI N. I. CH. RESURRECTIONE] Mai 86: p. 324.

† Legimus fr. car. quod Iacob] ad presbyteros: Caillau II, Append. 86, ex cod. Aedil. X. Legitur inter sermones **Godefridi Babionis,** qui, ut assolet, sermonem apud Hildebertum 120 (Migne 171, 888) initio imitatur.

Legimus primum parentem nostrum] de natale domini: Mai 189. Antiquus forte, sed parvi momenti, ac prorsus haud augustinianus.

Legimus spiritum sanctum per Isaiam] de ieiunio II: Caillau I, 67, ex cod. Casin. 12, uti sermones Caillau I, 20 et 66; omnes unius auctoris esse posse existimo, qui versione Bibliorum antiqua et singulari utitur. Porro sermonem hunc cum sermone Appendicis Augustini 175 excepto exordio convenire editor animadvertit.

Libentius fr. clariusque convenit] de ascens. domini I: Caillau I, Append. 5. « Ridicule scriptus » ait editor gallus; at profecto eiusdem auctoris est cuius et plerique sermones codicis Casin. 12, quos ipse augustinianos esse pronuntiavit. Hic quoque, praeter nova et insolita vocabula, nonnulla invenies veteris Bibliorum translationis exempla.

Licet ingentia facta tenuis sermo] de s. Laurentio: Caillau II, Append. 69; Floril. Casin. II, 189. Nonnulla communia habet cum sermone 206 Append. s. Augustini, qui s. Maximo Taurinensi tribuitur: Migne 57, 675-678.

LINGUA DOMINI, TUBA IUSTITIAE] Mai 127: p. 368.

Lingua non sufficit, fr. car., quantum me necesse est] in nat. martyrum: Mai 164. Non alius est ac sermo **Maximi Taurin.** 87 et Pseudo-Ambros 60, qui incipit *Si quantum me necesse est dicere.*

Litterarum certamina mundi] de creatione et lapsu: Caillau II, Append. 1, ex cod. Casin. 12; denuo ap. Mai, serm. 72. Quem vero « praeclarum Augustini scriptum » Romanus cardinalis venditat, rhetoris cuiusdam fetum esse presbyter gallus recte iam agnoverat, antiqui tamen et Afri, et qui neologismis delectatur.

Loquens dominus ad beatissimum Abraham] Mai 78. Brevis catechesis initio Quadragesimae habita de versu Gen. 12, 1; cuius dicendi genus leonianum imitatur, ab augustiniano prorsus discrepat.

LOQUIMUR CARITATI VESTRAE IN DOMO DEI] Denis 11: p. 43.

† Lux hodie clara refulsit, quia latro] de pascha I: Caillau I, 21.

† Magna et immensa dei Patris dilectio] de caritate: Mai 162. Nihil omnino habet saporis augustiniani, et videtur aevi recentioris fetus.

Magna plaga vulneris] de tempore barbarico: Guelferb. Append. 9, primum a me integer vulgatus. **Quodvultdei** ep. Carthaginien. opus esse et ipse affirmavi, et adsensit Desid. Franses, « Die Werke des hl. Quodvultdeus », p. 11 sqq.

Magna plaga, vulnus magnum] Mai 121: *vide* Magna plaga vulneris.

MAGNUM ET INEFFABILE SACRAMENTUM] Guelferb. 2: p. 450.

Magnum hodie fr. suscipiamus diem] de ascensione: Caillau II, Append. 57. Auctoris antiqui, et fortasse Afri, qui insolitis vocabulis utitur, v. gr. « *carruca* sedens *nubali* »; ceterum sermo ipse brevior, ac parvi momenti.

Magnum mihi gaudium est fr. dil. et deo gratias ago] de honestate in sanctorum festivitatibus servanda: Mai 106. Inter homilias **Caesarii Arelaten.** recensendus.

Magnum spectaculum, fr. mei. Certabant duo] in natali martyris Vincentii II: Caillau I, 48, ex cod. Casin. 12. Auctoris fortasse antiqui, sed turgido dicendi generi nimium indulgentis, atque prorsus alius quam Augustini.

† Magnus nobis hodie dies illuxit] in natali domini VIII: Caillau I, 14.

† Mandat ergo dominus nobis per Zachariam] in ramis palmarum: Caillau II, Append. 32, ex cod. Aedil. X. Auctor, saeculi XII homo, imitatur et adbreviat sermonem 31 ex iis qui Hildeberto Cenomanen. tribuuntur: Migne 171, 485-91.

Maria veniens ad Christi domini] in pascha: Mai 35, ex cod. Vatic. 3835. Extat inter homilias **Pseudo-Chrysostomi,** edit. Basil. 1539, t. 3, 564. Videtur esse declamatoris Afri, qui insolita verba libenter repetit: « infantum *plantaria*... *plantaria* renatorum... levavit *plantaria;* de *scrobe* sepulchri... ad sepulchri n. *scrobem*, etc.

Mariae nuptias virginis, et thalamum] de s. Maria: Mai 168. Auctoris est antiqui, forte Afri, qui raris utitur vocabulis, ut *praeconatur*... *consempiternus*... *architectante* lingua... *praeconavit*... *alarum velificante* navigio... per *astriferas* caelis *camerantibus* regiones... *praegnacitas* etc. Ecquis heic dicendi modum agnoscet Augustini?

Martyr Stephanus beatus et primus] Floril. Casin. I, 144-146, ex cod. 12. Est sermo ap. Maur. 317 in fine aliquanto auctior. Et augmentum istud utique ingenium sapit Augustini: at vero fueritne aliunde huc adscitum, pronuntiare non ausim.

Martyres sancti, quorum hodie] de ss. Perpetua et Felicitate: Guelferb. Append. 8 Postremam partem convenit cum serm. August. 282, n. 1. Et tumidior sermo, et exempla biblica suspicionem adferunt. Fortasse Quodvultdeum ep. auctorem habendum esse, et ipse conieci, nec diffitetur Desid. Franses, « Die Werke des hl. Quodvultdeus », p. 81-83.

MARTYRES SANCTI, TESTES DEI] Denis 16: p. 75.

MARTYRUM CHRISTI VIRORUM ET FEMINARUM] Guelferb. 30: p. 550.

MARTYRUM NOMEN GRAECUM EST] Frangip. 6: p. 219.

Memento, fili, quia pulvis es] *vide:* Humani generis conditor, dilectissimi.

Merito ergo dil. exultat hodie caelum] de sabbato sancto: Mai 146. Cento acephalus, cuius initio auctor Eusebii Gallicani (al. Caesarii Arelat., Pseudo-Hieronymi, etc.) notissimam de Pascha contionem imitatur, « Exulta caelum » etc.

Merito viam fecimus, ut ad sollemnitatis] de mediopentecostes: Mai 100, ex cod. Vatic. 4951. Brevis non tamen nullius momenti oratio, quippe quae argumento sit, etiam in Occidente receptam fuisse festivitatem μεσοπεντηκοστῆς: cf. « Rev. Bénéd. » VI (1889), p. 199-202. Notatu dignum est, quod dicit contionator, civitatem suam « tantos ac tales habere ianitores », diemque « in veneratione sanctorum » celebrandum esse. De qua autem civitate agatur, divinari non possum.

Miror interdum fr. dil. unde istud fiat] in ascensione domini I: Caillau I, 40, ex cod. Casin. 12. Miratur contionator, paucos hac die ad ecclesiam concurrere, cum ea aeque festive habenda sit ut Natale domini. Videtur itaque Ascensionis festum recens ibi institutum, neque magni apud omnes aestimatum esse.

Modo ex evangelio audivimus fr. car. duorum hominum] de publicano et chananaea: Caillau II, 12, ex cod. Casin. 109; denuo in Florileg. Casin. II, 114, ex alio cod. 102. Pleraeque sententiae Augustini sunt, at dicendi genus plus aequo declamatorium. Neque Hipponiensem nostrum referre videntur haec verba, n. 3: « Nam illa chananaea, *sanctissimi fratres*, cum venerandi *apices evangeliorum* legerentur... »

Moyses famulus dei quadraginta diebus] in quadragesima: Caillau II, Append. 26. Sermonem in suos usus convertisse videtur is, qui serm. 144 Append. August. compilavit; at fontem utriusque existimo homiliam 1 de Ieiunio magni **Basilii Caesarien.** episcopi: Migne P. Gr. 31, 169-181. Parumper mutato initio apud Mai, Spicil. Rom. VIII, 717-718; Migne 47, 1142-1144.

Moyses, tunc extendebat manus] H. Bordier, p. 139. Fragmentum est sermonis 352, n. 6: Migne 39, 1556.

MULIER ISTA, QUAE CLAMABAT] Guelferb. 33: p. 576.

† Multa et magna sunt fr. car. huius s. paschae veneranda] in diebus paschalibus III: Caillau I, 38. Exordium fere idem ac sermonis Append. August. 157; reliqua nihili pendenda verba declamatoris.

Multa quidem dominus et salvator noster] de lotione pedum, in cena domini: Mai 142. Haud male digesta exhortatio, in qua tamen nihil elucet augustiniani ingenii.

Multa sunt et magna, car. fr., huius s. paschae] in diebus paschalibus II: Caillau I, 37. Initio convenit cum sermone Caillau I, 38 et Append. August. 157. Fetus est inepti nescio cuius declamatoris, antiqui tamen, et qui alias ignota quasi e scripturis allegat testimonia. Adverte n. 6 vocabulum *crucifixores*, quod apud Verecundum in Cant. hominem Afrum etiam occurrit.

MULTAS DIVINAS LECTIONES AUDIVIMUS] Denis 2: p. 11.

Natale primae cathedrae sancti Petri] in cathedra Petri: Caillau II, 63. Exordium est sermonis saec. v, ut videtur, habiti, quem integrum in ephemer. « Rev. Bénéd. » XIII (1896), p. 343-346 primum evulgavi. Cf. Anecdota Mareds. I, 409 sq.; Études, Textes, Découvertes I, p. 34 sq., n. 48.

NATALEM HODIE MAGNI HOMINIS] Frangip. 8: p. 227.

† Natalem iuvante hodie domino apostolorum] in nat. apostolorum Petri et Pauli: Caillau I, 58, ex cod. Casin. 12. « Infelicem hanc verborum congeriem » ne Maximo quidem suo adiudicare voluit Bruno Bruni, ne « rationis sensum amisisse videretur » ! Migne 57, 762 D.

Natali autem facto Herodis saltavit filia] in decollat. Ioh. Baptistae: Caillau II, 79, ex cod. Casin. 123; denuo Florileg. Casin. II, 143-145 ex alio codice 104. Declamatio est auctoris antiqui nec prorsus imperiti, at certo non fuerit is Augustinus. Ad Ambrosianum dicendi modum passim proprius accedit, ac n. 4 tacito nomine Tullii sententiam in Orat. pro Murena de saltantibus profert, haud secus atque Ambrosius, De virginibus l. 3, c.5, n. 25. Advertant etiam lexicographi n. 4 exemplum istud vocabuli *creditrix*: « cum delicatos sinus et vestem gereret corporis *creditricem* ». Eiusdem auctoris esse putaverim sermonem *Ita placuit redemptori*, qui in codicibus huic antecedit.

Nativitas enim resurrectionis apud inferos] Mai 170. Fragmentum a D. Octavio Fraja Frangipane casinensi olim sibi missum edidit A. Mai, sermonem 162 Append. August. eo modo integritati suae, ut credebat, restituturus. At vero duo vel tres primi versus ad praefatum quidem sermonem (n. 2 et 3) pertinent: reliqua vero ipsissimis verbis in serm. Mai 42, n. 1 leguntur, qui incipit *Post dies octo iterum erant discipuli intus*.

NEC NOVUM NEC INAUDITUM, SED FIDEI VESTRAE] Mai 94: p. 333.

Nemo qui nesciat in principio hominem] de Adam: Caillau II, 2. Sermo saeculo v haud recentior. Iam antea legebatur in editione latina Opp. Ioh. Chrysostomi Venet. 1549, t. 1, fol. 113-114, cuius etiam nomen praefert in Homiliario Pauli diaconi I, 70. Cf. Friedr. Wiegand, « Das homiliarium Karls d. Grossen », Leipzig 1897, p. 31; et Migne 95, 1208-1210.

Neophytis debita informatione constringimur] de pascha XIV ad neophytos: Caillau I, 34. Etsi sermonem « nulla ratione s. Augustino abnegandum » editor asseverat, at certe abnegabit, quisquis in istis rebus aliquantisper exercitatus sit. Ceterum non negarim contionem magni momenti esse, quippe quae nos doceat ritus initiationis christianae in Africa usitatos, perinde ac Ambrosius in libris *De sacramentis* ritus Mediolanensis ecclesiae nobis ante oculos constituit. Hic quoque diserte asseritur conversio panis et vini in corpus et sanguinem Christi; quae quidem conversio et « cotidiana immolatione » (n. 9) et *solemni invocatione* confici semel et iterum dicitur (n. 7 et 9). In universum ipso etiam Augustino expressius anonymus noster loquitur, v. gr. n. 6, ubi describitur « *unctio* magnae ac propheticae dignitatis, quae cum *suavi fragrantia* consecrata a Christo infantium innocentium *capita perfundit* ». Ex exordio manifestum est, « sacerdotali officio » eum insignitum esse, licet de « mediocritate sua » omnino submisse loquatur. Adverte n. 10 adiectivum « delicta... *mortifica* », rarum quidem, a Tertulliano tamen usurpatum.

Ninivitis Ionas a deo missus advenit] Mai 97. Sermo longissimus, qui fortasse Ephraem Syrum, ut monet editor, auctorem habet, certo non Afrum Augustinum.

NOCTIS ILLIUS FR. CAR. QUA DOMINUS] Wilmart 6: p. 688.

† Nolite iudicare, ne iudicetur de vobis] Floril. Casin. II, 103-105. Est Pseudo-Bedae sermo ap. Migne 94, 276-278 passim interpolatus. Quod vere augustinianum videtur, id ex libro 2 de Sermone domini in monte, n. 59-66, descriptum est. Cf. Floril. Casin. III, 119: *In huius sanctae evangelicae lectionis exordio.*

Nomen ex graeca lingua translatum] de epiphan. domini III: Caillau II, 38; denuo Floril. Casin. II, 172. Auctoris est Afri et antiqui, qui Orosium imitatus limites describit Africae, contra Donatistas argumentatur, Scripturas sacras ex versione vetere commemorat. Vocabulis insuper barbaris utitur, v. gr. *astrosis* (n. 2), *archipiratae* (n. 3), *martyrialis* (n. 4) etc.

Non decet fr. agone] *vide* Condecet fr. agonem.

... non edocti humanae sapientiae verbis] Contra Arrianos: Mai 181. Fragmentum est tractatus iam dudum a me **Syagrio episcopo** restituti; quem postea integrum evulgavit Kar. Künstle, « Antipriscilliana » (Freiburg 1905), p. 142-159.

NON EST OPUS SANIS MEDICUS... DOMINI VOX EST] Biblioth. Casin. II, 114-115: p. 416.

Non explicare possumus fr. car. quantam gratiam] de epiphania: Floril. Casin. III, 34-35. Cento est parvi momenti, ex sermone 135 Append. Augustini mutatis paucis verbis initio excerptus.

† Non intelligit Iudam fore beatum] de evang. Ioh. 13, 16-32: Caillau II, 16. Fragmentum esse videtur Commentarii in Ioh. aetate Caroli Magni haud anterioris. Num. 4 auctor argumentum Graecorum pro usu panis fermentati adfert et improbat. Nonnullae sententiae iisdem verbis exprimuntur in Haymonis homil. 67 de Tempore, apud Migne 118, 425 sq.

Non tam facile auspicia] de divite et Lazaro: Mai 3, ex cod. Vatic. 5758. Fortasse **Petri Chrysologi,** certe non Augustini opus est. Ex hoc excerpta est pars prior sermonis ad fratres in eremo 58, *Apostolica lectio fr. car. hunc sonitum reddidit:* Migne 40, 1341.

NOSTIS EX EVANGELIO, FRATRES, QUEMADMODUM] Morin 16: p. 653.

Nostis fr. car. omnes homines velle] contra sortilogos: Mai 105. Est **Caesarii Arelaten.** fetus indubitatus.

NOTUM VOBIS EST, FR. CAR., NEQUE ENIM] Wilmart 4: p. 684.

Novi sideris non fatale] de epiphania: Caillau II, 42, ex cod. Casin. 12; Mai 150. Fere totus est declamator in occisione infantium tumidis verbis describenda. Haec excerpere sufficiat: magi stellarum *cernuli*... gressibus *flammiflui* iubaris... caelorum *scrinia*... ille caelestis *umbo*... *concogitat* hostem... maternos oculos *effoedaret*... praesepe *christiferum*. Haec, bone deus, Augustinus prompserit Hipponiensis!

Novissimum diem scimus venturum] H. Bordier, p. 140-144. Ex Enarr. in psal. 36, serm. 2, n. 1-3 conflatus: Migne 36, 356 sqq.

NOVIT CARITAS VESTRA LECTIONES ISTAS] Guelferb. 15: p. 488.

NOVIT CARITAS VESTRA, QUANDOQUIDEM FILII] Mai 26: p. 320.

NUMQUID DEDIT ALICUI EORUM] de Ioh. Baptista: Caillau I, 57; p. 245.

Nuper dies natalis domini] Floril. Casin. III, 57. Nihil est nisi cento t. II, 78 eiusdem Florilegii editus, initio tantum parumper immutato. Vide *Hodiernus dies magnum nobis*.

Nuptiae in quibus Christus] Mai, Spicil. Rom. VIII, 718-722; Migne 47, 1144-1147; iterum Mai, NPB. I, serm. 118. Auctoris est profecto antiqui, forte Afri, qui in Manichaeos invehitur, vetere utitur Bibliorum translatione; sermo turgidus, verbis insolitis scatens. Cf. supra *Inter aestuosa*.

Nutritos hirundo pullos] de Petro in mari titubante: Mai, Spicil. Rom. VIII, 715-716; Migne 47, 1141-1142; Mai iterum NPB. I, sermo 53, ex antiquissimo cod. Sessoriano 55, fol. 174. Sermo est ipso fatente editore « humilis et argutulus », auctor vero antiquus et fortasse Afer: adverte v. gr. « potentissimam *monopedam* » n. 1.

O piscator, cui iubebat] de nat. apostolorum: Mai 50, ex cod. Vatic. 3835. Fragmentum est sermoni Append. August. 204 in codd. assutum. Contendit auctor, Petrum et Paulum « non diverso, *sicut quidam garriunt*, sed uno tempore, uno eodemque die » coronatos esse. Ergo omnino iuxta gelasianum quod dicitur decretum; porro Augustinus unus erat ex iis, qui contrarium garriebant!

† Oblatus est hodie Christus, fr.] in festo purificationis: Caillau II, Append. 16 ex cod. Aedil. X. Est Augustini belgae saec. XII, **Godefrid. Bathonien.**, qui de processione hac die cum luminaribus agenda edisserit (n. 8), Abelque in agro Damasceno scit esse occisum (n. 7). Cf. « Rev. Bénéd. » X (1893), p. 31.

OMNEM QUIDEM DIEM DOMINUS FECIT] Guelferb. 8: p. 464.

Omnes causas humilitatis dominicae] in nat. domini XIV: Caillau II, 22, ex cod. Casin. 12; denuo Floril. Casin. I, 139-140, ubi incip. « Omnis causa h. d. » Etsi non Augustini, auctoris tamen antiqui est, qui adversus Arrianos praecipue argumentatur.

Omnes scripturae quas nunc audivimus] in natali domini XXIII: Caillau II, 31; denuo apud Mai, serm. 77, sed ibi prolixior. Nullius quidem momenti, antiquus tamen est, nam eum Caesarius Arelatensis homiliario suo de Festis inseruit. Cantatus erat psal. 80, lecta epist. ad Philipp. 4, 4 et evang. Luc. 2, 10.

OMNIA QUAE MODO LEGUNTUR DE SANCTO EVANGELIO] Denis 12: p. 50.

Omnipotentis dei misericordia ab humano] de confessione: Caillau II, 94. Auctor ignotus, at certe antiquus; sermo haud in nullo pretio habendus, vel propter veterem Bibliorum translationem quae adhibetur, v. gr. illud Eccle. 2, 8: « Feci mihi... vini fusores et vini *fusitrices* », quam vocem, ait Hieronymus in Commentario, latinus sermo non recipit.

OMNIS ANIMA, QUAE INTENTA] Mai 15: p. 296.

Omnis causa humilitatis dominicae] *vide* Omnes causas h. d.

† Oportet utique dil. fr. ut in hac sacratissima] in traditione symboli: Caillau II, Append. 33. Est ap. Migne 110, 27-29, **HRabani** homilia 13. Auctor textum symboli receptum exponit ope sermonis 242 Appendicis s. Augustini et Explanationis symboli ad initiandos (n. 2), quam nuper Ambrosii esse denuo demonstravi, et quasi primum librum catecheseon s. episcopi *De sacramentis*.

Optabile erat fr. car. continua corporis] de paenitentia: Caillau II, 93, ex cod. Casin. 173; postea Mai serm. 172, ex cod. Veronen. LIX (57). Auctor ex antiquis, dicendi genus minime spernendum est, etsi Augustinum omnino non sapit. Eiusdem videtur esse sermo Mai 171, qui in codice Veronensi hunc praecedit.

Orietur stella ex Iacob] *vide* Sicut sacra veteris testamenti narrat historia.

Parricidale hoc sacrificium est] de pascha XI: Caillau I, 31. Ignoti quidem sed antiqui auctoris est, eiusdem forte qui sermonem Caillau I, 27 composuit.

Pascha Christi fr. dil. regnum est caeli] Liverani, Spicil. Liberian. p. 22-23. Ex duabus partibus sermo coaluit. Pars prior usque num. 2 fere medium eadem est atque sermonis Append. Augustini 168. Pars vero posterior, a verbis *Quis noctis praeteritae gratum laborem*, alius omnino sermo est, etsi profecto non Augustini, at contionatoris antiqui et Afri, ut videtur. In quo haec praecipue notanda sunt: mentio rituum vigiliae paschalis; verbum *iubilans* pro *eiulans* bis usurpatum; loca duo, quibus adseritur Iudaeos non Christi tantum sed etiam servorum Christi quasi subpedaneum effectos, Dominumque ex mortuis resurgentem nec discipulis nec ipsi genetrici primum apparuisse, sed Mariae Magdalenae; denique clausula Augustino familiaris, *Conversi ad Dominum* etc. Cf. sermonem qui incipit *De resurrectione domini n. I. Christi*.

Pascha, fr. dilecti, quidam graecum putant esse] de pascha X: Caillau I, 30. De homine a diaboli potestate sed salva iustitia liberando. Non est Augustini, licet cum eius de redemptione doctrina conveniat.

PASCHALES DIES CELEBRANTIBUS NOBIS] Wilmart 8: p. 691.

Paschalis sollemnitas dil. hodierna diei festivitate] de octavis Paschae: Mai 41, ex cod. Vatic. 3835. Incipit quidem ut sermo 172 Append. August., sed post paucos versus diverso modo prosequitur, qui certe inscriptioni in fronte positae magis congruit. Et ita quidem, in editione Chrysostomi Paris. 1587-8, tom. 3, p. 774, eum legisse me memini.

PASSIO DOMINI ET RESURRECTIO DUAS] Guelferb. 9: p. 466.

Passio domini et salvatoris n. I. Ch. cuius sanguine] in parasceve: Mai 145. Parvi momenti allocutio, alius certo auctoris atque Augustini.

PASSIO DOMINI ET SALVATORIS NOSTRI I. CH. FIDUCIA] Guelferb. 3: p. 452.

Passio nobis recitata est salvatoris] Mai 79. Est declamatoris antiqui, fortasse Afri, cuius sermo ab augustiniano omnino alius est. Adverte n. 3 formulam prope liturgicam: *ad eius mereamini annua festa pertingere*. Quod autem in *catholicae serenitatis antistite* (ibid. in fine) Valerium sibi Maius agnoscere videtur, libidini suae plus aequo indulget.

PER ECCLESIAM CHRISTI LONGE LATEQUE DIFFUSAM] Mai 101: p. 351.

Per istos dies sanctae paschae, sicut novit] de secunda feria Paschae: Caillau II, 60, ex cod. Casin. 12; denuo Floril. Casin. I, 168-171. Non nihilo sane aestimandus est hic sermo, quem primum in seriem authenticorum admittendum esse statueram. Pars prior enim, quae ex §§ 1-4 fere constat, proculdubio Augustinum auctorem habet; reliqua autem ex latina Chrysostomi homilia De cruce et latrone (edit. Basil. 1525, t. 5, fol. 48^{v}) magnam partem exscripta sunt. Cf. etiam serm. Caillau II, Append. 44. Cum tamen genuina pars ubi terminetur definire difficile sit, textusque interdum pessime corruptus, nec quicquam contineat quod non alibi iam legatur apud Augustinum, ab ea rursus edenda interim supersedi. Istud solummodo animadversione dignum, « in nocte praeterita vigiliarum » lectum esse evangelium Matth. 28, 1-20; die autem, qua contio habita est, evang. Luc. 24, 13 sqq.

Perire multi extimant quod pauperibus] de eleemosynis: Mai 74, ex cod. Vat. 3836. Auctor ab Augustino certe alius est, at rationabilia quaedam profert, v. gr. ubi in eos invehitur, qui equos et canes, beluas et feras liberalius tractant quam homines victu ac vestitu destitutos. Haud secus atque Hipponiensis noster auditores hortatur, ut deum in pauperibus bonorum suorum heredem constituant. De gladiatorum certaminibus n. 3, ac si adhuc in usu essent, loquitur.

Permotos esse vos credo] *vide* Praemonitos vos esse credo.

Persuasum habet hactenus error] in nat. s. Iohannis Bapt.: Caillau II, 70; iterum Mai serm. 49. Auctor certo antiquus describit impugnatque superstitiones, quae apud gentiles VIII. kl. iul. adhuc in usu erant: nudos ephebos ante solis ortum a fontibus redeuntes, matrum manibus gestatos velatis capitibus unctos infantes (n. 1). « Stylus paulisper durus » ut ipse fatetur editor, atque insolitis dictionibus scatens, v. gr. verbo *maritante* (n. 2: cf. Spiritu sancto *maritante*, Mai 48, 2 ubi Caillau, II 68, 2 spir. s. *ante* legit); *psalmographus* (n. 2); *aequipondio* (n. 3, alias *aequipendio*), etc.

Post apostolorum victoriam] in nat. Laurentii: Caillau II, 78; iterum Floril. Casin. II, 189. Brevis ac parvi momenti allocutio, in qua notissima martyris verba ita referuntur: « Girate me, et comedite, quia *coctum est* ». Cf. Prudentium *περὶ στεφάνων*, hymn. 2, stroph. 102: « Tunc ille: *Coctum est*, devora ».

Post custodias saevas et vincula dura] in pascha: Mai 37, ex cod. Vatic. 3835. Auctoris esse Afri et antiqui videtur, qui turgido utitur sermone, Virgilium imitatur, suasque periodos ad normam versus hexametri passim studiose componit.

Post dies octo iterum erant discipuli] de oct. paschae: Mai 42. Re ipsa in Africa tempore, quo catholici « haereticos dominos sustinere » cogebantur, habi-

tus est, ab alio tamen quam Augustino. Porro lectum erat evangelium sec. Iohannem 20, 24 – 21, 14. Vide sermonem Mai 170, qui incipit *Nativitas enim resurrectionis*.

Post inclitam domini Christi passionem] de pascha I: Caillau I, Append. 3, ex cod. Casin. 12. Auctor antiquus antiqua Bibliorum translatione utitur; ceterum sermo ipse nihil est.

Post miracula tanta signorum] de pentecoste II: Caillau I, Append. 8, ex cod. Casin. 12. Idem dicendi genus inflatum, insolitum, ut in plerisque novis sermonibus, qui ex hoc codice eruti sunt. Auctor in fine contra Arrianos invehitur. Leguntur n. 1 haec verba, quae Romanae liturgiae quoddam responsorium in Pentecostes officio ad memoriam reducunt: « *Spiritus sanctus* profectus *a throno apostolorum pectora... invisibiliter penetravit... ut ex ore a. omnium genera nascerentur d. linguarum* ».

Post miraculum virginei partus] in epiphania: Caillau II, Append. 17, ex cod. Casin. 12; denuo in Floril. Casin. I, 149. Non Augustinum, immo « rhetorem indoctum » hic agnoscere Caillau ipse cogitur, qui ridiculas sententias verbis eructat ridiculis: at is saltem certo antiquus est, et auctor multorum aliorum ex iis qui in codice sermones continentur.

Postea quam virginei partus orbe toto miraculum] de feria VI: Mai 30, ex cod. Vatic. 3835. Cf. sermonem alium qui incipit *Post miraculum virginei partus*. Iste quidem sane melior, haud tamen Augustini est; eum quondam legisse me memini in edit. Chrysostomi Paris. 1587-1588, tom. 3, p. 730.

Postquam dominus Iesus significavit Petro] de s. Ioh. evangelista: Mai 169. Cento est ex augustinianis alienisque mercibus contextus, in quo inter alia de obitu Iohannis apostoli mira et fabulosa narrantur.

PRAECEPTUM SALUBERRIMUM AUDIVIMUS] Frangip. 9: p. 232.

Praeclara hodie salvatoris et domini nostri gloriosa nativitas] Mai 199, ex antiquissimo cod. bobiensi, nunc Vatic. 5751. Etsi profecto non Augustini, est tamen antiqui auctoris et Africani. Notanda verba insolita *incapabilem*, *sataverat*, *sordiculam*. In fine legitur, ecclesiae Africanae consuetudini consentanee: « Cuius resurrectionis sanctum paschae diem nuntiamus vobis, dil. fr., quod occurrit a die isto, luna illa: dies quoque sanctorum ieiuniorum similiter » etc. Lege sis ea quae scripsi ad sermonem qui incipit *Temporalis secundum carnem*.

† Praedicaturus vobis, dil. fr., huius instantis temporis solemnitatem] de adventu domini II: Caillau II, 20. Auctor homo est medii aevi, qui Leonem Magnum imitatur, aut etiam expilat, versione autem vulgata Bibliorum utitur.

Praemonitos vos esse credo fr. car.] de sexagesima I: Caillau I, Append. 1. Erat iam in Append. s. Leonis papae sermo 3 (Migne 54, 488-490), ubi melius incipit « Permotos vos e. c. ». Auctoris est saeculo V haud inferioris, qui recens introductum ab hebdomada ante dominicam Quadragesimae sabbato et dominica

exceptis ieiunium inchoandi morem tuetur ac vindicat. Faustinum episcopum hunc appellat Aeneas Parisiensis, Advers. Graecos, c. 176: Migne 121, 742 sq. Unde autem istum esse auctorem Aeneas compererit, responsio in promptu est: ex libro homiliarum quocumque huic simili, ex quo eum denuo Augustus Engelbrecht evulgavit (CSEL t. 21, p. 328-330), sancti **Fausti** episcopi nomine inscriptum. Porro huic novellae institutioni Quinquagesimae infensum se ostendit Maximus Taurinen. episcopus, serm. 26 (Migne 57, 583); quam idcirco ex Hispania Tarraconense in Gallia meridionali longe ante receptam esse crediderim, quam ad Italos transiret. Cf. Lib. Com. (Anecd. Mareds. I), p. 53. Sermo postea iterum a Caillau editus est ex pluribus codd., Supplem. II, serm. 24, ubi incipit *Permotos esse vos.*

Praesens evangelica lectio hodiernae] *vide* Recens sancti evangelii lectio.

Praesentem psalmum simul nobiscum] in psal. 83, 5: Mai 21, ex cod. Vat. 5758. Cento est ex Enarr. in ps. 83, n. 8, et Enarr. 2 in ps. 26, n. 8, haud male conflatus.

† Praesentem s. evangelii lectionem tanto intentius] de muliere adultera: Caillau II, 15. Est **Bedae venerabilis** homilia I, 20: Migne 94, 106-110.

PRAESTITIT DOMINUS DEUS NOSTER] Denis 18: p. 90.

PRIMO DIE DOMINICO AGNOSCIT CARITAS VESTRA] Guelferb. 18: p. 499.

PRIMO RESPONDEAM FRATRI ET COLLEGAE] Denis 22: p. 133.

Primus homo, quo cadente omnes cecidimus] de natale domini: Mai 116. Sermo est apud Maurinos 370 (inter dub.), duobus ferme versibus initio truncatus. Non videntur Augustini esse nisi num. 2-4.

† Primus Simon, qui dicitur Petrus] in nat. s. Andreae: Caillau II, 84, ex cod. Casin. 12; denuo Mai, serm. 58, ex Vatic. lat. 3836. Videtur excerptum e commentario in evangelium Iohannis, et hoc quidem aevi fortasse carolingici. Novit auctor Andream « Scythis praedicasse » (n. 2) duosque discipulos Iohannis, de quibus legitur Ioh. 1, 35-37, Andream et Philippum manifesto fuisse (n. 3).

† Priusquam de septem panibus] de evang. Mt. 15, 32 sqq.: Mai 163. Excerptus item videtur ex Commentario aevi carolingici, in quem diversa e priscis patribus, ut tunc mos erat, congesta sunt, Hieronymo, Gregorio, etc.

Procedat nobis fr. car. et beatus Paulus] de conversione s. Pauli serm. IV: Caillau I, 52; Mai 103. Est sermonis a me editi inter Guelferbytanos 23 pars posterior (n. 4-5), sed ab amanuensi pessime corrupta.

Profitemur nos credere indivisibilem] Mai 200. Professio fidei **synodi Mediolanensis** sub Mansueto episcopo an. 680 habitae. Cf. Migne 13, 651-654; 87, 1265-1267, et Hahn, « Bibliothek der Symbole » [3], p. 248-250.

Propheta qui lectus est, dil.] in Quadragesima I: Caillau II, 46, ex cod. Casin. 12. Est aliud exordium sermonis *Evangelica lectio... Paenitentiam i. agite*

(Caillau I, 65). Sermonem totum habes in Floril. Casin. I, 158-159, ex eodem codice. Versio biblica antiqua, differt tamen ab ea, quae in sermonibus Caillau I, 20 et 66 habetur.

PROPTER FASTIDIUM AUDITORIS SERMO SUBTRAHENDUS] Denis. 13: p. 55.

Protector omnium et nutritor Spiritus sanctus] de falso amico: Caillau I, 68, ex cod. Casin. 12. Antiqui auctoris est, uti ex versione Bibliorum apparet.

Proxime cum dominicae passionis multas et acerbas] de VI feria: Mai 31, ex cod. Vatic. 3835. Est sequentia sermonis Mai 30 *Postea quam virginei partus*. Dicendi genus omnino non displicet, licet ad Augustinum minime pertineat. Nonnulla Chrysostomum referre mihi videntur, ex quo forsitan expilata seu imitata fuerint. Dignus plane sermo, qui non in apocryphorum fossa oblivione sempiterna iaceat. Notanda in primis vetus ac singularis Bibliorum versio quae adhibetur ad Ioh. 3, 16; Rom. 5, 8 etc.; tum, quod num. 2 de divinitate Spiritus sancti legitur: « Quare Spiritus sanctus conregnantem una sibi deitate Christum » etc., et pulcherrima ibidem sententia: « Haec ergo prima causa est dominicae passionis, qua sciri voluit quantum amaret hominem deus, qui *plus amari voluit quam timeri* ».

PSALMUM CANTAVIMUS: BENEDICTUS DOMINUS] Denis 15: p. 70.

Psalmus nobis cantavit, et aqua resonavit] de baptismo contra Donatistas: Wilmart, « Rev. Bénéd. » XXIX (1912), p. 157-161: iam antea apud Bordier, p. 127-131, sed ibi initio mutilus. Est apud **Pseudo-Fulgentium** homilia 45 (Migne 65, 910-912), atque eiusdem auctoris ac pleraeque illius collectionis homiliae. Cf. « Rev. Bénéd. » XXX (1913), p. 393.

QUAERI SOLET, QUOD SCRIPTUM EST IN LIBRO LEGIS] Mai 128: p. 370.

QUALEM VOCEM DOMINI AUDISTIS] Mai 129: p. 375.

Quamvis martyrium sancti Stephani toto orbe] Mai 147. Auctoris incogniti sermo brevis, in ecclesia quadam habitus, quae reliquiis s. martyris ditata erat. Apparet contionatorem ex sermone antiquiore lacinias expilasse, qui apud Mai 114 incipit *Hesterno die natalem habuimus*.

† Quamvis proficere ex verbis meis] de pascha XV, ad neophytos: Caillau I, 35.

Quamvis s. Genesius dil. peculiaris Arelatensium] Mai 68, ex cod. Vatic. 3836. Sic non diffitetur auctor, martyrem Romae cultum ipsum esse, qui Arelate passus est. Videtur mihi sermo VI fere saeculo esse compositus, ab eodem forte scriptore a quo sermo Mai 65, *Beatorum germanorum Cosmae et Damiani*.

Quanta gratia dei circa hominem fuerit] in Gen. 3, 21: Mai 187. Brevis sermo, antiquus certe nec adeo male digestus, parvi tamen momenti; ac profecto augustinianus non est.

† Quanto enim beneficium saepius] de passione domini: Caillau II, Append. 39. Apud Migne 171, 547 inter Hildeberti sermones 41[us]; sed hic tribus versibus initio truncatus et ab interpolatore passim deturpatus.

Quantum domino donante possumus, de carnis resurrectione] Mai 153. Ex sermone genuino 242, n. 1-3, totus coaluit, et ita etiam legitur in cod. Guelferb. 4186, fol. 55-58^{v}.

Quantum nos recitatae evangelicae lectionis] in die paschae: Caillau II, 59; Mai, sermo 51. Ieiuna et parvi pretii oratio.

Qui enim cognovit, inquit apostolus] de verbis apostoli Ephes. 3, 18: Caillau II, 18. Est 3^{a} in collectione caesariana « Homiliarum quinquaginta ». Excerpsit eam Caesarius Arelaten. ex epist. August. ad Paulinam 147, c. 14, n. 33-34: Migne 33, 611-612.

Quia hodie dil. diem sanctum devota mente] de cena domini: Mai 143. Haud quidem ab Augustino sermo habitus est, at magni nihilominus theologis aestimandus ob affirmatum in eo sacrosancti altaris « sacrificium ». Num. 1 consecrationis forma ita profertur: « Accipite ex hoc omnes; hoc est enim corpus meum » et « calix sanguinis mei, qui pro multis effundetur in remissionem omnium peccatorum ». Uti rara aut etiam nova vocabula notat editor *pleniter*... veneno *transpuncti*... nullus sit Iudae *consortius*.

QUIA IUBET DOMINUS ET PATER ETIAM HOC] Morin 1: p. 589.

† Quia, ut ait Salomon, melius est enim] Exhortatio ad bene faciendum: Caillau II, Append. 83. Nihil est.

Quid enim retribuemus domino] de peccato primi hominis: Mai 186, ex collectorio Roberti de Bardis. Nihil est.

Quid est autem hoc fr. car. quod octava die] Liverani, Spicil. Liberian., p. 16-20; antea iam ap. Mai serm. 112, immo in homiliario de Festis a Caesario Arelatense ordinato, itemque in collectione Alani Farfensis. Bedae nomine inscriptus in cod. Casin. 106, p. 445. Cento videtur esse, ex priscis certe fontibus conflatus. Legi eum in Breviario Venet. an. 1559 Mai animadvertit, « quae res, inquit, veritatem augustiniani sermonis confirmat »! Vide lectiones variantes post serm. Mai 178.

Quid est fr. car. quod circa propheticas] de occisione infantium: Caillau II, Append. 78; Mai 151. De quo hic ipse fatetur: « Stili asperitatem obscuritatemque prae se praefert, et mendis multis gravibusque obsidetur ». Re vera nullius momenti est, nisi propter innumera monstra eloquii, quibus forsitan moderni philologi delectentur.

Quid est hoc fr. car.] *vide* Quid est autem hoc.

† Quinque septena, frater, in sacra scriptura] Caillau II, p. 160-162. Est **Hugonis a s. Victore** De quinque septenis opusculum: Migne 175, 405 sqq.

† Quis dabit capiti meo aquam] Caillau II, Tract. 2, p. 238-241, ne indicato quidem codice. Eructationes piae, interdum insulsae, scriptoris cuiusdam medii aevi de Compassione B. M. V.

Quis noctis praeteritae gratum laborem] *vide* Pascha Christi, fr. dil.

† Quisquis igitur cellulam cum diabolo] Liber de pugna vitiorum: Caillau II, p. 157-160. Ex libro **Petri Damiani** qui dicitur *Dominus vobiscum*, c. 19 (Migne 145, 246-251) fere totus excerptus est.

† Quo studio et affectu a nobis orandus sit deus] Mai 201. Ex opusculo **Hugonis a s. Victore** *De modo orandi* totus excerptus est, extrema tantum parte omissa: Migne 176, 977 B—986 B.

Quod maledicendo ficum infructuosam] in Mt. 21, 10: Mai 167. Excerptum ex Commentario **Bedae** lib. 3, c. 11 (Migne 92, 244 D—247 C), ex quo etiam compilata est aliquanto brevior eiusdem homilia inter subditicias 43: Migne 94, 563 sq.

QUOD NOS VOCE PSALMI] Denis 9: p. 39.

QUONIAM DOMINUS N. I. CHR. DIEM] Guelferb. 5: p. 457.

QUONIAM VOLUIT DOMINUS HODIERNO DIE] Frangip. 7: p. 223.

QUONIAM VOLUIT DOMINUS ME HINC NON DISCEDERE] Wilmart 12: p. 706.

† Quotiens, venerandi fr., caritatem vestram] de s. Stephano: Mai 191. Cento est, ex homilia 4 « sancti **Faustini** » in collectione caesariana Durlacensi aevo recentiore, ut videtur, conflatus. Cf. CSEL t. 21, 236-8.

† Quotiescumque dominum legimus ex paucis panibus] de multiplicatis panibus, Ioh. 6: Caillau II, 14. Exceptis paucis initio versibus totus descriptus est ex **Haymonis** homilia 49 de Tempore: Migne 118, 287 A—294 B.

Quotienscumque fr. car. aliquos ex filiis vestris] de psalmo 50: Floril. Casin. I, 114-117. Est in collectione Quinquaginta homiliarum s. Augustini homilia 21. Ex Enarr. in psal. 50 a **Caesario Arelaten.** suo modo composita, additis ut solito exordio et conclusione.

Quotiescumque fr. dil. devotionis vestrae ieiunia] de ieiunio I: Caillau I, 66. Magnam similitudinem habet dicendi genere et versione Bibliorum cum sermone Caillau I, 20, quem in cod. Casin. 12 proxime antecedit. *Vide* Tria sunt quae sub pascha.

QUOTIESCUMQUE PRESSURAE SEU TRIBULATIONIS] Caillau II, 92: p. 272.

RECENS SANCTI EVANGELII LECTIO HODIERNAE] Biblioth. Casin. I, 133-138: p. 401.

RECOLITE COMMEMORANTEM EPISTOLAE] Frangip. 5: p. 212.

REDDENDI SERMONIS OFFICIUM] Denis 3: p. 18.

Refulget et praeminet inter comites] de nat. s. Victoriae: Mai 66, ex cod. Vatic. 3836. Insipidus cento est ex Augustini sermonibus 280-281 magnam partem expilatus, et romanae martyri Victoriae (23 decemb.) inscite adaptatus. De hoc sermone vide sis iudicium iam olim a Maurinis prolatum ad serm. 326: Migne 38, 1449.

RESSURRECTIO DOMINI N. I. CH. FORMA EST] Guelferb. 12: p. 479.

Resurrectio domini n. I. Ch. fr. car. fidem nostram] Migne 47, 1152-3. HRabani nomen praefert ap. Migne 110, 140; et est **Pseudo-Bedae** in epistulas anni circuli homilia 116. Vide Ios. Schlecht, « Die Apostellehre in der Liturgie » (Freiburg i. Br. 1901), p. 27 et 137.

RESURRECTIONEM DOMINI ALII VIDERUNT] Guelferb. 10: p. 471.

RESURRECTIONEM SUAM DOMINUS CHRISTUS CERTAM] Guelferb., Append. 7; hic inter genuinos sermones receptus: p. 583.

Resurrectionis dominicae die resurgere] de pascha VI: Caillau I, 26. Sermonem « admiratione dignissimum » iudicavit editor. Fortasse nimis magnifice: at dignum sane equidem existimo, cuius rationem habeant philologi et veterum versionum biblicarum studiosi. Nonnulla sunt quae mihi persuadeant, auctorem inter Afros episcopos, qui saeculo VI vixerunt, requirendum esse: quaedam rara vocabula habet communia cum Afro interprete commentariorum Theodori Mopsuesteni in epistulas minores Pauli apostoli, v. gr. *conresurgere*, *concrucifigi* (n. 10 in fine), aliaque eiusmodi.

Resurrectionis dominicae veneranda sollemnitas] Caillau II, 57; Mai 93. Physiologus de natura leonis allegatur, et multa hic habentur, quae Augustino imputare nemo velit, v. gr. « creatura *luctivaga*... *cinnama* decoxerant *pietatis*... modus quo pascha *sollemnizandum* sit... carnem *deificam* » etc., ne quid dicam de doxologia, qua sermo concluditur.

RESURREXISSE DOMINUM N. I. CHR. A MORTUIS] Mai 87: p. 327.

Retinet sanctitas vestra fr. superiorem tractatum] de pascha II: Caillau I, Append. 4. Sermo est Append. August. 162, praeter n. 3, qui huc aliunde ascitus est. Cf. Maximi Taurinen. sermonem 32: Migne 57, 598 sq.

Retulit divina scriptura de Cain et Abel] Mai 135. Profecto augustinianus non est, at certe Caesario Arelat. antiquior, quippe ab eo in rem suam conversus.

Rex noster de virgine nasciturus] in nat. Ioh. Bapt. I: Caillau I, 55, ex cod. Casin. 12. Nullius paene momenti est nisi ob veterem ac prorsus singularem Bibliorum translationem, qua contionator utitur, et quod in fine innuitur de « obsceno more » quo gentiles aestatis solsticium celebrabant.

Rogo vos. fr. car. ut non moleste accipiatis] de diligendis inimicis fragmentum: Mai 114 bis. Est sermonis (**Caesariani**) 6 in collectione Durlacensi exordium: quem totum habes ab Augusto Engelbrecht inter Fausti opera editum CSEL t. 21, p. 243 sqq. Longiorem partem postea iterum Mai, serm. 180: *Carissimi*, *diligamus nos hoc animo*.

† Sacerdotes dilectissimi, tria sunt genera] Caillau II, Append. 87, ex cod. Aedil. X. Est fetus hominis saec. XII, ut plerique sermones hoc codice contenti.

Sacratissimorum dierum qui nunc venturi sunt] de adventu quadragesimae: Mai 141. Brevis allocutio, haud male quidem digesta, ab alio tamen atque Augustino. Clausula recentiorem aetatem mihi sapere videtur.

Sacratissimum hodie dil. fr. diem resurrectionis] Mai 115. Brevis ac parvi momenti sermo, antiquus tamen, ut videtur, in quo editor vocabula *inantea* et *transcensus* signanter notavit.

Sadducaei extra fidem resurrectionis sunt] de verbis Matth. 22, 23 sqq.: Caillau II, 8. Ex **s. Hilarii** Comment. in Matth. c. 23, n. 3-6, totus exscriptus est: Migne 9, 1045-1047. Cf. adnot. ad serm. Caillau II, 4 « In socrum Petri ».

† Salvatorem expectamus...] *vide* Praedicaturus vobis dil. fr. huius instantis.

Salve dies aeternis frequentande conventibus] de pascha: Migne 47, 1155-1156; Mai NPB. I, sermo 85. Antiqui profecto declamatoris fetus, in quo vero ne umbram quidem Augustiniani pectoris possis deprehendere.

† Sancta atque gloriosa solemnitas] in natali domini XI: Caillau I, 17.

SANCTA LECTIO SI IN ISTA VITA NOS] Mai 13: p. 288.

† Sancta scriptura semper docet nos et admonet] de conversione s. Pauli serm. II: Caillau I, 50. Verba « qui et meruisti thronum duodecimum possidere » n. 2 in memoriam reducunt antiphonam Breviarii Romani die 30 Iun. ad Nocturnos. Praeterea nihil.

SANCTA SOLLEMNITAS BEATISSIMI MARTYRIS] Denis 14: p. 65.

† Sanctam quadragesimam hodierna die fr.] in quadragesima: Caillau II, Append. 29, ex cod. Aedil. X. Auctor, saeculi XII homo, contra sui temporis Manichaeos disputat, qui non solum pauperibus, verum etiam divitibus convivia parare, bonum esse adserebant (n. 2); Arrianumque haereticum (n. 4) impugnat, qui multa corpora unam tantum animam habere dicebat.

† Sancti Iohannis baptistae ac praecursoris] in natali Ioh. Baptistae II: Caillau I, 56. Nugae.

Sancti Iohannis b. natalicia hodie prosecuturus] Mai 159. **Pseudo-Ambrosii** sermo 51: Migne 17, 708.

Sancti Iohannis, qui iudicis nostri vox] Mai 160. Insulsi est declamatoris, qui matrem praecursoris « mulierem annorum nonaginta et eo amplius » fuisse adserit (n. 2).

SANCTIFICAVIT NOBIS ISTUM DIEM] Frangip. 4: p. 209.

Sanctitatem vestram admonere] *vide* De bono misericordiae.

† Sanctorum ecclesiam fr. car. esse dei agrum] de sexagesima II: Caillau I, Append. 2. Est **Ambrosii Autperti** abb. sermo de cupiditate: Migne 89, 1277-1292.

† Sanctorum martyrum fr. car. solemnia celebramus] Caillau II, Append. 81, ex cod. Aedil. X; Mai, sermo 196. Mentitur simia Augustini, **Godefridus Bathonien.,** homo saeculi XII, « aliquando vidisse se *in Africa* martyres catenis religatos, vestibus spoliatos ». Vide sis « Rev. Bénéd. » X (1893), p. 28 sqq. A. Mai « africanum certe auctorem » in his nugis candide agnovit.

SANCTUM EVANGELIUM AUDIVIT NOBISCUM CARITAS VESTRA] Morin 11: p. 627.

SANCTUM EVANG. CUM LEGERETUR, AUDIVIMUS A FEMINA] Guelferb. 29: p. 543.

Sanctum evangelium cum legeretur... desiosa, quam cavere] Floril. Casin. II, 97. Nihil est.

Sanctus et solemnis dies, fr. dil., mundo illuxit] in nat. domini XVIII: Caillau II, 26; denuo Floril. Casin. II, 162. Auctoris est garruli, sed antiqui, qui passim Augustinum imitatur et expilat. Notat editor, principium concordare cum homilia Origeni falso adscripta de epiphania domini, apud Combefis. I, 519.

Sanctus hic cum declinat dicendi laborem] in natali domini I: Caillau I, 7. Sermo prolixior, in quo multa singularia et notatione digna: vividum abruptumque dicendi genus, rara aut omnino nova vocabula, mirandae aetymologiae, biblicae lectiones quas nusquam alias reppereris. Lacinias ex hoc mutuasse eum apparet, qui sermonem Append. August. 245 (= Pseudo-Hildephons., Migne 96, 280-283) composuit. Auctor adhuc ignotus, at certo antiquus est, et in quo pertractando operam non perdas.

Sanctus Iohannes apostolus et evangelista] Mai 192. Nullius momenti, ac forte aevi recentioris opella, in qua fabula de morte apostoli omnino ut in sermone Mai 169 narratur.

Sapientissimus Salomon, fons sapientiae] de passione domini: Caillau II, Append. 37; Mai, serm. 81. Sermo, et si profecto non genuinus, auctoris tamen antiqui est, immo, ut videtur, Afri; in homiliarium Pauli diaconi sed interpolatum receptus est, ibique dicitur ex opp. s. Cypriani desumptus: Migne 95, 1329-1331.

Scimus fr. quod ad similitudinem Evae] de lapsu Petri: Caillau II, 74. Quattuor codicibus editor usus est, quorum duo nomen Ambrosii praeferunt. Quod mirum non est: etenim ex huius Expositione evangel. Lucae, lib. 10, n. 75 sqq. sermo fere totus coaluit.

Scio quid adiuvante domino promiserim] de accedentibus ad gratiam II: Mai 120, ex cod. Vatic. 450. Prolixus ac splendidus sermo **Quodvultdeo** ep. iam dudum a me restitutus. Cf. initium *Domino deo nostro inpendenda*.

† Scriptum est fr. car. quod sanctus Elias] de s. Paulo eremita: Caillau II, Append. 60, ex cod. Aedil. X. Est **Godefridi Bathonien.** ridiculus fetus: cf. « Rev. Bénéd. » X (1893), p. 31.

Scriptum est fr. dil. Domini est terra] de decimis: Mai 73, ex cod. Vatic. 3836; cf. Migne 47, 1237-1238. Ex eodem fonte prorsus minime Augustiniano, ex quo etiam sermo Append. August. 277 (Caesarii) partim conflatus est.

Scripturam quidem hebraici exitus] feria 3 paschae: Mai 166. Est **Pseudo-Leonis** ap. Migne 54, 493 et 56, 1134.

SECUNDUM EVANGELISTAM IOHANNEM MULTA] Wilmart 13: p. 712.

SEMPER QUIDEM FR. MEMINISSE DEBETIS] Wilmart 9: p. 693.

SERMO MIHI EST AD VOS, MODO NATI INFANTES] Denis 8: p. 35.

† Si diligenter considerare volumus] liber de spirituali certamine: Caillau II, p. 155-157. Est **Petri Damiani** sermo 74: Migne 144, 919 sqq.

† Si nativitatem Christi domini consideremus] in natali domini VII: Caillau I, 13. Multa hic reperies ex serm. Append. Aug. 121, n. 2 et 3 emendicata.

Si penitus effugere maculam fr. dil. voluerimus] de s. Paulo apostolo: Caillau I, 54. In cod. Casin. 109, p. 94, **Gregorii Nazianzeni** nomen praefert, et revera totus exscriptus est ex huius Apologetico 51, 2; 56, 1 iuxta translationem Rufini: CSEL t. 46, p. 42, 18—46, 21.

Si velimus fr. dil. de singulis istis sanctis] in sollemn. Machabaeorum: Caillau I, 62, iterumque ex uno eodemque cod. Casin. 12 apud Caillau II, 76 insigni oscitantia evulgatus est. Iam prius extabat inter opera s. Leonis papae edit. Cacciari, Romae 1753, serm. 86, t. 1, p. 246. Qui licet neque Leonis, nec profecto Augustini fetus sit, at multis tamen sermonibus a Caillau editis antehabendus videtur, vel propter particulas veteris translationis libri 2 Machabaeorum c. 7, quae in eo servatae sunt.

SIC EST ISTA EVANGELICA LECTIO] Mai 125: p. 353.

SIC HABET FR. MISERIAE NOSTRAE CONDITIO] Wilmart 3: p. 681.

Sicut domino deo nostro cantavimus, ita illo] Mai 88, qui non advertit sermonem esse apud Maurinos 230.

Sicut in lectione Actuum apostolorum, cum recitaretur] de conversione s. Pauli serm. V: Caillau I, 53. Idem est ac sermo Append. August. 204, excepto n. 1, qui hic omissus est. Manet, quicquid Caillau garriat, Maurinorum iudicium: Augustini eruditione et gravitate indignus est.

† Sicut in mane audivimus, fr.] in Luc. 11, 14-28: Caillau II, Append. 4, ex cod. Aedil. X. Blateronis fetus est medii aevi, qui de origine Beelzebub fabulosa venditat, contra « Sarraboïtas » invehitur, auditores ad confessionem hortatur.

† Sicut sacra dil. testamenti veteris] de Iosepho: Caillau II, 3, ex cod. Casin. 387, fol. 112. Mihi videtur eiusdem auctoris esse ac sermo Caillau II, Append. 25: *Humani generis conditor*. Uterque ex eodem codice prodiit; in hoc, n. 3, sicut in illo, recitantur verba ex collecta super populum Sacramentarii Gregoriani sabbato *Sitientes:* « Deus... *qui fidelibus suis misereri potius eligit quam irasci* ». Contionator, quisquis est, homo est saeculi fere XI-XII, nec sane ineruditus.

† Sicut sacra veteris testamenti narrat historia, Balaam] de epiphania domini II: Caillau II, 37, ubi ex cod. Casin. 12, fol. 96, erutus dicitur. At falso: nihil enim huiusmodi indicant scriptores Bibliothecae Casin. I, 167, neque Maurus Inguanez in recentiore catalogo p. 18; immo ipse Caillau iam ante dixit sermonem ex suis I, 67 « in cod. Cass. XII, fol. 96 » legi. Error est igitur editoris, qui omnia more suo perturbat. Neque enim poterat in codice saeculi XI exeuntis sermo extare, qui manifeste fetus est hominis saeculi XII ad finem vergentis; in quo, n. 1, ne plura proferam, Bernardus Claraevallensis (Super *Missus est* II, 17) de Maria « stella maris » expilatur. Cf. Philippi de Harveng Moralit.

in Cantica 5 tomum, qui ita incipit: « Sicut sacra historia veteris testamenti cum legeretur... »: Migne 203, 547.

SICUT VERITAS PER APOSTOLOS SONUIT] Denis 4: p. 21.

Solemne tempus devota religione peregimus] de pascha: edidit A. Wilmart, « Rev. Bénéd. » XLI (1929), p. 198-199. Est auctoris profecto Afri, ut exempla e ss. Bibliis demonstrant, sed qui novis vocabulis atque sermonis grandiloquentia nimium delectatur. Sacra gentilium tunc magnifice ac libere adhuc agebantur, saeculo igitur IV nondum ad finem vergente. De Optato haud sine quadam verisimilitudine cogitavit editor.

Solent homines alterius religionis] de trinitate contra Arrianos: Mai 182. Tractatum ad scholam **Caesarii Arelatensis** pertinere iam olim demonstravi, partemque adhuc ineditam primum evulgavi in « Mélanges de Cabrières » (Paris 1899), p. 116 sqq. Vide sis quae de eo habet G. Krüger in Schanz, « Geschichte d. röm. Litteratur » VIII, IV, 2, p. 560.

Sollemnis dies hodie fr. car. de nativitate s. Iohannis] Floril. Casin. I, 203-204, ex cod. Casin. 17: *vide* Quoniam voluit dominus hodierno die.

SOLLEMNITAS MARTYRUM, DIL., QUA PASSIONIS] Mai 20: p. 310.

Sollemnitas paschae haec est] de psalmo 149: Mai 24, ex cod. Vatic. 5758. Cento est, **Origenis** in fine nomine inscriptus, cuius re vera ingenium plurima hic sapiunt, uti editor ipse animadvertit. Clausulam *Conversi ad dominum* etiam in fine sermonum, qui Augustini non sunt, aliquando repiriri apparet ex sermone *Inter aestuosa*, ab Andr. Wilmart nuperrime edito: cf. « Rev. Bénéd. » XLII, 1930, pp. 15 et 16 sq.

SOLLEMNITATEM SANCTAM EIUS MARTYRIS] Guelferb. 27: p. 531.

SOLLEMNITATIBUS MARTYRUM SANCTAE LECTIONES] Morin 2: p. 594.

SPERATE IN DOMINO, OMNES... ET SI ABUNDAT INIQUITAS] Morin 8: p. 613.

Stephanum sanctum veneremur omnes] in nat. Stephani: Caillau II, 85, ex cod. Casin. 12; iterum ex eodem codice Floril. Casin. I, 143. Auctoris est Afri ex antiquis, qui inflato sermone, verbis insolitis utitur: manus *lapidiferas... palmiferam* salutem (n. 2).

Sufficit quidem fr. car. ad testimonium] de VI feria passionis: Mai 29, ex cod. Vatic. 3835. Est declamatoris Afri et antiqui. Adverte verba: *udant* dominicos vultus..., panibus angelicis *annonavit*.

Temporalis secundum carnem Filii dei] in natali domini XXI: Caillau II, 29; multo mendosius apud Mai serm. 175, ubi monemur lectum eum esse in breviario Veneto anni 1559, p. 110. Auctoris est antiqui, nec prorsus ineruditi, fortasse **Fulgentii:** adverbii enim *initialiter*, quod hic n. 3 occurrit, nullum aliud exemplum adducit Forcellini-De Vit nisi ex duobus locis Fulgentii. Et quod maioris momenti esse videbitur, cum Romae et in ceteris ecclesiis Occidentis dies Resurrectionis in festo Epiphaniae adnuntiari soleret, hic tantum n. 9 et in sermone

Fulgentii secundo (Migne 65, 729 B) « in die dominicae Nativitatis dies quoque dominicae resurrectionis » auditoribus intimatur. Cf. ea quae dixi ad serm. *Incarnationis divinae mysterium*, et clausulam sermonis Guelferb. Append. 1; sermonis item apud Mai 199, *Praeclara hodie salvatoris*.

† Tempore quo dominus et salvator noster] de Innocentibus: Mai 193. Brevis ac nullius momenti homilia, recentiori forte aevo composita, in qua de morte Herodis fabulae narrantur.

Tempus admonet fr. ut evangelicum capitulum] de piscatione Petri: Caillau I, 59. Est in editione Bruni s. **Maximi Taurinensis** sermo 95: Migne 57, 723-724.

TERRIBILIS LECTIO ANTE PSALMUM SONUIT] Wilmart 2: p. 673.

† Thomas unus de duodecim... Hic oritur quaestio] in diebus paschalibus: Caillau II, 61. Videtur esse fragmentum commentarii cuiusdam aetatis multo posterioris, ut puto carolingicae.

Tria sunt quae sub pascha vel maxime] ante pascha, de ieiunio, misericordia et baptismate: Caillau I, 20. Dignus est qui legatur, utpote auctoris antiqui, sicut ipsa translatio Bibliorum demonstrat, qua utitur. Vivide describitur aegrorum clamor baptismatis gratiam implorantium, quod sani suscipere neglexerunt.

† Triginta tribus annis et amplius] in Luc. 19, 41-46: Caillau II, Append. 7, ex cod. Aedil. X. Eiusdem blateronis est, cuius plerique sermones qui ex eo codice eruti sunt: hominis saec. XII, qui hic in eos invehitur « qui simoniam exercent in templo, in confessione, vel in sacramento » (n. 4).

† Tuae petitioni, carissima mater] Liber de virtutibus ad matrem suam: Caillau II, Append. p. 242-254. Est **Adalgeri** ep. admonitio ad Nonsuindam (Migne 134, 915-938), sed hic passim uberior.

...vel rutundo vulneri rotundum] ap. H. Bordier, p. 132-134. Ex libro I De doctrina christiana, c. 14 et 15, excerptum. Est sequentia sermonis de fide: *Hoc dicimus et hoc doceamus*.

Venerunt dies ut cantemus Alleluia] De psalmi 149 vers. 1: Denis 10. Omnia fere ex Aug. Enarrat. in psalmos excerpta sunt. Num. 1 *Venerunt dies — est enim Alleluia* in Ps. 110, init.; *Sed laudate Deum — quia nunquam veterascit* in Ps. 149, n. 1; *Fratres, commendamus vobis — habitavit in nobis* ibid. n. 4; n. 2 *Faedos nos amavit — nisi vitam suam?* in Ps. 103, serm. 1, n. 5; *Quid est Israhel? — et in illo habitat* in Ps. 149, n. 4; n. 3 *Sion vera et Ierusalem... nobis recitantur* ibid. n. 5; *Non arant — fiat misericordia* in Ps. 148, n. 8; n. 4 *O beati — erimus cum illo* ibid. Quod autem alibi suspicatur Denisius, sermonem a s. Patre ante habitum esse, quam totum Psalmum enarraret, non verisimile est, neque certum exemplum huiusmodi hucusque prolatum est.

Veni domine Iesu Christe] de trinitate et incarnatione: Caillau II, 35; iam antea s. Isidoro Hisp. suppositus, Migne 83, 1221-1223. Excerptus ex **Quodvultdei** episcopi sermone ad catechumenos n. 7 et 8: Migne 40, 696-700. Hic obiter animadverto, n. 6 inveniri versionem veterem Habacuc 3, 5 cuius nullum

aliud exemplum novit Sabatier nisi apud Pseudo-Prosper. (= Quodvultdeum), De promiss. III, 3: Migne 51, 819 B.

† Verba ista, dil., Salomonis non sunt] in ramis palmarum II: Caillau II, 50. Videtur esse auctoris saeculo XII haud anterioris: cf. num. 5 cum sermone 50 de diversis inter opera s. Bernardi, Migne 183, 672.

Verbum caro factum est... Et quomodo factum est] de pascha IV: Caillau I, 24. Totus excerptus est ex tractatu s. **Hieronymi** in Ioh. 1: Anecdot. Mareds. t. 3, part. 2, p. 390, 4—492, 21.

Videmus dil. vestram sanctam devotionem] de dominica oratione: Guelferb. Append. 4. Dicendi genus humilius videtur, quam ut sine certa auctoritate Augustino tribuatur, et ipse textus orationis ab eo, quo uti solebat, alius est. Lege sis de eo Desid. Franses, « Die Werke des hl. Quodvultdeus », p. 83 sq.

† Videtis fr. car. omnipotentis dei divinum] de conversione s. Pauli serm. I: Caillau I, 49. Ineptiae.

VINCENTII MARTYRIS SANCTI] Caillau I, 47: p. 243.

Virtus gloriosissimae passionis, et sermo suavissimae relationis] in nat. s. Vincentii: Caillau II, 64; Floril. Casin. I, 177-178, ex cod. Casin. 12, p. 318. Auctoris est antiqui, nec ineruditi, eius fortasse a quo etiam sermo Appendicis 188 habitus est. Genuinum esse primum suspicatus sum; at postea quam textum pessime corruptum ex codice ipso iterum descripsi, de auctore plane dubitare coepi. Displicet inter alia id, quod de converso postea Datiano suggeritur, de quo altum apud Augustinum ceterosque veteres scriptores silentium; nec tenor orationis ubique videtur Hipponiensis nostri ingenio consonare.

Visum inter nos deum] in octava Epiphaniae: Caillau II, 45, ex cod. Casin. 12; denuo Floril. Casin. I, 154. Contionator in fine auditores ad baptismum invitat, ex quo iam intellegimus sermonem ipsum antiquum esse: Mediolani quoque, teste Ambrosio, baptizandi in Pascha competentes in festo Epiphaniae nomina inscribenda dabant.

VITAM ISTAM NOSTRAM FR. CAR.] Mai 12: p. 285.

† Una sabbati, ait evangelista, venit Maria] de pascha V: Caillau I, 25. Ieiuna et stolida declamatio.

Una substantia est sanctae trinitatis] de duplici in Christo natura: Mai 174, ex cod. Veron. LIX, (57). Auctor, quisquis is est, Leonem papam imitatur et expilat, et argute quidem Ballerini, num Vigilius Tapsitanus esset, secum quaesivit; eius quippe dicendi genus formulasque ab eo usitatas sermo refert. Notandum verbum novum *versibilitas*, itemque adfirmata processio Spiritus a Patre et Filio.

UNA VOCE MULTI CANTAVIMUS] Mai 17: p. 303.

VOS IN NOVAM VITAM REGENERATI] Guelferb. 7: p. 462.

Vox domini in virtute... Vox domini humanae sapientiae] in nat. s. Iohannis Bapt.: Caillau II, 68; Mai serm. 48. Auctoris est Afri, qui insolitis vocabulis delectatur: *marcore* solutam (n. 1); *senticosa... scabrosae* naturae *claudicosa* durities... spiritu sancto *maritante* (*ante* Caill.) n. 2 etc. Attamen editor affirmat « nihil occurrere, quod huius authenticitati obstare videatur ». Postea vero, quod fere incredibile est, in Append. II, 63 eiusdem sermonis textum emendatiorem profert, et ibi protestatur « ita intricatas et pueriles haberi in eo sententias, ut s. Augustino nullatenus possit ascribi »!

UT AUDEAMUS LOQUI VOBIS, FIDES FACIT] Morin 10: p. 624.

Zelus quo tendat, quo prosiliat livor] de occisione infantium: Mai 109, ex cod. Vatic. 5758. Est apud **Petrum Chrysol.** sermo 152, in homiliarium Pauli Diaconi I, 34 sub nomine « b. Severiani ep. » receptus. Hunc aliosque sermones Ravennatensi episcopo inscriptos Augustini esse Mai sine causa acriter contendit.

I.

INDEX LOCORUM S. SCRIPTURAE.

Genesis:

1, 1 . . . 11, 6 s. 356, 21. 478, 19
1, 2 . . 13, 13. 15. 459, 12. 500, 1
1, 3 . . . . . 459, 13. 499, 9
1, 4 . . . . . 459, 14. 499, 9
1, 5 . . . . . 459, 16. 499, 10
1, 31 . . . . . 545, 2. cf. 336, 11
2, 2 . . . . . 675, 19
2, 17 . . . . . cf. 558, 8
2, 24 . . . . . 20, 9. 52, 15
2, 25 . . . . . 641, 3
3, 4 . . . . . 131, 11. 558, 19
3, 5 . . . . . 475, 22. 564, 5
3, 19 . . . . . 115, 16. 562, 3
3, 19 et 18 . . . . . 272, 20
6, 14 . . . . . 648, 2. cf. 93, 11
12, 1 . . . . . 150, 14
13, 2 . . . . . cf. 556, 11
14, 18 . . . . . cf. 18, 17
15, 6 . . . . . 57, 27
22, 2 . . . . . 123, 7
22, 18 . . 123, 3. 150, 17. 187, 1. 612, 2
32, 25 . . . . . 473, 17
32, 26 . . . . . 472, 31
32, 27 s. 473, 1
32, 28 . . . . . cf. 472, 30
49, 9 . . . 21, 17. 461, 29. 688, 13
49, 27 . . . . . 523, 20. 22

Exodus:

3, 6 . . . . . 17, 7
3, 13 . . . . . 247, 4
3, 14 . . . . . 16, 15. 30 s. 247, 5
3, 15 . . . . . 17, 7. 18 s.
8, 19 . . . . . 188, 25
12, 5 . . . . . cf. 382, 9
12, 35 . . . . . cf. 181, 3
15, 1. 21 . . . . . 687, 16. 17
19, 1 . . . . . 384, 31

Exodus:

20, 3 . . . . . 172, 18. 187, 24
20, 4 . . . . . 675, 8
20, 7 . . . 173, 5. 187, 27. 675, 10
20, 8 . . . . . 175, 3. 183, 24
20, 12 . . . . . 159, 29. 176, 7
20, 12-17 . . . . . 675, 22 s.
20, 13 . . . . . 177, 5
20, 14 . . . . . 176, 6
20, 15 . . . . . 177, 15
20, 16 . . . . . 178, 14
20, 17 . . . 178, 20. 179, 3. 714, 35

Deuteronomium:

5, 12 . . . . . 675, 11
6, 4 . . . . . 675, 9
29, 29 . . . . . 590, 6. 709, 6
32, 39 . . . . . 271, 5

I Regum:

19, 18-24 . . . . . cf. 99, 11

III Regum:

19, 10. 14. 18 . . . . . 339, 22

IV Regum:

6, 25-30 . . . . . cf. 273, 5 s.

Tobias:

2, 1 . . . . . 380, 2. cf. 185, 12
4, 8. 9 . . . . . 373, 5
4, 11 . . . . . 373, 17. 20
4, 23 . . . . . 33, 25

Hiob:

1, 9 . . . . . 297, 20
1, 21 . 33, 13. 129, 33. 269, 4. 298, 5. 557, 13. 15. 639, 1. 4. cf. 235, 12
2, 9 . . . . . 131, 9

Hiob:
2, 10 . . . . . 131, 18. 298, 30
4, 19 . . . . . cf. 15, 32
5, 19 . . . . . 336, 13
7, 1 . . . . . 215, 15. 686, 4
28, 28 . . . . . 76, 10

Psalmi:
2, 4 . . . . . cf. 522, 18
2, 8 . . . . 54, 23. 187, 2. 449, 14
3, 6 . . . . 24, 27. 25, 2. 456, 12
461, 2. cf. 689, 4
3, 9 . . . . . 561, 19. 25
4, 3 . . . . . 339, 14
4, 5 . . . 258, 15. 354, 20. 409, 25
cf. 679, 27
4, 7 . . . . . 197, 8
5, 5 . . . . . 210, 2. 547, 3. 6
6, 1 . . . . . 335, 20
6, 2 . . . . . 335, 21
6, 6 . . . . . 123, 30
6, 8 . . . . . 237, 10. 292, 17
8, 5 . . . . . 641, 32
8, 6 . . . . . 394, 16
9, 20 . . . . . 642 s.
9^2, 3 . . . . . 216, 20
9^2, 4 . 128, 11. 14. 154, 8. 410, 3. 9
10, 6 . . . . . 79, 25
11, 1 . . 335, 23 336, 29. 337, 20.
339, 10
11, 2 . . . . . 335, 31
11, 2. 3 . . . . . 339, 10 s.
11, 3 . . . . . 48, 29. 175, 1
11, 8 . . . . . 336, 3
11, 9 . . . . . 336, 31. 337, 21
12, 4 . . . . . 717, 14. 719, 7
13, 3 . . . . . 115, 9
15, 5 . . . . . 334, 7. 449, 13
15, 11 . . . . . 549, 17
16, 7 . . . . . 589, 8
17, 2 . . . . . 550, 7
17, 29 . . . . . 457, 21
17, 37 . . . . . 377, 5
17, 45 . . 345, 12. 502, 19. 526, 28.
612, 10
17, 46 . . . . . 473, 21. 642, 14
18, 2 . . . . . 517, 35
18, 3 . . . . . 518, 2
18, 4 . . 110, 11. 149, 21. 174, 21.
183, 4. 518, 16

Psalmi:
18, 5 . . . 110, 8. 149, 22. 174, 23.
518, 19. 22. 523, 12
18, 6 . . . . . 52, 10. 12
21, 1 . . . . . 610, 22
21, 11 . . . . . 487, 10
21, 11. 12 . . . . . 78, 24
21, 17 . . . . . 451, 9. 25. 666
21, 18 . . . . . 451, 10. 26. 666
21, 19 . . . . . 451, 11. 666
21, 28 . . . . . 187, 4. cf. 145, 29
21, 28-29 . . . . . 451, 27
22, 5 . . . . . cf. 385, 23
22, 6 . . . . . 273, 29
23, 1 . . . . . 715, 2
24, 4 . . . . . 547, 25
24, 15 . . . . . 649, 31
26, 4 . . . . . 549, 17
26, 9 . . 378, 18. 29. 663, 17. 715, 20
26, 10 . . 378, 17. 379, 22. 23. 715, 21
26, 12 . . . . . 219, 9
26, 14 . . . . . 197, 7
28, 1 . . . . . 577, 5
29, 7 . . . . . 495, 8. 496, 2
29, 8 . . . . . 496, 4
31, 5 . . . . . 41, 29. 258, 6
31, 9 . . . . . 177, 1
32, 1 . . . . . 124, 15
32, 9 . . . . . 12, 18
32, 20 . . . . . cf. 645, 10
33, 2 . . . 126, 36. 232, 13. 648, 23
33, 3 . . . . 69, 26. 529, 6. 530, 19
33, 6 . . . . . 19, 27. 96, 26
33, 9 . . . . . 701, 22
33, 13 . . . . . 273, 26. 274, 9
33, 14-15 . . . . . 274, 14
33, 19 . . . . . 258, 11. 370, 2
35, 7 . . . . . 716, 11
35, 7. 8 . . . . . 442, 1
35, 9 . . . . . cf. 333, 7. 645, 20
35, 9. 10 . . . . . 442, 7. 701, 23
35, 10 . . . . 79, 5. 372, 4. 600, 4.
645, 23. cf. 553, 22
36, 1. 2 . . . . 294, 16. 636, 4. 7
36, 6 . . . . . 717, 34
36, 27 . . . . . 618, 27
38, 2 . . 112, 21. 116, 34. 117, 2. 22
38, 3 . . . . . 118, 3
38, 4 . . . . . 119, 3. 8
38, 5 . . . . . 119, 18. 25. 30

Psalmi:
38, 6 . . . . . 656, 17
38, 6. 7 . . . . . 128, 22
38, 7 . . . . . 629, 11
38, 8 . . . . . 656, 18
38, 12 . . . . . 40, 7
38, 13 . . . . . 112, 10. 18. 656, 11
39, 6 . . . . . 489, 11. 714, 3
39, 13 . . . . . 257, 8
40, 2 . . . . . 291, 6
40, 5 . . 303, 16. 304, 17 s. 683, 15
40, 9 . . . . 25, 4. 461, 17. 689, 7
40, 10 . . . . . 54, 7
40, 11 . . . . . 461, 23. 689, 5
41, 4 . . . . . 14, 4
41, 5 . . . . . 14, 28
43, 21 . . . . . 262, 22
44, 3 . . . . . 95, 22
44, 11 . . . 583, 3. 614, 4. 643, 17
45, 2 . . . . . 716, 8
45, 11 . . . 175, 17. 549, 21. 583, 33
47, 9 . . . . . 80, 22
48, 7 . . . . . 495, 7
49, 1 . . . . . 614, 20
49, 3 . . . . . 508, 2
49, 16 . . . . . 125, 3
50, 5 . . . . . 42, 1. 5
50, 10 . . . . . 547, 4
50, 11 . . . . . 42, 2. 378, 28
50, 19 . . . . . 258, 22
51, 4 . . . . . 78, 7
51, 10 . . . . . 134, 1. 640, 9
54, 6. 7 . . . . . 60, 1
54, 7 . . . . . 259, 21. 367, 9. 11
54, 13-15 . . . . . 54, 8
55, 11 . . . . . 244, 14
56, 2 . . . 576, 9. 578, 2. 599, 32
56, 5 . . . . . 461, 9. 13. 477, 24
56, 12 . . . . . 53, 30
59, 13 . . . . . 645, 25. 708, 18
61, 11 . . . . . 638, 4. 6
62, 12 . . . . . 327, 8
65, 9 . . . . . 547, 29
67, 19 . . . . . 29, 16
68, 10 . . . . . 218, 2
68, 29 . . . . . cf. 140, 5
70, 4 . . . 244, 20. 24. 296, 9. 15 s. 299, 19. 28. 300, 6
70, 5 . . . . . 244, 21. 26
71, 8 . . . . . 187, 6

Psalmi:
71, 11 . . . . . 73, 27. 149, 28
71, 18 . . . . . 598, 1
72, 1 . . . . . 40, 23
72, 1-3 . . . . . 125, 11. 616, 20 s.
72, 13 . . . . . 617, 2
72, 16. 17 . . . . . 126, 1
72, 18 . . . . . 464, 6
72, 27 . . . . . 677, 15
72, 28 . . . . . 545, 19. 677, 14. 17
74, 2 . . . 300, 17. 301, 6. 302, 32
74, 6 . . . . . 305, 12. 20
74, 7. 8 . . . . . 305, 22
74, 8 . . . . . 306, 2
75, 5 . . . . . 716, 12
75, 6 . . . . . 202, 24
76, 3 . . . . . 341, 16
77, 25 . . . . . 376, 4
77, 30 . . . . . 651, 18
77, 39 . . . . . 697, 23
81, 6 . . . . . 475, 25
82, 17 . . . . . 697, 15
83, 5 . . . 136, 12. 560, 1. 650, 14. cf. 711, 17
83, 7 . . . . . cf. 337, 18
83, 8 . . . . . 715, 6
83, 11 . . . . . 273, 30
84, 12 . . . . . 210, 10
85, 11 . . . . . 233, 3. 18. 547, 27
90, 2. 3 . . . . . 649, 27
90, 6 . . . . . cf. 717, 35
91, 2 . . . . . 379, 8
93, 12. 13 . . . . 618, 14. 18. 635, 9
93, 14 . . . . . 614, 23 s.
93, 15 . . . . . 615, 1 s. 616, 15
93, 19 . . . . . 59, 12. 14
95, 1 . . . . . 209, 14. 600, 18
95, 2 . . . . . 209, 15. 600, 19
100, 2 . . . . . 118, 7
101, 8 . . . . . 461, 18. 689, 10
102, 2. 3 . . . . . 443, 15
102, 9 . . . . . 40, 11
103, 20. 21 . . . . . cf. 718, 1
103, 24 . . . . . 12, 9. 40, 7. 116, 13
103, 28 . . . . . 652, 26
105, 1 . . . . . 379, 8
105, 11 . . . . . 448, 25
106, 2. 3 . . . . . 350, 14
107, 6 . . . . . 53, 30
107, 13 . . . . . 645, 25. 708, 18

Psalmi:
108, 7 . . . . . 683, 12
109, 3 . . . . . 45, 19
109, 4 . . . . . 18, 16
110, 10 . . . . . 185, 8
112, 1. 2 . . . . . cf. 325, 30
112, 3 . . . . . cf. 447, 11. 530, 18
112, 5. 6 . . . . . 369, 13
114, 3 . . . . . 257, 11
114, 4 . . . . . 257, 12
115, 6 . . . . . 69, 29
115, 10 . . . . . 503, 9
115, 11 . . . 376, 30. 503, 16. 642, 1
115, 12 . . . . . 24, 14
115, 13 . . . . . 24, 16
115, 15 . . . . . 149, 26. 551, 30
117, 1 . . . . . 39, 3
117, 14 . . . . . cf. 550, 7
117, 22 . . . . . 322, 13
117, 24 . . . . 391, 4. 465, 2. 499, 4
118, 67 . . . . . 40, 8
118, 155 . . . . . 369, 30
118, 164 . . . . . 232, 12. 648, 23
119, 2 . . . . . 114, 21
119, 7 . . . . . 537, 30
120, 1. 2 . . . . . 66, 24
120, 2 . . . . . 356, 22
120, 3 . . . . . cf. 547, 28
120, 4 . . . . . 690, 9. cf. 461, 20
120, 8 . . . . . 686, 22
122, 3 . . . . . 673, 6
123, 1. 2. 3 . . . . . 24, 3
123, 6 . . . . . 70, 6 s.
123, 8 . . . . . 65, 10. 66, 23. cf. 72, 25
125, 2 . . . . . 90, 6
125, 5 . . . . . 534, 4
125, 6 . . . . . 222, 13. 534, 5. 10. cf. 607, 12
126, 1 . . . . . 527, 6
129, 1 . . . . . 603, 7
131, 17 . . . . . 514, 17
131, 17. 18 . . . . . 43, 7 s.
131, 18 . . . . . 514, 20
137, 6 . . . . . 369, 22. 30
138, 3 . . . . . 257, 23
138, 16 . . . . . cf. 140, 5
139, 6 . . . . . 121, 10. 695, 11
141, 6 . . . . . 135, 32. 631, 19
142, 2 . . . . . 673, 10

Psalmi:
144, 16 . . . . . cf. 652, 25
145, 2 . . . . . 136, 5. 559, 22. 32. 560, 34. 561, 15
145, 3 . . . . . 139, 2. 561, 16
145, 4 . . . . . 139, 15. 561, 21
145, 5 . . . 140, 31. 141, 2. 561, 30. 562, 1. 31
145, 6 . . . . . 15, 20
148, 5 . . . . . 12, 18
148, 7 . . . . . 177, 25
148, 8 . . . . . 178, 2

Proverbia:
3, 12 . . . . . 40, 2. 316, 25
3, 16² 715, 9
10, 2 . . . . . 234, 11
17, 21 . . . . . cf. 151, 28
18, 12 . . . . . 454, 33
18, 21 . . . . . 113, 9
19, 21 . . . . . 592, 13
20, 8 . . . . . 637, 7
22, 2 . . . . . 631, 1
23, 1 . . . . . 568, 13
24, 15. 16 . . . . . 648, 27. 29 s.
24, 16 . . . . . 232, 9. 648, 15 s.

Ecclesiastes:
3, 7 . . . . . 119, 5
7, 16 . . . . . 681, 14

Canticum:
1, 6 . . . . . 52, 17. 19. 23
1, 7 . . . 54, 31. 55, 5. 497, 25 s.
1, 13 . . . . . 530, 11
2, 17 . . . . . 371, 25. 610, 24
4, 2 . . . . . 72, 30
6, 5 . . . . . 72, 30

Sapientia:
1, 11 . . . . . 86, 8
6, 17 . . . . . cf. 184, 18
7, 16 . . . . . 553, 14
8, 1 . . . 100, 19. 170, 10. 634, 25
9, 15 . . . . . 215, 14. 458, 26
11, 21 . . . . . 169, 3
13, 2 . . . . . 358, 12
13, 8 . . . . . 358, 14
13, 9 . . . . . 358, 22
14, 11 . . . . . 150, 1

Ecclesiasticus:
2, 9 . . . . . 613, 9
2, 11. 12 . . . . . 576, 13
5, 8 . . . . . 199, 1. 12. 15
5, 9 . . . . . 199, 16
5, 13 . . . . . 175, 13
9, 20 . . . . . 695, 12
10, 15 . . . . . 287, 3
15, 9 . . . . . 125, 6
27, 6 . . . . . 463, 20. 686, 25. cf. 151, 28
28, 22 . . . . . 113, 10
33, 16 . . . . . cf. 558, 24. 26. 29
39, 20. 21 . . . . . 357, 4

Esaias:
1, 3 . . . . . 211, 24
2, 2 . . . 53, 11. 609, 27. 716, 16
7, 9 . . . . . 476, 12
9, 2 . . . . . 372, 4
10, 22 . . . . . 208, 26
11, 2. 3 . . 157, 16. 490, 20. 715, 14. cf. 185, 5
14, 13 . . . . . 246, 19
14, 14 . . . . . 246, 20
26, 12 . . . . . 578, 18. 25
40, 3-5 . . . . . 511, 23
40, 6-8 . . 138, 26. 288, 19. 314, 4 s. 636, 8 s.
40, 6 . . . . . cf. 291, 20
46, 8 . . . . . 257, 10
51, 7 . . . . . 569, 31. 593, 5
51, 8 . . . . . 593, 8
52, 7 . . . . . 523, 10
53, 3 . . . . . 22, 16
53, 5 . . . . . 693, 19
53, 7 . . 21, 4. 16. 493, 6. 691, 20
53, 8 . . . . . 21, 7. 22, 13
54, 5 . . . . . 231, 1
57, 19 . . . . . 336, 6
58, 7 . . . . . 80, 12. 196, 3
58, 9 . . . . . 651, 33
59, 2 . . . . . cf. 364, 5
66, 2 . . . 156, 24. 175, 7. 361, 34

Hieremias:
3, 3 . . . . . 696, 11
9, 5 . . . . . 113, 14
17, 5 . . . . . 562, 32. 663, 20
17, 16 . . . . . 465, 7

Baruch:
3, 38 . . . . . 617, 22

Ezechihel:
3, 17 . . . . . 542, 6
33, 2-7 . . . . . 190, 19 s.
33, 7 . . . . . 542, 6
33, 7-9 . . . . . 191, 1 s.
33, 10-11 . . . . . 191, 7 s.
33, 11 . . . . . 197, 24
34, 20 s. 411, 24

Danihel:
2, 34 . . . . . cf. 53, 22. cf. 610, 3
2, 35 . . . . . 53, 28
3, 17 . . . . . 404, 15
3, 18 . . . . . 404, 17

Osee:
4, 5 . . . . . 684, 15
13, 14 . . . . . 415, 8

Ioel:
2, 32 . . . . . cf. 442, 14

Amos:
6, 1 . . . . . 37, 26

Ionas:
4, 7 . . . . . 610, 19

Habacuc:
2, 4 . . . . . 620, 12
3, 18 . . . . . 684, 7

Zacharias:
1, 3 . . . . . 697, 24 s.
12, 10 . . . . . 662, 24

Matthaeus:
3, 2 . . . . . 641, 23
3, 3 . . . . . 44, 14. 17
3, 11 . . . . . 225, 26. cf. 229, 6
3, 12 . . . . . 501, 19
3, 17 . . . . . 47, 3
4, 6 . . . . . 538, 6. 16
4, 10 et 7 . . . . . 538, 13. 539, 24
4, 19 . . . . . 712, 16
5, 2. 3 . . . . . 627, 12
5, 3 . . . . . 268, 32. 645, 3
5, 4 . . . . 269, 8. 631, 14. 645, 4
5, 5 . . . . . 631, 21. 645, 4

Matthaeus:
5, 6 . . . . 631, 26. 632, 2. 645, 4
5, 7 . . . 632, 1. 3. 645, 5. 674, 1
5, 8 . . . . 299, 6. 632, 8. 645, 5
5, 9 . . . . . 632, 29
5, 10 . . . . . 634, 3. 645, 6. 7
5, 11 . . . . . 569, 32. 650, 2
5, 11. 12 . . . . . cf. 218, 3 s.
5, 12 . . . . . 570, 2. 650, 6
5, 17 . . . . . cf. 114, 23
5, 25 . . . . . 199, 5
5, 28 . . . . . 354, 22
5, 39 . . . . . cf. 312, 8
5, 45 . . . 40, 15. 362, 16. 464, 23. 701, 7
6, 5 . . . . . 257, 16. 638, 13
6, 9 . . . 487, 6. 652, 22. 657, 2. 715, 23
6, 10 . . . 48, 12. 621, 26. 631, 30. 652, 23. 656, 31. 657, 3
6, 12 . . . 31, 26. 119, 11. 214, 30. 236, 8. 469, 11. 577, 6. 579, 17. 679, 18
6, 13 . . . . . 579, 23. 686, 13
6, 20 . . . 204, 2. 234, 24. 409, 3. cf. 180, 19
6, 21 . . . 205, 28. 234, 25. 405, 28
6, 24 . . . . . 304, 13
6, 34 . . . . . cf. 198, 16
7, 1 . . . . . 709, 3
7, 2 . . . . . 115, 4
7, 3 . . . . . 696, 23. cf. 237, 16
7, 6 . . . . 320, 1. 10. 18. 321, 9. 323, 7. 34 s.
7, 7 . . 268, 1. 654, 1. cf. 112, 17
7, 7. 8 . . 320, 15. 654, 20. 27. 706, 10
7, 11 . . 706, 17. 710, 16. cf. 655, 14
7, 13 . . . . . 339, 5. 698, 7
7, 16 . . . . . 572, 5
7, 22 . . . . . 703, 16
7, 23 . . . . . 703, 17
7, 23. 22 . . . . . 47, 21
8, 8 . . 608, 7. 10. 609, 12. 610, 11
8, 9 . . . . . 608, 12
8, 10 . . . . . 526, 31. 609, 3. 10
8, 11 . . . . . 548, 17. 609, 17
8, 12 . . . . . cf. 580, 21
8, 13 . . . . . 536, 29. 610, 9. 11
8, 22 . . . . . 718, 16
8, 29 . . . . . 101, 23

Matthaeus:
8, 31 . . . . . cf. 656, 2
9, 12 . . . . . 591, 10
9, 13 . . . . . 123, 11
9, 17 . . . . . 380, 12
9, 21 . . . 318, 11. 345, 5. 611, 10
9, 29 . . . . . cf. 536, 29
10, 16 . . 310, 18. 311, 11. 312, 3. 9
10, 17 . . . . . cf. 222, 6
10, 19. 20 . . . . . 311, 22
10, 20 . . . . . 244, 12
10, 22 . . . . 250, 1. 272, 5. 310, 23
10, 27 . . . . . 95, 16. 26
10, 28 . . . . 95, 27. 309, 12. 542, 7
10, 33. 32 . . . . . 97, 15
10, 34 . . . . . 94, 19
10, 37 . . . . . 159, 23
11, 10 . . . . . 43, 31
11, 11 . 45. 12. 224, 21. 227, 6. 230, 5. 247, 25. 351, 5. 510, 6. 9. 512, 13
11, 25. 26 . . . . . 337, 28. 356, 2 s.
11, 27 . . 362, 20. 363, 12. 14. 16. 22. 698, 25. 699, 22. 25. 26
11, 28 . . 364, 27. 29. 368, 3. 385, 14. 702, 9
11, 29 . . 364, 30. 32. 365, 31. 368, 4. 385. 15. 702, 11. 703, 11 s.
11, 30 . . 258, 32. 366, 2. 9. 368, 6. 385, 17
12, 7 . . . . . 123, 11
12, 24 . . . . . 188, 14
12, 28 . . . . . 188, 15. 383, 23
12, 34 . . 45, 12. 13. 571, 30. 572, 15
12, 37 . . . . . 148, 30
12, 41 . . . . . 156, 4
12, 42 . . . . . 156, 7
12, 43-45 . . . . . 156, 13
12, 46-50 . . . . . 158, 1 s.
13, 27 . . . . . 224, 4
13, 28 . . . . . 249, 19
13, 29 . . . . . 249, 20
13, 30 . . . 248, 7. 249, 22. 250, 13
13, 36 . . . . . 248, 9
13, 37 . . . . . 248, 11
13, 38 . . . . . 248, 12. cf. 317, 11
13, 39 . . . . . 248, 13
13, 41 . . . . . 248, 15
13, 42 . . . . . 249, 1
13, 43 . . . . . 249, 2
13, 47 . . . . . 713, 15

Matthaeus:
13, 48 . . . . . 713, 16
13, 49 . . . . . 713, 18
13, 50 . . . . . 713, 20
15, 21. 22 . . . . . cf. 321, 1
15, 23 . . . . . 321, 7. 604, 12
15, 24 . . 318, 8. 321, 11. 604, 14. 18
15, 25 . . . . . 578, 1
15, 26 . . . . . 321, 8. 604, 27. 29
15, 27 . . . . . 323, 1. 605, 4
15, 28 . . . 323, 30 s. 605, 6. 653, 11
16, 13 . . . . . 414, 15
16, 16 . . . 101, 20. 344, 17. 363, 25. 402, 20. 414, 17
16, 17 . . . 101, 21. 363, 26. 402, 21
16, 18 . . . . . 287, 11
16, 18. 19 . . . . . 493, 19
16, 19 . . . . . 493, 23
16, 22 . . . . . 402, 11
16, 23 . . . . . 380, 17. 402, 19
16, 25 . . . . . 646, 16
16, 26 . . . . . 580, 26
17, 19 . . . . . 717, 1
18, 3 . . . . . 563, 15
18, 7 . . . . . 617, 6
18, 12-14 . . . . . 591, 11
18, 18 . . . . . 355, 9
18, 25 . . . . . 233, 22
18, 26 . . . . . 233, 29
18, 35 . . . . . 236, 23
19, 6 . . . . . 349, 31
19, 16 . . . . . 83, 16. 30
19, 17 . . . . . 83, 31
19, 21 . 85, 13. 207, 6. 9. 10. 267, 23. 556, 33. 704, 11. 13. 705, 3
19, 23 . . . . . 267, 29
19, 26 . . . . . 268, 6
19, 27 . . . . . 704, 26
19, 28 . . . . . 615, 7
20, 6. 9 . . . . . cf. 64, 31
20, 21 . . . . . cf. 566, 30
20, 22 . . . 337, 16. 566, 32. 699, 14
20, 23 . . . . . 567, 2
20, 26. 27 . . 565, 5. 8. 25. cf. 564, 20
20, 28 . . . . . 565, 9. 15. 26
21, 9 . . . . . 604, 22
21, 24 . . . . . 49, 14
21, 25 . . . . . 49, 15
21, 26 . . . . . 49, 16
21, 27 . . . . . 49, 23. 29

Matthaeus:
21, 31 . . . . . 88, 34
22, 13 . . . . . 34, 15. 373, 25
22, 17 . . . . . 148, 21
22, 18-21 . . . . . 148, 31 s.
22, 30 . . . . . 263, 28
22, 37 . . 73, 13. 87, 1. 116, 6. 187, 19. 292, 10. 367, 15. 675, 30
22, 39 . . 73, 15. 87, 2. 116, 7. 187, 21. 292, 12. 367, 17. 676, 2
22, 40 . . 73, 15. 87, 2. 116, 8. 187, 21. 292, 13. 367, 25. 676, 2
23, 2 . . . . . 571, 16
23, 3 . . . . . 571, 17. 572, 2
23, 9 . . . . . 162, 7
23, 10 . . . . . 82, 22
23, 29-32 . . . . . 57, 15
23, 37 . . . . . 60, 15
24, 12 . . . . . cf. 613, 9
24, 12. 13 . . . . . cf. 335, 25
24, 51 . . . . . cf. 682, 29
25, 8 . . . . . 218, 14
25, 13 . . . . . 685, 12
25, 21 . . . . . 54, 29. 374, 1
25, 31 . . . . . 637, 1
25, 32 . . . . . 637, 3
25, 34 . . . 144, 33. 466, 3. 621, 28. 637, 13. 713, 27
25, 35-45 . . cf. 103, 6 s. cf. 205, 21 s. 291, 9
25, 35 . . . . . 347, 11
25, 40 . . . . 33, 3. 235, 7. 410, 26. 484, 18. 630, 26
25, 41 . . 144, 34. 300, 24. 621, 29. 637, 16
26, 17 . . . . . 565, 13
26, 28 . . . . . 19, 23
26, 34 . . . . . 495, 18
26, 38 . . . 25, 11. 395, 17. 533, 31. 560, 26. 661, 5
26, 39 . . 24, 20. 405, 19. 21. 566, 35
26, 41 . . 455, 11. 460, 21. cf. 562, 29. 579, 24. 686, 1. 9. cf. 688, 11. cf. 689, 3. cf. 691, 6. 719, 7
26, 64 . . . . . 414, 20
27, 5 . . . . . 538, 31
27, 25 . . . . . 472, 1
27, 40 . . . . . 643, 3
27, 40 et 42 . . . . 467, 17. 494, 15. 509, 2. 567, 30

Matthaeus:
27, 43 . . . . . cf. 467, 18
28, 6 . . . . . 486, 25
28, 13 . . . . . 555, 33
28, 20 . . . 82, 4. 311, 25. 348, 10. 350, 18. 395, 10. 415, 1. 485, 19. 509, 17. 705, 10

Marcus:
2, 18 . . . . . 511, 13
5, 34 . . . . . 345, 3
5, 41 . . . . . 353, 17
6, 18 . . . . . cf. 252, 16
8, 34 . . . . . 532, 16
8, 35 . . . . . 532, 17. cf. 529, 21
12, 26 . . . . . 17, 14
12, 27 . . . . . 17, 16
13, 32 . . . . . 122, 19

Lucas:
1, 18 . . . . . 230, 9
1, 20 . . . . . 230, 14
1, 28 . . . . . 230, 15
1, 34 . . . . . 230, 11
1, 43 . . . . . 515, 5
1, 66 . . . . . 230, 19. 20
2, 14 . . . . 78, 18. 96, 6. 650, 26
2, 26. 27 . . . . . 600, 27
2, 29 . . . . . 224, 15
3, 11 . . . . . 77, 17
3, 16 . . . . . 44, 21. 24. 225, 27
5, 4 . . . . . 488, 27. 712, 13
5, 7. 6 . . . . . cf. 489, 2
5, 31 . . . . . 416, 4
5, 32 . . . . . 416, 4
5, 34 . . . . . cf. 118, 23
5, 37 . . . . . 518, 10
6, 22. 23 . . . . . cf. 218, 3 s.
6, 37 . . . . 234, 9. 674, 4. 679, 15
6, 38 . . . . 234, 9. 674, 3. 679, 14
6, 44 . . . . . 572, 6
7, 14. 15 . . . . . 354, 3
8, 15 . . . . . 317, 8. cf. 150, 28
8, 43 . . . . . cf. 319, 9
8, 45 . . 345, 8 s. 20. 484, 24. 487, 32. 526, 23. 611, 13
8, 46 . 345, 23. 484, 26. 487, 31. 526, 25
8, 48 . . . . . 345, 4
10, 17 . . . . . 702, 28
10, 20 . . . 140, 9. 348, 12. 702, 29

Lucas:
10, 27 . . . . . 76, 12
10, 29 . . . . . 76, 14. 31
10, 30 . . . . . 76, 18
10, 35 . . . . . 680, 19
10, 41. 42 . . . . 544, 1. 29. 545, 23
10, 42 . . . . . 545, 16
11, 3 . . . . . 330, 1
11, 13 . . . . . cf. 655, 14
11, 20 . . . . . 188, 17. 383, 21
11, 23 . . . . . 37, 30
11, 27 . . . . . 162, 24
11, 28 . . . . . 162, 26
11, 41 . . . . . 123, 10
12, 4 . . . . 253, 31. 552, 8. 559, 6
12, 5 . . . . . 253, 32. 552, 16
12, 13 . . . . . 574, 1. 575, 22
12, 14 . . . . . 574, 6
12, 15 . . . . . 574, 8
12, 37 . . . . . 548, 14. 549, 3
12, 46 . . . . . 682, 29
12, 47 . . . . . 408, 27. 29
12, 48 . . . . . 408, 22. 26
13, 7 . . . . . 682, 14
13, 8. 9 . . . . 641, 13. 15. 682, 17
13, 21 . . . . . cf. 20, 20
13, 25. 26 . . . . . 47, 22
14, 11 . . . . . 303, 11. 455, 2
14, 12 . . . . . 195, 23
14, 13 . . . . . 195, 24. 196, 5
14, 14 . . . . . 195, 26
14, 28-33 . . . . . 82, 11
15, 4-7 . . . . . 591, 11
15, 13 . . . . . 256, 14. cf. 677, 2
15, 14 . . . . . 256, 20
15, 15 . . . . . 256, 22
15, 17 . . . . . 257, 7. 12. 677, 5
15, 18 . . . . . 257, 24. 677, 8
15, 19 . . . . . 257, 25
15, 20 . . . . . 258, 28. 30
15, 24 . . . . . 497, 3
15, 25 . . . . . 260, 27
15, 27 . . . . . 261, 26
15, 28 . . . . . 261, 15
15, 29 . . . . . 262, 14
15, 30 . . . . . 262, 16
15, 31 . . . . . 263, 1. 21
15, 32 . . . . . 264, 10. 12. 497, 3
16, 19 s. . . . 129, 19. 139, 30. 143, 27. 194, 25 s. cf. 126, 10

Lucas:
16, 20. 21 . . . . . 140, 16
16, 20 . . . . . 290, 20
16, 21 . . . . . 143, 31
16, 22 . . . . . 553, 30. cf. 129, 10
16, 24 . . . . . 290, 4
16, 25 . . . . . 126, 17. 554, 25
16, 29 . . 144, 8. 555, 9. 19. 691, 18
16, 30 . . . . 144, 9. cf. 555, 20. 25
16, 31 . . . . . 143, 3. 555, 26. 28
17, 4 . . . . . 232, 6. 233, 13
17, 5 . . . . . cf. 232, 18
17, 27 . . . . . 267, 9
18, 1 . . . . . 653, 15. 18
18, 9. 10 . . . . . 306, 16
18, 10-14 . . . . . 323, 22
18, 11 . . . . . 306, 24. 378, 14
18, 12 . . . . . 306, 29
18, 13 . . . . . 307, 1. 378, 21
18, 14 . . 303, 11. 307, 7. 9. 378, 23. 379, 3. 455, 2
18, 28 . . . . . 83, 9
19, 21 . . . . . 193, 25
19, 22 . . . . . 193, 28. 591, 30
19, 23 . . . . . 194, 2. 591, 32
20, 2 . . . 48, 18. 49, 5. cf. 513, 29
20, 3. 4 . . . . . 514, 3
20, 5 . . . . . 514, 7
20, 6 . . . . . 514, 10
20, 7 . . . . . 514, 14
20, 8 . . . . . 514, 14
20, 13 . . . . . 48, 4
20, 14 . . . . . 48, 6
20, 24 . . . . . 48, 25
20, 25 . . . . . 48, 26
20, 36 . . . . . 475, 27. cf. 657, 4
21, 16. 18. 19 . . . . . cf. 222, 4
22, 24 . . . . . 563, 12
22, 32 . . . . . 527, 10
22, 33 . . . . . 495, 10. 570, 14
22, 61 . . . . . 496, 13
22, 61. 62 . . . . . 496, 12. 13
23, 21 . . . . . 24, 27. 494, 13
23, 34 . . . . 74, 11. 322, 1. 467, 21. 468, 23. 477, 27. 539 9,
23, 42 . . . . . 634, 13
23, 43 . . . . . 634, 12
24, 37 . . . . . 342, 14. 659, 6
24, 38 . . 342, 23 s. 487, 18. 582, 30. 659, 24 s.
Lucas:
24, 39 . . . 324, 12. 343, 2. 484, 7. 574, 12. 583, 7. 660, 1 s.
24, 41 . . . . . 574, 15. 583, 11. 13
24, 44-47 . . 108, 17. 325, 3. 7. 12 s. 574, 15 s. 584, 4 s.
24, 46 . . . . . 661, 6
24, 47 . . . . . 585, 10
24, 48 . . . . . cf. 662, 22
24, 49 . . . . . 325, 32. 663, 9

Iohannes:
1, 1 . . . . . 12, 4 et al. saep.
1, 1. 2 . . . . . 226, 8. 228, 6
1, 1-4 . . . . . 314, 13
1, 2 . . . . . 470, 35
1, 3 . . 11, 21. 22, 11. 224, 28. 245, 19. 246, 8. 511, 5. 516, 10
1, 4 . . . . . 26, 21
1, 6 . . . . . 229, 15
1, 7 . . . . . 229, 16
1, 9 . . 79, 5. 352, 20. cf. 716, 13
1, 10 . . . . . 66, 21
1, 12 . . . . . 418, 4
1, 14 . . 22, 12 et al. saep. 663, 28
1, 16 . . . . 44, 5. 352, 22. 513, 22
1, 18 . . . . . 248, 10
1, 19 . . 44, 9. 226, 12. 228, 11. 13
1, 20 . . . . . cf. 512, 4
1, 21 . . . . . 44, 9
1, 22 . . . . . 511, 21
1, 23 . . 44, 14. 17. 226, 12. 227, 11. 228, 16. 351, 8. 511, 21
1, 26 . . . . . cf. 512, 4
1, 27 . . . . . 247, 26. cf. 246, 4. 512, 5. 22. 24
1, 29 . . . 228, 14. 382, 27. 493, 7
1, 33 . . . . . 45, 34. 229, 5
1, 34 . . . . . 46, 3
1, 47 . . . . . 604, 20
1, 51 . . . . . 414, 21
2, 18-21 . . . . . 598, 25 s.
2, 19 . . . . . 609, 24
3, 13 . . . 348, 5 s. 413, 15. 414, 8
3, 16 . . . . . 27, 25. 415, 3
3, 27 . . . . . 663, 14
3, 29 . . . . . 225, 24. 513, 1. 11
3, 30 . 226, 19. 228, 19. 351, 20. 515, 9
4, 14 . . . . . 503, 13
4, 24 . . 119, 24. 393, 4. cf. 454, 22

Iohannes:
5, 4 . . . . . 712, 13
5, 8 . . . . . 371, 5
5, 14 . . . . . 469, 7
5, 17 . . . . . 371, 3
5, 19 . . . . . 567, 13
5, 21 . . . . . 598, 3
5, 29 . . . . . 461, 26
5, 33. 35. 36 . . . . . 510, 26
5, 35 . . . . . 43, 21
5, 36 . . . . . 43, 29. 50, 4
5, 36. 37 . . . . . cf. 378, 6
6, 41 . . . . . 632, 26
6, 44 . . . . . 262, 4
6, 51 . . . . . 571, 4
6, 52 . . . . . 20, 2
6, 54 . . . . . 20, 3. 376, 20
6, 57 . . . . . 376, 13
6, 58 . . . . . 375, 8
7, 20 . . . . . 154, 19 s. cf. 218, 1
8, 3-5 . . . . . cf. 114, 16 s.
8, 7 . . . . . 115, 2. 384, 13
8, 9 . . . . . 115, 8
8, 10 . . . . 115, 18. 23. 29. 384, 17
8, 11 . . . . . 384, 18
8, 34 . . . . . 675, 16
8, 35 . . . . . 12, 13. 54, 27
8, 36 . . . . . 564, 33
8, 44 . . . 173, 9. 513, 8. 571, 10. cf. 299, 27
8, 56 . . . . . 123, 5
9, 7 . . . . . 378, 4
9, 22. 23 . . . . . cf. 379, 17
9, 24 . . . . . 262, 30
9, 31 . . . . . 378, 11
9, 35-37 . . . . . 379, 37
10, 7. 9 . . . . . 698, 21
10, 12 . . . . . cf. 97, 11
10, 16 . . 322, 6. 494, 4. 498, 8. 574, 4
10, 18 et 17 . . . . . 24, 22
10, 18 . . cf. 461, 6. 540, 2. cf. 560, 24
10, 18 . . . . . cf. 461, 6
10, 24 . . . . . 513, 29
10, 30 . . . 246, 10. 394, 13. 476, 27 477, 8. 567, 12. 661, 4. 700, 10
11, 39 . . . . . 354, 35
11, 43 . . . . . 355, 2
11, 44 . . . . . 355, 8
11, 50 . . . . . 100, 24
11, 51 . . . . . 100, 26

Iohannes:
12, 25 . . . . . 529, 21. 532, 17
13, 1 . . . . . 549, 4
13, 27 . . . . . 538, 34
13, 34 . . . . . 292, 19. 386, 2
13, 36 . . . . . 687, 4
13, 37 . . . 401, 14. 570, 14. 687, 6
13, 38 . . . . . 570, 15
14, 6 . . . . 86, 1. 173, 8. 252, 24. 344, 23. 695, 7 s.
14, 8 . . 363, 10. 474, 13. 475, 6. 13. 700, 5
14, 9 . . . . 475, 8. 549, 5. 700, 7
14, 21 . . . . . 36, 5. 700, 15. 20
14, 25-28 . . . . . 392, 4
14, 27 . . . . . 537, 8. 12. 19
14, 28 . 246, 10. 394, 22. 476, 15. 18
14, 30 . . . . . 661, 20. 662, 3
14, 31 . . . . . 662, 5
15, 2 . . . . . 104, 21
15, 2. 6 . . . . . 542, 2
15, 5 . . . . . 218, 20
15, 5 et 15, 1 . . . 104, 20. 374, 29. 449, 17. 541, 1
15, 13 . . . . . 560, 22
15, 15 . . . . . 406, 7. 513, 4
15, 18 . . . . . 594, 4
15, 19 . . . . . 594, 5. 10. 16
15, 26 . . . . . 321, 19
16, 2 . . . . . 595, 1. 8
16, 6 . . . . . 394, 21
16, 8 . . . . . 620, 16
16, 9 . . . . . 620, 19
16, 10 . . . . . 620, 27
16, 15 . . . . . 122, 22
17, 3 . . . . . 596, 16 s.
17, 24 . . . . . 599, 14
19, 10 . . . . . 534, 36. 552, 25
19, 11 . . . . . 535, 2. 553, 2
19, 23 . . . . . cf. 452, 1
19, 30 . . . . . 688, 16
20, 2 . . . . . 485, 9. 486, 11
20, 8 . . . . . 486, 5
20, 9 . . . . . 486, 8
20, 15 . . . . . 341, 3. 486, 28
20, 16 . . . . . 341, 5. 8. 486, 32
20, 25 . . . . . 340, 10. 419, 1
20, 17 . . 340, 14. 484, 4. 487, 1. 549, 8
20, 27 . . . . . 341, 13. 419, 7
20, 28 . . . . . 343, 14. 419, 10

Iohannes:
20, 29 . . . . . 81, 25. 343, 14
21, 6 . . . . . 489, 3. 713, 10. 25
21, 11 . . . . . 489, 25. 714, 7. 12
21, 15 . . 308, 14. 403, 6 s. 496, 25. 29
21, 15-17 . . . 497, 5. 7. 516, 18 s. 565, 30 s. cf. 492, 13
21, 16 . . . . . 51, 16. 565, 30
21, 17 . . . . 51, 23. 308, 17. 517, 1
21, 18 . . . 403, 14. 406, 22. 517, 16. 560, 27. 566, 5
21, 19 . . . 403, 16. 516, 16. 517, 18 566, 7

Actus Apostolorum:
1, 6 . . . . . 621, 24. 622, 10
1, 7 . . . . . 622, 16
1, 8 . . . . . 622, 18 s.
1, 11 . . . . . 662, 22. 24
1, 21 . . . . . cf. 350, 8
2, 13 . . . . . 518, 12. cf. 380, 11
2, 37 . . . . . 468, 10
2, 38 . . . . . 468, 12
2, 37. 38 . . . . . 118, 28
2, 37. 41 . . . . . cf. 326, 22
2, 38 . . . . . 417, 8
2, 41 . . . . . 477, 28
3, 17. 18 . . . . . cf. 468, 3
4, 19. 20 . . . . . 502, 6
4, 32 . . . . 49, 3. 382, 4. 477, 30. 499, 16
4, 34. 35 . . . . . cf. 73, 5
7, 39 . . . . . cf. 687, 24
7, 47. 48 . . . . . 598, 17
7, 55 . . . . . 445, 31
8, 20 . . . . . cf. 580, 19
8, 21 . . . . . 36, 27
9, 1 . . . . . cf. 205, 5. cf. 494, 9
9, 1. 2 . . . . . 519, 13. cf. 522, 15
9, 4 . . . 205, 10. 312, 22. 347, 10. 484, 15. 494, 10. 500, 2. 522, 22
9, 13 . . . . . cf. 523, 16
9, 15. 16 . . . . . 524, 5
9, 34 . . . . . 709, 18
9, 36. 41 . . . . . cf. 543, 6 s.
10, 13 . . . . . 73, 18
10, 41 . . . . . cf. 350, 8
12, 4-19 . . . . . cf. 181, 15 s.
13, 25 . . . . . 510, 19

Actus Apostolorum:
16, 25-28 . . . . . cf. 181, 26 s.
17, 28 . . . . . 360, 26. 28
17, 31 . . . . . 482, 14

Rom.:
1, 17 . . . 210, 16. 499, 14. 620, 12
1, 18 . . . . . 360, 3
1, 19 . . . . . 360, 5
1, 20 . . . 169, 4. 360, 8. 361, 4. 6
1, 21 . . . . 172, 23. 361, 7. 17. 21
1, 22 . . . . . 172, 24. 361, 24
1, 23 . . . . . 172, 25
1, 30 . . . . . 541, 17
2, 4 . . . . . 192, 10. 197, 28
2, 4-6 . . . . . 192, 16 s.
2, 5 . . . . . 153, 3
2, 8 . . . . . 473, 8
2, 9 . . . . . 473, 8
2, 10 . . . . . 473, 6
4, 3 . . . . . 57, 27
4, 25 . . . 456, 17. 457, 11. 684, 5. 693, 2
5, 3-5 . . . . . 123, 26
5, 5 . . . . . 490, 16. cf. 477, 30
5, 6 . . . 22, 25. 261, 31. 301, 25. 452, 16. 698, 30 s. cf. 195, 31
5, 7 . . . . . 301, 26
5, 20 . . . . . 490, 15. 536, 16
6, 4 . . . 35, 17. 462, 23. 468, 34
6, 9 . . . 455, 18. 460, 7. 461, 19 cf. 337, 13.
6, 10. 11 . . . . . 455, 19
6, 12. 13 . . . . . 625, 2. 11
6, 19 . . . . . 93, 20. 94, 1. 11
6, 23 . . . . . 287, 1
7, 7 . . . . . 490, 13
7, 11 . . . . . 490, 14
7, 14 . . . . . 577, 12
7, 15 . . . . . 577, 15. 601, 10
7, 16 . . . . . 577, 19. 601, 14
7, 20 . . . . . 577, 23
7, 22 . . . 601, 17. 625, 19. 633, 7
7, 23 . . . 601, 18. 602, 15. 624, 18. 625, 20. 633, 7. 680, 5
7, 24 . . 602, 2. 21. 605, 17. 625, 18. 680, 6
7, 25 . . 602, 3. 23. 605, 18. 625, 24. 680, 7
8, 14 . . . . . 633, 22

Rom.:
8, 18 . . . 63, 18. 245, 14. 404, 24
8, 24. 25 . . 90, 11. 134, 9. 383, 7
8, 28 . . . . . 557, 18
8, 29. 30 . . . . . 470, 7
8, 31 . . . . . 195, 29. 470, 10
8, 32 . . . . 27, 28. 195, 34. 540, 4. 693, 8. 699, 8
8, 34 . . . . . cf. 461, 19
8, 35 . . . . . 78, 27. 121, 19 s.
8, 37 . . . . . 79, 12
9, 16 . . . . . 521, 12. 527, 5
9, 28 . . . . . 208, 26
9, 32 . . . . . 53, 18
10, 2 . . . . . 411, 6
10, 3 . . . . . 210, 12
10, 4 . . . 121, 2. 516, 11. 690, 32
10, 10 . . . . . 443, 27
10, 13 . . . . . 441, 2. 442, 13. 15
10, 14. 15 . . . . . 442, 18
10, 15 . . . 149, 20. 523, 10. cf. 259, 30
10, 17 . . . . . 502, 13
11, 1 . . . . . 523, 21
11, 3. 4 . . . . . 339, 22
11, 17 . . . . . cf. 514, 22
11, 19-21 . . . . . 107, 13
11, 20 . . . . . cf. 514, 23
11, 23 . . . . . 107, 21. 26
11, 25. 26 . . . . . 337, 28
11, 33 . . . . . 337, 30
11, 35 . . . . . 644, 4
12, 11. 12 . . . . . 112, 6
12, 12 . . . . . 90, 10. 350, 24
12, 16 . . . . . 455, 4
13, 9. 10 . . . . . 678, 22
13, 10 . . . . 490, 16. 676, 3. 678, 2
13, 12-14 . . . . . 35, 5
13, 12 . . . . . 459, 22
13, 13 . . . . . 226, 25. 465, 10
14, 1 . . . . . 590, 27
14, 23 . . . . . 478, 8
15, 8. 9 . . . . . 611, 20 s.
1, 10 . . . . . 261, 7
1, 12 . . . . . 497, 12
1, 13 . . . . . 497, 17
1, 20 . . . . . 357, 22
1, 23-25 . . . . . cf. 451, 1
1, 24 . . . . . cf. 634, 24
1, 25 . . . . . 688, 18. cf. 60, 26
1, 31 . . . . . 244, 27

I Cor.:
2, 2 . . . . . 173, 22
2, 6 . . . . . cf. 173, 17
2, 8 . . . 444, 24. 508, 6. 512, 1. 584, 14
2, 9 . . . . 63, 17. 75, 11. 85, 27. 196, 17. 578, 14
2, 11 . . . . . 597, 12. 16. 17. 23
2, 14 . . . . . 186, 4
3, 1 . . . . . 119, 6
3, 1. 2 . . . . . 523, 27
3, 7 . . . . . 546, 29. cf. 330, 22
4, 5 . . . . . 251, 11. 590, 7
4, 7 . . . . . 56, 32. 584, 19. 21
4, 16 . . . . . 91, 19. 121, 14
5, 7 . . . . 21, 3. 457, 8. 691, 10
5, 7. 8 . . . . . 692, 12. 13
6, 3 . . . . . 263, 29. 615, 7
6, 4 . . . . . 615, 12
6, 13 . . . . . 61, 25
6, 15 . . . . . 88, 25. 29. 598, 33
6, 17 . . . . . 26, 7. 677, 19
6, 19 . . . . . 599, 5
7, 25 . . . . . 521, 14
7, 29-31 . . . . . 84, 9. 269, 27
7, 31 . . . . . cf. 206, 8
8, 6 . . . . . 187, 28
9, 22 . . . . . 121, 17
9, 24 . . . . . 547, 21. 548, 7
9, 25 . . . . . 350, 20
9, 26. 27 . . . . . 564, 25
10, 1-4 . . . . . 331, 10
10, 5-11 . . . . . 331, 19
10, 10 et 9 . . . . . 272, 9
10, 11 . . . 170, 5. 183, 12. 293, 16
10, 13 . . . . . 686, 19
10, 17 . . . . . 20, 11. 463, 3
11, 1 . . . . . 121, 14
11, 3 . . . . . 312, 14
11, 24 . . . . . 19, 22
11, 27-29 . . . . . 20, 13
11, 29 . . . . . 47, 28. 376, 9
12, 12 . . . . . 348, 24
12, 26. 27 . . . . . 102, 34
12, 27 . . . 448, 6. 463, 10. 523, 1
12, 28 . . . . . 101, 33
12, 31 . . . . . 98, 5
13, 1 . . . . . 704, 1. cf. 97, 26
13, 1-3 . . . . . cf. 98, 9
13, 2 . . 100, 34. 475, 32. 704, 5. 6

I Cor.:
13, 3 . . . 583, 17. 704, 9. 705, 14
13, 4 . . . . . 334, 10. 703, 26 s.
13, 12 . . . . . 475, 32
14, 20 . . . . . 563, 19
15, 6 . . . . . cf. 321, 25
15, 8 . . . 319, 22. 520, 4. 612, 18
15, 9 . . . 260, 20. 319, 23. 499, 28. 519, 19. 520, 3. 525, 21. 526, 15. 612, 17
15, 10 . . 92, 5. 112, 24. 500, 5. 520, 10. 525, 8. 11. 28. 526, 2. cf. 651, 32
15, 21. 22 . . . . . 558, 24
15, 22 . . . . . 694, 7
15, 24 . . . . . cf. 352, 19
15, 26 . . 62, 13. 711, 16. cf. 337, 5
15, 28 . . . . . 352, 19
15, 33. 34 . . . . . 338, 28
15, 44. 43 . . . . . 329, 17
15, 53 . . . 62, 10. 329, 20. 633, 27. cf. 337, 6
15, 54 . . . . 63, 4. 415, 14. 578, 5. 633, 29. 662, 16. cf. 678, 12
15, 55 . . . . . 62, 12. 63, 5. 578, 8. 633, 32. 678, 13
15, 56 . . . . . 678, 16
15, 57 . . . . . 521, 10. 527, 3

II Cor.:
1, 5 . . . . . 59, 10
1, 8 . . . . . 59, 21. 25
1, 9. 10 . . . . . 61, 6
1, 12 . . . . . 117, 19
1, 14 . . . . . 64, 22
2, 2 . . . . . 681, 18
2, 15. 14 . . . . . 530, 15
3, 2. 3 . . . . . 490, 25
3, 3 . . . . . 384, 4
3, 5. 6 . . . . . 491, 1
3, 15. 14 . . . . . 372, 16
3, 16 . . . . . 694, 11
3, 18 . . . . . 336, 5. 372, 24
4, 5 . . . . . 564, 31
4, 6 . . . . 684, 11. 19. cf. 717, 30
4, 7 . . . . . 377, 14
4, 17. 18 . . . . . 405, 8. 524, 18
4, 18 . . . . . 77, 35
5, 3 . . . . . cf. 338, 24
5, 6 . . . . . 285, 4
5, 6. 7 . . . . . 136, 18

II Cor.:
5, 10 . . . . . cf. 152, 18
5, 17 . . . . . 457, 9
6, 1 . . . . . 215, 25
6, 10 . . . . . 296, 5
7, 1 . . . . . 36, 13
7, 3 . . . . . cf. 624, 4
7, 10 . . . . . 681, 19 s. 683, 3
8, 9 . . . . 24, 11. 77, 29. 193, 7
8, 13 . . . . . 639, 24
9, 6 . . . . . 607, 1
10, 17 . . . . . 352, 13. 515, 25
11, 2 . . . 164, 1. 313, 14. 338, 29. 447, 23
11, 3 . . . 164, 4. 338, 30. 447, 25
11, 14 . . . . . cf. 83, 2
11, 25. 24 . . . . . cf. 615, 29 s.
11, 26. 27. 23. 28. 29 . . . cf. 524, 10
11, 27 . . . 121, 16. 455, 14. 458, 11
11, 29 . . . . . 121, 16
12, 7 . . . . . 652, 2
12, 8. 9 . . . . . 652, 8. 655, 20
12, 9 . . . . . 616, 2. 707, 24
12, 10 . . . . . 616, 4
13, 3 . . . . . 60, 30

Galat.:
2, 20 . . . . . 540, 6
3, 16 . . . . . 348, 31
3, 21. 22 . . . . . 714, 31
3, 27-28 . . . . . 35, 11
3, 29 . . . . . 348, 34
4, 1 . . . . . 504, 25
4, 15 . . . . . 103, 27
4, 25 . . . . . cf. 285, 11
4, 26 . . . . . 285, 16
5, 6 . . . . . 122, 14
5, 15 . . . . . 178, 17
5, 16. 17 . . . . . 624, 8 s.
5, 17 . . . . . 633, 4
5, 18-21 . . . . . 626, 6 s.
5, 22. 23 . . . . . 626, 13
5, 25 . . . . . 626, 1
5, 26 . . . . . 626, 1
6, 1-10 . . . . . 212, 6 s.
6, 1 . . . . . cf. 117, 30
6, 2 . . . 117, 30. 212, 9. 213, 13
6, 9 . . . . . 629, 23
6, 10 . . . . . 606, 18
6, 14 . . . . . 453, 30

Ephes.:
1, 4 . . . . . 468, 23
2, 8. 9 . . . . . 301, 9
2, 17 . . . . . 263, 5
3, 17 . . . . . 104, 24. 312, 16
4, 1-3 . . . . . 36, 15
4, 2-3 . . . . . 37, 32
4, 8 . . . . . 29, 16
4, 9-10 . . . . . 29, 10
4, 13 . . . . . 313, 15
4, 27 . . . . . cf. 339, 16
5, 8 . . . 229, 20. 465, 17. 499, 12
5, 14 . . . . . 518, 24. 718, 13
5, 29 . . . . . 329, 12
5, 31. 32 . . . . . 20, 9. 349, 30
6, 12 . . . . . 300, 4. 8. 687, 21
6, 15 . . . . . cf. 259, 29

Philipp.:
1, 6 . . . . . 233, 1
1, 18 . . . . . 257, 18
1, 21 . . . . . 60, 7. 551, 5
1, 22. 23 . . . . . 60, 8
1, 23 . . . . . 61, 15
1, 24. 25 . . . . . 61, 12
1, 24 . . . . . 59, 29
2, 6 . . . 246, 15. 365, 17. 395, 13. 445, 14. 475, 17
2, 7 . . 247, 11. 15. 365, 18. 395, 14. 445, 15. 476, 23. 700, 11
2, 8 . . . 247, 16. 365, 20. 394, 12. 716, 3
2, 9 . . . . . 247, 17
2, 9. 10 . . . . . 688, 22
2, 26 . . . . . 709, 22
2, 27 . . . . . 709, 23. 26
3, 12 . . . . . 92, 13. 705, 22
3, 13 . . . 91, 28. 121, 26. 705, 21
3, 13. 14 . . 91, 15. 25. cf. 338, 17
3, 15 . . . . . 92, 18
3, 16 . . . . . 547, 19
4, 1 . . . . . 35, 4. 255, 11
4, 6 . . . . . 207, 31
4, 7 . . . . . 578, 16
4, 9 . . . . . 226, 27. 626, 15

Coloss.:
1, 12 . . . . . cf. 452, 4
1, 26 . . . . . 362, 30
2, 3 . . . . . 77, 31

Coloss.:
2, 13 . . . . . 694, 5
2, 16. 17 . . . . . 371, 28
3, 1. 2 . . 347, 3. 504, 6. 619, 8
3, 1-4 . . . . . 38, 26. 405, 19
3, 3. 4 . . . . . 337, 32
3, 3 . . . 294, 30. 295, 2. 636, 27
3, 4 . . . . . 295, 6. 636, 29
3, 5 . . . . . 612, 23
4, 2 . . . . . 718, 6

I Thess.:
2, 7 . . . . . 60, 13
3, 8 . . . 546, 28. 547, 17. 548, 7
5, 2 . . . . . 465, 15. 19
5, 4. 5 . . . . . 465, 21
5, 5-8 . . . . . 718, 23
5, 7 . . . . . 465, 10
5, 14 . . . . . 411, 26
5, 15 . . . . . 411, 29
5, 16. 17 . . . . . 653, 18

II Thess.:
3, 2 . . . . . 472, 7

I Tim.:
1, 2 . . . . . cf. 710, 3
1, 13 . . . . . 590, 12
1, 15 . . . . . 377, 8
2, 2 . . . . . 653, 3
3, 1 . . . . . 568, 14. 22
3, 2 . . . . . 569, 1
3, 4 . . . . . 569, 3
3, 5 . . . . . 569, 5
3, 6 . . . . . 564, 12
4, 15 . . . . . cf. 626, 15
5, 23 . . . . . 710, 5
6, 6-10 . . . . 628, 4 s. 638, 16 s.
6, 6-8 . . . . . 77, 6
6, 7-8 . . . . . 78, 19
6, 7 . . . . . 631, 7
6, 9 . . . . . 77, 10. 655, 6
6, 10 . . . . . 580, 14. 678, 1
6, 17. 18. 19 . . . . . 33, 20. 78, 10. 202, 2. 295, 24. 628, 26. 638, 1. 2. 3. 639, 15. 18. 640, 4. 11. cf. 269, 16-24

II Tim.:
2, 19 . . . . . 707, 11
2, 20 . . . . . 570, 33

II Tim.:
2, 25 . . . . . 496, 19
3, 2 . . . . . 676, 30
3, 5 . . . . . 36, 22. 186, 10. 17
3, 6 . . . . . 186, 18. 659, 22
3, 7 . . . . . 186, 21
3, 8 . . . . . 187, 9
3, 9 . . . . . 187, 12. 13
3, 12 . . . . . 253, 2
4, 1 . . . . . 308, 26
4, 2 . . . . . 309, 2. 17
4, 6 . 309, 9. 13. 520, 23. 525, 13. 526, 30
4, 7 . 309, 15. 310, 9. 520, 24. 525, 14
4, 8 . . . 310, 10. 520, 25. 525, 15. 527, 12
4, 20 . . . . . 709, 20

Hebr.:
2, 7 . . . . . 476, 24
2, 14 . . . . . 268, 16
10, 22 . . . . . cf. 19, 26
12, 4 . . . . . 93, 17
12, 6 . . . . 40, 2. 127, 11. 145, 12. 236, 18. 409, 17
12, 7. 8 . . . . . 34, 5

Iac.:
1, 2 . . . 407, 31. 686, 17. cf. 339, 8
1, 13-15 . . . . . 578, 29 s.
2, 10 . . . . . 673, 1 s.
2, 11 . . . . . 674, 17
2, 12. 13 . . . . . 674, 21
2, 13 . . . . . 555, 5. 673, 12 s.
2, 19 . . . . . 101, 17. 122, 12
3, 6 . . . . . 113, 12
3, 8 . . . . . 113, 29
3, 8. 9 . . . . . 114, 8. 11
4, 2-3 . . . . . 270, 8
4, 4 . . . . . 696, 15
4, 6 . . . . 69, 8. 303, 10. 455, 1
4, 15 . . . . . 137, 27

I Petr.:
1, 24-25 . . . . . 288, 19
2, 13 . . . . . 553, 10
2, 21 . . . 55, 3. 516, 14. 617, 29
2, 22 . . . . . 562, 8
3, 4 . . . . . 178, 9
3, 18 . . . . . 455, 17
3, 22 . . . . . 415, 15
4, 5 . . . . . 446, 7. cf. 462, 3
5, 5 . . . . . 303, 10. 455, 1
5, 8 . . . . . 508, 18. 688, 11

II Petr.:
1, 19 . . . . . 685, 8

I Ioh.:
1, 8. 9 . . . . . 446, 11
2, 1. 2 . . . . . 446, 15
2, 6 . . . . . 121, 7
2, 15. 16 . . . . . 66, 14. 561, 6
2, 15-17 . . . . . 651, 2
2, 17 . . . . . 418, 14
2, 19 . . . . . 54, 26. 498, 3
3, 2 . . . . . 36, 3. 63, 29. 64, 3
3, 8 . . . . . 299, 23
3, 14 . . . . . 32, 15
3, 15 . . . . . 235, 29
3, 16 . . . . . 565, 28
3, 24 . . . . . cf. 376, 17
4, 8 . . . . . 334, 9
4, 16 . . . . . 334, 9
4, 18 . . . . . 293, 31
4, 20 . . . . . 493, 2. cf. 367, 18
5, 20 . . . . 395, 12. 415, 7. 530, 5. 596, 20. 597, 32

Iud.:
1, 19 . . . . . 186, 5

Apoc.:
1, 8 . . . . . 516, 8
1, 17 . . . . . 516, 8
2, 7 . . . . . 34, 17
5, 5 . . . . 22, 3. 461, 29. 508, 13. cf. 688, 13
7, 9 . . . . . 490, 4
14, 4 . . . . . 22, 1
21, 17 . . . . . cf. 225, 1

II.

INDEX NOMINUM ET RERUM.

Abraham fides praedicatur 150, 10; in filio temptatus exemplum christianis parentibus proponitur 122, 30 s; 146, 30; parricidii reus erat filium immolando, nisi Deo iubente fecisset 181, 8; quomodo divitias habuerit 556, 23 s; pauper Lazarus in sinum divitis Abrahae levatur 129, 9; 147, 2; 556, 8 s.

absens non est Christus credenti in illum 509, 14.

absis: de ea salutat fideles episcopus 463, 29.

acclamatio auditorum 73, 9; 216, 18; 221, 8; 470, 22; 505, 32 s.

Actuum Apostolorum liber per dies paschales legitur 326, 22.

Adamum diabolus inde deiecit, unde ipse cecidit 246, 22; Adam peccando non mortem contempsit, sed Deo mortem comminanti non credidit 558, 7; Adam genuit nos, non qualis creatus erat, sed qualis peccando factus erat 558, 22; Adamo in paradiso melior Iob in stercore 131, 15; ipse Adam, si adhuc viveret, et in fine saeculi moreretur, nihil haberet diu 138, 4; 203, 14; 559, 25.

adiurandi servos Dei consuetudo verbis « Si vincas », aut « Per coronam tuam » 255, 1 s.

adiutorem tolle, non invenis nisi desertorem 562, 1.

adiutorium Dei merito hominis non praeiudicat 561, 28 s.

adiuvat nos Christus certantes, et coronat vincentes 200, 30; 244, 6; 308, 11; 602, 27; 711, 9.

admirationi locus non est in Dei operibus 211, 15.

adventus Christi iis, qui Christum amant, non timendus 48, 11; 446, 5 s; hunc adventum in nocte paschali vigilando quasi expectamus 461, 25; 685, 4 s.

adversarius sibi peior est, qui suo adversario non vult dimittere 679, 20 s.

adulatores sunt, qui sciunt te male facere, et tamen laudant 216, 27; magis metuendi sunt, quam maledici 569, 24 s.

aegrotat graviter genus humanum 270, 20; mundus, aegrotus magnus 567, 20; *cf.* medicus.

Aegyptum cotidie expoliat ecclesia 182, 26; exodus populi Dei de Aegypto non cessat fieri 181, 23; Aegyptios expoliantes Israhelitae fures essent, nisi Deo iubente fecissent 181, 3; 182, 13.

aerumnam vitae huius quis describere potest? 560, 32.

aestas, adventus Christi 294, 21; aestas, dies iudicii, inter herbam hieme florentem et arborem fructiferam hieme arescentem decernet 636, 21; aestate non gaudebit agricola, qui hieme contristari recusaverit 534, 2.

aestus, pondus peccatorum 637, 7.

aeterni et nos quomodo erimus 488, 2.

Africa meridies mundi olim computabatur 52, 25; Africae caput, Carthago 530, 17.

agnoscunt se in futura vita qui se hic noverant 466, 5.

agnus ex capris et ovibus, Christus est ex peccatoribus et iustis habens originem 382, 12; Christus, agnus et leo 21, 9 s; 508, 13 s; quanta in isto agno fortitudo 21, 9 s; 493, 8.

agricola amando triticum spargit triticum 221, 20; 607, 16 s; 629, 25 s: *cf.* 647, 26 s; non gaudebit aestate, qui non contristatur hieme 534, 2.

alis avium simile est iugum Christi: non

premit, sed sublevat 366, 18; quasi duae alae sunt duo praecepta caritatis 367, 14; una sine altera non habetur 367, 16.
Alleluia diebus Paschae cantatum 32, 9; latine sonat *Laudemus eum qui est* 33, 10; interpretatur latine *Laudate Dominum* 39, 5; Alleluia canticum est novum 332, 12; 719, 16; Alleluia dum cantamus, nescio quid de superna civitate gustamus 466, 1 s; Alleluia cum quo desiderio abscedit, cum qua iucunditate redit 466, 9 s; psalmus CII sub Alleluia cantatus 369, 13.
altaris participatio 19, 7; 331, 8; sacramentum dominicae passionis ab altario numquam discedit 450, 6.
altitudines temporalium sublimitatum ruinosae 337, 32.
ama, et quicquid vis fac 214, 13; etsi saevis, intus ama 214, 12; gratis amare Deum, ad novum canticum pertinet 297, 17; se ipsum Deus servat amantibus 299, 5; ama, ut videas illum, qui fecit quidquid amas 299, 7; in tantum probamur amare Deum, in quantum amamus lucra Dei 410, 20; qui novit amare, pro eo quod amat omnia perpeti potest 550, 8; amanti quid grave est? 366, 19; laudant, qui amant 650, 15; quomodo amabunt, quando videbunt, qui sic amaverunt, quando non videntes crediderunt? 650, 15 s; amatus es prius non amandus, ut dignus fieres qui amareris 698, 28 s; amando nos fecit Christus amabiles 214, 2; se ipsos in se amantes, nec in se remanent: et a Deo et a se ipsis labuntur 676, 22 s; 696, 24 s; amando mundum, oblita est anima se ipsam: obliviscatur se, amando artificem mundi 697, 7 s.
amaritudines mundo huic miscet Deus bono nostro 133, 3.
ambitio saeculi quantum mali habet 69, 6; falsum est, sine ea esse non posse saeculi potestates 69, 10.
ambulantes via nostra quaerit 91, 3; ambulant, qui amant 91, 2; ambulantium varia genera 91, 6 s.
Amen dicere, subscribere est 31, 18; 463, 11; *Amen* respondent fideles sacerdoti porrigenti corpus Christi 463, 11.
amicitia incipit a coniuge et filiis, et progreditur usque ad alienos 75, 21.
amicus inter bona necessaria computatur 75, 18; amicus est quis? maneat amicus: inimicus est? fiat amicus 75, 25; salus tibi, salus sit et amico tuo 77, 16; contemne amicum hominem, habebis amicum Deum, amicos angelos et martyres 79, 35 s; amicus nemo in caelo moritur, nemo persequitur inimicus 222, 8; 466, 6.
amor: bonos et malos mores non faciunt nisi boni vel mali amores 67, 3; an magnus vir sit aliquis ut discernam, quid diligat quaero, non quid sciat 67, 4; tunc te diligis, si diligis deum 87, 4; eligamus amorem, in quo innocenter vivamus, et securi moriamur 551, 3.
amphitheatra saeculo V ineunte cadebant 153, 13; amphitheatro delectantur homines inter pressuras mundi 271, 27.
amurca et oleum in torculari 151, 8 s.
Ananias, nomen hebraeum, interpretatur *ovis* 523, 18 s.
angelus: per angelos Deus patribus apparuit 12, 22; angeli non per phantasmata, sed per veram speciem, se homines hominibus praebuerunt 159, 3; angelus cum Iacob luctans personam Christi gerebat 472, 24 s; angelorum societas nobis promissa est 309, 22; desperanda non est 348, 17; angeli efficiemur 533, 8; 657, 4. 7; ad aeternam cum angelis vitam christiani vocati sunt 407, 12; 708, 18; unam cum ipsis civitatem habebimus 449, 11; cum pius esse coeperis, imitari incipis vitam angelicam 416, 20; angelorum vitam imitatur, qui caste utitur vigiliis 458, 28 s; somno non egent angeli 458, 22 s; 718 s; facilius fit ex pio angelus, quam pius ex impio 416, 15 s; difficile est ut homo fiat angelus, at Deus quiddam multo difficilius fecit, ut Unicus Dei homo fieret 657, 8 s; angelorum qui ceciderunt locum homines implebunt 480, 21; qui minor est in sanctis angelis, maior est omnibus hominibus 512, 16; ubertas Christi satiat angelos et omnia caelestia ministeria 442, 11; angelorum magister, Verbum Dei 702, 13; multane habendo tu dives, et angelus pauper? 206, 17; an-

gelorum superstitiosa invocatio 615, 22 s; angelum satanae quem Paulus vocat, dolorem capitis acerrimum fuisse cum melioribus credit Augustinus 652, 5: *cf.* sedes, throni.
anima mutabilis est, Deus inmutabile bonum 13, 28 s; non est anima portio de substantia Dei 13, 31; animae nostrae fecundae sint Deo 211, 7.
animus, auriga corporis 15, 25.
anni decedunt homini, non accedunt 189, 6; 481, 22; 551, 9 s.
antichristus quando nascetur, quid sit facturus, curiosi homines perscrutantur 622, 1 s.
Anullinus proconsul a parte Maiorini contra Caecilianum convenitur 106, 2; eius relatio ad Constantinum imperatorem 106, 5; publicis codicibus continetur 106, 13.
anulus, pignus Spiritus sancti 259, 28; 339, 4.
aperi Christo, claude diabolo 287, 32.
Apollinaristae haeretici quid dixerint 28, 6.
apostoli vestimentum Domini intelleguntur 319, 16; 612, 15; apostoli, testes Christi, martyres Christi 502, 8; 662, 22; sed, ut testes fierent, virtute ex alto eos indui oportuit 663, 4; discipuli Domini, apostoli nostri 537, 18; 563, 10; 577, 3; apostoli, arietes, duces gregis 181, 14; 577, 4 s; apostolorum chorum Iudas numquid inquinavit? 251, 7; apostolorum memoriae quibus et quomodo prosunt 405, 1 s; apostolorum exemplo debemus et nos praedicare 502, 11.
apparitor a magna potestate aliquando mittitur, rapere aliquem de ecclesia 99, 31.
aqua: ex aqua generantur omnia, sicut ex Deo sunt omnia 172, 21; confluit aqua ad humilitatem convallis, denatat de tumoribus collis 545, 21.
arbitrium: contra praesumentes de solo libero humanae voluntatis arbitrio 156, 32; 625, 13; 663, 16.
arborum honor omnis per hiemem in radice occultatur 294, 27; arbor infructuosa, genus humanum est 682, 20.
arca dominica de lignis quadratis aedificari iussa 93, 11; arca Noe, lignis imputribilibus fabricata, figurabatur ecclesia 334, 8; arca plena, conscientia bona 638, 25.
archisynagogi filia Iudaeam gentem significat 318, 7.
ardere: tradere corpus suum ut ardeat, plerumque hoc faciunt temerarii praecipites 99, 6.
Arelate: ibi alterum episcopale iudicium in causa Caeciliani et Maiorini 106, 23.
Argentarius locus: ibi habitus sermo 286 Augustini: p. 666.
argentum Aegyptiorum, eloquentes ipsorum 182, 25.
arietes gregis, apostoli 181, 14; 577, 5.
Arriani negant Christum animam habuisse 28, 9; Arriani et Fotiniani praecipue in Oriente diffusi 111, 4; Deum Patrem Deo Filio contendunt esse maiorem 392, 19; eis ab Augustino lucide respondetur 393, 1 s.
Arrii manipulus 250, 17; Arrius cum Eunomio anathematur 498, 13.
ascendens Christus non recessit a nobis 485, 18; 620, 1 s; sic nos iam cum ipso mente sumus in caelis 347, 6; quomodo nos ascendimus, si nemo ascendit in caelum, nisi qui de caelo descendit 348, 17; ascendit Christus cum corpore, qui sine corpore descenderat: ipsa tamen persona, quae descendit, ascendit 349, 10 s; 414, 1 s; ascensio Christi promissio est tibi 506, 7; ascendentem Christum deduxerunt discipuli oculis suis 517, 25 s; 620, 5; 662, 21; 663, 3; subtraxit se Christus oculis carnis, ut aedificaret fidem in oculis cordis 620, 10; Ascensionis die locus ex evangelio Iohannis 14, 25-28, olim in ecclesia legebatur 392, 3.
ascensiones nostrae sunt mores quibus proficimus 619, 6.
asyli ius ecclesiae assertum 528, 3 s; ubi de eo agitur, non discernendum est inter nocentes et innocentes 528, 19: *cf.* ecclesia.
athleta nemo sine sudore coronatur 625, 5.
avaritia Domini est lucrum animarum 591, 27 s; liber non est, qui servit avaritiae 627, 26 s; avari hydropicis similes sunt 318, 22.
audire: non omnia prodest audire 622, 7.

« audi praedicta, vide completa », verba Psalmistae ad Ecclesiam 584, 1; 614, 5 s.
auditores Augustini pauci die natali s. Laurentii 55, 13; kalendis Augusti, quando ludi fiunt 88, 16; auditores onerare Augustinus non vult 32, 6; 213, 11; 635, 4; *cf.* acclamatio, laudes.
aversio Christi quid significet 114, 29.
Augustinus auditores onerare non vult 32, 6; 213, 11; 635, 4; ex tempore contionatur 47, 13; magistrum non esse se protestatur, immo in schola Christi condiscipulum 82, 23; putat se Spiritu Dei loqui 182, 23; de ratione pro ovibus reddenda dies noctesque cogitat 189, 3. 8; non vult sine illis salvari 191, 15; die natali episcopatus compauperes suos pascebat 193, 2; praedicationis oneri contemplationis otium quantum praeferret 193, 20; suorum desiderium et querellas ferre non potest 218, 23; vox eius non erat talis ut sufficeret nisi magno silentio 356, 9; a Deo vires poscit sic amandi oves Christi, ut etiam mori pro eis possit 404, 9; propter fidem adserendam mori paratus est 542, 16; vix dignum se esse dicit, qui vel aliqua parte pulverem calcet vestigiorum Petri 410, 16; Augustini tristitia de Donatista veniente ad ecclesiam, et repulso 410, 29 s; in collatione Carthaginiensi an. 411, ideo sudavit, ideo laboravit Augustinus, ut veritas ostenderetur, falsitas convinceretur 411, 18; sibi non habet placere, quia vicit falsitatem 412, 5; ministerium cordis et linguae suae quiescere non vult 542, 20; si adhuc populo suo necessarius est, vitam ipsius a Deo populus impetret 542, 21 s; adulatores magis metuit, quam maledicos 569, 24 s; fideles tamen ut sint maledici, non optat 570, 4; acrior Augustini dolor de discissa ecclesiae unitate 573, 6; cum Donatistis litem non vult nisi caritatis habere 573, 31; eius modestia in refellendis haereticis 414, 3; 659, 14 s; patrem se neophytorum esse, non magistrum ferula armatum, profitetur 450, 1; Augustinus doctissimis Graecorum falso sententiam tribuit, quae Pauli est 360, 29; Epafram cum Epaphrodito commiscet 709, 22.
avium pennae, sarcina quidem sunt, sed qua levantur de terra 259, 14 s; illis simile est iugum Christi: non premit, sed sublevat 366, 18.
Aurelius ep. Carthaginiensis, sanctus senex appellatur 218, 25; dominus et pater 589, 3.
aures, quasi ianua mentis 13, 1; aures nostrae mediae inter diabolum mala suadentem et Deum bona praecipientem 304, 8.
aurum, quod habes, aut vivens amissurus es, aut moriens relicturus 127, 19; dominus dedit consilium, non ut perdas, sed ut mutes locum auro tuo 128, 25; aurum, lutum 206, 14; 505, 1; extrema et exigua pars terrae 505, 11; auri amatores quantum laborent 364, 11 s; aurum Aegyptiorum, sapientes ipsorum 182, 25: *cf.* divitiae.
azymi panes novam vitam, quae revelatur in Christo, significant 692, 10.

Babylonia, confusio est 120, 14.
baptismus, etiam in desertore signum boni regis 36, 24; ideo non iteratur 37, 12; in schismaticis testis est iniquitatis 38, 9; baptismum iterando totum perditur 54, 16; baptismus apud catholicam receptus non alius est atque apud haereticos, sed ad aliud 38, 10; ad baptismum, quos possumus, adducendo quasi matres Christi erimus 164, 13; baptismum differentium vana excusatio 417, 20; baptismus per mare Rubrum signatus 331, 2; 687, 23; baptismi sacri consortibus quantum collaetari nos oporteat 334, 4; super baptizatos septiformis Spiritus invocatur 490, 23; in baptismo deletur iniquitas, sed manet infirmitas 578, 3; 679, 3 s; nomina data ad baptismum 441, 3; 448, 1; parentum et susceptorum erga baptizandos officia 449, 27 s; baptizandis se patrem, non magistrum ferula armatum, profitetur Augustinus 450, 1; baptismum Christi exsufflant Donatistae 451, 22; hoc valet baptismus, quod est sepultura cum Christo 462, 22 s; 469, 4; in baptismo omnia omnino peccata dimittuntur 417, 7; 468, 28; 678, 31 s; 687, 18;

baptismus, crucifixi Domini sanctificatione sanguineus 687, 23; baptismus ab Augustino gratia appellatus 418, 3.
barbaricae invasionis mala describuntur 203, 7; 204, 11.
beatitudinum octo expositio pp. 627-635.
beatus esse nemo non vult 285, 23; 480, 10; beatus esse desideras? disce a Christo humilitatem 365, 9; beati esse hic frustra quaerimus 480, 11 s.
bello imminente pretiosa quaeque securo loco reconduntur 504, 14; dimisimus eum, cum quo pacem habebamus, et bellum nos ipsi nobiscum habere coepimus 711, 12; magnum est, dum vivimus, in hoc bello non vinci 711, 13 s.
blandiris aliquando, et saevis 236, 27.
blasphemias omnes si iacias in Deum, non caelo iactas, sed tibi 316, 5 s; blasphemiae cotidianae ex ore fidelium, quod intrat corpus Christi 617, 6 s;
bona mundi huius alia superflua, alia necessaria 75, 11; bona et mala mutatione delentur 191, 26; bona omnia vult homo habere, praeter se ipsum 194, 13; bona tanta qui dat et malis Deus, quanta bona servat bonis 196, 12 s; Deus sit tibi totum bonum 298, 2; quidquid facis bonum, gratia Dei facis; quidquid mali, malitia tua facis 304, 24; 305, 8; 514, 24; de bonis Dei in nobis non sic gratiae agendae, ut super alios extollamur 306, 5 s; non omnia bona faciunt bonos 83, 33 s; 710, 22; illa bona a Deo petenda, quibus simus boni 710, 24.
bonus Deus, nos mali: nos ab ipso boni, a nobis mali: bonus ille nobis bonis, bonus ille nobis malis 41, 2; bonus pater Deus, et cum parcit, et cum caedit 316, 27; boni Patris filii mali sumus 710, 19; sic tamen, ut nos nolit malos remanere 711, 1; bona valde, quae fecit Deus: quanto melior ille, qui fecit 545, 3; crede bonum esse, quod placuit bono 557, 17; bona possunt et mali dicere 571, 26; bonos non elegit Deus, sed quos voluit facere bonos 472, 10; bonos fecit Christus, quos invenit malos 594, 11 s; eatenus modo fit quisque bonus, quatenus in seipsum non desinit agere certamen 711, 4 s.
Boseth: ibi sermo ab Augustino habitus: p. 667.
brachium Patris, Filius est 258, 31.
Bulla Regia, urbs in Proconsulari: ibi contionatur Augustinus kalendis Augusti 81, 1; ibi mimi et meretrices habentur, quando in vicinis civitatibus defecerunt 87, 27.
Byzacena: quomodo in ea provincia adiurentur servi Dei 255, 4.

cadere iustum septies, de casibus tribulationum, non alicuius gravis peccati, intellegendum est 648, 15 s.
Caecilianus episcopus a parte Maiorini apud Anullinum proconsulem accusatur 106, 1; in causa illius quae olim gesta sint 106, 9 s; Caeciliani causam extra quaestionem esse vult Augustinus Catholicos inter et Donatistas 575, 10 s; eum tamen non peccasse pronuntiat 575, 10. 15.
caecus in carne erat sanctus Tobis, videns in corde 374, 12; caecus mente nascitur omnis homo 377, 9; cotidie aperit Christus oculos generis humani, et ipsius caeci nati 379, 32; catuli canum caeci nascuntur 176, 5.
caede, et dilige 236, 26.
caelum: quae ibi non erunt, dicere possumus; quae vero ibi erunt, quis dicat? 63, 16; nesciendo enim adhuc quod est Deus, nescimus quod erimus et nos 64, 10; caelo nihil pulchrius in his rebus visibilibus 135, 24; caeli et terrae nomine creatura omnis intellegitur 356, 20.
caesar, saeviat licet, honoretur 553, 12.
Caiphas prophetat, non habens caritatem 100, 23 s.
calices de memoriis martyrum benedicendi apud multos olim consuetudo 58, 12; calix passionis bibatur, licet amarus, si porrigat Deus 310, 4; ad calicem humilitatis Domini nos artemus 568, 7.
calumniatores quando et qualiter corripiendi 117, 32.
camelus quomodo intrat per foramen acus 268, 8.
cancellis a ceteris fidelibus distinguebantur neophyti 338, 26.
canis inferni tricapitus, concupiscentia triplex 66, 11; caninum est, parentes non

agnoscere 176, 3; catuli canum caeci nascuntur 176, 5; canes sunt calumniosi latrantes 323, 35 s.
cantantis vel audientis cum affectu vivida descriptio 297, 5; novus cantet, qui novum cantat 297, 14; quod cantamus vel audimus, etiam opere complendum est 300, 19.
canticum: ad novum canticum pertinet gratis amare Deum 297, 17.
Canticum canticorum, liber sanctus, quasi carmen est nuptiarum Christi et Ecclesiae 52, 7 s; verba sponsae in eo Donatistae falso interpretantur 52, 24.
capillorum avulsio, indicium paenitentiae 258, 18.
caput videbant apostoli, de corpore credebant: nos videmus corpus, de capite credamus 585, 15 s.
caritate bene diligitur, quicquid diligitur 98, 3; multi multa charismata habuerunt, qui non habuerunt caritatem 98, 13; non potest habere caritatem, quisquis non habuerit fidem 98, 16; bene vivere non fit nisi de caritate 101, 12; per caritatem fiunt dona Dei omnibus communia 102, 1 s; capiti nostro non nisi per caritatem connectimur 103, 9; hoc est in membris Christi caritas, quod est in membris corporis sanitas 103, 17; caritas radix est, unde omnis fructus exurgit 104, 25; caritatis obiectum duplex, Deus et proximus, non autem reliquae creaturae 116, 11; de caritate inquieta sermo Augustini die natalis s. Cypriani mane habitus 133, 15; caritatis ordo erga parentes servandus 159, 35; caritatis lex sacratissima, lex Christi 214, 1; omnis pagina s. scripturae caritatem sonat 292, 7; 294, 2; caritas ad novum hominem pertinet 292, 18; caritas et in vetere et in novo testamento: sed ibi occultior, hic manifestior 293, 27; sarcina Christi, caritas vocatur 367, 6; caritatem qui offendit, factus est omnium reus 678, 3; caritas cum humilitate connexa est 703, 20 s.
carnalia desideria sectando, omnes vires erogat anima 319, 7; carnem vincant lex et mens, duo contra unum 602, 14; caro malo suo contendit ut vincat 603, 1 s; malae uxori cum bono viro contendenti comparatur 603, 11; carnis et spiritus bellum a Paulo propositum 624, 12.
caro Christi: caro, quasi vehiculum quo ad nos processit Verbum latens apud Patrem 13, 7; accepit Verbum coniugem, humanam carnem 52, 13; carnem propter exemplum demonstrandae resurrectionis Christus accepit 142, 13; maius intervallum inter Deum et carnem, quam inter hominem et pecus 315, 12: *cf.* 454, 16; carnem Christum mentitum fuisse, docebant Manichaei 341, 29; 342, 16; caro in Christo vera fuit 346, 18 s; similitudinem carnis peccati caro Christi unde habebat 346, 11; sacculus fuit, unde nostrum erat pretium manaturum 402, 17.
Carthago, Africae caput 530, 17; Carthagine in Mappalibus basilica s. Cypriani 43, 1; 133, 11; domus s. Cypriani vocatur 665; basilica Restituta 55, 10; 665; 666; Maiorum 111, 10; 635, 5; ad mensam s. Cypriani 65, 1; 183, 1; 212, 1; 646, 13; 653, 5; 665; 666; basilica Novarum: ibi contionatur Augustinus die natali Scilitanorum 550, 2; 665; basilica Pauli regionis sextae 665; Fausti 665; Carthaginis exemplo mimos et meretrices habere ambiunt Bullenses 88, 2; Carthagine, utpote in magna civitate, de malis, quae publice fiunt, christiani excusare se possunt: alibi, quicumque faciunt, christiani sunt 88, 3. 5; quomodo apud Carthaginem adiurentur servi Dei 255, 3; in collatione Carthaginiensi an. 411 falsitas aperte victa est 412, 7; quid in ea defensor Donatistarum clamaverit 575, 8 s.
catechumenus et ipse christianus est, signum crucis Christi in fronte accepit 89, 1. 3 s; catechumenus iam christiani nomine appellatur 417, 15; non nisi per baptismum ex servo filius fit magni patris familias 418, 4 s; catechumenorum falsa praesumptio, dum peccare non desinunt, de accipienda indulgentia confidentes 116, 25; catechumenorum sacramentum 334, 17; ab baptismum properent 334, 18; 417, 15.
cathedra Christi super omnes caelos 82, 25; cathedra Christi ideo est in caelo, quia

prius crux fuit in terra 566, 24; cathedra episcopi, cathedra Christi est 573, 8. 11. 13.
catholica unde nominatur 20, 26; 108, 34; 110, 10; quid est *Pulchra inter mulieres*, nisi catholica inter haereses? 54, 19; 497, 26; christianum catholicum esse, hoc est esse in via 286, 21. 28; catholici iure orthodoxi nominati sunt 477, 5; catholicos falso se vocant Donatistae 537, 35; catholicam ecclesiam novissima Christi verba commendarunt 623, 6 s.
cavetur homo vitando, diabolus orando 300, 10.
causam qui non habet, timeat ne habeat 528, 14; nec causam causae, nec personam personae praeiudicare clamat defensor Donatistarum 575, 8 s; ita vivere oportet, ut bonas causas de suscepto sacramento habeamus 332, 18.
centurionis fides fidem gentium figurabat 608, 2; indignum se non dixisset, nisi iam Dominus in cor eius intrasset 608, 9 s; illius humilitas ianua fuit Domini intrantis 609, 13.
certantes Christus adiuvat, coronat vincentes 308, 11; 602, 27 s; 711, 9; certamen nostrum Deus et spectare novit, et adiuvare 577, 11; permane, mens, in certamine tuo 577, 28. 29; 578, 1; certamen in nos continuum necessarium est, ut boni fiamus 711, 4 s.
chananaea mulier ecclesiam gentium praefigurabat 322, 15; canis quare vocata 604, 28; per humilitatem ex cane in mulierem conversa est 323, 15; non illi negabat Dominus beneficium, sed exercebat desiderium 576, 8; 604, 11; 653, 9; *cf.* 652, 27 s.
charactere Christi signantur oves Christi 497, 18. 22; characteres sibi ad collum ligantes corripiuntur 500, 17; remedia in characteribus quaesita 615, 18.
charisma: *v.* donum.
Charybdis et Scylla: inter ambas navigat catholica fides 476, 27 s.
chirographum dei, sancta scriptura 613, 13 s; 614, 30; 616, 19; 644, 2; 657, 17.
chorus, vox una multorum temperata, ad concordiam pertinet, 261, 11.
christiani mali sunt occulti Christi inimici 47, 18; timent ne Christus veniat 47, 31; duo sunt quae angustam faciunt christianorum viam, voluptatis abiectio et tolerantia passionis 65, 12. 19; christianus ne colat Deum propter regnum caelorum, et diabolum timeat propter bona terrena 130, 15; si tantum liceret diabolo quantum vult, quis christianorum remaneret? 130, 19; non, ut bene nobis sit in hac vita, christiani efficimur 138, 13; christianorum fides, vita futura, resurrectio a mortuis, in fine iudicium 141, 11; christianos nos esse si meminimus, eos qui errant, ut veniant ad viam, debemus exhortari 286, 7; ecclesiae navim premunt multiplicati super numerum christiani 489, 14; christiani boni quam multi sint, non nisi a bonis agnoscitur 501, 4 s; christiani modo sunt totus mundus, et tamen quidquid remansit de mundo odit christianos 594, 17 s; christianos nos esse misericordiae opera confirmant 606, 18.
Christus, magister angelorum 702, 13; princeps sacerdotum 19, 2; omnium pastorum; 51, 19. 30; martyrum 73, 13; omnium magister, cuius cathedra est super omnes caelos 82, 25; et in loquendo et in contemnendo matrem doctor erat 158, 30; Christus citharista, quem David significavit 414, 17; Christum Deum esse nec illi negant, qui Patri aequalem negant 474, 4 s; idiomatum communicatio in Christo 27, 10 s; 414, 10 s; 444, 21 s; 660, 22 s; Christum fuisse, et occisum esse, ipsi Iudaei non denegant 145, 24; Christus quid in hoc mundo egerit 158, 16; poterat homo fieri sine matre 158, 33; quare noluit hominem habere patrem, matrem tamen voluit 159, 8; qua cucurrit, nobis sequendus est 207, 10; generationes Christi ambae mirabiles 211, 9; vergente iam mundi aetate cur venerit 208, 13; magnus medicus ad magnum aegrotum mundum venit 208, 22 s; incarnatio Verbi Dei, actus incredibilis humilitatis 314, 19; fidei nostrae de persona incarnati Verbi compendium 392, 10; humanae naturae, ut a Verbo susciperetur, nul-

lum meritum praecessit 663, 22 s; nativitas Christi, humilitatis mysterium 211, 19; omnia in Christo vera sunt 174, 5; 343, 8; ut quid quadraginta diebus post resurrectionem Christus cum discipulis conversatus est 413, 5 s; et ad dexteram Patris sedet, et de cordibus nostris non recedit 610, 8; Patri sacrificium offert martyrum suorum passionem 309, 11; dat ut Deus, quod orat ut homo 596, 6 s; 689, 12; ubique praesens est ut Deus 82, 1; Christus, agnus et leo 21, 9 s; habemus in morte et resurrectione eius opus indictum, praemium promissum 23, 6; Christi paupertate ditati sumus, vulneribus eius sanati, humilitate exaltati, morte vivificati 24, 12; Christus patiens nostrum loquendi modum assumpsit 25, 17; Verbum anima et caro, unus Christus 28, 5. 10 s; 29, 9; 414, 7; 660, 18; 663, 21; Christi mysterium quid sit 76, 6; erubescendo, tacendo, aliquando negatur 79, 19; venit redemptor, non damnator 114, 28; Christus est nobis et finis et via 120, 9 s; ama patientem Christum 506, 5; quis, pro quibus, quanta Christus passus sit 617, 22 s; ad eos qui ab imitanda Christi patientia se excusant ex eo quod Deus erat 617, 26; omnia vitae militant in Christo 415, 13; nullus Christo magis necessarius 79, 15; nihil nobis sit Christo carius 493, 12; Christum in nobis invicem amamus 494, 19; Christum totum videnti nihil ultra quaerendum est 475, 1 s.

cibo post resurrectionem suam Christus non indiguit 350, 1 s; cibus noster, veritas 548, 23; cibus ille optimus est, panis vivus, semper reficiens, numquam deficiens 61, 21; 548, 23.

cicatricum vestigia Christus quare servavit 341, 21; 419, 2; cicatrices verae fuere 346, 25.

Cicero, eloquentissimus homo: eius sententia de vitae brevitate laudatur 137, 19; 559, 30.

cilicii circumcinctio, indicium paenitentis 258, 18.

circumcelliones donatistae notantur 99, 6; non esse eos martyres pronuntiat Augustinus 542, 13.

circumcisione figurabatur expoliatio mortalitatis in eo membro per quod moriturus nascitur homo 38, 17; vetus circumcisio, umbra baptismi christiani 694, 9.

citharista ille, quem David significavit, Christus est 414, 17.

civitas: confitere Christum, et amica tibi erit civitas angelorum, civitas patriarcharum, civitas prophetarum, civitas apostolorum, civitas martyrum, civitas omnium bonorum fidelium 80, 19; metropolis nostra, mater civitas, caelestis Hierusalem 285, 17.

claudatur diabolo, et aperiatur Christo 287, 32.

clavis fuit crux Christi 372, 22; clavium potestas obeunte Petro non defecit 493, 25; eius participes sunt aliquatenus singuli fideles 493, 27.

cogitationes terrenae cogitationibus christiani opponuntur 139, 16; cogitationes interiores, ubi occultis modis menti loquitur Deus 262, 18; cogitatio alas incredibiles habet 579, 12; quare libenter cogitas quod non vis facere? 579, 15; ibi est proprie homo, in cogitationibus suis 597, 14.

colaphizari se quo sensu dicit Paulus 652, 6.

colimus Deum, et colit nos Deus 374, 23 s; 449, 16 s.

collecta: sermo ad collectam vespertinam 133, 12; collectam se egisse martyres respondent, quia christiani essent 220, 2 s.

comisationes in festo s. Iohannis vitandae 226, 25.

commercia Deum inter et hominem in oeconomia incarnationis celebrata 26, 29; in Christi passione 453, 5 s; 664, 1 s.

comprehendit se nemo, quanto minus illum qui fecit se 504, 28.

concilium plenarium Carthaginiense mense maio an. 418 habitum 719, 20.

concubitus certis temporibus in pecoribus ipsa natura cohibetur, in hominibus ratione frenari debet 176, 13.

concupiscentia triplex, canis inferni tricapitus 66, 11; concupiscentiam carnis, peccatum vocat apostolus 578, 10; in pace demum vivemus, quando concupiscentia sanata erit 578, 13.

confessio peccatorum apud hominem iudicem timenda, quia confessi solent puniri: Deo qui confessus fuerit, liberatur 41, 7 s; quid a me quaerit Deus, ut confitear quod ipse novit? 41, 22; 379, 6; erumpat in confessionem, quidquid intus pungit 290, 15; confessione paranda est habitatio ei quem invocamus 302, 33 s; confitenti proxima est misericordia Dei 258, 9; confessio humiliat nos, humiliatos iustificat, iustificatos exaltat 303, 8; confiteri Deo quid est, nisi humilari Deo, nulla sibi merita arrogando? 301, 7.

confiteri verbum duplicem habet significationem 39, 8 s; 356, 27 s; *Confitemini Domino* multi qui audiunt, pectus tundunt 356, 28.

coniux animae legitimus, Christus 339, 4.

conscientia hominis quasi theatrum, ubi contendunt mens et caro 602, 25.

Constantinus imperator in causa Donatistarum quomodo se gesserit 106, 9 s; melior quam Donatistae: hi ad imperatorem causam ecclesiae deferebant, ille ad episcopos 106, 17.

consuetudinis lapis quam difficile removetur 354, 28.

consuli solet de rebus dubiis tantum 535, 7.

contemplationis otio nihil melius est 193, 21; contemplatione Verbi ineffabiliter delectari, hic erit electorum cibus 549, 16.

contestatur auditoribus Augustinus coram Deo et angelis eius 500, 18.

continentiae labor aliquantum si fatigat, merces consoletur 176, 22.

Conversi ad dominum, in fine contionum 17, 25; 50, 8; 64, 32; 111, 9; 124, 7; 133, 10; 135, 34; 155, 9; 209, 10; 218, 20; 222, 17; 291, 25; 303, 12; 307, 13; 535, 20; 717, 8; 718, 3; alia conclusio insolita 231, 20: *cf.* prex.

conversio opus Dei est, non hominum 592, 5; conversum Deus liberat, punit aversum 698, 3 s; vocat Deus, ut convertamur: expectat, donec convertamur: ignoscit, si convertamur: coronat, si non avertamur 41, 4; Dei sententiam mutati mutamus 40, 20; conversionem qui in crastinum differunt, ii Augustino maxime molesti 198, 6 s; 199, 14; conversiones aliquando fiunt necessitate quadam vel timore 411, 10 s; 590, 11 s; de inimicis suis eos convertendo se vindicat Christus 591, 15 s.

convicium improbi, si verum dicit, misericordia est et medicina: si falsum, libera est conscientia 117, 6 s; 118, 33; dole convicia dicentem tibi, roga pro illo Deum 117, 20; conviciatores quando et qualiter corripiendi 117, 32.

convivia ad memorias martyrum 58, 13 s; convivium pauperibus die natali episcopi adpositum 193, 2.

cor: quid melius habet homo corde suo? 504, 19; non est locus cordis in terra: si fuerit in terra, corrumpitur 504, 11; habeamus cor sapientem 579, 28; cor unum multi simplices habent, unus dolosus duo corda 49, 4.

corona: *Per coronam tuam*, modus adiurandi in Africa 255, 5.

coronare: sanctorum coronando merita, coronat Deus dona sua 310, 14: *cf.* 520, 26 s; paratus est Deus adiuvare certantem, et coronare vincentem 200, 30; 244, 6; 308, 11; 602, 27: 711, 9.

corpus, voluptatum officina 95, 31; corporis membra quomodo invicem se diligant 102, 6 s; corporum sanitates operabatur Christus, ut mentes sanaret infidelium 142, 10; 318, 26; non est cur nobis corpus displiceat 329, 12 s; corporis coaptatio mirabilis 329, 14; corpus facile levabitur in caelum, si non premat spiritum sarcina peccatorum 349, 8.

correctio fructus est timoris 288, 4; correctionis locus post hanc vitam non est 290, 7; 291, 25.

correptio fraterna erga eos, qui nobis calumniantur, quando et qualiter agenda 117, 32; 118, 10; 119, 5; non neglegenda 214, 23; 215, 21; et si corripis, saevis, clamas, intus ama 214, 13; saevis, peccata non arguendo eius, quem perverse diligis 236, 28; correptio est, quod flagellaris, non damnatio 316, 17; qui tollit correptionem, parat damnationem 310, 11.

crastinus dies nusquam promissus 198, 25; 250, 6; nemo scit quid cras futurum sit 249, 12.

creatorem ex creatura non agnoscentes arguuntur 358, 11 s; vide quod fecit creator, ama qui fecit 359, 32; creare, Dei solius est 702, 21 s.
creatura nulla mala est 39, 16; de creaturis diligendis, praeter proximum, nobis praeceptum non est: in his benedicendus est factor 116, 11; creatura ipsa speciei suae voce Deum se artificem habere respondet 170, 2; est quidam magnus liber, species creaturae 360, 12; creatura omnis vocabulo caeli et terrae intellegitur 356, 20; arguuntur ii, qui in perscrutanda creatura consumentes tempora sua, creatorem non invenerunt 358, 24; creatura omnis, si a Deo non regitur, cadit 371, 16.
credere: non intellegis ut credas, sed credis ut intellegas: opus est fides, merces intellectus 476, 13 s; crede quod non vides, ut merearis videre quod credis 621, 7; crede in Christum, et eum iam corde tenes 485, 4; 509, 14; 621, 9 s; credere, tangere est 344, 16; 345, 10 s; 484, 20; venire, credere est: apostatare, abscedere 609, 19; credit nonnunquam aliquis necessitate quadam vel timore 411, 10 s; 590, 11 s; credere non potest aliquis, et obmutescere 503, 10; plus est, cum in Christo creditur, quam si in corpore videretur 620, 11; 621, 10; nullum maius peccatum mundo imputatur, nisi quia non credit in Christo 620, 20; non credidisti, peristi: credidisti, cuncta solvuntur 620, 25: *cf.* fides.
crescat Deus, minuatur homo 515, 9. 20; Deus crescit in te, cum intellegis eum 515, 11.
criminis est expers, quicquid fit iubente Deo 181, 3; quanta martyribus falsa obiecta crimina 649, 33; in Iudaeis plerisque errat nomen, manet crimen 473, 15.
Crispina sancta martyr 595, 5. 14.
Crispinus, Calamensis episcopus pro parte Donati, haereticus non esse praetendit 105, 6 s; 108, 32; a proconsule ad imperatores appellat 105, 18.
crucis signum in fronte catechuminis depictum 89, 6; 454, 27; mors crucis magnum inter Iudaeos habebat opprobrium 365, 23; crux Christi, titulus gloriae 453, 26; lignum crucis Christo tribunal fuit 634, 10 s; clavis fuit 372, 22; diaboli muscipula 508, 25; 662, 13; inter fluctus saeculi non mergimur, quia crucis ligno portamur 549, 30; cathedra Christi ideo est in caelo, quia prius crux fuit in terra 566, 24.
cucurbita Ionae observantias figurabat legis Iudaicae 610, 19 s.
culpam et poenam de transgressore traximus: Christus sola poena suscepta et culpam solvit et poenam 558, 23. 31; 661, 11 s.
cupiditas et timor, duae ianuae temptatoris 66, 4; 254, 21; 287, 22; cupiditas non auferatur, sed mutetur 66, 8; 208, 30: *cf.* ianua, laqueus, porta.
curare corpus quando Deus non vult, curare vult animam 708, 14 s.
curiositas turpis, quae mala facit 67, 18; curiositas illicita pestilens inopia est veritatis 256, 24; curiositas in divinis rebus scrutandis vitanda 446, 3; simus docti, non curiosi 622, 11.
currere, proficere est 91, 13 s; currit, qui diligit 286, 16; currit in Christi nomen genus humanum 145, 28; 260, 25.
custodum sepulchri dominici quam stultum mendacium 556, 2.
cynomyia, musca canina 176, 3.
Cyprianus, martyrum et exemplum et tuba 56, 20; doctor gentium, confirmator christianorum, inflammator martyrum 72, 4; Carthaginiensem ecclesiam maxime inlustravit 529, 2; docuit de Christo, vixit in Christo, mortuus est pro Christo 530, 9; episcopatus eius defendit unitatem, martyrium eius docuit confessionem 536, 20; se ad Cyprianum pertinere falso iactant haeretici 537, 1. 8; 541, 7; beatus Cyprianus de gentibus credidit, a paganis occisus est 595, 5. 14; a cypro Cyprianus, sicut a Christo christianus 530, 14; ubique terrarum eius scripta leguntur, festivitas celebratur 530, 20; corpus eius Carthagine habebatur 531, 15; opusculorum Cypriani compendiosa descriptio 530, 27 s: *cf.* 541, 29; liber eius ad Fortunatum in natali s. Laurentii lectus 56, 21; confitetur in scriptis suis, qualis antea fuerit 536, 18; multi ex persecutoribus Cypriani postea crediderunt 74, 4; Cy-

priani basilica Carthagine in Mappalibus 43, 1; 133, 11; 665; alia dicta ad mensam Cypriani 65, 1; 183, 1; 212, 1; 646, 13; 653, 5; 665; 666; non aram constituimus deo Cypriano, sed vero Deo aram fecimus Cyprianum 70, 1; ieiunium ante eius festum 219, 2 s; per vigiliam natalis eius Ps. 131 cantatus 43, 6; ad eius festivitatem fratrum sororumque multitudo convenit 532, 23; Acta eius proconsularia recitantur; 67, 24; 532, 33; 533, 1 s; 534, 18 s. 34; 535, 6 s. 17 s; propter imminentem s. Cypriani natalem Augustinus a populo Carthaginiense violenter detinetur 218, 25 s.

daemones idem, quod Petrus, confitentur 101, 24; daemones confitentes Filium Dei meliores Iudaeis, qui ei dicunt: Daemonium habes 154, 20; daemones accipiunt, Paulus non accipit 707, 2 s.

damnat Deus quod fecit homo, et liberat Deus quod fecit ipse Deus 301, 21.

debitor est Deus, non quia mutuum accepit, sed quia promisit 146, 8. 16; 310, 13; 613, 12 s; 644, 3 s; 657, 13; vide quid facias cum debitore tuo, hoc enim Deus facturus est cum suo 233, 17.

decalogi tria praecepta ad Dei dilectionem, cetera ad dilectionem proximi pertinent 187, 16 s; decalogus in tabulis lapideis apud Iudaeos scriptus, in corde Christianorum Spiritu Dei vivi 384, 1 s; 490, 23 s.

deest nobis semper aliquid ad aeternitatem 121, 29 s.

delectatio: qui inmunditiae cum delectatione deservierunt, debent saltem cum delectatione bene facere amore iustitiae 94, 6; 96, 8.

denarius numerus legem signat 714, 28. 30.

dentes Babyloniae, potestates saeculi et doctores illicitorum sacrorum 72, 32; dentes habet et ecclesia Christi, quibus saeculi potestates in se convertit 72, 28; 73, 1 s.

Deo gratias respondent martyres iudici damnanti 220, 17; 535, 18; 541, 13: *cf.* 542, 17.

Deo laudes, acclamatio Donatistarum, 541, 15 s.

desiderium: in omnibus desideriis nostris requiem quaerimus 365, 32; desiderium animae dilatione dilatatur 701, 4. 17: *cf.* Chananaea; desideria omnia vincit in bonis desiderium videndi Deum 363, 4; desideria mala non habere non potes, sed eis non consentire potes 603, 23.

desperando alii pereunt, alii male sperando 191, 30 s; 197, 21.

detonsae oves quid significent 73, 2.

Deus, utpote omnibus melius, eo quod est in nobis melius, mente videlicet, attingendus est 12, 25; Deus est inmutabile bonum 13, 32; ex operibus, ex eo quod homo in se miratur, cognoscendus 15, 18; non terrenorum phantasmatum ope excogitandus 15, 33; quicquid aliud est, in illius comparatione nec est 16, 5; Deus non est sicut cogitatur, dici autem non potest nec quo modo cogitatur 47, 7; quid sit Deus, non possumus cogitare, sed possumus credere 474, 11 s; 478, 6 s; non mole, sed virtute magnus est 393, 9; Deus est propter naturam, pater propter gratiam 114, 10; Deus potestate, pater bonitate 443, 7; Deus semper dives, semper rectus, semper pater 130, 8; nihil nobis in Deo displicere debet 131, 23; 132, 25; placere nobis debet et castigans 127, 23; impium et stultum est, discutere Deum 182, 11; bonus est, et quando malis dat felicitatem 126, 29; maxime irritatur Deus, quando de peccatore poenas non exquirit 128, 10; tu noli esse absens a Deo, et tecum est Deus 82, 1; quales dii homines 475, 26.

dextera Dei quomodo intellegenda 445, 25.

diabolus, sive ut leo rugiat, sive ut draco serpat, semper persequitur 57, 3 s; nisi permissus nocere non potest 130, 18; si ei tantum liceret quantum vult, quis christianorum remaneret? 130, 19; ob destructam idololatriam torquetur 130, 22; sancto Iob uxorem solam quare non abstulit 131, 1; de peccatis tuis noli accusare diabolum 304, 16; diabolus non est in omnibus accusandus: aliquando ipse homo diabolus suus est 216, 6; machinamenta diaboli 286, 26; ab inimico diabolo ut liberemur, petendum est, non ab ho-

mine 299, 21 s; hominem vitando caves, diabolum orando 300, 10; iuste perdidit quos tenebat, quando tenere voluit innoxium 415, 11; 661, 19; quomodo nihil in Christo invenit 661, 21 s; leo dicitur feritate, non virtute 508, 16; diaboli muscipula, crux Domini 508, 25; 662, 13; diabolus, praepositus mortis 508, 24; mortis avidus 662, 12; princeps est peccatorum 661, 23; unde cecidit, deicit 246, 22; 475, 18 s; 513, 9; de damnatis velut de paleis ludet 472, 20; diabolus a Deo exauditus est, Paulus vero non exauditus 651, 19 s.

dies a noctibus quare nunc computamus, cum in Genesi a luce coeperint 459, 10 s; dies de die, deus Filius de deo Patre 209, 16; 600, 18; dies sunt omnes sancti et fideles 499, 13; dies quem fecit Dominus, nos sumus, si bene vivimus 465, 8; dies bonos se velle respondent omnes 274, 10; verum dies boni non sunt hic 273, 27; hic mali sunt dies, quia transeunt 600, 14 s; dies boni non sunt, in quibus est homo malus 198, 23; dies boni aeterni, unus dies erunt 600, 14.

difficultas vocari solet inopia 639, 18.

digitus Dei quare Spiritus sanctus dicatur 383, 26.

dilige Deum ex toto te, quia melior te est: proximum tamquam te, quia hoc est quod tu 676, 12 s; ut te ipsum diligas, sufficit ut Deum ex toto te diligas 676, 18 s; dilige meliorem te, et dilexisti te 677, 10 s; dilige proximum, ipsum quoque ut Deum diligat inducendo 677, 23: *cf.* amare, caritas.

dimisit magna, qui omnes vicerit cupiditates 83, 11; totum mundum dimisit, qui sibi nihil dimisit 84, 16; quae plus misit, quam quae sibi nihil dimisit? 373, 9.

dimittere adversario suo qui non vult, peior sibi adversarius est 679, 20 s.

disciplinae non obstat praeceptum veniae erogandae 235, 32 s; da disciplinam, sed ex corde dimitte iram 236, 21; disciplinae acrimoniam profuisse nuntiat Augustinus 498, 12.

discipuli Christi, omnes christiani, pastores aeque ac fideles 82, 20.

discumbere, quid erit, nisi requiescere? 548, 21; 549, 15.

displice homini, et place Deo 217, 10.

diu non est, quod finem habet 137, 17 s; 559, 24 s.

divites quae habent bona sunt, sed illa bona non faciunt bonos 83, 33 s; opera bona sola de divitiis suis divites percipiunt 128, 19; divitis epulonis non divitiae sed animus reprehenditur 129, 18; 554, 5 s; 556, 5 s; divitis ossa in sepulcro ab ossibus pauperis non discernuntur 139, 10; divitem ad inferos non divitiae praecipitarunt, sed superbia et infidelitas 144, 3; divites solos vivere, pauperes adulando dicunt 202, 14. 23; dives epulo in evangelio, nec nominatus nec nominandus 202, 32; Lazari pauperis nomen dixit evangelium, divitis tacuit 140, 2; si tu dives multa habendo, tunc erit angelus pauper 206, 17; vere dives ille est, qui omnino nescit esurire 206, 21; dives haud facile dormit 206, 25; semper mendicus est 206, 29; divites sunt multi, securus dives nullus est 627, 24; divites multi ituri sunt in regna caelorum 268, 3. 20. 33; 269, 11; dives plus meriti habet, quia plus cum quo luctetur 269, 11; quid habet dives, si Deum non habet? 373, 15; 629, 2 s; dives possideat, non possideatur 556, 19; *cf.* 629, 1; divitias tenere non est malum, teneri est malum 85, 26; vere divites, qui intus divites sunt 557, 12; nihil tam dives, quam fides 638, 23 s; divitis Abrahae sinus pauperem Lazarum excepit 129, 9; 147, 2; 556, 8 s; divites, non qui sunt, sed qui volunt fieri, redarguit apostolus 628, 8; 638, 17 s; et dives et pauper ambo sunt nudi nati 631, 5.

divitiae non sunt malae, dona Dei sunt: sed dives male eis utens malus est 128, 31 s; 147, 1; lutum sunt divitiae 206, 14; 505, 1; verae divitiae ambiendae, cum quibus dives exit et naufragus 180, 19; 639, 9 s; divitiae verae, ipse Deus 629, 19; propter vitam quaeruntur divitiae, non vita propter divitias 203, 6; de divitiis servandis salubre Dei consilium 203, 30; 205, 26; divitiarum servandarum custos; nullus Christo melior 128, 28; 204, 7

630, 6 s; divitias suas filiis suis omnes homines servant 179, 8; 556, 24; non divitiae in divite sunt accusatae 554, 5; habeantur divitiae, sed sicut Abraham habuit 556, 19 s; divitiae, dulce nomen, sed multa ex eis oriuntur quae dulcia omnino non sunt 628, 13 s; nihil sic generat superbiam, quomodo divitiae 628, 32; profuerunt quibusdam divitiae: tamen et plurimis obfuerunt 650, 23 s.

doctrina christiana ubique veritas, et in pane magnorum, et in lacte parvulorum 174, 16; doctrina Christi dicitur a bonis, dicitur a malis 573, 1 s; quod Christo docente novimus, dicamus, nihil ultra 446, 3; doctrinae saeculares, siliquae quibus porci aluntur 257, 3.

dominicus dies, post sabbatum octavus; idemque primus 38, 22; dominicus dies dicitur, quia in eo Dominus resurrexit 460, 2; de quocumque die dominico dicitur: Hodie dominus resurrexit 201, 7; dominico die tantum et sabbato lectionem evangelicam mos erat exponere 353, 9, quod dominico die lectum erat evangelium, idem vult Augustinus die sequenti iterum legi 356, 7.

Dominus vobiscum, in synaxi eucharistica 31, 1; quando salutat episcopus de abside, et quotienscumque orandum est 463, 28 s.

Donatae martyris e Scilitanis nobile responsum 553, 8. 11.

Donatistarum falsa interpretatio verborum sponsae in Cantico 52, 24; vermes putretudinis, necessario praecisi sunt 104, 11; utrum Donatistae, an Catholici praecisi sint, non ad iudicium Dei mittendum est, sed in scriptura iam apparet sententia Dei 104, 31; imperatorum leges contra Donatistas 105, 18; Donatistae quae gesta sunt occultando decipiunt imperitos 105, 25; imperatoris iudicium flagitarunt 105, 32; primi illi accusatores fuerunt, extremi appellatores, novissimi murmuratores 107, 2; de Africa clanculo mittunt, qui consolentur peregrinos 108, 30; ut ad Catholicam redeant, obsecrantur 107, 11; 110, 14; tacito nomine redarguuntur 186, 1. 22 s; de Donatista quodam veniente ad ecclesiam, et repulso 410, 29 s; quomodo admittendi Donatistae ad ecclesiam 412, 15 s; falso se iactant ad Cyprianum pertinere 537, 1. 8; 541, 7; falso se catholicos vocant 537, 35 s; non falsi Christiani, sed omnino Christiani non sunt 538, 10; cur praecipitium eligunt, a laqueo abhorrent 538, 25; praecipitatorum corpora colligebant, sepulcra honorabant 539, 28; eorum clamor *Deo laudes* terret Christianos catholicos 541, 18; dicunt ecclesiam Christi in Afris et in Africa esse 573, 27 s; codices evangeliorum a catholicis incensos esse calumniantur 575, 3; defensor eorum in collatione Carthaginiensi anni 411 quid clamaverit 575, 8 s; baptismum Christi exsufflant Donatistae 541, 22: *cf.* praeceps.

Donatus qualis fuerit, non scimus 104, 8; pars Donati 53, 2. 5. 9. 14; 104, 35; 105, 1; 107, 10; 108, 5; 109, 1; 412, 20. 22; Donati manipulus 250, 19.

donum: dona Dei et charismata multa in multis fuisse, qui non habuerunt caritatem, scripturae docent 98, 13; inter ea quae ab apostolo enumerantur, praecipuum locum obtinent prophetia et fides 99, 1; charismatum dona dedit Deus quibus voluit, non omnibus 702, 25 s; discere humilitatem, omnibus dedit 703, 11 s; dona diversa membrorum in corpore 703, 5 s; quanta dona naturalia a Deo impiis conlata 701, 6 s; donis septem ad nos descendit Spiritus sanctus a sapientia usque ad timorem, ut ascendamus a timore ad sapientiam 185, 7; sanctorum coronando merita, coronat Deus dona sua 310, 14.

dormiens in navi Christus, fides est sopita in corde tuo 217, 23.

duodenarii numeri apostolorum ratio 149, 17.

dura et aspera fideles Christi in hac vita patiuntur 40, 1; duriora nobis exemplo Christi eligenda 155, 8.

ebrios homines per prandium nemo videt 465, 11.

ecclesiae catholicae communio quanta bona ei se sociantibus conferat 37, 25 s; ecclesia transmarina 53, 3; ecclesia, gloria Christi est, super omnem terram diffusa

54, 2; sponsa pulchra inter mulieres, catholica est inter haereses 54, 19; 497, 26; saeculi potestates saevientes sprevit, honorantes fecit 73, 25; quantum sollicita sit pro praecisis 111, 3; melior est ecclesia quam virgo Maria 163, 3; ecclesia et coniux et mater est Christi: Mariae similis, et parit et virgo est 163, 22; laus ecclesiae catholicae, virginis et matris 447, 6 s; cum cogitat Iudaeus de ecclesia, appropinquat domui patrisfamilias 260, 26; 261, 1; ecclesia lignis imputribilibus de silva gentium aedificata est 267, 1; eam arca Noe figuravit 334, 28; ecclesiam suam latere non voluit Deus 286, 30; ecclesia Dei, una, constituta in petra 286, 29. 37; ecclesiae caput videbant apostoli, de corpore credebant: nos corpus videmus, de capite credimus 325, 23 s; ecclesiae unitas dono linguarum praefigurabatur 326, 5; ecclesiae matri praesentiae suae obsequium fideles exhibeant 332, 27; « mater ecclesia », vox cordis fidelium 163, 27; non poterit quispiam propitium habere Deum patrem, qui ecclesiam contempserit matrem 333, 1; ex Deo patre et matre ecclesia spiritaliter nascimur 333, 13; ecclesia, filia regis, sponsa Christi 614, 3 s; ecclesiam pulsanti non debemus claudere 410, 27; nemo sic amet ecclesiam, ut invideat lucris ecclesiae 412, 9; ecclesia sollicita est, ne quid indisciplinata multitudo audeat 528, 5; leges a christianis imperatoribus pro munienda ecclesia promulgatae 528, 7; crescendo se extendit ecclesia, non migrando 623, 5; possessio Christi, ecclesia est: possessio ecclesiae, pax 623, 21; omnis sanctus intra ecclesiam orat pro iis qui sunt extra ecclesiam 641, 12; ecclesiae navim premunt multiplicati Christiani 489, 14; premi potest ecclesia, mergi non potest 713, 6; tolerat male viventes 713, 5.

ecclesia materialis: erubescebant multi, in ecclesia visi fuisse, quo eunt viduae et aniculae 96, 18; ius confugiendi ad ecclesiam 99, 20; etiam ab apparitoribus magnae potestatis aliquando inviolatum 99, 31; ecclesiam deici aegre ferunt homines 131, 30; ad ecclesiam fugientium genera tria 528, 17; ecclesia, omnium commune refugium 528, 4. 14; infructuose intrat ecclesiam, qui bona audit, et non bene operatur 301, 1; non sibi quisque statim gratuletur, quia intra parietes intrat ecclesiae 317, 17; ecclesiam ut frequentent fideles hortatur Augustinus, eique adsint indisciplinatae multitudini cohibendae 528, 5. 12; ecclesiam frequentantium assiduitas, non saevitia timeatur 528, 24: *vide* asylum.

Ecclesiasticus ut quidam scripturae liber laudatur 357, 4.

egenus est, quisquis esurit 206, 23.

ego bene dicitur, ubi humilitatis locus est, non elationis 92, 3.

elatio frenanda 69, 13.

eleemosynarum faciendarum tempus esse, Augustinus admonet 372, 29; Tobis monita de faciendis eleemosynis 373, 4; ex eo quod te onerat da indigenti: et te relevas, et comitem sublevas 630, 31 s; 639, 22.

eloquentia non a nobis exigitur, sed fides 503, 7.

emplastrum mordet, sed sanat 652, 12; 655, 23 s; 708, 2 s.

episcopatum ut ambiamus, non docuit apostolus 568, 18.

episcopi magistri non sunt fidelium, sed sub uno magistro Christo condiscipuli 82, 24; 566, 23; episcopus, dispensator verbi et sacramenti 88, 9; 401, 7; natale episcopi, dies laetitiae 199, 6; episcopus eo die compauperes suos pascebat 193, 2; sermo in natali episcopi 189; minister est episcopus, non paterfamilias 193, 5; erogator, non exactor 193, 14; 194, 3; 592, 2 s; sermonis obsequium, proprium episcopi ministerium 223, 5; episcopi de superiore loco populis loquuntur 82, 24; 254, 28; episcopus, de exedra speculator 199, 12; 571, 7; ad episcopos de ovibus Christi pascendis mandatum apostoli transmiserunt 404, 8; episcopi inde pascunt, unde pascuntur 404, 8; 410, 19: *cf.* 500, 22; 680, 22; cum ovibus oves sunt, quia christiani sunt 410, 18; praerogatores sunt pecuniae dominicae, non largitores

500, 20; 680, 22; episcopus servus debet esse multorum 563, 7 s; praesunt episcopi, sed si prosunt 565, 3; quomodo exemplo Christi et Petri ministrare debeant 565, 18 s; sit quod vocatur episcopus 566, 11 s; 568, 25; nihil aliud loquuntur homines nisi de episcopo 566, 20; non sunt episcopi mali, quia, si mali, non episcopi 568, 31; nomine tantum episcopus in cathedra, faeneus custos est in vinea 568, 32 s; multo melius est, si nec unam uxorem nec carnales filios habeat episcopus 569, 1 s; non sine multis filiis spiritualibus erit bonus episcopus 569, 7; qualescumque sint episcopi, securus debet esse populus Dei 569, 17; 570, 9 s; episcopus episcoporum, Christus 570, 8; Christum panem ministrare debent episcopi 571, 5 s; doctrinam episcopi, non malos mores populus attendat 571, 6 s; episcopus veniens clerum et populum in ecclesia vigilantes invenit 685, 13.

epulae illae cogitandae, quae nunquam finiantur 195, 12; ab epulis suis neminem Deus vult excludi 262, 2; 263, 14; 264, 8; epulae carnales tolerandae, non amandae 549, 24; epulas non habuit Christus in hoc mundo 617, 19.

eremi iter istam terrenam vitam significabat 331, 6.

errantes omnes, ut veniant ad viam, si christianos nos esse meminimus, exhortari debemus 286, 7.

error omnis eundo, et nesciendo quo eatur, oboritur 286, 4; plus ama hominem, quam oderis errorem 591, 4 s.

erubescunt multi christiani glorianda, et non erubescunt qui pauci remanserunt gentiles pudenda 96, 21.

esse non promeruimus, gratis a Deo accepimus 146, 12.

Est tantum in Deo dicitur, non *Fuit*, neque *Erit* 247, 1.

Eva quasi ad vitam invitata invenit mortem 131, 9; uxor Hiobi Eva erat, sed ille non ipse Adam 298, 27.

evangelium, quasi speculum, neminem palpat 81, 8; melius in evangelio Christus absens loquitur, quam si praesens taceret 81, 26; 509, 13; nondum praesidet in iudicio Deus, iam praesidet in evangelio 105, 4; in evangelio tecum semper est Dominus 705, 9 s; evangelia quattuor, quare 149, 15; evangelio haereses et schismata adtestantur 286, 34; evangelium implevit mundum crescendo, non migrando a radice 327, 4; evangelium quanta celebritate praedicatur, attendis: et non attendis quanta impietate contemnitur 408, 13; nostrae emtionis instrumentum sanctum est evangelium 573, 16 s; de incensis codicibus evangeliorum calumnia Donatistarum 575, 3.

evangelistae, pedes Christi 523, 5 s.

eucharistia: sacrificium iam nostri temporis, corpus et sanguis est ipsius sacerdotis 18, 14; sacrificandi ordinem, quem videmus, dedit Christus princeps sacerdotum 19, 3; cum timore et tremore ad altare accedendum 19, 7; hoc in pane agnoscite, quod pependit in cruce: hoc in calice, quod manavit ex latere 19, 8; sicut sacramentum in nos, sic et nos in corpus Christi convertimur 19, 18; forma consecrationis panis in liturgia hispaniensi, forte et africana 19, 22; eucharistiam esse Filium prius neophyti nesciebant 19, 25; eucharistia caro una fimus cum Christo 20, 6; eodem modo corpus suum fecit nos Christus, quo panem oblationis 30, 8 s; panis sacramenti et vinum indicant unitatem 30, 24; 463, 12. 26; haeretici testimonium contra se accipiunt, quando sacramentum unitatis accipiunt 30, 22; altaris oblatio, acta Dei 31, 8; et ab inimicis Christus manducatur et bibitur 47, 25; mensa, in qua Christus pascitur occisus 260, 5; unusquique ad ecclesiam concurrens ad corpus Christi admittitur 260, 7; eucharistia ex humilitate Domini ad saginandos humiles 314, 28 s; sanguis Christi in eucharistia bibitur 326, 19; eucharistia per manna et aquam de petra significata 331, 8; per partes manducatur Christus in sacramento, et ipsa gratia partes vocantur 375, 16; augustiae de recipienda eucharistia bene vivendo dilatantur 376, 24; et ut bene vivamus orando 377, 2; panis et vinum accedente verbo seu sanctificatione fiunt

corpus et sanguis Christi 29, 23; 31, 14; 462, 15; hoc ipsum videtur quod videbatur, et tamen non hoc valet quod valebat 462, 17; sacerdoti porrigenti corpus Christi respondent fideles *Amen* 463, 11; eucharistia, panis operariorum Christi in hoc saeculo 470, 19 s; cotidianae blasphemiae ex ore quod intrat corpus Christi 617, 7; corpus Christi et sanguinem cotidianas epulas habemus 693, 24; cotidianum apud nos sacrificium 261, 3. 21.

Eulaliae martyris de provincia Spania dies in Africa celebris 594, 1; 595, 3 s. 14.

Eunomii manipulus 250, 18; Eunomius cum Arrio anathematur 498, 13; Eunomianum quendam catholicum factum esse nuntiat Augustinus 498, 12.

exaudit quosdam Deus propicius, et non exaudit iratus; et rursus quosdam et non exaudit propicius, et exaudit iratus 651, 11 s; exaudivit daemones, non exaudivit Paulum 655, 17 s; 707, 2 s; exaudit Deus omnes suos ad aeternam salutem, non ad temporalem cupiditatem 707, 17; qui a Deo exauditur, non se fideliorem putet eo, qui petivit, et non accepit: immo fortasse debilior est 709, 1 s.

exedra, de qua episcopus loquitur 571, 7.

exempla malorum fidelium neophytis fugienda 500, 12 s; ad iudicium fidelium olim baptizatorum pertinebit, si neophytis exempla praebeant pereundi 501, 22.

exheredari paratus esto, ut servias Deo 94, 25.

Exi, luctuosum verbum, quod malo servo et schismaticis dicitur 54, 25 s; 498, 2; exire de temptatione, quomodo intellegitur 686, 15 s.

fabricae actorem nosse, plus est, quam fabricae numeros computare 359, 13.

facere: stultitia hominis, qui Deo dicit: Quid tibi feci? 315, 31 s.

facultates quasi facilitates dictas putat Augustinus, nam et inopia difficultas vocari solet 639, 16 s.

facundae sint Deo animae nostrae 211, 7.

fames hominis interioris quam periculosa 178, 7.

fastidium in ista vita in omni re, excepta sanitate 466, 13 s; nunquam erit in caelo fastidium 466, 17 s.

fato vel diabolo peccata sua plerique tribuunt 303, 18 s; Deum accusat, qui mala sua fato tribuit 304, 27; qui putaverit aliquid esse fatum, ipse fit fatuus 304, 1.

Faustinus, Carthaginiensis argentarius, ex pagano iam senex conversus 589, 2; 591, 7 s; 592, 16. 24.

felicitas terrena, ut merces pro bona vita non speranda 208, 28; non ametur felicitas huius saeculi 637, 27; felicitas vera est, ubi plena securitas 627, 22; felicitas amatorum mundi nec praesens est, nec futura erit 295, 19; felicitas malorum temptatio est servorum Dei 294, 10; 616, 28; 635, 14 s; felicitas malorum, quasi quaedam perversitas videtur 639, 12; felicitas malorum falsa 616, 18.

Felix si vocetur, quid prode est misero? 566, 12.

feminae martyres 56, 28; 80, 4; 550, 3 s; ut paterentur, vicerunt etiam revocantium blandimenta maritorum 313, 9; tota ecclesia et femina appellatur et vir 313, 12.

fenum hieme virens, arbor fructifera arescens videtur: inter utrumque iudex aestas est 636, 21.

fenerator: cum feneratoribus nulla societas habenda 580, 17 s.

fermentum, quod abscondit mulier in farinae mensuris tribus, evangelium est a Dei sapientia toto orbe terrarum disseminatum 20, 21.

fervor duplex, alius sanitatis, alius ulceris 177, 9; fervor ab humilitate non discrepat 716, 6.

ficulnea arbor, genus humanum est 640, 15 s.

fidelis: nihil melius in operibus Dei, quam homo fidelis 499, 7; fidelium malorum exempla neophytis fugienda 500, 12 s; fideliter vivant, qui fideles vocantur 500, 27.

fidere nec in te debes, quia homo es 561, 26.

fides: fidei libera assertione utendum contra paganos 97, 24; quisquis non habuerit fidem, non potest habere caritatem 98, 16; multi sunt, qui credunt, et non amant 101, 9; non in fide tantum res est, sed in fide et opere: utrumque necessarium

est 122, 11; fidei merces, visio 137, 3; 144, 21; 417, 1; 701, 16; imperat Deus fidem, speciem tibi servat 144, 23; a gloria fidei in gloriam speciei transibimus 338, 27; fides christianorum, vita futura, resurrectio a mortuis, in fine iudicium 141, 11; haec est fides, ut credamus utile esse, quicquid deum videmus velle, 146, 35; fides est velut primogenita cordis nostri 180, 6; in fundamento cordis est 506, 4; fides, vas magnum ubi possis accipere beatitudinem 196, 23; aliquid magnum et mirabile est 536, 23; plus valet, quam terra et caelum 209, 9; qui sine fide se dicit iustum, mentitur 210, 17; fides in corde tuo sopita, Christus est dormiens in navi 217, 23; fidei et primitias et perfectionem a Deo habemus 232, 18 s; fides, gratiae donum 472, 8; 584, 18 s; fide totius mundi in Christum etiam ii moventur, quibus nondum notus est, ut via pergant ab eo ostensa 266, 21; ut fides integra permaneat, persecutori cetera oppone 312, 17; ex incredibilibus constat fides nostra 314, 21; opifex fidei Christus est 344, 28; turba premit, fides tangit 344, 16; 345, 10. 22 s; 484, 23; 487, 34; 526, 25; fides non omnis laudanda 486, 6; fides a nobis exigitur, non eloquentia 503, 7; fides catholica inter Sabellianismum et Arrianismum tamquam inter Scyllam et Charybdim navigans 476, 27 s; fides catholica, fortissima et integerrima 478; 3 s; nihil tam dives, quam fides 638, 23 s; fidei mysteria compendiose ab Augustino delineata 693, 10 s: *cf.* credere.

fiducia in Deum, sacrificium nostrum est 576, 12; 578, 3.

Filius ex Patre, dies de die 209, 16; Filius, splendor Patris, ex quo Pater, sicut splendor ignis, ex quo ignis 46, 19; 394, 1 s; Filius cum Patre unus verus Deus est, et vita aeterna 596, 15 s; secundum quam formam de se Filius loquatur, discernere oportet 395, 3 s; in forma servi, non solum Patre, sed et se ipso minor est 476, 21 s; in carne positus, non solum a Patre, sed etiam ab angelis minoratus est 394, 15; quanta hic pertulit Dei Filius 154, 15 s; Filius est eucharistia 19, 25 s.

filios Deo servire prohibentes redarguuntur 123, 15; filii nostri spiritales, opera nostra bona 180, 8; filii mali sumus boni Patris 710, 19.

fimbria vestimenti Domini, Paulus apostolus 319, 20; 612, 16.

finis est alius damnationis, alius consumtionis, alius perfectionis 691, 2; finis huius saeculi fortasse longe est, fortasse prope est: unuscuiusque hominis finis longe esse non potest 311, 1 s; finis noster est, ubi tendimus, ubi permansuri sumus 120, 2; finis noster non habet finem 691, 4; leve est omne cum fine supplicium, ubi sine fine promittitur praemium 524, 24.

fiscus: villam malam si haberes, nonne fisco eam renuntiares? 618, 5 s.

flagellum ne recuses, si hereditatem paternam appetis 127, 13; aut est in te aliquid quod flagello corrigatur, aut ipsa rectitudo tua in flagello probatur 127, 24; dedignaris flagellari? dedignare ergo hereditari 316, 26; fuge sub flagellum corripientis, non a flagello, sed sub flagellum 316, 20; melius flagellari, quam damnari 410, 14.

fletus: a fletu inchoat homo vitam 210, 26; fletu abundat haec vita 534, 10.

fluvius ut moveatur et per diversa transcurrat, fieri solet 139, 9.

Focas: *vide* Phocas.

fons vitae Christus est 442, 9; fons genitus de fonte generante 596, 8 s; fons baptismalis, Christi cruce et sanguine consecratus 448, 16 s; die sabbati ante, quam neophyti baptizentur, sermonem habet Augustinus de sacramento fontis 462, 21.

formam servi donavit tibi Christus averso a se: converso ad se servavit formam Dei 700, 13; secundum quam formam Christus de se loquatur, discernendum 395, 3 s.

fornicari a Deo, quid sit 696, 10.

fortuna: *vide* fatum.

fossa humilitatem et paenitentiam significat 641, 18; 682, 25 s.

fovea peccatoris est iniquitas eius felix 618, 19 s; *cf.* 635, 14; 637, 23 s.

fratres nos fecit Christus de servis 500, 25; 594, 13.

frigida febricitanti non bibenda 469, 32.

frons, pudoris domicilium, ubi crux Christi collocata est 454, 27.
frumentum amas, et spargis 533, 21; interdum putantur aliqui zizania, qui vere sunt frumenta 251, 9.
fuge ab irato Deo ad placatum Deum, ab ipso nusquam nisi ad ipsum 316, 23; fugientis dorsa persequitur Deus, faciem redeuntis illuminat: quem habes iudicem fugiens, hunc patrem habeto rediens 698, 1. 4; fugiunt aut iniusti iustos, aut iusti iniustos, aut iniusti iniustos: soli iusti iustos non fugiunt 528, 17.
fumus evanescit in altum surgendo: ignis magis lucet humilius apprehendendo 361, 20.
fundere debet, qui impletus fuerit, secus ingratus est implenti 503, 11.
furtumne commiserunt Israhelitae expoliando Aegyptios 181, 3; 182, 13.

Gabrihel angelus cur utrumque nuntiavit, Christum et Iohannem 230, 3 s.
gallicantus: vigiliae baptizandorum ad gallicantum 449, 29.
gallinae pullos alentis vivida descriptio 60, 17 s.
gaudere semper de Deo vel de donis eius, christianorum est 111, 14.
genealogiae Christi ecclesiam ex iustis et peccatoribus congregandam insinuant 382, 14; eas aliquando exponere sibi proponit Augustinus 382, 21.
Genesis principium in vigiliis Paschae lectum 11, 6.
gloriam in se habere, et non in altero, quid sit 217, 11; 218, 10.
glorificare Deum, hoc est, gratias agere Deo 361, 10.
Gothus numquid tollit quod custodit Christus? 409, 7.
gradus in iustitia propter infirmitatem a Deo positi 94, 32.
Graecorum doctissimi quod de Deo dixerunt, non est leve 360, 29; Graecos apostolus omnes gentes quare dicit 473, 5 s.
grammaticorum ferulae et virgae 450, 1.
granum se solum esse nemo arbitretur 339, 18.
gratia Dei facis, quidquid boni facis: malitia tua, quidquid mali facis 304, 24; ad peccandum idoneus es solus: ad recte faciendum indiges adiutore 663, 16 s; in gratia christiana id praecipue commendatur, ut nemo glorietur in homine 352, 12; gratia ista christiana, quia omnia tradita sunt Filio a Patre, latuit sapientes mundi 362, 21; lex et gratia in quo conveniant, in quo differant 383, 8 s; gratia alia debita, alia gratuita 521, 1; humanae naturae, ut a Verbo susciperetur, nullum meritum praecessit 663, 22 s; gratia gratis data in Paulo apostolo 525, 28: *cf.* adiutorium, peccatum.
Gratias agamus domino deo nostro, quid significet 31, 11 s; 361, 13; 464, 15; gratiae Deo in omnibus et pro omnibus agendae 116, 15 s; 151, 20; hoc est glorificare Deum, gratias agere Deo 361, 12.
gressus nostri in hac via, dilectio Dei et proximi 286, 15.
gubernatorem mundi qui reprehendunt, quantum stulti 132, 5.

Habemus ad Dominum in synaxi eucharistica 31, 7; 464, 4.
haemorrhoissa ecclesiam gentium figurabat 318, 6; 519, 24; 526, 18. 21; 611, 17; qualis in ea fides fuit 345, 1.
haereses et schismata adtestantur evangelio: magis turbari deberemus, si non essent 286, 32; haeresum circumcisiones undique circumstrepunt 266, 8; haereses schismatis 287, 18; haereses omnes genuit superbia 287, 5; principes haeresum suas oves volunt facere, quae sunt Christi 497, 21.
haeretici contra se testimonium accipiunt, quando sacramentum unitatis accipiunt 30, 22; baptismum, signum boni regis in damnabili carne portant 36, 24; per omnes gentes sunt haeretici, alii ibi, alii hic: Catholica novit omnes 110, 29; haeretici ranae sunt clamantes in palude 174, 9. 20; haeretici dicuntur Donatistae, et si eadem credentes quae nos 186, 8. 17; modestia Augustini in refellendis haereticis 414, 3; 659, 14 s; eis bene se velle protestatur 542, 26; earum collectiones

non timet 542, 14; peiores Iudaeis haeretici 53, 15; 451, 18; sacramenta Christi possunt per haereticos dividi: caritas et unitas non possunt 452, 2; haeretici omnes oderunt christianos catholicos 594, 22 s.

herba *Semper vivit* in caelo verum locum habet 637, 20.

hereditas Christi talis est, quae coheredum multitudine angusta esse non possit 163, 16; 575, 27; divisores hereditatis ab initio displicuerunt Domino 573, 32; hereditas nostra possessoribus suis et omnibus integra est, et singulis tota 334, 6; 677, 23 s; hereditas ipsa dilectio est 334, 13; 575, 28; hereditas Domini erimus, et ipse hereditas nostra erit 449, 12; hereditatem paternam si appetis, flagellum ne recuses 127, 13; 316, 26; hereditatem morientium ambientes redarguuntur 179, 18.

heres: in heredibus nihil carius primogenito 179, 25; heredem se non esse indicat, qui non diligit coheredem 334, 13.

hiems hoc tempus est 294, 22; 636, 15 s; hiemis tempore contristari agricola si recusaverit, non gaudebit aestate 534, 2: *cf.* 607, 15 s; inter fenum hieme virens et arborem fructiferam hieme arescentem iudex aestas est 636, 21.

Hierusalem caelestis, metropolis nostra 285, 15 s.

Hippo Diarrhytus: ibi contionatur Augustinus 124, 9; 141, 5; basilica Margarita 124, 9: angusta erat, et de alia ampliore aedificanda cogitabatur 131, 29; basilica s. Quadrati 141, 6; Florentia 666 s.

Hippone Regio mimi et meretrices Augustini tempore defecerant 87, 30; Hipponienses martyres Octo, et Viginti 595, 6. 13; basilica maior, an eadem cum Leontiana 666; ad Memoriam Viginti martyrum sermo mane habetur die octava paschae 666; memoria Theogenis 381, 24.

histrionum omne genus antiqua disciplina Romana in infami loco iure deputavit 68, 24; misericordiam in illos facit, qui spectare noluerit 69, 4; histrionibus res suas effundentes, et nihil pauperi porrigentes redarguuntur 216, 15.

hominem fecit Deus rectum, fecit se ipse homo perversum 26, 18; valde difficile sine delicto est 215, 3; homo minore intervallo distat a pecore, quam Deus a carne 315, 13; homo omnis omni homini proximus est 75, 23; 76, 17 s; nolunt se homines agnoscere, qui se iustificant, et Deum culpant 315, 27; homo vitam inchoat a fletu 210, 26; hominis in terra sepulti et hominis in utero seminati comparatio 328, 28; homo quo usque praevaluit, etiam contra Dei Filium 642, 8 s; ibi est proprie homo, in cogitationibus suis 597, 14; qualis rixa in homine agatur 602, 8 s; 633, 10.

hostem carere in hac vita non possumus 711, 14.

humilis est Deus, et tu superbus! 369, 21; 567, 27; 699, 17 s; quanta superbia hominis, non consentire humili Deo 455, 5; redige te, homo, ad humilem Christum 369, 11; humilem quaerit Christianum Christus 370, 6; non veniret ad te humilis Christus, si tibi nollet innotescere excelsus 699, 27 s.

humilitas fundamentum est nostrae celsitudinis 365, 30; scala est, qua pervenitur ad Deum 369, 27; humilitate redimus ad Deum 695, 25; contra tumorem superbiae bibendum poculum humilitatis 698, 13; discere humilitatem, omnibus dedit Deus 703, 11 s; ad perfectionem requiritur, ut discas a Christo humilitatem 704, 16; tota medicina nostra ista, discere humilitatem 703, 12; cum humilitate caritas connexa est 703, 20 s; humilitas, non paupertas, Lazarum duxit ad requiem 144, 2; ibi apparet humilitas, si dives es et humilis 269, 21.

humilitas Christi: Christus humilitatis doctor sermone et opere 567, 14; 695, 25; in Christo est norma humilitatis 365, 15; Filii Dei humilitate iacentes erecti sumus 565, 22; humilitatis via nobis factus est Dei Filius 302, 13 s; causa humilitatis Christi, infirmitas tua 695, 20 s; hoc solum si faceret Verbum Deus, ut caro fieret, incredibilis esset humilitas 314, 19: *cf.* 567, 28; nativitas Christi, Dei humiliati mysterium 211, 9; humiliatio erat

ut Christus resurgeret 328, 13; ad bibendum calicem humilitatis Domini nos artemus 568, 7.
hydropisis, avaritiae figura est 318, 22.
hypopsalma, i. e. responsorium sive antiphona 47, 12.

iacere, ad humilitatem pertinet 290, 21.
Iacob patriarchae prophetia de somno Christi in cruce 21, 17; 461, 28; in Iacob Iudaei alii damnati, alii benedicti 472, 21 s.
Iacobi et Mariani martyrum festivitas 719, 19.
ianuae duae diaboli, cupiditas et timor 254, 21; 287, 19: *cf.* porta, laqueus.
idiomatum communicatio in Christo 27, 10 s; 414, 10 s; 444, 21 s; 660, 22 s.
Idithun quod petebat, nos quoque orare oportet 656, 11 s.
idololatrae quantum plangendi sunt 148, 8; minus inridendi, qui opera quaedam Dei, quam qui opera hominum, ut deos colunt 358, 14 s.
idolum: idola iubentibus regibus iam franguntur 149, 31.
ieiunium: quare Christus quadraginta diebus, cum temptaretur, ieiunavit, et totidem diebus, cum glorificaretur, manducavit et bibit 350, 1 s; ieiunium ante festum Cypriani 219, 2 s.
ignis et fumi comparatio 361, 20 s; ignis splendor igni, de quo nascitur, coaevus, sicut Patri Filius 46, 19; 394, 1 s.
ignoratio Domini figura est 526, 20; mysterium est 611, 14; 612, 7.
imago Caesaris in numo, imago Dei in homine 48, 28; 149, 1; imaginem Dei in se victus cupiditate qui neglexerit, tamquam amisso homine erit pecus 176, 25.
immolatio ad sacrificium pertinet 309, 10.
immunda tangere, quin ipsa inquinetur, divinae est substantiae 100, 10.
imperat Dominus mira facilitate omni creaturae 610, 12.
imperatoris iudicium Donatistae flagitarunt 105, 32; imperatorum leges contra Donatistas 105, 18. 23; leges promulgarunt, quae satis abundeque muniant ecclesiam 528, 7; tales videntur, ut non audeant facere contra matrem suam ecclesiam 528, 9; imperator, saeviat licet, honoretur 553, 12.
imperfecti omnes hic sumus 705, 19 s; imperfectionem confiteamur, ut mereamur perfectionem 705, 23 s.
impius: ex impio pium facere difficilius est, quam ex pio angelum 416, 15 s.
incredibilibus constat fides nostra 314, 21.
infantes vocantur neophyti 332, 13; 462, 6; 500, 7.
inferorum porta, superbia est 287, 4.
infidelitas et superbia, non divitiae, divitem epulonem ad inferos duxerunt 144, 3.
inimicus est aliquis? fiat amicus 75, 26; quomodo petere debet christianus, ab inimicorum erui potestate 244, 22; inimicus nemo in caelo persequitur, nemo moritur amicus 222, 8; peior tibi inimicus es tu trucidando animam tuam, quam ille qui occidit carnem tuam 86, 13; inimici Christi, alii aperti ut Iudaei, alii occulti ut male viventes christiani 47, 18.
inquietudo status est animae quaerentis in quo aliquando requiescat 365, 33; inveniendo quod male quaeris, inquietior eris 365, 35.
interrogans Dominus quod novit, docere vult aliquid 308, 20.
invocare non licet nisi praemissa confessione 302, 33 s; nemo potest salvus esse, qui non invocaverit: nemo invocare, nisi primo crediderit 442, 22 s.
Iob sancti exemplum divitibus proponitur 128, 15; cur ei uxorem solam diabolus non abstulit 131, 1; melior Iob in stercore, quam Adam in paradiso 131, 15; exemplum nobis dedit gratis amandi Deum 297, 18 s; solum propter filios scidit vestimenta sua 298, 8; uxor Hiobi ipsa erat Eva, sed ille non ipse Adam 298, 27; ad quid Iob diabolo traditus 129, 26; 656, 5 s.
Iohannes baptista, lucerna Christo a Patre parata 43, 22; inde amicus sponsi, quia servus cognitor domini 44, 13; humiliat se, et nihil de se, vel veraciter, iactanter loquitur 44, 31; qui Iohanne maior est, amplius est quam homo 45, 28; Iohanne nominato Iudaei confusi tacuerunt 49, 28;

Iohannis prae ceteris prophetis excellentia 223, 22 s; Christus dies, Iohannes lucerna 511, 28; de qua lucerna confunduntur Iudaei 48, 17 s; 512, 3 s; testimonium Iohannis de Christo, Christi de Iohanne 45, 11; 224, 19; 510, 12; Christus Iohanne minor aetate, maior maiestate 45, 16; 224, 25; 510, 10; 512, 18; Iohannes, mensura hominis 225, 1; doctor humilitatis 225, 14; vox ante Verbum 226, 7; 351, 22; Iohannes vox est, Christus et verbum et vox 513, 13; Iohannes quomodo minutus est, crevit vero Christus 226, 23; 229, 8 s; 352, 1 s; 515, 12 s; baptismum Iohannis quare cessavit 229, 9; et Iohannem et Christum Gabrihel cur nuntiavit 230, 8; quod martyr sit Iohannes, ecclesia Christi non ambigit 252, 5; pro Christo, quia pro veritate, mortuus est 252, 22; discipulus erat Christi, non quantum ad humanum aspectum, sed in secreto sanctuarii 511, 10; 513, 5; s. Iohannis dies, christianus dies 592, 26. 33; Iohannis dies natalis non latet, sicut nec Domini sui 223, 20; neque uterque sine mysterio 226, 20; contra reliquias sacrilegiorum in natali Iohannis persistentes 231, 8: *cf.* 592, 28 s; comisationes vitandae 226, 25; sermo matutinus de Verbo et voce hac die habitus 227, 7; Iohannes, metator iudicis 511, 23.

Iohannes evangelista de Christi pectore in illo convivio sapientiam bibebat 64, 1; non, quia Iohanni apostolo passio defuit, ideo passioni defuit animus 404, 10.

Ionae cucurbita quid significet 610, 19 s.

ira recens, festuca est, sed productione temporis ad trabem perventura est 237, 9; ira inveterata odium erit: iam ubi odium, homicidium erit 237, 12; ira Dei magna est, quando de peccatore poenas non exquirit 128, 10; 153, 12; 154, 10; 410, 3 s; irascitur in se is, quem vere paenitet 258, 16; 409, 26; irascamur nobis, non Deo 409, 24.

Isaac immolandus nec ipse sub patris gladio trepidavit 557, 6.

Israhel interpretatur *videns Deum* 472, 23; 473, 3; Israhel vocantur Iudaei, sed non sunt 473, 14.

itoria, quid sit 621, 14 s; hilare nomen 621, 20.

Iudaei sine causa gloriantur, quasi vicerint Christum 24, 25; 461, 3; aperti sunt Christi inimici 47, 18; 48, 14; Iohanne nominato confusi tacuerunt 49, 28; excusabiliores sunt quam haeretici 53, 15; 451, 18; multi sanguinem, quem saevientes fuderunt, credentes biberunt 74, 16; 322, 2; 326, 18; 468, 19; 539, 15; Iudaeorum incredulitas in parabola Lazari et divitis praesignata 142, 30; in Christum crederent, si Moysen et prophetas audire vellent 143, 6; Christum fuisse et occisum esse non denegant 145, 24; Iudaeis meliores daemones, qui confitebantur Filium Dei 154, 20; Iudaei, quamvis raro, aliquando tamen redeunt ad ecclesiam 260, 29; mirantur, tantum posse Christianos 261, 17; non eis sufficit, ut de scripturis convincantur, oportet ut Deus eos alloquatur, ad se trahat 261, 33; liturgiae christianae celebritas quantum eos moveat 262, 1; distinguendi sunt Iudaei graves, servantes legem, a perditis et seditiosis Iudaeis 263, 9; Iudaeis ipsum peccatum remissum est, quod Christum occiderant 326, 11; 468, 14. 26; Iudaeorum regnum, umbra futuri cum Christo sine fine 332, 9; Pentecosten quare celebrant 381, 22; 382, 24; 383, 29; quid Pascha figuraverit, nolunt agnoscere 691, 11 s; frustra de azymis gloriantur 692, 9; de Iohanne lucerna confunduntur 512, 3; cotidie confunduntur, et non convertuntur 514, 20 s; prophetias de Christo caeci legunt, surdi cantant 451, 8; Iudaeorum facinus omnes abominantur, qui paschali sollemnitati intersunt 450, 10 s; 456, 4 s; frustra conati sunt Christi memoriam de terra perdere 451, 4 s; 456, 1 s; parasceven cenam puram vocant 459, 26; frustra in Pilatum scelus suum reicere conati sunt 461, 12; Iudaeis cur se Christus resurgens ostendere noluit 471, 18 s; de Iudaeis innumerabiles ecclesiae Christianorum 472, 19; Iudaei in Iacob alii damnati, alii benedicti 472, 21 s; in Iudaeis errat nomen, manet crimen 473, 15; Israhel vocantur, sed

non sunt 473, 14; Iudaei reprobi oderunt Christianos 594, 20 s; credent et Iudaei, sed in fine saeculi 612, 12 s; si inriserunt Iudaei in ligno pendentem, non contemnant Christiani in caelo regnantem 623, 29 s; Iudaeus nullus in Simittû intrat in theatrum 89, 13.

Iudas: Iudae iusta damnatio, etsi eo tradente liberati sumus 182, 6; paenitentia eius spem non habuit, secus parceret Christus etiam suo venditori 539, 2. 8; Iudam usque in finem toleravit dominus, ut doceret cavendam esse separationem 537, 12. 20; Iudas numquid inquinavit apostolorum chorum? 251, 7; Iudas est, quisquis sic osculatur, ut non diligat 32, 1.

iudex: hominem se esse agnoscat, qui de homine iudicat: dispar est dignitas, communis fragilitas 69, 13; quid quaerimus litis nostrae iudicem hominem, ubi in evangelio apparet sententia Dei? 105, 3; 108, 23; de occultis fratris se iudicem non esse pronuntiat Augustinus 575, 19 s; iudicem venturum securi speremus, quem modo habemus advocatum 446, 11 s.

iudicium: occultus venit Dominus, ut iudicaretur: manifestus veniet, ut iudicet 508, 2 s; iudicii diem quis nolit scire? 621, 26; nondum praesidet in iudicio Deus, iam praesidet in evangelio 105, 4; qui tanta exhibuit, de solo die iudicii fallax invenietur? 97, 20; 152, 18; 267, 8; 614, 21; 644, 1.

iudicio Dei quaestio relinquenda, ubi nondum apparet sententia Dei: ubi autem apparet, non differendum est 104, 32; quid vis de corde iudicare, homo? 411, 16. 20; quod vides admitte, quod non vides Deo dimitte 411, 22; 709, 4 s.

iugum Christi coercet miseram libertatem 366, 8; avium alis simile, non premit, sed sublevat 366, 18.

iumentum Domini sumus 211, 29; 366, 10.

iurandi per Christum impia consuetudo 114, 3 s.

iustitia digna est vel sic amari quomodo amata est inmunditia 94, 15; iustitiae quanta pulchritudo 94, 14. 26. 30; 95, 8. 13; bonitatem Dei attendis, sed iustitiam eius considera 116, 29; iustitia Dei velut regula, qua cor tortum corrigitur 126, 24; non est magnum, tenere iustitiam in securitate aut in deliciis 254, 15; iustitiae hic esuries, in caelo erit saturitas 631, 27; sponte oblata suscipere licet, iustitiam vendere non licet 638, 9.

iustum se sine fide qui dicit, mentitur 210, 17; sicut nos homines, ita nos iustos facit Deus 499, 23 s.

laborant omnes in hoc saeculo, vel operando, vel cogitando 368, 12; laborant auri amatores cupiditate habendi et augendi, timore perdendi 364, 11 s; ubi laboras, nisi cum desideras quod non est in potestate desiderantis? 364, 9; ad requiem non venitur nisi per laborem 549, 27.

lacrimae quomodo fiant amanti panis 14, 6; est baptismus lacrimarum 496, 16 s; lacrimae, sanguis cordis, habent vocem suam 656, 30.

laetitia paschalis qualis sit 465, 30 s.

laicos, haud secus atque episcopos et clericos, ab iis, quae christianum non decent, oportet abstinere 88, 19 s.

lapis praecisus sine manibus, in quem offenderunt Iudaei, Christus est 53, 26; lapis angularis unde Christus dictus 322, 8; lapidem qui iactat in caelum, sibi iactat, non caelo 316, 5.

laqueus cupiditatis, et laqueus timoris 650, 9. 17; non in via, sed iuxta viam, laquei nobis sunt positi 695, 10: *vide* ianua. porta.

laturarii nostri, pauperes 235, 3. 4; 630, 14. 15; 640, 7.

laudant, qui amant 650, 15; semper laudare Deum, quid sit 127, 1; et quando tacemus, Deum laudamus 232, 15; utrumque ad laudem pertinet creatoris, et quod ipsum praedicas, et quod te accusas 357, 8; laudandus Deus in ipsis infelicitatibus impiorum 126, 5; laus Dei hac vita finita non finietur 136, 8; quomodo laudabit species, si sic laudat fides? 136, 17; *cf.* 650, 15 s; multorum ore laudantur, qui res suas effundunt histrionibus, nec quicquam pauperi porrigunt 216, 15; transit et saepe fallitur laus hominis 251, 13;

laudes auditorum Augustinum onerant, non honorant 89, 21; laudari a male viventibus detestatur: a bene viventibus, nec plene vult, nec plene recusat 190, 9.
Laurentius erat adulescens, atque, et si officio inferior episcopo, corona aequatus apostolo 56, 2 s; Laurentii dies Romae sollemnissimus, haud ita Carthagine 55, 16; iacet corpus Laurentii Romae 404, 28.
Lazarum a Christo resuscitatum nemo etiam infidelium non audiit 353, 2; etsi saepius a diacono legitur, tamen libenter auditur 353, 12.
Lazarus interpretatur *adiutus* 140, 29; Lazari et divitis parabola 126, 10 s; 139, 30 s; 142, 30 s; 288, 8 s; 553, 24 s; Lazari pauperis nomen dixit evangelium, nomen divitis tacuit 140, 2; Lazarum ad requiem non paupertas duxit, sed humilitas 144, 2; Lazarus forte nec sepultus est 553, 32; Lazari et divitis mutatae vices 126, 10; Lazari necessitas, voluptas transiit divitis 194, 28; pauper Lazarus in sinum divitis Abrahae levatus 129, 9.
lectoris partes libenter agit Augustinus 213, 9.
legatus proconsulis in civitate Simittû incassum voluit theatrica agere spectacula 89, 12.
leo et agnus, Christus 21, 9 s; 508, 13 s; leo, de quo in prophetia Iacob, Christus dominus est 21, 17; 461, 28; 688, 13; leo quoque diabolus, non virtute, sed feritate 508, 16; leo quaerens devorare a leone quaerente liberare devictus 689, 1 s.
lethargicus a somno etiam vi prohibendus 199, 26.
lex eadem scripta digito Dei in lapideis cordibus Iudaeorum et in fructiferis cordibus Christianorum 384, 1 s; 490, 23 s; lex Dei non nisi adiuvante Spiritu Dei adimpletur 491, 5. 27; lex et gratia in quo conveniant, in quo differant 383, 8 s; 385, 13 s; lex et mens vincant carnem, duo contra unum 602, 14; legem qui in uno offenderit, quo sensu factus est omnium reus 674, 6 s.
leges a christianis imperatoribus pro munienda ecclesia promulgatae 528, 7.
liber quidam magnus est species creaturae 360, 12; multi prophetae Spiritu Dei adiuti eum intellexerunt 360, 19.
liber esse debes, non servus 580, 11; liber non est, qui servit avaritiae 627, 26 s.
liberales qui vocantur libri 526, 11.
liberari nos ab inimico diabolo in psalmis petimus, non ab homine inimico 299, 21 s; liberat Deus quod ipse fecit, damnat quod homo fecit 301, 21.
libertatem miseram coercet iugum Christi 366, 8.
ligari non semper homines timent: sunt quaedam colligationes, de quibus sibi placent 366, 5.
a ligaturis cavendum 580, 16; remedia in ligaturis quaesita 615, 18.
ligna ardentia erant primi christiani dispersa per orbem: quocumque venerant, accendebant 327, 1.
linguae magna nobis necessitas 113, 1; facit consuetudinem loqui mendacium 113, 15; lingua, arma animae nostrae 113, 28; lingua animae, motus est voluntatis 119, 19; quomodo eam moveas vide 113, 32; per Christum iurare, impietas est linguae 114, 7.
linguas duas aut tres vix discit homo, ut multum tres aut quattuor 109, 29: *cf.* 518, 14; et modo loquitur ecclesia omnibus linguis: in omnibus enim linguis clamat evangelium 110, 2; 326, 5.
litigare amas? tecum prius debes 679, 27.
litteras de patria ad te misit Deus, ut redire non differas 299, 15.
liturgiae christianae celebritas quantum conferat ad movendam mentem Iudaeorum 262, 1.
locus bonus eligendus, faciendo bene in loco malo 599, 19 s; locus bonus, ipse Christus est 600, 9 s.
longum quis ferat malum, vel prandium? longam tamen vitam vis habere, bonam non vis 194, 12.
luce ista nihil homini dulcius 590, 15; sicut luce pascitur oculus, ita mens veritate 548, 26 s; lux omnia immunda contingit, nec tamen ipsa polluitur 100, 11.
lucerna Christo parata, Iohannes 43, 22.
lucernarium 49, 11.

lucrum iniustum nemo habet sine iusto damno 177, 17.
ludi Kalendis Augusti fieri soliti 88, 10.
lumen: omnes sancti, quando hinc exeunt, ad lumen veniunt 374, 15; luminum splendor in nocte paschali 458, 3; 717, 32; 719, 9.
lutum sunt aurum et divitiae 206, 14; 505, 1.
luxuriosi fluxu sanguinis laborantibus similes sunt 318, 21.

Machabaeorum natale 81, 2; 87, 18.
machinae non quaerendae, quibus divitias in caelum leves 235, 1; 630, 13.
magicarum artium sectatores noctu nefanda committunt 690, 22 s.
magister unus et verus, Christus 627, 15; magister angelorum, Verbum Dei 702, 13; magister omnium Christus, episcoporum aeque ac fidelium 82, 25; magister bonus appellatur Christus, donec ad consilium vendendi omnia ventum est 267, 26; magister bonus blanditur, ne puer deficiat: caedit, ne pereat 127, 6; magister saluber discipulos ex ordine inbuat 622, 8.
magnus vir, non ex eo quod multa novit, sed quod bonum diligit, discernitur 67, 4; non magna habere, sed bene uti magnis magnum est 101, 4.
magus: magi Pharaonis quare in tertio signo defecerunt 183, 16; 186, 14; magum fuisse Christum pagani dicebant 583, 30; magicae artis nefanda 690, 22.
maior: maiores, ne delinquant minores, prohibere debent 231, 13.
maioratus officium Carthagine 592, 7. 21.
Maiorinus prior ordinatus contra Caecilianum 105, 33 s.
maledicunt, non qui vera, sed qui falsa dicunt 569, 32; minus metuendi sunt maledici, quam adulatores 569, 24.
malum: mala ventura christianis praedicta 151, 1; 408, 2; mala futura quando leguntur, credimus: quando implentur, quare murmuramus? 408, 8; Christianorum est pati mala temporalia, et bona sperare sempiterna 407, 28; malum nostrum accepit Christus, dedit nobis bonum suum 386, 4 s; mala pro bonis servis Dei retribui, antiqua res est 542, 28; quidquid mali facis, malitia tua facis: quidquid boni, gratia Dei facis 304, 24; 305, 8; 306, 4; 514, 24.
malus: malis quanta bona dat Deus 196, 13; 701, 6 s; malorum felicitas temptatio est servorum Dei 294, 10; 616, 28; malorum felicitas falsa 616, 18; quid miraris, quia invenisti malos in loco sancto? 251, 3; mali possunt dicere bona 571, 26; nihil vis habere malum: tu malus es, et nihil mali est? 618, 9 s.
manducavit potestate, non egestate, post resurrectionem suam Christus 329, 29.
mango, diabolus; pater, Deus 34, 9; 128, 3.
Manichaei manipulus 250, 19; Manichaei impietas incredibilis 342, 8; Manichaeorum haeresis maligna 659, 7; tacito nomine uti maligni homines designantur 413, 8; latere eos inter auditores suos Augustinus suspicatur 659, 11; Manichaei refelluntur, qui Christum asserunt non habuisse matrem 160, 2; carnem nostram captivam gentis cuiusdam fabulosae dicunt 625, 26 s; omnia in Christo falsa et simulata docebant 174, 2 s; 343, 7; et Christum carnem fuisse mentitum 341, 29 s; 581, 17 s; 582, 1 s; 659, 8. 14; hoc primum discipuli putaverunt, quod et Manichaei 342, 20; 582, 2. 15. 26; 659, 8. 17.
manipuli separationes ostendunt 250, 16.
manus impositio super paenitentes 355, 7.
Mappalia Carthagine, ibi basilica s. Cypriani 43, 1; 133, 12; 665.
Marcus: ad eum Meltiademque episcopum transfert Constantinus causam ecclesiasticam 106, 10.
mare Rubrum, baptismi figura 331, 2; 448, 15 s; 687, 23.
Maria terra, de qua veritas orta est 210, 9; per fidem virginis venit caro Christi 346, 12; Mariae perpetua virginitas 158, 12; virginem Christus concipiendus invenit, natus virginem reliquit 642, 25; utero virginali sepulcrum Christi comparatur 684, 20 s; Maria, virgo, sed homo: sancta, sed homo 664, 6; de massa nostra erat 27, 1; ad illud quod agebat Christus nihil erat mater eius 162, 2; plus est Mariae, discipulam fuisse Christi, quam matrem 162, 19; plus mente custodivit

veritatem, quam utero carnem 162, 28; Mariae simillima est ecclesia 448, 7; quo sensu melior est ecclesia quam virgo Maria 163, 3; Maria, noctis stella 684, 16 s.
Maria Magdalene « sancta » vocatur 342, 8; 343, 11; ecclesiae figuram portabat 344,15.
Mariae partem facilius agit auditor, quam Christi contionator 546, 26; Mariae pars quo sensu optima 545, 24 s.
Mariani et Iacobi martyrum festivitas 719, 19.
Martha non malam partem elegit, sed Maria meliorem 544, 30; in Martha et Maria duae vitae sunt figuratae 546, 3 s; a Marthae ministerio nemo nostrum hic vacat 548, 32; Marthae officium adimplenti adsit modestia in temperando, misericordia in erogando 549, 25.
martyres Christo, quod eis erogatum fuerat, reddiderunt 23, 14; martyrum sollemnitates ad quid in ecclesia institutae 56, 6 s; non vel unus dies inveniri potest, quo non per diversa martyres coronati sint 56, 11; in exemplis martyrum omnes aetates et uterque sexus 56, 25; martyrum gloria, gloria Christi praecedentis martyres, implentis martyres, coronantis martyres 57, 1; multi currunt ad memorias martyrum, qui inveniuntur inter persecutores martyrum 58, 12; martyres unde coronati sint 58, 29; amas, imitaris, laudas? filius es martyris 59, 2; facile est martyrum sollemnia celebrare, passiones imitari difficile 65, 16; martyres, qui occisi sunt, quomodo non dedit Deus dentibus persecutorum 71, 17; quantam messem fecerunt 595, 15; terrae fertilitas ex eorum sanguine 72, 17; martyres nec propter bona mundi superflua, nec propter necessaria Christum negarunt 75, 11 s; martyrum gloria, prima in ecclesia: quaecumque sunt aliae, sequentes sunt 93, 15; martyrum festa celebranda, non cum meliore tunica procedendo, sed quod egerunt imitando 207, 28; eorum passiones non potationibus celebrandae 222, 16; martyrum patientia a Deo 244, 3 s; 561, 4 s; martyrum fortitudo, Christus 550, 3; 594, 26; martyrem facit, non poena, sed causa 252, 13; 634, 6; 645, 7; martyres non sunt circumcelliones 542, 12 s; martyres veri patiuntur de caritate, alii de iactantia 583, 19; martyrum passio sacrificium est a Christo sacerdote Patri oblatum 309, 10 s; etiam martyribus levis fuit sarcina Christi, quia caritate omnia pertulerunt 367, 4; quod martyres non agnoscebant suos, ebrii erant de caritate 385, 25 s; nemo dicat: Non possum esse martyr 252, 20; martyr quis fieri potest aut effectu, aut affectu 404, 10 s; quisque ubi potest praedicet, et martyr est 503, 2; cur non solum viri sed etiam feminae martyres extiterunt 550, 4; martyrum mors coram hominibus dura, in conspectu Dei pretiosa 551, 33 s; horrenda etiam supplicia eorum iustitia pulchra faciebat 243, 16; martyrum figura, piscis assus 583, 16; occiduntur, ne pereant: humiliantur, ut exaltentur: moriuntur, ut vivant 595, 11 s; quanta eis falsa obiecta crimina 649, 33; prioribus martyribus fortitudo magna erat, quando adhuc paucitas erat Christianorum 647, 22; apostoli, testes Christi, ac per hoc martyres Christi 502, 8; Christus ipse, princeps martyrum 73, 13; 532, 5 s; 552, 22; martyrum nomen graecum est 219, 6.
massa perditionis 501, 4; massa peccati de Adam veniens 472, 11.
Massae Candidae dies 645, 1 s; plebs erat Quadrati episcopi et martyris 647, 13; ex multis constabat, clericis et laicis 645, 2; 647, 12; quatriduo ante Quadratum passa est 647, 13. 14; magnum parietem signinarium vocat eam Aug 647, 15; ut de se ipsis ecclesiam construerent, in eius compagem moriendo lapides vivi currebant 647, 18.
matrem quomodo pie Christus contempserit 158, 10; matrem Christus non negavit, sed opus Dei matri praeposuit 161, 29; ne carnali affectu impediant matres bona opera filiorum 158, 20; matres Christi quomodo erimus 163, 11. 18; 164, 10.
mathematici et sortilogi pro aegrotis quaesiti 127, 29; gentilitas quanta consumpserat in mathematicos, in sortilogos, in arrepticios, et vates templorum 319, 11.

medicina tota nostra ista est, discere humilitatem 703, 12.
medicus est Deus 153, 31; tanti medici manibus securi subdamur 310, 6; 708, 2; non medico praebeamus consilium 133, 9; medicus aliquando errat, Deus nunquam 132, 16; novit tecum agere medicus, et nescit Deus? 652, 18; medicus venit Christus ad mundum aegrotum 208, 22 s; 270, 24; 302, 9; 310, 1; 314, 24; 495, 11; 567, 19; 695, 22; ut exhortaretur aegrotum, prior bibit medicamentum 699, 11 s; medicus nonnumquam rogare debet debilem aegrotum 215, 26; non exaudit ad voluntatem, et inde magis exaudit ad sanitatem 652, 13; 707, 19 s; medicus sic amat aegrotum, ut occidat febrem 416, 8; 469, 22; amicus morbo, inimicus est medico 469, 19; medico ingratus est, qui post curationem iterum vult aegrotare 302, 10.
medius: quasi medius Christus dicitur, quia communis est omnibus 609, 25.
Meltiades episcopus: ad eum transfert Constantinus imperator causam ecclesiasticam 106, 9.
membra singula in corpore quomodo se invicem diligant 102, 6 s; melius est membrum vilius, sed sanum, membro nobiliore, sed aegroto 103, 31; membrum aegrotum aliquando praecidendum est, ut consulatur ceteris membris 104, 7; tandiu membrum admittit sanitatem, quandiu est de corpore non praecisum 104, 14; membra nunc pudenda, ante peccatum erant glorianda 641, 2 s.
memoria Theogenis Hippone Regio 381, 24; memoriae apostolorum Romae, quibus et in quantum prosint 405, 1 s; 409, 19 s; quo te mittant memoriae apostolorum, uno verbo audis: Sursum cor 405, 23; memoria Stephani extra Hipponem posita, ad quam cotidie fiebant miracula 708, 10; calices de memoriis martyrum benedicendi consuetudo 58, 12.
memoriam Christi de terra perdere Iudaei frustra conati sunt 451, 4 s; 456, 1 s.
mendacium loqui, linguae nostrae in consuetudinem versum est 113, 15.
mendax est omnis homo, nisi expoliet se Adam, et induatur Christum 503, 18; mendax de suo, verax de Dei 642, 6 s.
mendici cotidiani Deo dicimus, *Dimitte nobis debita nostra* 236, 8; quod feceris cum mendico tuo, hoc tecum facit Deus mendico suo 632, 6; melius mendicatur, quam de inlicito vivatur 581, 3 s.
mens nobis oculis carior est 505, 20 s; mente amamus, oculis videmus 11, 13; quod est in nobis melius, mens est 12, 25; mentem si perdideris, pecus eris 505, 30.
mensa: sacramentum mensae dominicae 463, 2; hoc vident fideles in mensa Domini, quod et in mensis suis videre consuerunt 462, 9: *cf.* altare.
mercenarius est, quicumque timore insultantium ei non subvenit, quem debet Christo lucrifacere 97, 11; mercenarii sunt sua quaerendo, qui Christum annuntiando abundant pane 257, 19.
merces: si deiceris labore operis, erigere splendore mercedis 274, 16; si recusas opus, qua fronte mercedem quaeris? 483, 16; merces vilis bonae vitae, terrena felicitas 208, 28; merces nulla melior, quam Deus ipse 470, 32.
meretrix: contra christianos, qui non solum diligunt sed instituunt meretrices 88; 30; et pro meretricibus effusus est sanguis Christi 88, 33; meretrices appellantur cupiditates pravae 256, 19; 677, 2.
merita sanctorum coronando, coronat Deus dona sua 310, 14; *cf.* 521, 8 s. 15; meritis reddet, qui donat merita 520, 26 s; cuius non nisi mala merita Christus invenit, quando venit? 594, 10 s; merito hominis adiutorium Dei non praeiudicat 561, 28 s.
metropolis nostra, Hierusalem caelestis 285, 17.
meus aliter de Deo dicimus, aliter de fratre, aliter de servo 263, 33 s.
Milevi (?) sermo ab Augustino habitus 665.
mimi et meretrices, turpes personae 87, 26; 88, 1.
minatur Deus, quia ferire non vult 145, 2.
ministri ecclesiae de Dei thesauro conferunt sacramenta 260, 1; paenitentes solvunt impositione manus 355, 7; non quales sint ministri, sed quid ministrent

adtendendum 570, 28 s; panem Christum ministrare debent 571, 4 s.
ministerium cordis et linguae suae quiescere non vult Augustinus 542, 20.
ministrabant Christo discipuli emendo et parando cibos: ministrabat Christus dando animam suam pro multis 565, 10 s.
miracula veteris testamenti ab eo, qui postea homo Christus, facta sunt 703, 1; Domini facta miraculorum verba sunt mysteriorum 354, 8; 377, 19; miracula cotidiana assiduitate viluerunt 329, 5; miracula ad quandam memoriam s. Stephani 708, 10.
miscendi reliquis fidelibus neophyti admonentur 500, 10 s.
miseriae nostrae conditio 681, 3; miseria nostra haec est, bellum cotidie contra nos gerendum 711, 13.
misericordia unde dicta 606, 5; de Spiritu sancto est 715, 12 s; ad eam pertinent omnia opera bona, quae in vita agimus 606, 9; misericordia miseriae necessaria est 545, 5; misericordia iuvat ut facias, ignoscit quod non facis 715, 12; misericordiae opera christianos nos esse confirmant 606, 18; in caelo non erunt 607, 5: *cf.* opus.
mites ii sunt, qui voluntati Dei non resistunt 631, 15.
monachus, servus Dei 123, 16; contra parentes filios suos Dei servos fieri prohibentes, *ibid.*
mons magnus, in quem offenderunt haeretici, ecclesia est 53, 27.
monstrum genuit Pater, si non aequalem genuit 601, 6.
morbi corporum imago sunt morborum animae 319, 1; morbos corporum sanare voluit Dominus, ut se ostenderet salvatorem animarum 318, 26; amicus morbo, inimicus est medico 469, 19; nullus morbus Christo medico est insanabilis 417, 3.
mores bonos et malos non faciunt nisi boni vel mali amores 67, 2.
mors, mori: mori omnibus contingit, solis martyribus mori pro Christo 23, 9; mors, omnium necessitatum mater 62, 9; quicquid hic in adiutorium adsumitur, cum morte pugnatur 62, 15; 63, 3; a triplici concupiscentia homo morte liberatur 69, 19; nihil peius illa morte, ubi mors non moritur 83, 26; 562, 18; nemo moritur, nisi quem vult Deus mori: quia non es artifex ut homo nascatur, non esse potes iudex quomodo moriatur 181, 25; 182, 3; non ei nocebit ultimus dies, qui omnem diem tamquam ultimum cogitat 311, 8; humanam voluntatem circa trepidationem mortis in se Christus ostendit 406,23; nasci et mori, condicio est nostrae regionis 467, 6; 479, 16 s; ad hoc nati sumus, ut moriamur, et nemo vult mori 481, 4 s; 483, 13; quantum agit homo, ne moriatur 481, 13; mortis timor fide resurrectionis vincendus 482, 5 s; non male mori, sed male vivere, timendum est 482, 16; nihil tam certum homini, quam mors 482, 20; differri potest, auferri non potest 579, 30; praestat semel moriendo semper vivere, quam bis mori et postea vivere non merere 529, 16; vis non timere mortem? pro Deo morere 533, 34 s; Christus nos docuit vivere sine cupiditate, mori sine timore 536, 8 s; noli timere amarum poculum mortis: bibe securus, quod propter te bibit medicus 551, 23 s; moritur homo nolens, quia peccavit volens 558, 6; natura humana a morte abhorret 558, 6. 13. 18; ad mortem venit homo peccando, modo moriendo pervenit ad vitam 559 13; mors amara fuit martyribus, Petro, ipsi Christo 560, 4. 20 s; contemnit plerumque mortem etiam cupiditas 561, 5; non te occidit mors, si non sis tibi mors 562,12; mortuum esse Deum, qua ratione dicatur 454, 3 s; mortis et somni comparatio 458, 18 s.
mortui tres a Domino resuscitati quid significent 353, 14 s.
Moyses fuit adnuntiator veteris testamenti, intellector novi 293, 22: *cf.* 360, 18; 362,28; quod dictum est, *Ego sum qui sum*, fortasse nec ipse capiebat 16, 22; Moysis virga in serpentem conversa quid significet 172, 4.
muliere discipuli fortiores sexu, minores affectu 486, 17.
multitudo, nisi unitate ligetur, rixosa et litigiosa est 382, 1; multitudo indiscipli-

nata ne quid audeat, sollicita est ecclesia 528, 6. 12.
mundus sub diversis significationibus in scriptura sacra nominatur 66, 20; amarus sit mundus, et dulcis sit Deus 133, 2; tot amaritudines miscentur, et adhuc dulcis est mundus 271, 29; a martyribus contemptus est florens, et amatur periens 208, 6; mundus totus iam saeculo quinto erant christiani 145, 33; et tamen quidquid remansit de mundo odit christianos 594, 17; mundus, torcular 151, 7; fornax artificis 151, 30; quidquid tibi promittit mundus, maius est regnum caelorum: quidquid tibi minatur, maior est gehenna 287, 27: *cf.* 309, 20; mundum vincit, qui, quicquid blanditur, quicquid minatur, vincit 66, 2; quando sustinet mundum saevientem, qui spernere non potest blandientem? 93, 18; mundi culpa maior, ex quo ei in evangelio patuit voluntas Dei 408, 17 s; de mundo, unde fuerunt discipuli, Christus nunquam fuit 594, 6; mundum amando, oblita est anima se ipsam: obliviscatur se, amando artificem mundi 697, 7 s; vergente iam mundi aetate cur venit Christus 208, 13: *cf.* saeculum.
munera eduntur, et dura dicuntur tempora! 270, 2; munus, quod nobis proponitur, Verbi Dei visio est 700, 23 s.
mysteria Dei ut quid celantur 188, 27; 320, 5.

nasci: nasci et mori, haec duo noveramus in regione nostra 467, 6; 479, 16; 480, 2 s; flens nascitur homo 210, 26; quid attulit unusquisque, quando natus est, nisi nuditatem et lacrimas? 631, 6 s.
natalicia nostra nataliciis martyrum comparare, sacrilegum est 532, 30; homo nataliciarius 198, 34.
natalis: natalem diem habere voluit Deus Verbum 210, 31; natalis episcopi 199, 6; quasi natalis Spiritus sancti, Pentecostes 185, 20; quod dies natalis Iohannis non latet, sicut nec Domini eius, magnum quiddam significat 223, 20; natale genuinum hominis ad aerumnam, natale martyrum ad coronam 307, 16 s.
necessitas rei necessariae nomen imposuit 61, 19; opera necessitatis quae sint 61, 28; mors, mater omnium necessitatum 62, 9; necessarius nullus magis Christo est 79, 15: *cf.* opus.
negatur aliquando Christus erubescendo, tacendo 79, 19; 97, 6 s.
negotia cotidiana probant homines 85, 27.
neophyti eligant quos imitentur, non cum quibus pereant 500, 10; dicere didicerunt, *Pater noster* 715, 22: *cf.* cancelli, infantes, populus, vestes.
Nero, interfector apostolorum, homo superbus et fluidus 407, 21 s.
Noe sanctus vocatur 648, 2.
nomen substantiae Dei, et nomen misericordiae 16, 16 s; utrumque quomodo aeternum 17, 23; nominum Dei et angelorum superstitiosa invocatio 615, 22 s; nomen Christi domini veritas est 173, 7; in Christi nomen currit genus humanum 145, 28; 260, 25; in Iudaeis errat nomen, manet crimen 473, 15; nomen Lazari pauperis dixit evangelium, divitis nomen tacuit 140, 2; nomina data ad baptismum 441, 3; 448, 1.
nostra sunt omnia, si nos Dei 264, 6; nostra sunt omnia quae Dei sunt, non tamen omnia ut subdita 263, 25.
nox, figura vitae huius 685, 5; 686, 8. 12; nocte Deum quaerere, quid est 341, 18; nocte vigilant latrones et magicarum artium sectatores 690, 20 s; cur voluit Dominus nocte nasci, nocte resurgere 684, 13 s; 457, 19.
Numidia: quomodo ibi adiurentur servi Dei 255, 1.
nundinae: in eis inter cetera turpitudo venundatur 87, 24.

occultum: de occultis fratris non esse iudicandum 411, 16 s; 575, 19 s; 590, 5 s; 709, 4 s.
octavus dies, idem qui primus, aeternitatem significat 336, 26. 34; 338, 11; semper ibi hodie est 338, 12; octavarum sollemnitatis mysterium 334, 20 s; octavo die Paschae quid completur, quid figuratur 38, 16; multa eo die agenda 503, 19; titulus *pro octavo* in psalmis quid significat 335, 20 s.
Octo martyres Hipponienses 595, 6. 13.

octonarii numeri mysterium 334, 29 s.
oculi: nihil in corpore sublimius oculis et honoratius 103, 18 s; oculi, fenestrae duae animae 505, 15; per oculos tuos mundi possessor es 505, 13; cotidie dicunt homines: Sic te diligo tanquam oculos meos 103, 24; 505, 5; meliores oculi cordis, quam carnis 620, 10; mens ipsa oculis carior est 505, 19 s; oculis videmus, mente amamus; oculis ergo mens praeponenda 11, 13; oculis carnalibus Christum videre, magnum non fuit 81, 20; 509, 9.
odisse: plus ames hominem, quam oderis errorem 591, 4 s.
offerre: Verbum assumpsit ex te, quod offerret pro te 664, 7.
omnipotentia Dei ad hoc nobis necessaria est, ut peccata dimittat 443, 17; quanta non potest Deus, quae si posset, non esset omnipotens 443, 25.
onus quisque suum quomodo portet, si invicem onera nostra portamus 213, 15; onus habent etiam spirituales, quod ab aliis portetur 215, 5 s.
opportuni volentibus, importuni nolentibus esse debent pastores animarum 309, 3.
opprobria Christus prior audivit pro te 217, 27.
opera necessitatis, quasi navis ad patriam 62, 4; 549, 28; non in fide tantum res est, sed in fide et opere: utrumque necessarium est 122, 11; sine bonis operibus agi ista vita omnino non debet 657, 22; legem nos in corde habere, bonis operibus demonstrandum est 372, 28; operum nostrorum bonorum servat nobis thesaurum Deus 192, 31; operibus necessitatis continuo cum morte pugnatur 62, 15; 63, 3; locus eis non erit in caelo 63, 7 s; 80, 11 s; 195, 20; 196, 3 s; 545, 10 s; 599, 24 s; 607, 5 s.
oratio: pastorum ac fidelium orationes pro invicem necessariae 64, 15; 543, 4; aliquando non vult Deus concedere nisi rogantibus 132, 30; orando proficit anima parvula ad magnitudinem Dei 132, 31; caves hominem vitando, diabolum orando 300, 10; eius, qui gratis amat Deum, oratio exauditur 300, 14; orationibus sanctorum adiuvandum se sperat Augustinus 541, 23 s; 543, 3. 10; omnis santus intra ecclesiam orat pro iis qui sunt extra ecclesiam 641, 12; ea quae nescimus, an nobis prosint, an obsint, Deo dimittamus 651, 10; orationum tempora religiosi non intermittunt 653, 17; inmortalitas vitae, hoc est quod oportet semper orare 654, 9; 708, 22; aliae tamen diversae orationes non sunt improbandae 654, 17; 708, 24; in caelo iam non erit petitio, sed exultatio 654, 10; quid dicendum homini, qui petit et non accipit, nisi, Muta precem? 654, 33 s; 656, 8; 706, 12 s; praestat tibi Deus, quando non dat, et nescis 655, 16; 708, 3 s; non solis vocibus, maxime moribus petendum est 657, 21.
oratio dominica, accepta et reddita 31, 19; octo diebus post symbolum competentibus tradita 442, 25 s; 448, 29 s; quare ante dicitur, quam accipiatur eucharistia 31, 20; oramus *Adveniat regnum tuum*, et timemus ne exaudiamur? 48, 12; oratio dominica cottidiana est 448, 29; 577, 7; contra cottidianas temptationes concupiscentiae 579, 17 s; non solum in baptismo, sed etiam in oratione dominica remissio peccatorum est 448, 28 s; 469, 9 s; quasi cottidianus baptismus noster est 449, 1; 679, 13. 16; verba *quam sustinere non possumus* in oratione dominica Augustino nota 687, 11 not.; allocutiones in nocte Paschae, an ad orationem dominicam in vigiliis recitatam habitae 689, 16 not.; neophyti dicere didicerunt *Pater noster* 715, 22.
orator quod cogitat, ad eum pertinet; quod loquitur, auditoribus servit 171, 19.
orthodoxi non sine causa catholici nominati sunt 477, 5.
osculum pacis, magnum sacramentum 31, 28; Iudas est, qui sic osculatur, ut non diligat 32, 1.
oves misit Christus in medium luporum, non lupos in medium ovium 311, 14; ovibus suis pascendis idoneum servum quaerit in passione sanguinis Christus 403, 28; oves suas Christus non soli Petro sed et ceteris apostolis omnibusque episcopis commendavit 404, 4 s; oves

sunt et episcopi, quia christiani sunt 410, 18; oves Christi amando ostendit homo quantum amet Christum 492, 11; 497, 8; 565, 32; oves suas dicere gregem Christi, non est vox catholica 51, 35; pascebat Petrus oves Christi, non suas 497, 9 s; 517, 22; e contrario oves suas facere volunt principes haeresum, quae sunt Christi 497, 20.

pacificus si vis esse inter alios, a te incipe esse pacificus 633, 2.

paenitens quibus motibus in se irasci agnoscitur 258, 17; paenitendo in se vindicet peccator, ne Deus vindicet iudicando 378, 32; paenitens, quia iam peccata non facit, reviviscit: sed propter ea quae fecit adhuc ligatus est 355, 5; paenitentes impositione manus solvunt ministri ecclesiae 355, 7; fidelium oratio pro reconciliandis paenitentibus 493, 29.

paenitentia donum Dei est 496, 21; est aliquando de re bona: sit vera de re mala 412, 21; in sordibus agenda est 641, 21; in paenitentia dimittuntur Donatistae, donec reconciliari velint nemine cogente 412, 25.

pagano ubi sit deus noster quaerenti quid respondendum 14, 9 s; pagani de pressuris mundi christianis insultant 208, 8; 407, 4 s; paganorum diversae rationes credendi 590, 18 s; quidquid remansit de paganis, odit christianos 594, 19 s; paganorum conatus, ne fiat quis christianus 97, 5; erga eos uti debent christiani assertione fidei, libertate confitendi, prudentia docendi, caritate instruendi 97, 24; paganismi reliquiae in natali s. Iohannis 231, 8; 592, 28. 30; per annos singulos minuuntur 231, 16; 593, 11; pagani ne maiores sint, ne christianis dominentur, clamant Carthagine fideles 592, 7 s.

palea cum tritico potest esse in area, in horreo non erit 318, 1; 500, 31; palea in area, velut sola sit, undique videtur 337, 25; 339, 19; 501, 9; de damnatis velut de paleis diabolus ludet 472, 20.

palpat neminem sermo Dei 81, 8; 83, 5; 696, 15.

panis et vinum accedente sanctificatione fiunt corpus et sanguis Christi 462, 15; quotquot panes fuerint hodie in altaribus per totum mundum, unus panis est 463, 6; quomodo panis fiant neophyti 463, 14 s; et in pane et in calice mysterium est unitatis 463, 26; operariis suis se ipsum praestat Christus in pane, se servat in mercede 470, 28.

paradisus non est, quidquid potest dulce habere ista vita 309, 20.

parasceven Iudaei cenam puram vocant 459, 26.

parentes non agnoscere, caninum est 176, 3; parentes tunc pie amas, quando eos Deo non praeponis 159, 22; parentes, qui filios suos servos Dei fieri prohibent, redarguuntur 123, 15; 159; 34; parentum erga baptizandos officia 449, 27 s.

pars Donati 53, 2. 9. 14; non faciant sibi haeretici per angulos partes 623, 16.

partu virginis nihil mirabilius 210, 5.

parvuli, humiles sunt 361, 34; 362, 32; parvulus non eris, cum sis nihil, propter quem tam magnus factus est parvulus? 363, 19.

pascere: pascit Dominus operarium suum in saeculo laborantem 470, 17; et quidem de se ipso 470, 28; verbo Dei pascitur iniustus aeque ut iustus, sed non pari effectu 649, 11 s; pascit Petrus oves Christi, non suas 497, 9 s; pascit episcopus oves Christi, et cum eis pascitur 404, 8; 410, 19; pascit, unde pascitur 193, 4; 404, 8; 470, 25; 546, 27 s; 680, 22; hoc pertinet ad pascendas oves Domini, ut non recusetur mors pro ovibus Domini 403, 18.

Pascha, hebraice transitus, graece pati, latine pascere 32, 12.

Paschae sollemnitas toto orbe gentes Christi nomini subiugavit 334, 20; meditatio mysteriorum Christi sit nobis Paschae cotidiana celebratio 693, 21 s; Paschae et Passionis tempore iidem loca sacra implent, qui alio tempore theatra 88, 17; in vigiliis Paschae principium Genesis lectum, multaeque aliae lectiones prolixae 11, 3 s; dominico octavarum Paschae multa agenda erant 503, 19; paschales dies quantam nobis laetitiam faciunt 466, 2.

passer singularis in tecto, Christus in caelum ascendens 461, 18; 689, 10.

passio Christi: in passione sua docuit Christus quid toleremus, in resurrectione quid speremus 445, 21 s; 466, 21 s; passionis dominicae sacramentum nec ab altario, nec ab ore nostro ac fronte umquam discedit 450, 6.

pastorum princeps, Christus est 51, 19. 30; 497, 9; innumerabilis pastorum numerus ad corpus unius pastoris redigitur 494, 6; pastoris vestigia sequendo non erramus 55, 2; sacrificium orationum pro pastoribus suavissime fragrat Domino 64, 18; pastor, qui timendo tacet, corde fugit 542, 5.

Pater in trinitate neque mole neque aetate maior est Filio 393, 1 s; Pater et Filius, duo, non dii 476, 7 s; Pater monstrum genuit, si non aequalem genuit 601, 6; quomodo a Filio maior dictus 394, 14 s; Pater Christi ante incarnationem, ab incarnatione Deus Christi 487, 11; Pater Christi Deus, ut Verbi unigeniti; pater noster, quia ab eo adoptati sumus 487, 7.

pater est Deus bonitate, Deus potestate 443, 7; Deus propter naturam, pater propter gratiam 114, 10; pater bonus Deus est filiorum malorum 710, 19 s; patrem sibi in terra dicere discipuli quomodo prohibentur 162, 9; patre etiam prohibente Deo servire oportet 94, 21; 123, 15.

patientiam nos docet et prior exhibet Deus 152, 25; Verbum in Christi passione non tacebat, quia patientiam nos docebat 467, 13; ut bona loquamur, a Deo est nostra sapientia: ut et mala sufferamus, ab illo est patientia nostra 245, 2; non a Deo petere debet christianus ut nihil patiatur, sed ut ea quae patitur patientissime sustineat 244, 23; sit in nobis mitis patientia ferendi dominicam voluntatem 406, 15; pati omnia potest, qui novit amare 550, 8.

patriam qui hic vult habere, et istam perdet, et ad illam non veniet 124, 5; non habet faciem ad patriam, qui saeculum desiderat 286, 19; nemo sine patria peregrinus est 285, 5; homo Christus via tua est, deus Christus patria tua est 344, 22.

Patripassiani dicuntur Sabelliani 476, 3.

Paulus apostolus quomodo affectus erat multitudine pressurarum 59, 26; magisterium Pauli: Non ego, sed gratia Dei mecum 112, 23; o amantem, o ferventem, o currentem, o pervenientem virum! 121, 22; Paulus, minimus est 260, 18; 319, 21; 519, 20 s; 526, 10; minimus et novissimus 520, 3; fimbria vestimenti Domini 319, 20; 519, 22 s; 526, 16; 612, 16; doctor gentium 522, 27; campi doctor 625, 22; Petro consors passionis et diei 404, 7; 527, 9; dies passionis eius sollemnissimus 525, 13; iacet Pauli corpus Romae 404, 28; Paulus, lupus rapax, in prophetia Iacob 523, 19; plura mala passus est, quam fecit 524, 16; Pauli merita, dona Dei sunt 521, 8. 15; 527, 15; Paulo quaedam credendi necessitas inpacta est 590, 13; Pauli exemplo docemur ea patienter ferre, quae a nobis non vult Deus auferre 615, 31 s; Paulus a Deo non exauditur, diabolus exauditur 651, 19 s; 655, 17 s; 707, 2 s; 709, 18; quem angelum satanae appellat, dolor erat capitis acerrimus 652, 5: *cf.* Saulus.

pauper est spiritu, qui humilis est 627, 28; pauperes, laturarii nostri 235, 3. 4; 630, 14. 15; 640, 7; non se contemnant pauperes 638, 23; pauperes multi ituri sunt in ignem aeternum 268, 4; 269, 12; quid non habet pauper, si Deum habet? 373, 14; pauperes quibus verbis divitibus adulantur 202, 14. 23; pauperes in die anniversario ordinationis suae pascebat episcopus 193, 2.

paupertatis evangelicae ii primi sectatores fuere, qui Dominum occiderunt 84, 24; 85, 2; in multis, qui idem faciunt, consolatur et delectatur Augustinus 85, 4; 296, 4; quam dives paupertas servorum Dei 296, 1 s; tuum quod voces non sit, et omnia tua erunt 296, 5; non paupertas, sed humilitas, Lazarum duxit ad requiem 144, 2; paupertas infidelis et hic est cruciatio, et ibi damnatio 554, 11 s; non timeatur paupertas, sed iniquitas 627, 21.

pax, quasi ultimum testamentum Domini 537, 17; possessio ecclesiae, pax: pax est hereditas nostra 623, 21. 25, non est Christi discipulus, pacis inimicus 537, 10; esto inter discordes minister pacis 632, 30; ordo pacis in te: Deus imperet menti,

mens carni 633, 18; pace rupta cum Deo, bellum coepimus habere nobiscum 711, 12; pacis etiam tempore non deest occulta persecutio 57, 3; in pace demum vivemus, quando concupiscentia sanata erit 578, 13; *Pax vobiscum* osculo pacis praemittitur 31, 28; pax aeterna erit in caelo 80, 15.

peccatori maxime irritatur Deus, cum ab eo poenas non exquirit 128, 10; 153, 12; 154, 10; 410, 3 s; quae spes est hominum, si peccatores Deus non exaudit? 378, 12; ad hoc vocat Christus peccatores, ne semper sint peccatores 416, 5; peccator neglegit in se opus Dei, amat extra se quod fecit ipse 697, 21 s.

peccatum: non esse in nobis nostrum nisi peccatum, hoc noverit pietas, hoc in se accuset infirmitas, hoc sanari appetat caritas 92, 11; homo sine Deo nihil potest nisi peccare 352, 25; ad peccandum idoneus es solus: ad recte faciendum indiges adiutore 663, 16 s; valde difficile est, ut non in aliquo delicto praeoccupetur homo 215, 3; sine minutis peccatis vita humana esse non potest 658, 7; 679, 10 s; peccata minorum maiores prohibere debent 231, 13; peccare qui non vetat, cum potest, iubet, iuxta L. A. Senecae sententiam 231, 14; peccata sua plerique fato vel diabolo, quam sibi, tribuere malunt 303, 18 s; 304, 16; peccata tua accusat Deus, non ut te puniat, sed ut illis punitis te liberet 305, 3; omnia nostra in carne Christi, peccatum nusquam 346, 15; peccata onera sunt, quibus superba premitur cervix 368, 16; concupiscentiam, carnis peccatum, vocat apostolus 578, 10; cave peccati dulcedinem, ne mortis sentias amaritudinem 579, 9; peccatorum remissio fit in sacramentis 156, 22; actus est omnipotentiae Dei 443, 11 s; in lavacro regenerationis omnia prorsus dimittuntur peccata 448, 25; 468, 28; cotidianis operibus bonis delenda sunt peccata 657, 23; noli contemnere ipsa levia, quia minuta sunt, sed time, si multa sunt 657, 23 s; omnia peccata laedunt caritatem, non tamen omnia aequaliter 678, 17 s; nullum maius peccatum mundo imputandum, nisi quia non credit in Christo 620, 20.

peccatum originale: cum debito hereditario omnes nascuntur 468, 8; traximus de transgressore culpam et poenam: Christus sola poena suscepta et culpam solvit et poenam 558, 23. 31.

pectoris tunsio, indicium paenitentis 258, 19; 290, 13; ad verba orationis dominicae, *Dimitte nobis debita nostra* 236, 14; pectus tundunt multi, cum audiunt *Confitemini Domino* 356, 28.

pecunia: caritate aliisque animi bonis bene uteris, si amaveris; pecunia tunc bene uteris, si non amaveris 234, 19; in conservanda pecunia fidem tibi servat servus tuus, et fallit te Dominus tuus? 234, 21.

pecus: pecorum concubitus natura ipsa frenatur, hominum vero ratione 176, 13; pecus fit, qui in se contemnit imaginem Dei 176, 26; si pecus esse non times, saltem mori sicut pecus time 177, 4; mentem si perdideris, pecus eris 505, 30.

Pelagiani de liberi arbitrii viribus praesumentes refelluntur 625, 13. 28.

Pentecostes dies, quasi natalis apud nos Spiritus sancti 185, 20; decem diebus post Ascensionem celebratur 622, 19 s; ipso die mane collecta Hippone habita ad memoriam b. Theogenis 381, 23; in qua liber Tobiae lectus erat, *ibid.* 24; et Augustinus de Epist. ad Rom. 7, 24 sq. verbum fecerat 383, 6; Pentecosten habent et Iudaei 381, 23; 383, 29; Pentecostes Iudaeorum revera incidit in quinquagesimum diem a Pascha 384, 26 s; sacramentum pentecostes 338, 8; 381, 7 s; 382, 5.

Per coronam tuam, modus adiurandi servos Dei in proconsulari et Byzacena et Tripoli 255, 5.

peregrinare, peregrinatio: velimus, nolimus, omnes iter agimus 265, 4; 285, 18; peregrinationis nostrae tempus brevissimum est 111, 15; peregrinantium varia genera 285, 20 s; peregrinantium in hac vita genera tria odit Deus 91, 3; peregrinus omnis habet patriam 285, 5; in ista terra, quasi navi magna in portum portati, peregrinamur 273, 22.

perfectio: est perfectio et perfectio 92, 21; perfectio viatoris est, scire nondum se pervenisse ad id quo tendit 92, 28; nemo se de perfectione iactare audeat 705, 23; perfectus nemo esse potest, qui non didicerit a Christo humilitatem 704, 16.

perire auditores non vult Augustinus, etiam si ipsi velint 199, 24.

persecutio numquam deest christianis 59, 5; 252, 20 s; persecutionis tempus non semper adest, semper autem est devotionis 56, 22; persecutorem ferre non poterit, qui horrescit insultatorem 96, 19; persecutorem quomodo contemnet, qui expavescit convivatorem? 503, 5; persecutionibus evangelium pervenit ad terminos mundi 327, 3.

pes si calcetur in terra, clamamus non Calcas pedem meum, sed Calcas me 205, 16: *cf.* membrum.

petere: illa bona a Deo petenda, quibus simus boni 710, 24; duas res hic petere debemus, vitam bonam, et vitam aeternam 205, 19 s; quomodo omnis qui petit accipit, cum multi petant et non accipiant 654, 33 s; 656, 8; 706, 12 s; petenti melius non dat Deus quod ei non expedit 365, 7; ideo differt petentes, ut exerceat desiderantes 605, 13.

petra, Christus 52, 1; 414, 16; 510, 30.

Petrus ter interrogabatur propter amorem, qui ter negaverat per timorem 51, 5; 308, 23; 403, 10; 492, 4; 497, 2; 517, 5; 566, 2; in eo ostendit amorem suum in Christum, quod pastor fidelis fuit sub principe omnium pastorum 51, 18; 497, 9; vox schismaticorum non est catholica, non est germana, non est Petri, quia est contra Petram 52, 1; Petri visio vasis de caelo submissi quid figurabat 73, 18; Petrus et Paulus, magni arietes gregis 181, 14; Petrus exeundo de carcere non fuit auctor mortis custodum 181, 21; iacet Petri corpus Romae 404, 27; Petri et Pauli natalis dies 307, 14 s; iuxta ecclesiae traditionem eodem die, sed non eodem anno, Petrus et Paulus passi sunt 308, 7; Petrus humilis piscator tenet quod perdidit Plato nobilissimus disputator 362, 2; indignum erat, ut prius pro Christo Petrus moreretur, quam Christus pro Petro 401, 13 s; Petrus ex Patre revelante beatus, ex homine satanas 402, 23; Petri responsionem ipse Christus petra inspiravit 414, 16; primum post Christi resurrectionem docetur ordinate amare 402, 3; 403, 4 s; post Christi ascensionem perfectus est, et maturus factus 705, 5; mandatum de pascendis ovibus non ad solum Petrum, immo ad omnes apostolos atque episcopos pertinet 404, 4 s; obeunte Petro non defecit potestas clavium 493, 25; Petrus de amore interrogatus figuram gerebat ecclesiae 493, 12 s; pascendo oves Christi quantum passurus erat 497, 7; pascit Petrus oves Christi, non suas 497, 9 s; 517, 22; Donatus haedos suos 55, 7; 498, 5 s; Petrus, apostolorum primus 516, 5. 13; 518, 28 s; 521, 24; negavit quidem Petrus, sed ad passionis periculum secutus est Christum 517, 9 s; 522, 4; Petrus primus in omnibus 517, 30; quis sufficit dicere digna de Petro? 518, 25.

Pharisaei et Publicani parabola 306, 15 s; 323, 18; 378, 13 s.

Phocas martyr 27, 16. 19.

Photini manipulus 250, 18; Photinus purum hominem dixit Christum esse 344, 8. 19; Photiniani et Arriani in Oriente 111, 4.

pietas sapientia hominis est 76, 10.

piscationum duarum expositio 488, 21 s; 712 s.

piscis assus, martyrum figura 583, 16; piscium CLIII numerus quid sibi vult 490, 1 s; 714, 20 s; pisces supernumerarii sunt, qui non pertinent ad numerum sanctorum 713, 32.

pium ex impio facere difficilius est, quam ex pio angelum 416, 15 s.

plagae decem Aegyptiorum et decem legis praecepta invicem comparantur 170, 27 s.

Plato, nobilissimus disputator, verba Dei non tremuit, Petrus piscator tremuit 362, 2.

populo sollemniter permiscebantur neophyti dominico octavarum Paschae 338, 24.

porci sunt ii, qui contaminantur caeno voluptatum 324, 1.

porta inferorum, superbia, quae est initium peccati 287, 4; portae duae, quibus

temptator evertit animam, cupiditas et timor 66, 5: *cf.* ianua, laqueus.
portare Deum homo non potest, nisi quia portat portatus Deus 259, 24.
posse: fac quod potes: non a te Deus exigit quod non potes 373, 2; homo sine Deo nihil potest nisi peccare 352, 25.
possessio Dei erimus, possessio nostra Deus erit 374, 22; possessio nostra, caritas, quae numeroso possessore amplius dilatatur 575, 28; possidere quicquam pueri parvuli quare non possunt 504, 20; tene Christum, et cum ipso omnia possidebis 699, 6 s.
potationes in diebus martyrum reprehenduntur 222, 17.
potestas saecularis sine ambitione saeculi et esse et regere potest 69, 9 s; profuit quibusdam: quam multis tamen obfuit! 650, 30; saeculi potestates ecclesia saevientes sprevit, honorantes fecit 73, 25.
praecantatores pro aegrotis quaesiti 127, 30,
praeceps: praecipites temerarii plerumque corpus suum ut ardeat tradunt 99, 6; contra praecipitatores Donatistas 538, 3 s.
praecepta in scripturis multiplicia sunt, quibus exerceatur lector et auditor 367,24; praecepta universa ad decem legis praecepta rediguntur 675, 1 s; ex ipsis decem tria prima ad Dei dilectionem, cetera ad dilectionem proximi pertinent 187, 16 s; 675, 12 s; et ita omnia praecepta gemina caritate Dei et proximi implentur 676, 5; praecepta legis decem et plagae Aegyptiorum invicem comparantur 170, 27 s.
praeconem sterelis peperit, virgo iudicem 223, 14; praeconis vox, adventus est iudicis 228, 18.
praedestinatio: nondum apparet, sed in praedestinatione Dei iam divisa est lux a tenebris 499, 19; non elegit bonos Deus, sed quos voluit facere bonos 472, 10.
praedicationis onus quam grave, sed quam necessario impositum 193, 22; proprium episcopi ministerium 223, 5; exigitur a praedicantibus fides, non eloquentia 503,7; praedicet quisque ubi potest, et martyr est 503, 2; scelus vocatur, praedicare Deum 220, 5.
praedicta Dei quanta iam reddita 147, 23; 149, 9 s; 613, 10 s; 643, 14 s; omnia quae a Verbo Dei huc usque praedicta, ea peracta sunt, et nunc aguntur 265, 19 s; audi praedicta, vide completa 584, 1; 614, 5 s; 643, 17: *cf.* promissa.
praesepe: duo animalia ad praesepe, duo populi 211, 23.
praeterita praeteritis dimittenda 575, 6.
prandii tempore ebrios homines nemo videt 465, 11.
pressurae in mundo sint necesse est 151, 9; pressuras istas alia pars facit, alia patitur 317, 6; de pressuris mundi christianis insultant pagani 208, 8.
prex: preces nostrae non sint pro rebus saecularibus 200, 25; precis forma consueta in fine contionum Augustini, *Conversi ad Dominum* etc.; alia *Virtus misericordiae eius etc.* 17, 25.
primogenito in heredibus nihil carius 179, 25; primogenita cordis nostri fides est 180, 6.
Primus martyr, an Abitinensis? 220, 17; 221, 2.
principium in Genesi et in evangelio Verbum est Dei Filius 12, 2 s.
Priscilliani manipulus 250, 20.
proconsul Crispinum Calamensem Donatistarum episcopum haereticum esse pronuntiat 105, 8; proconsulis legatus theatrica spectacula in Simittû frustra dari iubet 89, 12.
proconsularis provincia: quomodo in ea adiurentur servi Dei 255, 4.
prodigi filii in evangelio parabola exponitur 256, 10 s.
proficere cotidie in Deum, christianorum est 111, 14; quasi boni negotiatores cotidie noverimus quid profecerimus 112,3; quantumcumque profeceris, attendere debes, non quantum transieris, sed quid tibi desit 306, 11.
promissa Dei quanta iam exhibita 147, 23 s; 149, 9 s; 416, 24 s; 578, 19 s.; maius est quod iam factum est pro nobis, quam quod futurum promittitur 452, 14 s; plane Deo possumus dicere: Feci quod iussisti, redde quod promisisti 483, 17; 605, 31; 644, 5; promissa sua nobis non reddet Deus, sed se 86, 29.

prophetae multi mysteria creationis Spiritu Dei adiuti intellexerunt 360, 19.
prophetia et fides inter charismata praecipua sunt 99, 1; prophetant Saul et Caiphas, qui non habent caritatem 100, 5. 23.
providentia: nihil accidit sine providentia 177, 20; ordo penes ipsum sit, qui novit ordinare quod creavit: obtempera tu voluntati 406, 30.
proximus: nihil tam proximum animae suae, quam caro sua 78, 25; proximus est omni homini omnis homo 75, 23; 76, 17 s; proximum dilige sicut te, quia hoc est quod tu 676, 13; diliges porro ducendo eum quo duxisti te ipsum, ad amorem Dei 677, 23; rapiendus est proximus ad Deum, ut simul Deo fruamur 87, 6; proximi vulnus si neglexeris, malam de neglegentia tua redditurus es rationem 214, 23.
psallere, psalmus: divinus psalmus 394, 16; sanctus psalmus 442, 1; psalmus XXI et contra Iudaeos et contra Donatistas facit 451, 23; psalmus CII sub Alleluia cantatus 369, 13; psalmus CXX sanctum canticum appellatur 686, 21; psallentis vita concordet linguae suae 465, 24 s; non solum in hac vita, immo magis in futura psallemus Deo 136, 7 s; 559, 23 s.
Publicani et Pharisaei parabola 306, 15 s.
pudenda post peccatum membra, ante peccatum glorianda erant 641, 2 s.
pueri parvuli quare nihil possidere possunt 504, 20; pueri tres in camino ignis non ideo martyres negandi, quia eos flamma non ussit 404, 12; fuere in eis certa pectora, stabilis fides, inconcussa virtus, secura victoria 404, 16.
pugna in homine, quae sit 577, 28: *cf.* certamen.
pythonissam interrogantes redarguuntur 500, 15.

quadrato nihil perfectius 93, 1; area dominica de lignis quadratis aedificata 93, 11.
Quadratus martyr episcopus Uticensis, cuius natale duodecimo kalendas septembres 90, 2; 92, 31 s; 646, 13; 647, 10 s; eius nomine quid praesignatum 648, 1 s; erat episcopus, grex eius Massa Candida 647, 10. 14; cum tota plebe sua, clericis et laicis, confessus est Christum 647, 11 s; Quadrati martyris basilica Hippone Diarrhyto 141, 6.
quaestionem sibi a fratribus propositam explicat sermone Augustinus 170, 13.
Quare? qui dicit domino suo, servus multum superbus est 406, 4.
quaternarii numeri significatio 149, 15.
quietem veram nobis esse noluit Deus nisi in patria 285, 9; per laborem ad quietem 549, 27.
quinquagenarii numeri mysterium 185, 13 s.

radix omnium operum bonorum caritas, sicut radix omnium malorum cupiditas 677, 31 s; radix amoris nostri cum Christo est 295, 4; fixa radice in Verbo Dei, esto arbor viva in occulto 636, 11 s; vide tu, ubi habeas radicem 636, 9; omnis honor arborum per hiemem in radice occultatur 294, 27.
ranarum loquacitas imago est vanitatis 173, 15; qui dogmatis christiani denegant veritatem, ranae sunt clamantes in palude 174, 9. 20.
rapina est usurpatio 246, 17; 475, 23.
rebaptizationis peccatum quidam Donatista confitetur 411, 1; rebaptizando Christi baptismum exsufflant Donatistae 541, 22.
recedens a Deo nec in se remanet 676, 22; 696, 24 s.
rector in potestate constitutus sine ambitione saeculi esse potest: se regat, et rexit 69, 12.
rectum quid poterit homo facere in se ipso perversus? 67, 17; recti viri proprie, qui Deum in omnibus laudant 125, 9; 514, 25 s; quibus in nullo displicet Deus 616, 17.
regio haec regio est miseriae, ibi frustra quaerunt beati esse homines 480, 26; nasci et mori, hoc abundat in regione nostra 467, 6; 479, 16 s.
Regnorum liber 99, 11.
regula datur, quomodo intellegendum sit, Patrem esse maiorem 601, 1 s; et quomodo te diligas 676, 21; 677, 10.
religio nomen ex verbo religare, iuxta Augustinum 690, 11 *not.*
remedia in ligaturis, in characteribus quaesita 615, 17 s; remedia diabolica quare

aliquando ad tempus sanitatem conferant 615, 26.
remissio peccatorum actus est omnipotentiae Dei 443, 1; nulla spes esset, si non esset in ecclesia 448, 8; fit in sacramentis 156, 22; non est in sola ablutione baptismatis, sed etiam in oratione dominica 448, 28 s; gratias Deo agamus pro tanto munere ecclesiae collato 448, 10; 449, 2.
renuntiatio vera in voluntate consistit 85, 25.
requies: ad requiem non pervenitur nisi per laborem 549, 27; requies Dei die septimo quomodo intellegenda 370, 15 s; 675, 19; et requiem habet Deus, et usque nunc operatur 371, 22.
res tuas impendere non sufficit: tu es de rebus tuis, tu addendus es 207, 5.
respectio miserationem habet, despectio contemptum 369, 23.
resurrectio Christi: totum in Christo resurrectioni militabat 479, 7; resurrexisse Christum non noverunt nisi soli amici 471, 18 s; 479, 12; resurrectionis dies, unusquisque dies dominicus 201, 7; resurrectionem Domini non fuisse corporalem primum apostoli putaverunt 324, 15; erubescere debent, qui, resurrectionem Christi negare cum non audeant, nostram futuram negant 327, 16; ut resurgeret Christus, humiliatio erat 328, 13; Christus resurgens potestate manducavit, non egestate 329, 29; plus fecit Christus de sepulchro resurgendo, quam si de ligno descendisset 509, 2: *cf.* 568, 4 s; custodum sepulcri contra resurrectionem Christi quam stultum mendacium 556, 2; perdidit Christus fructum passionis, si non est veritas resurrectionis 582, 32; in passione sua docuit quid toleremus, in resurrectione quid speremus 445, 21 s; 466, 21 s; nocte resurgere cur Christus voluit 457, 19; 684, 11; qua hora Christus resurrexerit, incertum est 460, 14 s; resurrectio Christi sacramentum est novae vitae 468, 34; carnis Christi resurgentis qualitas 662, 16 s; resurrectio Christi et nativitas quomodo concordant 684, 20.
resurrectio a mortuis, propria fides christianorum 141, 13; propter exemplum demonstrandae resurrectionis Christus carnem accepit 142, 14; 337, 12; 507, 6; 659, 5; 684, 10; resurgere, hoc novum attulit Christus ad regionem nostram 480, 4; ad resurrectionem carnis quanta bona pertineant 449, 5 s; in resurrectione reviviscet id, quod nobis in corpore placet, peribit quod displicet 329, 21; resurrectionis fide timor mortis vincendus 482, 5 s; sit in nobis animus fide resurrectionis plenus 330, 13.
retia persecutorum retibus venatorum comparantur 71, 30; retia scissa in piscatione schismata futura significant 712, 21.
revelator Patris Filius, revelator Filii Pater est 363, 23.
reges iam videmus credidisse, qui primo martyres fecerant 149, 29; unum regem omnes habemus 680, 26.
rixa in homine qualis agatur 602, 8 s.
rogare quis quem potest, quin tamen se humiliet, sicut medicus rogat debilem aegrotum 215, 24; maiorem vim rogando, quam iubendo, adhibet superior 262, 6.
Romae iacent corpora principum apostolorum, Laurentii, aliorum martyrum 404, 27; dies Laurentii ibi sollemnissimus 55, 16; sacra sacrilega de Urbe delentur 614, 19; Romam diriguntur partes Maiorini et Caeciliani ad episcopale iudicium 106, 15; de recenti Romae vastatione verba facit Augustinus 404, 27 s; antequam irrupta est a Gothis, iam bis arserat Roma inter sacrificia paganorum 407, 18.

sabbato requievit Deus, non a creaturis administrandis, sed a condendis 371, 14; sabbatum Iudaei carnaliter accipiebant 371, 8; sabbatum in corde sanctificatio Spiritus dei 175, 12; 184, 11; sabbato aeque ac die dominico de evangelica lectione sermo redditur 353, 9: *cf.* 370, 14.
Sabellianorum error, qui dicuntur Patripassiani 476, 3.
sacerdotum princeps, Christus est 19, 2; ut sacerdos Deo Patri offert sacrificium martyrum suorum passionem 309, 11.
sacramenta ministri ecclesiae, non de suo, sed de Dei thesauro conferunt 260, 1; Deus est, qui in sacramento operatur 19, 6; sacramenta Christi possunt per haereticos

dividi, caritas et unitas non possunt 452, 2; sacramenti et verbi dispensator, episcopus 88, 9; fit in sacramentis remissio peccatorum 156, 22; sacramentum fontis 462, 21; sacramentum mensae dominicae 463, 2; sacramentum unitatis, eucharistia 463, 12.
sacrificium Deo est occisio sanctorum 309, 10; 520, 22; sacrificium nostrum, fiducia in Deum 576, 12; 578, 3.
saeculum iam vergit se, et declinavit in senectam 270, 14; saeculi huius finis fortasse longe est, fortasse prope est 311, 1; iam in ipso fine saeculi se esse credebat Augustinus 542, 30; saeculum qui desiderat, retro respexit 286, 19; saeculi amatorum insultationes in servos Dei 295, 12; iniquitas praesentis saeculi ferenda, ut postea iudicemus aequitates 616, 12.
saevis, corripis, clamas: intus ama 214, 13.
Sallustii (C.) sententia laudatur 69, 11.
saltationes de loco s. Cypriani recens prohibitae 58, 17.
salus et amicus, bona sunt necessaria 75, 18; salus animae alia secundum hoc saeculum, alia secundum deum 647, 2 s; corporis salutem communem habemus cum pecudibus 299, 3; 441, 5; nihil homini salute pretiosius, et tamen est vana 645, 25; nihilominus grati pro ea esse debemus 646, 5 s.
salutat episcopus de abside dicens: *Dominus vobiscum* 463, 29; ii salutantur, qui habent 365, 2.
Samaritani parabola breviter exponitur 680, 12 s.
Samuhel, praestantissimus prophetarum 99, 17. 21.
sanavit foris Dominus, ut intus sanare desideraretur 319, 5.
sanctificatio ibi primum sonat, ubi agitur de sabbato 184, 19; nulla vera est nisi ab Spiritu sancto 184, 21.
sanctimoniales virgines paucae in ecclesia 447, 20.
sanctus in trinitate quare Spiritus proprie dicitur 184, 22; sanctorum orationibus se adiuvandum putat Augustinus 541, 23 s; 543, 3. 10; sancta vocatur Maria Magdalene 342, 8; 343, 11; sanctus Noe 648, 2.
sanguis Christi super perdendos iustus, super mundandos misericors 472, 4 s; sanguinem, quem prius fuderunt, Iudaei post et biberunt 74, 16; 322, 2; 326, 18; sanguinis fluxus, morbus detestabilis 318, 13.
sanitas non inprobe petitur, et si aliquando utiliter non datur 708, 24; sanitates corporum operabatur Christus, ut mentes sanaret infidelium 142, 10; quando Deus non curat corpus, curare vult animam 708, 14 s; sanitas, quae communis est omnibus membris, pretiosior est officiis singulorum 103, 32; hoc est in membris Christi caritas, quod est in membris corporis sanitas 103, 17: *cf.* salus.
sapientes huius mundi quinam sint 357, 21.
sapientia, mater nostra, gallinae comparatur 60, 25; sapientia hominis, pietas est 76, 10 s.
Sapientiae liber ut quidam scripturae sanctae locus adducitur 358, 9.
sarcina Christi non onerat, sed sublevat 258, 32; 259, 2; 366, 12; pennis avium ab Augustino comparatur 259, 14; 367, 13; etiam martyribus levis fuit, quia caritate omnia pertulerunt 367, 4; sarcina Christi, caritas vocatur 367, 6; sarcina nobis tumor noster est 702, 10.
sarmentum purgatum, Cyprianus; sarmenta amputata, Donatistae 541, 5.
Saul habuit prophetiam, non habens caritatem 100, 5.
Saulus a Saule cognominatus 519, 2 s; 526, 8; vestimenta lapidantium servans, in omnium manibus lapidabat 519, 7; 522, 12; quid meruerat boni? quid non meruerat mali? 519, 16; 525, 24; invenit in eo gratia quod puniret, fecit quod coronaret 525, 29.
scelus vocatur, praedicare Deum 220, 5.
schismatici oves suas vocant, quae sunt oves Christi; non est vox eorum catholica 51, 35; pascunt haedos suos, Petrus oves Christi 55, 7; de siccitate aspera loquuntur adversus ecclesiam: lenia loquerentur, si rigarentur 109, 11; ad ecclesiam redeuntes, accepturi sunt Spiritum sanctum, quem habere non possunt, quamdiu sunt hostes unitatis 186, 9; quicum-

que ab agro Christi ecclesia separare se voluerit, non erit triticum, sed ad manipulos separationis pertinet 250, 11 s; schismaticum separatio sua punit, discissio sua punit 573, 15.
schismatis haereses 287, 18.
schola, in qua Deus solus magister est, bonos quaerit discipulos 112, 5; in hac schola cotidie discimus, aliud in praeceptis, aliud in exemplis, aliud in sacramentis 112, 7; episcopi et fideles, in schola Christi condiscipuli 82, 24; 566, 23.
scientia melior est, fabricae actorem nosse, quam fabricae numeros computare 359, 12 s.
Scilitani martyres 75, 1; 550, 1 s.
scinifes, muscae minutissimae, signant phantasmata cordis contentiosorum 175, 20.
scripturae Christi praeponendae humanis rumoribus 54, 21; chirographum Dei sunt 613, 13 s; 614, 30; 616, 19; 644, 2; 657, 17; litterae ad te de patria missae 299, 15; scripturarum significantia sic quaerenda, ut veritas non negetur 171, 4 s; nihil in scripturis sine causa factum scribitur 183, 14; scripturarum arcana occultat Deus providenter, aperit suaviter 188, 23. 27; scriptura sancta: adversarius eius est, qui eam contemnit 199, 4; omnis pagina scripturae sacrae caritatem sonat 292, 7; 294, 2; in exponendis scripturis invenit melius, qui pulsat fortius 649, 8; scripturam eamdem saepius exponi utile est 483, 22; in scripturas sanctas tamquam in nocturna luminaria intenta ecclesia vigilat, donec Dominus veniat 685, 6; ut quidam scripturae liber laudatur Ecclesiasticus 357, 4; et liber Sapientiae 358, 9; praecepta sunt in scripturis multiplicia, quibus exerceatur lector et auditor 367, 24; scripturae quando leguntur, credimus: quando implentur, quare murmuramus? 408, 8.
securitas procuratoris quid prodest, si paterfamilias non acceptet? 200, 16.
sedere et stare simul corpore non possumus, animo possumus 547, 11 s; sedere, humiliantis se habitum designat 545, 20; 548, 9; sedere Christi, quid est 445, 28.
Sedes apud Augustinum a Thronis distincti 147, 32; 246, 7; 345, 28.
seditio Carthagine orta ob prohibitas saltationes de loco s. Cypriani 58, 23.
seductores sunt, qui ad mala facienda, quae bona esse putant, laudum suarum frequentatione te ducunt 216, 28.
Semper vivit, quae dicitur, herba 637, 20.
Seneca (L. A.) de officio vetandi peccati laudatur 231, 14.
senex piger est dare locum pueris 134, 32; senex sanctus, Aurelius Carthaginiensis ep. 218, 25.
sententiam Dei mutati mutamus 40, 20.
sentina conscientiae bonis operibus exhauriatur 658, 3. 8. 11; obruit sentina neglecta 679, 7.
septenario universitas significatur 157, 11; 232, 8; 648, 21; septenario numero istius saeculi tempora significantur 335, 13; septenarius numerus sancto Spiritui deputatur 184, 25; 490, 18; 715, 13; septenarium malum diaboli septenario Spiritus sancti contrarium 157, 18.
septimus dies quare vesperam non habet 336, 14; sabbatum spiritale significat, sicut octavus dies aeternitatem 336, 25.
sepulcrum Christi utero virginali Mariae comparatur 684, 20 s; sepulcri dominici custodum stultitia 556, 2; in sepulcro fuit Christus secundum carnem, apud inferos secundum animam, in paradiso et ubique secundum divinitatem 634, 17 s; divitis ossa in sepulcro ab ossibus pauperis non discernuntur 139, 10.
sepultus homo, ut resurgat, seminatus homo in utero, ut nascatur, utrumque miraculum 328, 28 s.
sequi Christum, qua cucurrit, nos oportet 207, 10.
sermonis obsequium, proprie episcopi ministerium 223, 5; sermo utiliter haberi potest etiam de iis, quae auditores non ignorant 688, 7 s; 712, 7; de lectione evangelica non redditur, quando sabbatum non est, aut dies dominicus 353, 10.
serpentis astutia quomodo intellegenda 312, 6.
serviendi Deo etiam invitis parentibus ius habent filii 123, 15.

servus: liber esse debes, non servus 580, 11; servi multi dominos suos hostibus tempore irruptionis barbaricae prodiderunt 204, 11.
severitatem Dei erga alium exigere nefas 152, 31.
sexus utriusque fortitudo Christus 550, 3; sexum virilem in se, muliebrem in matre Christus honoravit 159, 11; in fide nec masculus nec femina 159, 20.
Si vincas, modus adiurandi servos Dei in Numidia 255, 2.
siccitatem caeli Afri contremiscebant 330, 3.
significantia spiritalis rerum gestarum sic quaerenda, ut earum veritas non negetur 171, 4 s; significari solet una eademque res, non tantum vocibus, sed et factis multis et variis 335, 3.
Siloa piscina, figura baptismi 378, 6 s.
simile ad simile occurrit 501, 14.
Simittû civitas vicina Bullae Regiae: nemo ibi intrat in theatrum 89, 10 s; colonia est 89, 14.
simplicitas christiani duplicitati diaboli opponitur 82, 31; 85, 10.
sinapis granum humile, sed fervens 608, 2 s; fervorem significat humilitatis 716, 7.
Siniti: sermo ibi ab Augustino habitus 665.
sinus secretum significat 291, 1.
sodales sponsi, schismatici, qui aliquando ad mensam Domini accesserunt 54, 6.
sol iustitiae a mundis corde sine ope lucernae videtur 43, 26; videntibus Deum vile est lumen solis huius 374, 16; solis et lunae defectum quanta sollertia quidam praedixerint 358, 28.
sollemnitates si continuae essent, afferrent fastidium 56, 12; sollemnitas a veritate in quo distinguitur 685, 1; 692, 4; quando a Iudaeis interfectus est Christus, concordabat cum veritate sollemnitas 692, 4.
somnus quid aliud est, quam cottidiana mors? 458, 18; et mors quid est aliud, quam diuturnus somnus? 458, 20; somno non egent angeli 458, 22 s; 718, 19.
sonus, quasi vehiculum verbi invisibilis 13, 3; sonus transit, verbum manet 16, 27.
sororum fratrumque multitudo ad festivitatem s. Cypriani convenit 532, 23 s.
sortilogi pro aegrotis quaesiti 127, 30.
Spania provincia 595, 4.
spectacula honorabiliora menti tuae exhibet ecclesia 67, 23; inter nostra et theatrica spectacula quid intersit 67, 27; 87, 10; spectacula prohibere audet plane Augustinus 68, 18; spectaculo proposito quantus tumultus concursantium 700, 24: *cf.* histrio, munus, theatrum.
speculum nostrum, evangelium 81, 9; et verba apostoli 94, 1.
spes: sine spe esse, modo maledictum est 134, 14; nullius hominis vita sine spe est 134, 20; Deus est modo spes nostra, postea erit res nostra 135, 27.
spinas cave, uvam carpe 572, 21 s.
spiritualis ipse, homo est 215, 13; non se extollerent spirituales, nisi carnales essent 215, 11; onus habent etiam spirituales, quod ab aliis portetur 215, 5 s.
Spiritus sanctus et ipse opifex mundi 13, 15; potest accipi aliquando Spiritus sanctus ante baptismi sacramentum, sicuti e contrario solus baptismus ante quam Spiritus sanctus 37, 15 s; Spiritus quare in specie columbae descendit 45, 31; aliquorum corda ad prophetandum tangit, nec tamen mundat 100, 6 s; Spiritum sanctum in sola ecclesia catholica dari assentamur 109, 22; Spiritus sancti animam habitantis effectus 156, 26; excluso per superbiam Spiritu sancto, remanet anima inanis omnibus bonis 157, 1 s; Spiritus cur in trinitate sanctus proprie dicitur 184, 22; Spiritum sanctum non habent, qui hostes sunt unitatis 186, 1 s; 187, 15; Spiritus Dei cur digitus Dei appellatur 188, 18; 383, 26; Spiritus sancti missio confirmatio fuit divinitatis Christi 380, 6; Spiritus sanctus septenario numero commendatur 184, 25; 490, 18; 715, 13; Spiritus septiformis super baptizatos invocatur 490, 23; lex Dei non nisi adiuvante Spiritu Dei adimpletur 491, 5. 27; quare plura de Filio in symbolo dicuntur, quam de Spiritu sancto 446, 27 s; Spiritus cum Patre et Filio unus verus Deus est 597, 3 s; non est tantummodo Patris Spiritus, sed Patris et Filii 597, 8 s; Deus est Spiritus sanctus, qui templum habet de membris

Dei 599, 4 s; ad quid pignus dedit Deus Spiritum suum 701, 19 s; quasi natalis apud nos Spiritus sancti Pentecostes 185, 20.
spiritus septem alii nequiores qui sint 157, 21; spiritus et carnis mixtura difficilior, quam Dei et hominis 454, 16: *cf.* 315, 12.
stabularii munere omnes in ecclesia fungimur 680, 19.
stadium est vita ista, extra quod iam luctari non datur 290, 8.
stare, permanere est: currere, proficere 547, 21 s.
stellas qui accusat, Deum blasphemat 304, 31; stellarum numeros quanta industria quidam investigarint 358, 26.
Stephanus martyr omnium martyrum metator 326, 29; ad eius memoriam cotidie fiunt miracula 708, 10.
stercori tristitia comparatur 681, 15; per stercus ad pulchritudinem tritici pervenitur 682, 10 s; cofinus stercoris, maestitia paenitentis 682, 26; maestitia paenitentiae, stercus bono loco missum 683, 1 s.
stola, spes immortalitatis in Adam perdita, in baptismo reddita 259, 26.
subditi nobis corrigendi 237, 7.
successorem Deus non habet 150, 7; 618, 25; 645, 14.
superbia excludit a se homo Spiritum sanctum 157, 1; superbia, porta est inferorum 287, 4; omnes haereses genuit 287, 5; horrenda est Christiano 370, 5; superbia protoparentum peccatum fuit 564, 1 s; quanta superbia hominis, non consentire humili Deo 455, 5; nihil sic generat superbiam, quomodo divitiae 628, 32; tumor superbiae et ad Deum redire, et ingredi impedit ad vitam 696, 19 s; 698, 6.
superbus non latet oculos Dei 369, 26; superbire erubesce, homo, propter quem humiliatus est Deus 567, 27: *cf.* 369, 21.
superior maiorem vim adhibet rogando, quam iubendo 262, 6; superiorem Deum habemus, quo fruamur; inferiora cetera, quibus dominemur 264, 5.
superstitionum reliquiae in natali Iohannis persistentes 231, 8 s; circa egrotos 127, 29; 615, 22 s.
Sursum cor, tota vita christianorum verorum 31, 2: *cf.* 206, 2; 350, 28; 405, 24; 506, 2; 641, 27; sursum cor sursum trahet tempore suo et carnem suam 367, 21; *Sursum cor*, ante tractatum 504, 5; ad altare Dei 464, 2.
sustinere Dominum, quid est 197, 11; 645, 11 s.
symbolum quid sit 442, 27; sacramentum quo imbuti sumus 204, 31; sanctum symbolum toto orbe receptum 327, 13; ipsius verba non numeranda, sed appendenda 443, 5; cur ante orationem dominicam traditur 442, 24 s; symboli redditio, fidei confessio 443, 28 s; octo diebus post traditionem fiebat 449, 27; symbolum ecclesiae Hipponiensis 27, 6; 47, 31 s; 174, 15; 204, 32 s; 344, 14; 346, 5 s; 641, 17; 643, 9 s.
Symeon senex et Iohannes prae ceteris prophetis meruerunt videre Christum 224, 10 s; Symeonis senis testimonium de Christo die 600, 21 s.
symphonia, concordia vocum 261, 6.

tabulis lapideis Iudaeorum inscripta lex, ipsa est quae in cordibus Christianorum Spiritu Dei scribitur 384, 1 s; 490, 23 s; tabulae dominicae hereditatis nostrae 574, 20; tabulae nuptiales Christi et ecclesiae 585, 1.
Tagaste: ibi habiti sermones 1 et 2 Enarrationis in Ps. 34: *v. p.* 665.
tangere Christum cur viri permittuntur, Maria prohibetur 343, 20 s; 484, 2 s; 487, 19; credere, tangere est 344, 16; 345, 10 s; 484, 20; 487, 28; fide tangitur Christus 611, 11; turba premit, fides tangit 344, 16; 345, 10. 22 s; 484, 23; 487, 34; 526, 25.
templum Salomonis ruina est, quia quod significabat iam factum est 598, 22; templum Hierosolymitanum corpus est Christi 609, 23; templum non habet nisi qui Deus est 598, 8 s.
temptatione ostenditur christiano, aut quid habeat, aut quid illi desit 122, 29; temp-

tatio, quae est ad seductionem, non venit a Deo 578, 30; in temptationem intrare, et exire, quid est 579, 25 s; 686, 5. 15 s; 687, 12 s; de temptatione vincenda quasi necessario loquitur per vigilias Paschae Augustinus 686, 1 *not.*

tempora tria, ante legem, sub lege, sub gratia 640, 15 s; 682, 20 s; tempora duo, prius maestitiae, posterius laetitiae 681, 4 s; tempora christiana accusantes redarguuntur 153, 20; 200, 13; 270, 1; 271, 15; 272, 9; 407, 1 s; oportebat esse tempora molesta et dura, ne amaretur terrena felicitas 270, 19; 271, 25; tempora parentum nostrorum temporibus nostris meliora non fuere 272, 14; 273, 1 s.

tenebrae exteriores quae sint 373, 27; lumen de tenebris, Christus est de Iudaeis 684, 14.

tenere facultates non est malum: teneri est malum 85, 26.

terra ista, quasi navis magna, in portum portans periclitantes 273, 22.

testamentum: et in vetere et in novo testamento caritas, sed ibi occultior, hic manifestior 293, 27; ipsum testamentum vetus quomodo caritate pendeat 293, 6 s; etiam veteris testamenti miracula ab eo facta sunt, qui postea homo Christus fuit 703, 1 s; ad novi testamenti gratiam pertinet eucharistia 18, 11.

testimonium falsum qui dicit, Christum dimisit 86, 2; se ipsum occidit 253, 26.

testes diaboli, et testes Christi 219, 11.

theatra christiani ne intrent 88, 15; eorum, qui ludorum diebus theatra implent, veniente Pascha multitudinem ecclesia non capit 88, 17; theatra Romae in Gothorum irruptione destructa 409, 21 s; ad theatrum corrupta anima pergit, redit corruptior 700, 27: *cf.* histriones, spectacula.

Theogenis memoria apud Hipponem, in qua collecta mane fiebat die Pentecostes 381, 24.

thesauros habet Deus, quo mittat aurum purgatum 152, 10; de thesauro in caelis servando voluntatem domini qui contemnit, merito vapulat 409, 2 s.

Thomae fidem vincunt ii, quibus Christum annuntiavit 343, 15; Thomas tetigit carnem, agnovit Verbum 419, 10.

Throni apud Augustinum a Sedibus distincti 147, 32.

Tignica: ibi contionatur Augustinus 667.

timor et cupiditas, duae ianuae temptatoris 66, 4; 254, 21; 287, 22: *cf.* ianua, laqueus, porta; timor non extinguatur, sed in aliud transferatur 66, 8; timendo abscondunt multi facta sua bona 96, 15; bene faciat homo amore recti, non timore supplicii 156, 28; timoris fructus correctio est 288, 4; multi timere norunt, mutari non norunt 288, 6; nemo timet iram potentis, haerendo vultui omnipotentis 494, 24; time quod facis volens, non quod pateris nolens 562, 11; non mortem, sed peccatum 562, 26; 580, 1 s.

Tobis monita de faciendis eleemosynis 373, 4; caecus erat in carne, videns in corde 374, 12; lectio Tobiae Hippone mane Pentecostes 381, 24.

tolerandum est modo in agro, quod non erit nobiscum in horreo 249, 23; 318, 1; Iudam toleravit Christus, ut doceret cavendam esse separationem 537, 12. 20.

trahit hominem Deus interius loquendo et rogando 262, 5.

traiecticium divitiarum faciendum 204, 27; 235, 4; 630, 18.

trinitas in principio Genesis insinuata 13, 17; tres personae coaeternae 46, 10 s; inseparabilia sunt opera trinitatis 446, 30; carnem Filii tota trinitas fecit 446, 29; trinitas in baptismo Christi 47, 1; si tot animae in Actibus Apostolorum una anima dicuntur, quanto magis personae divinae unus Deus 477, 20 s.

Tripolis: quomodo ibi adiurentur servi Dei 255, 4.

tristitia stercori comparatur 681, 15; interest, unde et ubi esse debeat 681, 16 s; 683, 1 s.

triticum non sit anxium, quod modo commixtum est paleae 318, 1; nec zizania timenda tritico est 250, 13; per stercus ad pulchritudinem tritici pervenitur 682, 10 s.

Tuburbitanarum martyrum sollemnitas 207, 16.

tumor superbiae poculo humilitatis sanan-

dus 698, 13; tumor inflationem habet, magnitudo soliditatem 698, 14.
tunica meliore induti die natali martyrum quidam procedebant 207, 28.
turba premit, fides tangit 344, 16; 345, 10. 22; 484, 23; 487, 34; 526, 25; quod turbis in evangelio Dominus loquitur, et ad pastores et ad greges pertinet 81, 16.
turpitudo venalis inter cetera quae in nundinis venundantur 87, 23. 25.

Vallis (?): ibi in basilica Restituta contionatur Augustinus 666.
vanitas inquinat, veritas mundat 173, 7; ranarum abundantia vanitas significatur 173, 15.
velle, qua tenus nostrum est 245, 3; noli Deo irasci, quia voluit quod nolebas: tu homo es, ille Deus 405, 31; ferto quod vult Deus, et dabit tibi quod vis 406, 12.
velum templi in morte Christi scissum quid significabat 372, 20.
venatores quomodo feras cogant in retia 71, 31; si vis cavere venantes, contemne terrentes 71, 30; venandi studiosus quanta tolerat, ut perveniatur ad aprum: et difficile sustinetur, ut perveniatur ad Deum! 366, 26; venatoribus donantes reprehenduntur 416, 13.
venia: si pecuniam piget erogare indigenti, eroga veniam paenitenti 235, 24; disciplinae non obstat praeceptum veniae erogandae 235, 32 s; sub venia vivimus 577, 2. 7. 8; 579, 21.
venire, credere est: apostatare, abscedere 609, 19.
verba appendenda, non numeranda 443, 5; 463, 4.
verbi et vocis relatio ad invicem 227, 11 s; 513, 14 s; verbi invisibilis sonus quasi vehiculum est 13, 3; sonus transit, verbum manet 16, 27; vis non perire? tene te ad Verbum 138, 29; 139, 20; verbum Dei tunc in nobis requiescit, quando nos acquiescimus verbo Dei 401, 5; Iohannes vox est, Christus et Verbum et vox 513, 13; Verbum caro factum est, non conversione in carnem, sed assumptione carnis 536, 7; Verbo Dei pascuntur omnes mentes rationales 702, 13; verbum Dei non oportet lingua laudari, vita contemni 627, 8; verbi et sacramenti dispensator episcopus 88, 9; 401, 7.
veritas mundat, vanitas inquinat 173, 8; Christum negat, qui veritatem negat 253, 16; victoria semper veritatis est 412, 5; veritas, cibus noster 548, 23.
vermiculis Dominus aeque ac angelis et hominibus imperat 610, 18.
vermis matutinus, Christus est 610, 21.
vera sunt in Christo omnia: verba, ossa, caro, cicatrices 174, 5; 343, 8,
vestire nudum potes, et si sanare aegrum non potes 373, 2.
vestis vestimentum: vestes nitidae neophytorum, signacula sacramentorum 338, 19; vestes Aegyptiorum, varietates linguarum 182, 25; 183, 3; vestimentum Domini, apostoli 319, 16; 612, 15; vestis Christi inconsutilis figurabat caritatem Christi, unitatem ecclesiae 451, 30 s.
via: ipse Deus nos adducit ad viam, deducit in via, perducit ad patriam 233, 6; viae duae a Verbo Dei nobis ostensae 265, 7 s; errantes, ut ad viam veniant, christianus quisque debet hortari 286, 7; christianum catholicum esse, hoc est esse in via 286, 21; fortes quaerit haec via 287, 13; homo Christus via tua, est, deus Christus patria tua est 344, 22; *cf.* 695, 18; viae angustae finis, aeterna latitudo 339, 6; via recta media est inter sinistram desperationis et dexteram praesumptionis 695, 4 s; non in via, sed iuxta viam, laquei nobis sunt positi 695, 10 s.
Victoria Perpetua martyr, an Abitinensis? 221, 1. 3.
videre Deum, quanto meliores sumus, tanto vehementius desideramus 363, 1; non est magnum videre Christum oculis carnis 509, 9.
vigilia: ne singulas noctes somnus absumat, assidue curare debet christianus 455, 12; 458, 9 s; 459, 2; qui caste utitur vigiliis, angelorum vitam imitatur 458, 28 s; 718, 19 s; vigilia mentis in quo consistit 686, 10; non omnis vigilia laudabilis 690, 20; sunt quaedam vigiliae, quarum finis illicitus damnatur: sunt aliae, quorum finis licitus consumitur 690, 21 s; amor quoque

immundus compellit vigilare quos possidet 718, 7; vigiliae baptizandorum ad gallicantum 449, 29; vigilia paschalis ceteris sacratior 455, 15; 684, 3 s; aeternae vigiliae, in quam resurrecturi sumus, imago est 456, 15; splendor luminum in ea adhibitus 458, 3; Quando vigilamus? proprie de ea dicebatur 458, 7; in nocte paschali adventum Christi vigilando expectamus 461, 25; 685, 4 s; vigiliis iam inchoatis episcopus ad ecclesiam venit 685, 13.
Viginti martyres Hipponienses 595, 6. 13.
Vincentii martyris passio 243, 2 s.
vincimus hic, aut vincimur: post hanc vitam amplius luctari non datur 290, 8; vincentes coronat Christus, qui certantes adiuvat 308, 11; 602, 27 s; 711, 9; *Si vincas*, adiurandi modus in Numidia 255, 2.
vinum, munus est Dei, non ideo malum quia nescio quis se inebriat 129, 1.
virga in serpentem conversa quid significet 172, 4.
virginitas mentis, fidei catholicae integritas 164, 7.
virgo: virginis partu quid mirabilius? 210, 5; virgo et mater ecclesia, Mariae simillima 163, 22; 447, 6 s; virgines in carne paucas habet ecclesia, virgines in fide omnes debet habere 447, 19; de decem virginibus parabola quid significat 218, 11.
vis: viribus humanis nihil tribuendum 663, 12 s.
visio, merces est fidei 137, 3; 144, 21; 417, 1; 701, 17; visionis Dei dilatio medicinalis est 363, 7; 701, 4 s.
vitam se velle respondent omnes 274, 10; fons vitae Christus est 442, 9; vitae militant omnia in Christo 415, 3 s; est simplex vita, sine ulla mutabilitate 664, 3; ad vitam aeternam et beatam non pervenitur nisi per temporalem bonam 483, 15; vita bona in caritate Dei et proximi consistit 605, 26; vita aeterna pluris emenda est, quam pauci isti laboriosi dies 207, 1; in vitam futuram non credentes quid dicant 144, 15; non, ut bene nobis sit in hac vita, christiani efficimur 138, 13; vitam vis habere longam, bonam non vis? 194, 11; 198, 30; fletu abundat haec vita 534, 10; illius aerumnam quis describere potest? 560, 32; vitam etiam aerumnosam nemo vult finire 560, 18 s; vita ista, quasi stadium: aut vincimus hic, aut vincimur 290, 8; somnium est 202, 23; ubi umquam secura? 273, 21; ista vita est correctionis 291, 24; in ea nihil diu est 137, 17; 559, 24 s; quidquid potest dulce habere ista vita, non est paradisus 309, 20; vitam delesti bonam, si te inclinasti ad malam; delebis malam, si recedis a malo 191, 24. 27.
vitium vitio premitur 561, 6.
vitulus saginatus, figura Christi in eucharistia 260, 4.
vivere: Christus docuit nos vivere sine cupiditate, mori sine timore 536, 8 s; sic vive, ut vivas 469, 5; vivere bene, non fit nisi de caritate 101, 12; vive de Christi, quia de tuo mortuus est 664, 10; noli inde vivere, unde moriaris 580, 32 s; praestat semper vivere semel moriendo, quam bis mori et postea vivere non merere 529, 16; non nisi per intervalla hic vivimus 458, 28; vivere, et soli vivere, ab adulantibus pauperibus divites dicuntur 202, 14. 23.
vivus absorbetur, qui sciens a persecutoribus Christum negare cogitur 24, 4.

umbraculum Ionae prophetae, carnales observantiae Iudaeorum 610, 19 s.
unicus Patri Filius, Christus: nobis unicus salvator 444, 14.
unio carnis et spiritus difficilior est, quam Dei et hominis 454, 16: *cf.* 315, 12.
unitate ligari multitudinem oportet 382, 1; venit Christus facere unitatem 574, 2 s; nulla unquam ratio existit, cur ab unitate ecclesiae separari oporteat 573, 8 s; unitas et caritas Christi per haereticos dividi non potest 452, 2 s; eucharistia sacramentum est unitatis 463, 12. 26.
unus contra unum venit Christus 558, 26 s.
vocis et verbi relatio ad invicem 227, 11 s; 513, 14 s; vox est Iohannes, Christus et verbum et vox 513, 13; vox una eorum, qui in Christo unum sunt 303, 15.
voluntas Dei lenis amanda, aspera toleranda 406, 16; ordo penes ipsum sit, qui novit ordinare quod creavit: obtempera tu

voluntati 406, 30; humanam voluntatem Christus in horto ostendit, et continuo convertit ad oboedientiam, 406, 19: *cf.* velle.
voluptatis carnalis appetitio quanta mala facit 67, 13; consonet dignitati tuae voluptas tua 69, 1.
Uticae contionatur Augustinus 136, 1.
uva colligenda est, non de spinis nata, sed in spinis involuta 572, 16 s.
vulnus proximi non neglegendum 214, 23.
uxores quanti duxerunt a quibus cruciarentur 135, 12; uxorem suam ab alio commaculari, nemo est qui tolerabiliter ferat 178, 27.

zizania ubique seminavit inimicus 250, 22; tritico timenda non est 250, 13; interdum putantur aliqui zizania, vere autem frumenta sunt 251, 9.

III.

INDEX VERBORUM ET LOCUTIONUM.

absolutissime 597, 3.
abstrusus, *comp.* abstrusior 352, 5.
abundare, *seq. accus.* 125, 28; 294, 11.
accessio, *medic.* 208, 21; 271, 2.
accusatorius 106, 2.
acrimonia: disciplinae 498, 12.
actor: fabricae 359, 13.
ad = post: ad octo dies reddituri estis 449, 27; celebratur ad decem dies 622, 20.
affectatio, *plur.*: affectationes mundi 364, 28.
agere: agite pro vobis non deserere tantam matrem 333, 6.
aggredi: sicut filios, ita nos aggreditur Deus 34, 5.
alligator: remediorum diabolicorum 127, 31.
altarium, i. 450, 6.
aluta: libellos in aluta signatos 106, 3.
amaricare 541, 20.
amfractus: erant in via 120, 10.
anathemare 498, 14.
anicula 96, 18.
annasci nobis socios videmus 334, 11.
aporiare: illa (Chananaea) quando aporiabatur 604, 24; aporiata est iniquitas 605, 3.
apostolus, *ironice:* magnus tu apostolus! 96, 16.
apparitor 99, 31.
appellator 107, 2.
applicare noli, id est, noli comparare 649, 16.
Arelate: apud Arelatum 106, 23.
artare *se ad alqd* 568, 9.
articulus: ad hunc articulum venis 540, 18; articulus temptationis 647, 3; passionis 705, 1.
assonantiae, praecipue in fine contionum: voces exultantium, filii insultantium 74, 23; doctoris... auditoris... salvatoris 141, 3; serpentis... omnipotentis 164, 8; quod vis facis Christe, videat iam caecus iste 378, 2; stridere... ardere 407, 26; admittamus infirmitatem, ut p. probemus voluntatem 412, 31; in divinitate... in infirmitate 488, 7 s; potentis... omnipotentis 494, 24; eligite, diligite, colligite 652, 24: *cf.* oxymora.
aura: is in auras inanes 217, 1.

babylonius: captivitas babylonia 265, 29.
baptismum, i. 229, 8. 9. 11.
barbatus, *ironice*: non te pudet, barbate 96, 18; erubesce, barbate 207, 14; barbatus servit mulieri 603, 13.
beatificare 362, 6; 557, 22; 694, 1.
benedictor 217, 9.
benedicus, *opp.* maledicus: benedici estote 570, 5.
blasphemator 125, 29.

caccabus 151, 30.
campi doctor, *de Paulo apostolo* 625, 22.
captivator 559, 16; 680, 4.
carere *cum accus.* 618, 7; 711, 14.
caritas *annonae* 151, 11.
casare: villam malam 618, 7.
castigator 127, 3.
catamerica, *opp.* catholica 108, 35.
cataplasma 132, 18.
catechuminus: *opp.* fidelis christianus 89, 1.
catholica *absolute, subaud.* ecclesia 20, 26; 54, 19; 110, 31; 286, 34; 497, 26.
cavere, *modo cum accus., modo cum* a *et ablat.* 580, 12-17.
causa: bonas causas de sacramento habere 332, 18.
celebrare: commercia 26, 29.
celebrator 450, 19.
characteres *pro remedio* 615, 18.
chorus: apostolorum 251, 8; 612, 15.

cibaria, ae 211, 23.
cinerescere 234, 27.
circumcinctio: cilicii 258, 18.
circumcisio, *plur.:* circumcisiones haeresum 266, 8.
circumlatrare, *pass.:* iniquitatibus circumlatrati fueritis 339, 9.
civilis: (spem), quae civilis et naturalis est 134, 27.
clivositates: montium 366, 23.
coapostolus 525, 7; 527, 8.
coctura 463, 15. 16. 18. 19.
collecta, = synaxis 133, 12; 220, 2. 9.
collectiones: haereticorum 542, 14.
colligatio: servitutis 34, 14.
comitatus, *i. e.* regia imperatoris 106, 5.
commemorare, *cum dupl. accusativo personae et rei:* hoc commemorat Iudaeos 148, 20.
compellatio: v. dominus, domnus, frater, prudentia, eruditio.
compendium: stomachati sunt Iudaei, venire gentes de tanto compendio 260, 12.
concordare, *act.:* c. litigantem 63, 11; 80, 15; contentiosum 606, 15 s; litigiosos 607, 10 s; animam cum carne 633, 21.
condicio, *status domino servientis:* incurrit in condicionem 128, 6.
confirmator 72, 6.
coniugium: utrumque c., *i. e. et vir et femina* 159, 14.
coniunctivum, pro futuro: respondeam, *pro* respondebo 133, 15; non exeam, *pro* non exibo 181, 23.
conscientia: candida 649, 35.
consparsura 463, 15. 18.
constare, *i. e.* simul stare: discipulis constantibus et confabulantibus 415, 20.
contrarius: incipe... a contrario tibi loqui 305, 6.
convivare 621, 19.
convivator 503, 5.
cor, *mascul.:* habeamus cor sapientem 579, 28.
cordatus: homo cordate 410, 22.
coronator 521, 17 *et al.*
crudus: epulis crudior reddebatur 194, 27.
cubicularis: mors 354, 19.
curia, *opp.* plebeia tribus 68, 25.
currere: in nomen eius cursurus erat totus mundus 145, 28; in nomen Christi currere genus humanum 260, 26; blasphemia eius currit ad Deum 304, 31.

damnator 114, 28.
dare: cum sibi multum dant homines 287, 6.
decalciare 194, 18.
decurium, i.: *vox nova sine causa a Michaele Denis aliisque recepta* 68, 26 s.
defluxus: hominum 153, 30 (*cod. C* de fluxu h.).
dehabere 122, 31.
delutare, *i. e.* lutum auferre 616, 9.
denatare: denatat aqua de tumoribus collis 545, 21.
determinatio fidei 482, 11: *cf.* terminare.
detumescere 698, 11. 15; 701, 33.
diffinire: ibi n. diffinivit fidem 479, 15: *cf. ibid. 14 s. et ad v.* terminare.
digladiari 312, 7.
diligentia: non nobis placuit talis diligentia 411, 4.
doctus, *pro* assecla: quidam, qui voluerunt esse docti apostolorum 497, 10.
dominus, domnus, *compellandi modus:* domini fratres 33, 6; quare, domne...? 123, 20; o domini (?) 622, 18.
donare: peccata 115, 1.
ducere *absolute, i. e. ad supplicium* 181, 19. 20.
dulcescere 132, 33.
durus: dura et aspera 40, 1; duram lapidationem 326, 28.

effractor 118, 8.
eia 163, 22; 180, 14; 404, 4; 621, 21; 643, 12.
eiate (?) 621, 21.
elefantiosus 482, 30.
eleganter: possumus elegantissime suspicari 343, 24.
eliquare: hominem 298, 14.
emendatorius 145, 7.
emplastrum 132, 18.
epithalamium, quomodo dicunt 52, 10.
eruditio vestra, *compellatio:* 334, 25.
esse: hoc fuit quod fuit 615, 21.
exagitator 96, 16.
exalapare 28, 23.
exheredari 94, 17. 25. 26.
exorbitare 93, 9.
expectare, *ad aliquem:* 491, 10.

experiri, *fut.* experibor: 558, 11.
extrarius: extraria natura 624, 17.
extremus, *comparat.* extremior: nihil in corpore extremius 103, 30.

facere: contra Deum 99, 32; si non fecerit miles, nihil faciunt arma 113, 27.
facies: in publica facie 573, 3.
facultates dictae, quasi facilitates 639, 17.
fervefacio, *partic.* fervefactus: 385, 23.
fidelis: *opp.* catechuminus 89, 1; fidelissimo et fidissimo affectu 689, 15.
filum: fila de me fecisti 445, 1.
fimbrium, i. 526, 17; *al.* fimbria, ae.
fisco villam malam renuntiare 618, 6.
fluere, *absolute:* fluere... abundare deliciis 133, 4: *cf.* 153, 11. 25; 409, 19; a Nerone, saeviente dicam an fluente 407, 21.
fluidus: Nero, homo superbus et fluidus 407, 24.
fluitare: quicquid mutatur et fluitat 16, 7.
fluxus (?): praecidat deus de fluxu hominum 153, 30 (*cod. C*), *al.* defluxus h.
follis inflatus, *de homine:* 369, 21.
forma, *de rescripto imperatoris:* cum iterum forma procedit 116, 3.
fors = forte: 131, 28.
frater: o fratres Bullenses 87, 20; frater meus *episcopus* 89, 17; 133, 15; fratres carissimi 155, 8 (*cf. 162, 12 var.*); 688, 2; carissimi fratres 456, 9; fratres dilectissimi 289, 19 *et al.*
frequentare: matrem ecclesiam 332, 24.
frui, *cum accus. rei:* 299, 17.
frustrator 72, 5.
fundere = reddere inutile: ne fundatis laborem nostrum 412, 4.

gemellarium, i. 151, 8. 27.
genetivus, pro a *et ablativo:* remotus eras angelorum 416, 21.
germanissimus 703, 20; 710, 4.
graece *olon* dicitur totum, *catholon* secundum totum, unde catholica nominatur 20, 25; 108, 33. 35; meros, pars est 108, 35; catamerica *ibid.;* orthodoxon graece, latine rectum est 477, 6.
graecism.: nihil sic nollet pati 178, 26.
grandinari, *passive:* 178, 4. 13.
gratia *absolute, pro designando baptismo* 418, 3.

habere, *cum infinitivo construct.:* habent inveniri 266, 25; putatis, quia inde nobis habemus placere 412, 5; dicere habes 470, 1: *cf.* 602, 30. 31; 617, 10; sic habet 681, 3. 6 s.
hereditari, *pro* heres fieri: 316, 27.
hibernum: per hibernum 640, 8.
hinnire, *de homine:* superbe hinniendo 510, 23.
homicidalis 177, 7.
humanitas: exhibetur 265, 13.
humilare 40, 14; 215, 24; 301, 8; 302, 15. 21. 22. 27; 303, 12; 307, 6. 10; 315, 10. 13. 14; 316, 25; 323, 25.
hypopsalma 47, 12.

iactari, *de aegroto:* 271, 7. 9. 13.
iactatio, *medic.:* aegroti 271, 3; iactationes divitiarum 288, 14.
identidem, = ut prius: 172, 11; = item: 335, 23.
idolatres, ae 416, 12; 674, 15.
idolatria 416, 25; 674, 13.
idoneus: fores effractores pulsabant, sed idonea erat domus 118, 9.
ignominiare, *passive:* sputis ignominiari 614, 12; 617, 23.
imparilitas 246, 13.
impingere: Paulo necessitas quaedam inpacta est 590, 13; inpacta tormenta 648, 9.
impostura 204, 29.
in, *sequente accus.:* cum vinctus cantaret in Deum 181, 27; *ablat.:* in adiutorio Domini 171, 18; 254, 17.
inauriri: inaurire, hoc est, auribus percipe 112, 11.
induere, indui, *seq. rei accusativo:* 43, 5. 8; 48, 17.
indulgentiam: dare 116, 1; accipere 116, 2. 22 s. 25 s.
ineffabiliter: natus ineffabiliter 141, 18.
ineo: inita sponte (?) 113, 19.
infinitivum, loco coniunctivi: ut habeat quem semper visitare 416, 10.
inflammator 72, 6.
ingerere: si infirmitatibus corporis n. aliquid fuerit ingestum 124, 3.
ingravidare: mentes 393, 11.
inhiare, *seq.* in *cum ablat.:* inhiat in aliis 135, 8.

innocens, *superl.* innocentissimus: 106, 25.
inpaenitendus 681, 20; 682, 4. 5. 8.
insultator 96, 20; 97, 19.
interpolare quod differri non oportet 158, 22.
interrogator 15, 2. 3.
invocator 93, 13.
irremediabiliter 695, 21.
iterata vocabula seu sententiae: bene, bene 72, 31; 160, 20; hic, hic morienti insultaverunt 74, 4; occidis, occidis? 78, 31; fecit, fecit plane 162, 18 s; fiat, fiat 172, 16; non sit... non sit 174, 14. 16; quare turbaris, obsecro te, quare turbaris? 217, 18; sic, sic 245, 13; 519, 13; tangamus Christum, tangamus 344, 15; ille, ille 355, 1; solvite, solvite 355, 8; hoc est prorsus, hoc est 361, 11; dic... dic... dic 525, 5; dic... dic 526, 29 s; *sententiae integrae continuo ter quaterque repetitae:* 556, 24. 26. 30; 577, 2. 7. 8 et 579, 21; 577, 28. 29 et 578, 1; 578, 14. 15. 16.
itoria, *adiect. substantive usurpatum:* 621, 15. 20. 21; 623, 2.
iubare, = iubilare? 24, 28.
iudicaria (?) potestas 541, 11.
iumenta, quasi adiumenta 687, 20.
iuvencula: Maria virgo 230, 1; 351, 18.

lanceare: voluit lanceari 617, 24.
lancella, *opp.* urna 197, 1.
latura, ae 204, 29.
laturarius 235, 3. 4; 630, 14. 15; 640, 7.
laus: *genet. plur.* laudium 216, 30.
ligaturae 580, 16; 615, 18.
lubricus, *de Donatistis:* qui inventi sunt lubrici 412, 17.
lucernarius, *adiective:* lucernarium tempus 49, 11.
lucrator 72, 5.

machinamentum: diaboli 286, 26; omnipotentis 370, 1.
magnus: non est magnum, *sq. proposit. infinit.* 101, 4; 156, 9 s; 254, 14; 344, 2; 480, 6; 509, 9; 709, 24: *cf.* 651, 21; pro magno 702, 27; 708, 17.
maior: ut maiores pagani non sint 592, 7.
maioratus, *dignitas civilis Carthagine:* maioratum nolo 592, 21.
mango, *opp.* pater 34, 9; 128, 3.
mansuete, *superl.* mansuetissime 106, 31.
mathematicus, aut sortilogus 127, 29; 319, 12.
metator: omnium martyrum 326, 29; suscipite metatorem 511, 23.
metropolis: mater civitas interpretatur 285, 17.
migrare, *active:* divitias 205, 27; 630, 5. 10; pecuniam 234, 24; 235, 3: *cf.* 640, 6.
ministerium: ministeria caelestia 442, 11.
minus, *adiective:* minum habebo u. digitum 132, 21: *cf.* 153, 33; si aliquid minum est, iudica 193, 27.
momentum: sub momento 326, 9 s.
mortaliter: vivere 138, 1.
munus = spectaculum: munera eduntur 270, 2; munus enuntiatur, munus proponitur 700, 23.
murmurator 107, 3.
muscipula 121, 12; m. diaboli 508, 23. 25; 662, 13. 14.
muscula 183, 19.

nataliciarius: homo 198, 34 s.
navifragus: saxa navifraga 476, 29.
navivorus: vorago navivora 477, 1.
negator 97, 20; 517, 8. 29.
nugatorius: nugatoriam excusationem 235, 14; nugatoriis blandimentis 700, 26.

o, *seq. infin.:* o tangere! o credere! o exigere! 345, 13: *cf.* 485, 10; o non exaudire! 652, 10.
obmigrare, *active:* obmigravi in caelum quod habeo 206, 7.
obsoletare: Dei imaginem 148, 18.
obtorquere: obtorto collo 233, 27.
oculus: cordis 77, 34; 96, 2. 4; 509, 8. 11; 620, 9. 11; fidei 145, 16; 354, 5; 364, 1; 535, 19; 552, 5; 685, 5 s; mentis 620, 14.
operosus: operisissimum est disputare 675, 6.
os, oris: favores accipis, ad os ponis 217, 4.
ovis, *mascul. gen.* 497, 13.
oxymora: sanguinem emisit, quo peccata nostra dimisit 19, 5; simul bibimus, quia simul vivimus 30, 29; advertere... avertere 42, 4 s; agnoscere... ignoscere 41, 26; reficere... deficere 61, 22; 375, 10; 470, 31; 548, 23; 632, 27; miseria... misericordia 62, 1; 115, 13; 258, 29; 352, 29; 545, 5; 674, 2 s; mores... amores 67, 3; exultantium... insultantium 74, 23; vocator...

invocator 93, 12; voluptas... voluntas 96, 6; per illum imus, non perimus 211, 31; passiones... potiones 222, 16 s; onerant, non honorant 89, 21; honoravit, non oneravit 259, 23; non onerat, sed honorat 366, 13; umor... tumor 290, 19; fatum... fatuus 304, 2; qui mittebat, non dimittebat 311, 19; misit... dimisit 373, 10; misit quod promisit 518, 8; missus... promissus 642, 15; scientia... praescientia 312, 1; falsitas... veritas 346, 26; 411, 18; 582, 4. 5. 24; 642, 5; de torque... detorquet 366, 7; adeo levis est, ut levet 366, 16; assume missus non admissum 379, 24; quiescit... acquiescit 401, 5; securus, quia secuturus 403, 6; aut effectu, aut affectu 404, 10; admittere... dimittere 411, 22; 468, 30 s; cultus... fructus 412, 8; dies... deus 499, 6 s; 551, 19; paululum aliquid de Paulo 518, 30; nomen... crimen 473, 15; 519, 1 s; 566, 16; praesse... prodesse 565, 3; potentia... patientia 568, 2 s; 643, 4; vivo si v. convivo 583, 15; corrigere... dirigere 610, 17; inferre... auferre 616, 9; offertur... differtur 650, 10 s; differt, non aufert 701, 3 s; si differimur, non auferimur 701, 27; iniquitates... aequitates 616, 14; munde inmunde 620, 23; descendo... discedo 634, 28; despice... suspice 650, 10; prodesse... obesse 650, 23. 27. 29. 30; 651, 10; ad voluntatem... ad sanitatem 652, 13 s; 707, 22; ceperat (diabolus) quod deceperat 661, 16; si veniet, et nihil inveniet 662, 3; securis... secura 643, 13; religemus, ut hac religione 690, 11; effusa... confusa 697, 13; casum... occasum 697, 27; conversus... aversus 698, 3 s; 700, 13: *cf.* assonantiae.

paenitendus 682, 7.

pancratium facere 602, 28; 603, 2.

pantomimus 87, 15; 270, 7.

parentalis: affectus 159, 34.

partes, *pro designanda eucharistia:* 375, 16.

pastoraliter 531, 4.

paulo minus, quid est? paene 125, 25; quid est, paulo ante? modico ante 260, 20.

pecuniarius: pecuniarias facultates 139, 23.

pendere, *pro* existimare: per hanc leve erit, quicquid grave pendebas 367, 8.

peremptrix 352, 26.

perseveratio 153, 9.

perventor, *opp.* viator 92, 22.

pes: de caelo tibi pendent pedes 96, 17.

plebeius: plebeia tribus, *opp.* curia 68, 25; plebeius *absolute*, *opp.* principalis 89, 13.

plus, *seq. compar.:* plus est felicius (?) 162, 20.

pollere, *seq. accusat.:* per superbiam multa pollentibus 137, 25.

pompa: insania pomparum 270, 4.

portare: figuram 344, 15; 493, 19.

praecantator 127, 30.

praecipitare: praecipitas bona tua 217, 2.

praecipitatorum congregationes 542, 15.

praeferre, *cum* super *et accus.:* noli te praeferre super alium 709, 1 s.

praesentari 271, 3; 509, 11.

praestare, *particip. fut.* praestaturus 51, 20; 497, 8; 565, 33; praestatur carni ut vincatur 603, 5.

praetervolare: dies praetervolantes 273, 25.

prendere 642, 17. 18.

principalis, *opp.* plebeius 89, 13; 120, 11.

probator 153, 7.

probatorius 145, 7.

procedere, *absol.:* natalis est hodie martyrum: Procedam, dicis 207, 28.

prode esse: non est autem prode illis 122, 13; quid e. prode est 542, 4; 551, 18; 566, 12; 580, 26; 708, 2.

professio, *i. e.* status eorum qui vitam religiosam professi sunt: et in professione zizania inveniuntur 250, 31 s.

professus: inter castos professos, *opp.* coniugatos 250, 25.

profusor: eloquii 362, 29.

prudentia, *compellatio:* vestra prudentia 256, 4.

psalmus: divinus 394, 16; sanctus 442, 1.

publicum: tanquam de publico vivunt 701, 14.

quadratura: sancta 648, 1.

quam *cum positivo*, *loco comparativi:* multum non attulit quam duo minuta 373, 8.

raucedo: vocis 60, 20.

recreare, *opp.* creare 501, 3; 532, 8; 681, 11 s.

recreator, *opp.* creator 333, 14.

recurrere, *absolute:* sed recurramus (*subaudi* ad contionis argumentum) 114, 13.
redire: *futur.* rediet 326, 15 s.
refrigerare, *passive:* refrigeraretur illi 290, 1.
regnum, *i. e.* corona imperialis 616, 8.
religiosus, *substantive:* religiosi tempora orationum non intermittunt 653, 16.
remedium facere 615, 22. 28.
repetere, *seq.* ad *cum accus.:* ut repetat ad coronam 290, 10.
repositus, *i. e.* sepultus: ideo mortuus est Petrus et repositus 409, 21.
res: nihil ab re est, *seq. propos. infinitiva* 358, 6.
resalutare 365, 3. 4. 5.
respondere: respondeam, *pro* respondebo? 133, 15.
responsorium psalmi 39, 5; 43, 3; 111, 11; 124, 10; 133, 12; 296, 9; 300, 15. 16; 303, 13. 14; 307, 13.
resurgere, *partic. pass.* resurrecti: 456, 15.
resuscitator 354, 21.
rimula: rimulae fragilitatis humanae 679, 5.
robor, is: robor addere ramis 449, 22.
Romanae, *subaud.* nundinae 87, 24.
rotare, *active:* rotare tempora 369, 4.
ruere, *particip. fut.* ruiturus: domum ruituram 127, 17.

saccellus: mango fert saccellum 34, 11; sacrificium saccelli tui 123, 9. 12. 13; 124, 2.
saluber, *de persona:* magistrum salubrem 622, 8.
sanitas, *plur. num.:* sanitates corporum 142, 10; *genet. plur.:* miracula sanitantium 708, 10.
scintillare: spiritus s. Stephani... fervebat, scintillabat, accendebat 326, 27.
scripulus 707, 10.
sedere, *cum ablat. tantum:* sedet cathedra 568, 31; *cum accus. tantum* sederunt cathedram 571, 16 s; 572, 11; 573, 7. 8; egentem... et in rebus nullis sedentem 627, 33.
seductoria suasio 559, 10.
senex, *titulus honoris de primate Carthaginiensi usurpatus:* iam iussit et sanctus senex 218, 25.
separatio, *plur.:* separationes zizaniorum 249, 16. 17; 250, 16.
Sermo, *pro Verbo Dei:* ipse Sermo se ipsum pronuntiabat esse venturum 266, 2.
servus Dei, *i. e.* monachus 123, 16; 255, 2.
siccare, *absol.:* rivus... siccavit 109, 6. 7. 10; fons... siccare non novit 503, 13.
si *ad ante dicta refertur:* finis significatur, sed si non intellegatur 137, 7; *loco rectae interrogationis:* si deterruit aliquando rusticum asperitas hiemis? 607, 16.
sincerare, *i. e.* sanitati restitui 118, 12. 25.
sonare: non leviter sonuit ad omnes, quia... 412, 11. 13. 14.
sortilogus 127, 30; 319, 12.
spes, *plur. num.:* sunt multae spes vulgares 134, 26.
spina: curvatur spina, non illa quae haesit, sed quae totum dorsum continet 102, 26.
spons, spontis: inita sponte (?) 113, 19.
statio, non ruina 93, 2; ubique statio illi (Quadrato martyri) collocata est 648, 6.
stillare, *passive:* cum vellet sibi stillari guttam 126, 15.
subitare 145, 3.
subiugium (gr. ὑποζύγιον) 179, 4.
subobscurus: quasi in subobscuro vidit 342, 12.
subrepere, *coniunct. praes.* subripiat 462, 9: *cf. Bened. Reg. Mon. c. 39. 57. 67.*
subrigere: bestiis martyres 72, 10; 594, 29.
substantia, *i. e.* divitiae, pecunia: substantia Dei 147, 6.
sufficere, *i. e.* satis habere quod facias: nonne sufficit qui describit? 329, 15.
summa: ne forte p. volendo scire summam, non discas primam 622, 9.
supereminentissima via 98, 4; potestas 130, 15.
supermutatio: sine ulla supermutatione 335, 6.
supernumerarius 713, 31. 32; 714, 3.
susum 309, 23.

taediari: ad Deum flagellantem 154, 4.
tantillus: locus 102, 29; Iohannes in utero 230, 21.
tartareus: corde tartareo 499, 24.
temporalis: Moyses, homo temporalis 360, 17: illos, quamvis temporales, tamen imperatores 542, 2.
temptatrix 298, 26.

tempus: aliquid pro tempore dicere 404, 4.
tendere: homo se tendit 369, 11.
terminare: ipsam (resurrectionem) evangelistae scriptis suis terminaverunt 482, 6.
tolerator 561, 1.
tonans: eloquii quasi tonantes profusores 362, 29.
torus: depositis o. toris superbiae 289, 24.
traiecticium facere 204, 27; 235, 4; 630, 18.
transeunter: accipere 215, 1.
transmarinus: ecclesia transmarina 53, 3.
transversus: de transverso 268, 22; 537, 7; 611, 8 s; de traverso 318, 10: *cf. lect. var.* trasisti *pro* transisti, *p. 549, 7.*
tricapitus: canis inferni 66, 11.
tritura 463, 16.
tuba: evangelii 267, 16; evangelica 646, 15; iustitiae et veritatis 368, 2; sermonis 530, 23.

vacare *absolute, i. e.* inanis esse, effectu fraudari 74, 9. 11. 12; vacare *alicui:* sermo meus non potest tibi tantum vacare 518, 28.
vacatio, hoc est, quies 175, 4. 6; 184, 3.
vaporeus: felicitatem vapoream 138, 16; celeritate vaporea 690, 30.
variare: Iob... in nullo varians 131, 7.
vectio: quaeris ad vectionem m. animalia 206, 15.
veneralis: venerales, ut ita dicam, epulas 549, 24.
ventilare: ne superbia ventilemur 695, 4.
vestigare: ea... prudenter vestigata 170, 9.
vetustus: vetustissimus languidus 709, 18; paralyticum vetustum 710, 2.
vicinus: ex vicino, *opp.* ex contrario 416, 19.
vigidus: fenum hieme vigidum 636, 11.
vivere: sic illi vivant (*al.* iuvant, iubant?) 24, 28; *particip.* viviturus 448, 27; 481, 20. 21. 25. 26. 27; 542, 18; *alibi* victurus 453, 9.
unianimis 710, 3.
vocator 93, 12.
volaticus: volaticam cogitationem 16, 14; dona volatica 78, 1; felicitatem volaticam 138, 16; prosperitatem volaticam 407, 12.
volumen: nullo volumine temporum 335, 11; eodem dierum temporali volumine 336, 8.
voluptas, *opp.* necessitas: transiit voluptas, transiit necessitas 194, 28.
usia: Patris et Filii 13, 18.
ustura 616, 7.
utilibet *adv.* (= *german.* « so wie so »): utilibet mentiri non potest 150, 9.
utilis: fecerunt utiles haereses et utilia schismata 287, 8.
vulgaris: dies iste vulgaris 465, 1; nox ista vulgaris 719, 2.

Z *pro* Dj: Hippo Zaritus 124, 9.
zizania, ae 250, 7. 11; 614, 17. 20. 28.

IV.

CODICES IN HAC SYLLOGE ADHIBITI.

AURELIANENSES.

154, olim Floriacensis, saec. VII/VIII: cf. p. 595.
155, item ex Floriaco, saec. X: pp. 683-694; cf. pp. 330. 666.

BAMBERGENSES.

Patr. 22 (B. III. 31), ex ecclesia maiore, saec. IX/X: p. 653.
Patr. 114 (B. VI. 5), ex monasterio Michelsberg, saec. XI: p. 65.

BASILEENSIS.

B. III. 3, ignotae originis, saec. IX: pp. 635. 640.

BEROLINENSIS.

Phill. 1677, ol. Collegii Claromontani Universit. Parisiensis, saec. X: p. 694 sq.

BRUXELLENSES.

10615-10729 (fuit cardinalis Nicolai Cusani), saec. XII: p. 681.
14920-14922, ignotae originis, saec. X/XI: pp. 355. 370. 624.

CANTABRIGIENSES.

Universit. Ii. I. 35, saec. XII ex.: p. 716.
Universit. Addit. 3479, ex monast. S. Michaelis ad Mosam, saec. IX: p. 589.

CASINENSES.

XI, saec. XI: pp. 264. 401.
XII, saec. XI: pp. 222. 243. 245.
XVII, saec. XI ex.: pp. 4-141. 169. 189. 212. 219. 222; cf. pp. 665. 666.
LVII, sub Theobaldo abb. anno 1023 exaratus: cf. p. 665.
XCIX, anno 1072 a fr. Leone iussu abbatis Desiderii scriptus: p. 413.
CII, saec. XI: p. 415.
CIV, tempore Theobaldi abb. (ann. 1022-1035) scriptus: p. 418.
CIX, eodem tempore a Grimoaldo diacono et monacho maiorem partem exaratus: pp. 248. 255.
CXXIII, saec. XI-XII: p. 227.
CLXX, saec. XI-XII: p. 232.
CLXXIII, saec. XI: p. 201; cf. p. 606.
CCXIX, saec. XI: p. 201.

DIVIONENSIS.

143 (110), olim monast. Cistercii, saec. XI: p. 589.

ESCURIALENSIS.

R. II. 18, olim eccles. maioris Ovetensis, saec. VII/VIII: p. 705.

FLORENTINI.

LAURENT.

Plut. XVI, cod. 36;
Plut. XXX sin., cod. 2;
Plut. XXXIII sin., cod. 4;
Aedil. 141 et 143: de his quinque codd. vide p. 251.
Plut. XVI, cod. 42: p. 391.
Aedil. 141: p. 391; cf. p. 251.

GUELFERBYTANI.

4096 (Wissemburgensis 12), saec. IX: pp. 423-585 et 29. 65. 288. 619.
4152 (Wissemburgensis 68), saec. X: cf. p. 665.

LONDINIENSES.

MUS. BRIT.

Harleian. 652, olim Cantuariensis (?), saec. XII: cf. p. 324. 327. 330. 333. 340.
Addit. 10942, olim monast. S. Mariae de Caritate, ord. Cisterc., saec. XII: p. 589; cf. p. 624.
Addit. 30844, olim monast. S. Dominici de Silos, saec. XI: p. 619.
Addit. 30853, eiusdem originis et aetatis: pp. 34. 593. 619.

MEDIOLANENSES.

AMBROSIAN.

C 210 inf., olim monast. S. Savini Placentini, saec. XII: pp. 644. 646.
F 241 inf., saec. XV: p. 355.
H 62 inf., saec. XI: p. 169.
H 250 inf., ex Abiasca in Lepontinis, saec. XI: p. 248.

MONACENSES.

lat. 8826, olim Franciscanorum Monacensium, saec. XV: p. 441.
lat. 17059, ex monast. Schaeftlariense ad Isaram, saec. X: pp. 21. 368. 595. 601. 606. 608. 611. 613. 681.
lat. 22266[a], ex canonia Windberg, saec. XII: p. 640.

MONTEPESSULANUS.

152 (Pithoeanus; in Niverno civitate scriptus?), saec. IX ex.: p. 681.

NEAPOLITANUS.

lat. 14 (antea Vindobon. 651, sed ex monast. S. Severini Neapolit.), saec. XII: pp. 3-164.

PARISINI.

BIBLIOTH. NATION.

lat. 2769, fragment. saec. VI: p. 640.
lat. 3798: cf. p. 666.
lat. 13376: cf. p. 665.

ROMANI.

Biblioth. Vaticanae.

Vatic. lat. 471, saec. XII: pp. 353. 355. 368. 370. 375. 377. 694; cf. p. 283.
Vatic. lat. 474, a Lupo Ferrariensi abb. distinctus, saec. IX: p. 694.
Vatic. lat. 478, saec. XI: p. 695.
Vatic. lat. 1267: p. 248.
Vatic. lat. 3828, saec. X: p. 380.
Vatic. lat. 3835 (Homiliar. Agimundi), saec. VIII: p. 227; cf. p. 282.
Vatic. lat. 4951 « de claustro Roffensi » in Anglia, saec. XII: pp. 21. 34. 324. 330. 332. 333. 340. 347. 351. 658; cf. pp. 282-283. 391. 466.
Vatic. lat. 5758, olim Bobiensis « de arca domni Boboleni », saec. VII: pp. 34. 169. 222. 277-281. 285-324.
Urbinat. 77: p. 272.
Ottobon. 977: cf pp. 324. 327. 332. 333. 340. 347.

Liberianae basilicae.

EE. 3. 3: pp. 155. 391.

TURONENSIS.

279, olim Maioris Monasterii, saec. IX in.: pp. 673. 681.

VERONENSES.

Bibliothecae Capitularis.

LIX (57), saec. VI/VII: p. 666.
LXXXI, saec. XIV: cf. p. 391.

VINDOBONENSES.

651, nunc Biblioth. Nation. Neapolit. lat. 14, saec. XII: pp. 3-164.
2124, (ex pago Tridentino?), saec. XIII: p. 626.

WIGORNIENSIS.

Bibliothecae Capitularis.

F. 93, saec. XII: pp. 658. 712. 716; cf. p. 391.

WRATISLAVIENSIS.

I. Q. 344, saec. XV: p. 441.

V.

SERMONES IN CLASSES DISTRIBUTI.

SERMONES DE SCRIPTURIS.

PAG.

I. DE DECEM PLAGIS ET DECEM PRAECEPTIS. *Domino deo nostro, cuius cultores sumus* 169-188

II. DE RESPONSORIO PSALMI XXXII: EXULTATE IUSTI IN DOMINO. *In dei laude gaudere* 124-133

III. DE RESPONSORIO PSALMI XXXVIII: EXAUDI ORATIONEM MEAM; ET DE MULIERE IN ADULTERIO DEPREHENSA. *Christianorum est, cotidie in deum proficere* 111-124

IV. DE RESPONSORIO PSALMI XL: EGO DIXI DOMINE MISERERE MEI. *Una voce multi cantavimus* 303-307

V. DE RESPONSORIO PSALMI LXX: DEUS MEUS, ERUE ME DE MANU PECCATORIS. *Omnis anima, quae intenta cantat voce* 296-300

VI. DE RESPONSORIO PSALMI LXXIIII: CONFITEBIMUR TIBI DEUS. *Felices sumus, si quod audimus* 300-303

VII. DE RESPONSORIO PSALMI XCIII: BEATUS HOMO QUEM TU ERUDIERIS DOMINE, ET CETERA. *Cantavimus domino: Beatus homo quem tu erudieris domine* 635-640

VIII. DE VERSU PSALMI XCIII: QUIA NON REPELLET DOMINUS PLEBEM SUAM. *Sperate in domino, omnes qui timetis eum, et si abundat iniquitas* 613-618

IX. DE VERSU PSALMI CXVII: CONFITEMINI DOMINO. *Quod nos voce psalmi* . . . 39-42

X. DE VERSU PSALMI CXLV: LAUDABO DOMINUM IN VITA MEA. *De verbis istius psalmi, quem modo* 136-141

XI. DE OCTO SENTENTIIS BEATITUDINUM, EX EVANGELIO (Mt. 5, 3 s.). *Sanctum evangelium audivit nobiscum caritas vestra* 627-635

XII. DE EVANGELIO: NOLITE DARE SANCTUM CANIBUS, ET CETERA (Mt. 7, 6). *Novit caritas vestra, quando quidem filii* 320-324

XIII. DE EO QUOD AIT DOMINUS: PETITE ET ACCIPIETIS (Mt. 7, 7). *Quoniam voluit dominus me hinc non discedere debitorem* 706-711

XIV. DE PUERO CENTURIONIS (Mt. 8). *Fides centurionis huius* 608-611

XV. DE MULIERE QUAE FLUXUM SANGUINIS PATIEBATUR (Mt. 9)... *ecclesia dei, ecclesia sancta* 317-319

XVI. DE FILIA ARCHISYNAGOGI, ET DE MULIERE FLUXUM SANGUINIS PATIENTE (Mt. 9). *Et mentem illuminant, et spem adiciunt* 611-613

XVII. IN NATALE MARTYRUM, DE CAPITULO: ECCE EGO MITTO VOS SICUT OVES, ET CETERA (Mt. 10). *Sollemnitas martyrum, dilectissimi, qua passionis eorum* 310-313

XVIII. DE CAPITULO EVANG. SEC. MATTH.: CONFITEOR TIBI PATER DOMINE CAELI ET TERRAE, ET CETERA (Mt. 11). *Istam sancti evangelii lectionem etiam hesterno dominico die* 356-367

PAG.

XIX. EX EODEM CAPITULO EVANGELII, DE HUMILITATE. *Lingua domini, tuba iustitiae et veritatis* 368-370

XX. DE VERBIS EVANGELII: ECCE PLUS QUAM IONAS HIC, ET CETERA (Mt. 12). *Ea quae de sancto evangelio recitata sunt* 155-164

XXI. EX MATTHAEI EVANGELIO, DE HOMINE QUI SEMINAVIT BONUM SEMEN IN AGRO SUO (Mt. 13). *Audivimus sanctum evangelium, et loquentem in evangelio* 248-251

XXII. DE MULIERE CHANANAEA SEC. MATTH. (c. 15). *Mulier ista, quae clamabat post dominum.* 576-581

XXIII. DE MULIERE CHANANAEA. *Nostis ex evangelio, fratres, quemadmodum mulier* 653-658

XXIV. EX EVANGELIO, DE MARTYRIO IOHANNIS, ET DE PERSECUTIONE CHRISTIANORUM (Mc. 6). *De praesenti capitulo, fratres dilectissimi* 252-255

XXV. DE VERBIS EVANGELII: NON EST OPUS SANIS MEDICUS (Lc. 5). *Domini vox est: ad hoc autem vocat peccatores.* 416-418

XXVI. DE MARTHA ET MARIA (Lc. 10). *Sanctum evangelium cum legeretur, audivimus a femina religiosa* 543-549

XXVII. DE ARBORE FICI, ET DE MULIERE CURVA (Lc. 13). *Arbor ficulnea genus humanum est* 640-644

XXVIII. DE TEMPORE FRUCTUOSAE MAESTITIAE, ET DE FICULNEA INFRUCTUOSA. *Sic habet, fratres, miseriae nostrae conditio* 681-683

XXIX. DE DUOBUS FILIIS, EX EVANGELIO (Lc. 15). *In rebus iam pertractatis immorari* 256-264

XXX. DE DIVITE ET LAZARO, ET UT NE QUIS CONTRISTETUR IN AFFLICTIONIBUS MUNDI (Lc. 16). *Christianorum fides, quae ab impiis* 141-155

XXXI. DE LAZARO ET DIVITE, EX EVANGELIO. *Sancta lectio si in ista vita nos salubriter* 288-291

XXXII. DE EVANGELIO: DIMITTE, ET DIMITTETUR TIBI (Lc. 17). *Praeceptum saluberrimum audivimus* 232-237

XXXIII. EX CAPITULO EVANGELII, DE INFIRMO IACENTE AD PISCINAM (Ioh. 5). *Quaeri solet quomodo scriptum est in libro legis* 370-375

XXXIV. EX EVANGELIO IOH. DE EUCHARISTIA (Ioh. 6). *Qualem vocem domini audistis invitantis nos?* 375-377

XXXV. EX EVANG. IOH. DE ILLUMINATIONE CAECI NATI (Ioh. 9). *Dominus Iesus venit in hunc mundum* 377-379

XXXVI. IN EVANG. IOHAN. DE RESURRECTIONE LAZARI (Ioh. 11). *Sic est ista evangelica lectio tanto miraculo diffamata* 353-355

XXXVII. DE LOCO EVANGELII: MANDATUM NOVUM DO VOBIS (Ioh. 13). *Accepit a nobis quod vile est* (Fragmentum) 386

XXXVIII. DE VERBIS DOMINI: EGO SUM VIA VERITAS ET VITA (Ioh. 14). *Erigunt nos divinae lectiones* 695-705

XXXIX. DE EVANGELIO IOHANNIS: HAEC EST VITA AETERNA UT COGNOSCANT TE, ET DE TRINITATE (Ioh. 17). *Dominus I. C. qui nos exaudit cum Patre* 596-601

XL. DE EVANGELIO, UBI THOMAS TETIGIT DOMINI CICATRICES (Ioh. 20). *Audistis magis a domino esse laudatos* 418-419

XLI. DE EO QUOD DICIT IN EVANGELIO: SIMON IOHANNIS, DILIGIS ME? (Ioh. 21). *Omnia quae modo leguntur de sancto evangelio* 50-55

XLII. DE LECTIONE APOSTOLI: SUPEREMINENTEM VIAM VOBIS DEMONSTRO, CONTRA DONATISTAS (Rom. 13). *Bonum est loqui de caritate* 98-111

PAG.

XLIII. DE VERBIS APOSTOLI: QUIA NON QUOD VOLO AGO, SED QUOD ODI HOC FACIO (Rom. 7). *Apostolus Paulus cum legeretur, audivimus quid agatur in homine* 601-605

XLIV. DE APOSTOLO: SPIRITU AMBULATE, ET CONCUPISCENTIAS CARNIS NE PERFECERITIS (Gal. 5). *Ut audeamus loqui vobis, fides facit* 624-626

XLV. DE VERBIS APOSTOLI AD GALATAS: FRATRES, SI PRAEOCCUPATUS FUERIT HOMO IN ALIQUO DELICTO, ET CETERA (Gal. 6). *Recolite commemorantem epistolae apostolicae lectionem* 212-219

XLVI. DE EPISTOLA IACOBI: QUICUMQUE TOTAM LEGEM SERVAVERIT, OFFENDAT AUTEM IN UNO, FACTUS EST OMNIUM REUS (Iac. 2). *Terribilis lectio ante psalmum sonuit* 673-680

SERMONES DE TEMPORE.

XLVII. DE NATALI DOMINI. *Sanctificavit nobis istum diem* 209-211

XLVIII. IN TRADITIONE SYMBOLI. *Apostolus dicit: Erit, omnis qui invocaverit.* . 441-450

XLIX. DE PASSIONE DOMINI. *Magnum et ineffabile sacramentum dominicae passionis* 450-452

L. DE PASSIONE DOMINI. *Passio domini et salvatoris nostri I. C. fiducia gloriae* 452-455

LI. IN VIGILIIS PASCHAE, DE PRINCIPIO GENESIS. *Multas divinas lectiones audivimus* 11-17

LII. DE NOCTE SANCTA. *Dominus n. I. C. in plenitudine temporis* 455-456

LIII. DE NOCTE SANCTA. *Quoniam dominus n. I. C. diem quem fecerat* 457-460

LIV. DE NOCTE SANCTA. *Dominus n. I. C. passioni proximus* 460-462

LV. IN VIGILIIS PASCHAE. *Notum vobis est, fratres carissimi, neque enim quod agitis* 684-685

LVI. IN VIGILIIS PASCHAE. *Ammonet nos, fratres, tanta huius vigiliae claritas.* . 685-687

LVII. IN VIGILIIS PASCHAE. *Noctis illius, fratres carissimi, qua dominus* 688-689

LVIII. IN VIGILIIS PASCHAE. *Ista, fratres, sancta celebritas* 689-691

LIX. IN VIGILIIS PASCHAE. *Dominicae humilitatis solennia celebramus* 716-717

LX. IN VIGILIIS PASCHAE. *Admonet nos, dilectissimi, tanta ista* 717-718

LXI. IN VIGILIIS PASCHAE. *Beatus apostolus cum de orando* 718

LXII. IN VIGILIIS PASCHAE. *Beatus apostolus Paulus: Omnes, inquit, vos* 718-719

LXIII. IN DIE PASCHAE, DE SACRAMENTIS. *Reddendi sermonis officium* 18-20

LXIV. ALIUS EODEM DIE DE SACRAMENTIS. *Sicut veritas per apostolos* 21-22

LXV. DOMINICA SANCTAE PASCHAE, DE SACRAMENTIS FIDELIUM. *Hoc quod videtis, carissimi, in mensa domini* 29-32

LXVI. DE DOMINICA SANCTAE PASCHAE. *Vos in novam vitam regenerati* 462-464

LXVII. DE DOMINICA SANCTAE PASCHAE. *Omnem quidem diem dominus fecit* . . . 464-466

LXVIII. IN DIE PRIMO SANCTI PASCHAE. *Audivimus evangelium, lecta est resurrectio* 23-29

LXIX. DE SANCTA PASCHA. *Paschales dies celebrantibus nobis* 691-692

LXX. DE SANCTO PASCHA. *Semper quidem, fratres, meminisse debetis* 693-694

LXXI. DE SECUNDA FERIA PASCHAE. *Passio domini et resurrectio duas ostendit.* . 466-471

LXXII. DE SECUNDA FERIA PASCHAE. *Resurrectionem domini alii viderunt* 471-473

LXXIII. DE TERTIA (?) FERIA PASCHAE. *Audistis quid dominus discipulis suis post resurrectionem* 474-478

LXXIV. DE TERTIA FERIA PASCHAE. *Resurrectio domini n. I. C. forma est christianae fidei* 479-483

PAG.

LXXV. QUARTA FERIA PASCHAE. DE EVANGELIO LUCAE. *Lectiones evangelicae de domini n. I. C. resurrectione* 324-327

LXXVI. DE QUARTA FERIA PASCHAE. *Resurrectionem suam dominus Christus certam et veram* 581-585

LXXVII. DE QUINTA FERIA PASCHAE. *Bonum est ut commemoremini quod omni anno* 483-485

LXXVIII. DE QUINTA FERIA SANCTAE PASCHAE. *De lectione evangelii hodie secundum Iohannem* 485-488

LXXIX. DE SEXTA FERIA PASCHAE. *Novit caritas vestra lectiones istas sancti evangelii* 488-491

LXXX. DE SABBATO OCTAVARUM SANCTAE PASCHAE. *Ecce Dominus iterum post resurrectionem* 492-494

LXXXI. DE SABBATO OCTAVARUM SANCTAE PASCHAE. *Audistis apostoli Petri domino interrogante* 495-498

LXXXII. DE EVANGELIO IOHANNIS XXI. IN DIEBUS PASCHALIBUS. *Secundum evangelistam Iohannem multa* 712-715

LXXXIII. IN OCTAVIS PASCHAE, AD INFANTES. *Sermo mihi est ad vos, modo nati infantes* 35-38

LXXXIV. IN DIEBUS OCTAVARUM PASCHAE, AD INFANTES. *Ad omnes quidem pertinet sermo, quo vita praecipitur* 330-332

LXXXV. DE DOMINICO DIE OCTAVARUM PASCHAE. *Nec novum nec inauditum, sed fidei vestrae* 333-339

LXXXVI. DE DOMINICO DIE OCTAVARUM SANCTAE PASCHAE. *Primo die dominico agnoscit caritas vestra* 499-501

LXXXVII. DE DOMINICO OCTAVARUM SANCTAE PASCHAE. *Beati apostoli cum mirabilia facerent* 502-503

LXXXVIII. DE IOHANNIS EVANGELIO, UBI THOMAS TETIGIT CHRISTI CICATRICES, IN OCTAVIS PASCHAE. *Hodie lectio sancti evangelii iterum manifestavit* 340-346

LXXXIX. IN FESTIVITATE PASCHALI. *Dies paschae nos celebrare* 32-34

XC. DE ALLELUIA. *Alleluia canticum est novum;* al. *Decet nos quantas possumus* 332-333. 719

XCI. IN DIEBUS PASCHALIBUS. DE ALLELUIA. POST SERMONEM CCLVI. *Die crastina sanctorum martyrum Mariani et Iacobi* 719

XCII. DE RESURRECTIONE CORPORUM, IN PASCHA. *Resurrexisse dominum n. I. C. a mortuis* 327-330

XCIII. DE ASCENSIONE DOMINI. *Hodie dominus n. I. C. ascendit in caelum* . . . 347-350

XCIV. DIE ASCENSIONIS DOMINI, DE EVANGELIO IOHAN. *Ascensionis domini n. I. C. sanctus et sollemnis dies* 391-395

XCV. DE ASCENSIONE DOMINI. *Dominus n. I. C. postquam a mortuis resurrexit.* 413-415

XCVI. DE QUADRAGESIMA ASCENSIONIS DOMINI. *Ascensionem domini in caelum cum carne* 504-506

XCVII. DE QUADRAGESIMA ASCENSIONIS DOMINI. *Glorificatio domini n. I. C. resurgendo et ascendendo* 507-509

XCVIII. DE ASCENSIONE DOMINI. *Ascensionem domini celebramus... Dominus deus noster et salvator I. C. et quando ad nos* 619-623

XCIX. DIE ASCENSIONIS DOMINI, EX EVANGELIO LUCAE. *Audivimus, cum sanctum evangelium legeretur, et mirantes credidimus* 659-664

C. DE DIE PENTECOSTEN, EX LIBRO TOBIAE. *Hodierno die credo quod noverit caritas vestra* 380-385

SERMONES DE SANCTIS.

		PAG.
CI	IN NATALE SANCTI VINCENTII. *Vincentii martyris sancti fortissimam* . . .	243-245
CII.	DE NATALE SANCTI IOHANNIS BAPTISTAE. *Natalem hodie magni hominis celebramus*	227-231
CIII.	DE NATALE SANCTI IOHANNIS. *Quoniam voluit dominus hodierno die* . . .	223-226
CIV.	DE NATALE SANCTI IOHANNIS BAPTISTAE. *Per ecclesiam Christi longe lateque diffusam natalis hodie Iohannis*	351-352
CV.	DE NATALE SANCTI IOHANNIS BAPTISTAE. *De Iohanne baptista, non evangelista, cuius hodie*	510-515
CVI.	DE DUOBUS HOMINIBUS, CHRISTO ET IOHANNE. *In principio erat Verbum... Numquid dedit, unusquisque eorum*	245-247
CVII.	DE NATALE SANCTORUM APOSTOLORUM PETRI ET PAULI. *Apostolorum passio beatorum istum nobis*	516-521
CVIII.	DE NATALE SANCTORUM APOSTOLORUM PETRI ET PAULI. *Beati apostoli Petrus et Paulus diversis temporibus*	521-527
CIX.	DE NATALE APOSTOLORUM PETRI ET PAULI. *Beatissimorum Petri et Pauli apostolorum hodie natalis*	307-310
CX.	DE NATALE SANCTORUM PETRI ET PAULI, IN EVANG.: SIMON IOHANNIS, DILIGIS ME? *Praesens evangelica lectio hodierni sollemnitati conveniens*	401-412
CXI.	IN NATALE SANCTORUM MARTYRUM SCILITANORUM. *Martyres sancti, testes dei*	75-80
CXII.	DE NATALE SANCTORUM SCILITANORUM. *Martyrum Christi virorum et feminarum*	550-557
CXIII.	IN NATALE MARTYRUM TUBURBITANARUM, DE CONTEMPTORIBUS TEMPORALIUM RERUM. *Admonet nos et sollemnitas martyrum*	201-209
CXIV.	IN NATALE SANCTORUM MACHABAEORUM, DE TURRE AEDIFICANDA ET SUMPTIBUS PRAEPARANDIS. *Evangelium et verbum dei vivum*	81-89
CXV.	DE NATALI SANCTI LAURENTII. *Propter fastidium auditoris*	55-64
CXVI.	DE NATALE SANCTI LAURENTII. POST TRACTATUM. *Fratres, propter eos qui confugiunt*	528
CXVII.	DE NATALI MASSAE CANDIDAE. *Diem sollemnem beatorum martyrum* . . .	645-646
CXVIII.	IN NATALE MARTYRIS QUADRATI. *Praestitit dominus deus noster*	90-97
CXIX.	DE SANCTO QUADRATO. *Evangelica tuba exhortans martyres ad certamen.* .	646-653
CXX.	PER VIGILIAM NATALIS BEATI CYPRIANI, DE RESPONSORIO PSALMI CXXXI: PARAVI LUCERNAM CHRISTO MEO. *Loquimur caritati vestrae in domo dei*	43-50
CXXI.	DE NATALE BEATI CYPRIANI. *Sancta sollemnitas beatissimi martyris* . . .	65-70
CXXII.	DE MARTYRIS SUPRADICTI NATALE. *Psalmum cantavimus: Benedictus dominus*	70-74
CXXIII.	DE NATALE SANCTI CYPRIANI. *Insignem martyrem Christi, per quem maxime*	529-531
CXXIV.	DE NATALE CYPRIANI. *Sollemnitatem sanctam eius martyris hodie*	531-535
CXXV.	DE NATALE SANCTI CYPRIANI. *Dominus et salvator noster I. C. in quo spes nobis*	535-543
CXXVI.	IN NATALE BEATI CYPRIANI AD COLLECTAM, DE RESPONSORIO PSALMI LI: SPERAVI IN MISERICORDIA DEI IN AETERNUM. *Primo respondeam fratri et collegae meo*	133-135

PAG.

CXXVII. DE DIE SANCTAE EULALIAE. *Sollemnitatibus martyrum sanctae lectiones congruae* 594-595

CXXVIII. IN SOLLEMNITATE MARTYRUM. *Martyrum nomen graecum est* 219-222

CXXIX. DE NATALE SANCTORUM MARTYRUM. *Beatificamus martyres sanctos prae ceteris* 557-562

CXXX. DE ORDINATIONE EPISCOPI. *Hodie caritati vestrae, ex quo nos deus* . . . 563-575

CXXXI. DE PROPRIO NATALI AUGUSTINI EPISCOPI. *Hodiernus dies, fratres, admonet me* 189-200

SERMONES DE DIVERSIS.

CXXXII. DE VERBO DEI DUCE PEREGRINATIONIS CHRISTIANORUM INTER ASPERA HUIUS TEMPORIS. *Fratres, christiani sumus, et omnes iter agere* . . . 265-271

CXXXIII. DE TRIBULATIONIBUS ET PRESSURIS MUNDI. *Quotiescumque pressurae seu tribulationis aliquid* 272-274

CXXXIV. DE PEREGRINATIONE HUIUS VITAE. *Vitam istam nostram, fratres carissimi, peregrinationem* 285-287

CXXXV. DE CARITATE, ET DE SOLO AMANDO DEO. *Exhortationibus divinarum lectionum* 292-296

CXXXVI. DE HUMILITATE DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI. *Humilitatem domini n. I. C. commendamus vobis* 314-316

CXXXVII. IN CONVERSIONE CUIUSDAM FAUSTINI PAGANI. POST TRACTATUM. *Quia iubet dominus et pater etiam hoc vobis ut loquar* 589-593

CXXXVIII. DE BONO MISERICORDIAE. *De bono misericordiae sanctitatem vestram admonere* 606-607

CORRIGENDA ET ADDENDA.

p. 22, not. ad l. 14, leg. *enarrabit?*
p. 30, l. 13, interpung. *Recordamini, et vos non fuistis*
p. 37, l. 27, leg. *ecclesiam*
p. 50, not. ad l. 5, leg. *Iohannem*
p. 78, not. ad l. 15, leg. *I Tim.*
p. 90, in admonit. praev. circa finem, leg. *Communi unius*
p. 98, not. ad l. 4, leg. *supereminentissimum locum*
p. 109, l. 13, leg. *Interroga*
p. 116, l. 21, leg. *offerretur*
p. 124, not. ad l. 15, leg. *Ps. 32.*
p. 146, l. 31, leg. *et dixit*
p. 150, not. 2 ad l. 2, leg. *Adverte hic iam*
p. 179, not. ad l. 4, leg. ὑποζυγίου
p. 196, not. ad l. 18, leg. *I Cor.*
p. 226, not. ad l. 9, leg. *Ioh. 1, 1-2.*
p. 236, l. 26, leg. *exerce*
p. 266, l. 18, leg. *teneo*
p. 283, l. 9, leg. *fragmentum*
p. 308, not. ad l. 20, leg. *Ioh.*
p. 330, in admonit. praev. l. 5, leg. *p. 354-355;*
p. 341, in tertia postilla, leg. *cicatricum*
p. 375, in admon. praev. l. 2, leg. *Collect. in epistol. Pauli*
p. 379, in appar. critico, suppl.: [29] *caeco*] *ex Mai recepi; om. V*
p. 477, not. ad l. 27, leg. *Luc. 23, 34.*
p. 549, not. ad l. 17, leg. *Ps. 15, 11.*
p. 671, l. 17, leg. *ephemeridibus*
p. 761, l. ultima, leg. *Resurrectio*

TOTIUS VOLUMINIS CONSPECTUS.

	PAG.
PRAEFATIO	V-XI
Sermones a Michaele Denis editi	1-164
ab Octavio Fraja Frangipane	165-237
a Caillau et Saint-Yves	239-274
ab Angelo Mai	275-386
a Francisco Liverani	387-395
a Casinensibus in Biblioth. Casin.	397-419
a Germano Morin:	
I. ex cod. Guelferbytano	421-585
II. praeter Guelferbytanos	587-667
ab Andrea Wilmart	669-719
Initia et censura sermonum singulorum, qui post Maurinos editi sunt	721-769
Indices:	
I. locorum s. Scripturae	771-785
II. nominum et rerum	786-829
III. verborum et locutionum	830-836
IV. codicum in hac sylloge adhibitorum	837-839
V. sermonum in classes distributorum	840-845
Corrigenda et addenda	846

281.4
Au45mi

Miscellanea Agostiana
Vol.1

95076

281.4
Au45mi

95076